John Adams Library,

IN THE CUSTODY OF THE BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No ★Adams 21.3





[illegible]

[illegible]

[illegible]

february

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΟΥ ΠΟΛΕμου βιβλία ὀκτώ.

THVCYDIDIS

OLORI FILII, DE BELLO PELOPONNESIACO LIBRI OCTO.

Iidem Latinè, ex interpretatione LAVRENTII VALLÆ, ab HENRICO STEPHANO nuper recognita,

Quam Æmilius Portus, Francisci Porti Cretensis F. paternos commentarios accuratè sequutus, ab infinita grauissimorum errorum multitudine nouissimè repurgauit, magnaq; diligentia passim expolitam innouauit.

IN HAC POSTREMA EDITIONE QVID PRÆterea præstetur, sequens pagina docet.

FRANCOFVRTI,
Apud heredes Andreæ Wecheli,
Claudium Marnium, & Ioan. Aubrium.
M. D. XCIV.
Cum Priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis ad sexennium.

Adams 21.3

In hac postrema editione, quæ cæteris omnibus superioribus editionibus est longè præstantior, præter ipsam Latinam interpretationem ab Æ. P. Fr. P. Cr. F. optima fide recognitam, & passim innouatam, ac expolitam, hæc etiam lectoribus, historiarum studiosis, præstantur, ac exhibentur:

Thucydidis vita à Marcellino descripta, & ab Isaaco Casaubono correcta, & primùm Latinitate donata, nunc verò ab Æ. P. Fr. P. Cr. F. accuratè recognita, & noua interpretatione multis in locis illustrata.

Item Francisci Porti Cretensis in octo Thucydidis libros perpetui commentarij cum singulorum librorum breuibus argumentis.

Item eiusdem Fr. P. Cr. vtilissima singularum Thucydidis concionum cum artificio rhetorico argumenta, ab omnibus literarum amatoribus iam pridem vehementer expetita, & nunc primùm in lucem emissa.

Item Æ. P. Fr. P. Cr. F. annotationes in obscurissimos quosque Thucydidis locos Græcè scriptæ, quibus non rarò Græca scholia corriguntur.

His adiecta totius Thucydideæ historiæ Chronologia à D. Chytræo scripta, & eiusdem in singulos Thucydidis libros breuissima argumenta. Ad hæc & Iobi Veratij in singulas conciones argumenta in superiore editione iam promulgata accesserunt.

Cum duobus amplissimis Indicibus, quorum alter, qui est Latinus, res tantùm, alter verò, qui est Græcus, verba, phrasesq; tam in ipso Thucydide, quàm eius Græcis, Latinisque commentariis obseruatu dignas complectitur.

SVMMA PRIVILEGII.

S. CÆSAREÆ *Maiestatis Priuilegio cautum est Andreæ Wecheli heredibus, Claudio Marnio, & Ioanni Aubrio, ne quis Thucydidis Olori F. de bello Peloponnesiaco libros octo Græcè, & Latinè ex interpretatione Laurentij Vallæ ab Æmilio Porto Franc. F. accuratè repurgatos, & passim expolitos, cum perpetuis Francisci Porti p. sui Commentariis, Annotationibus, & Indicibus illustratos, per sex annorum spatium, a prima editionis die computandum, intra fines sacri Romani Imperij, regnorumq; & dominiorum Cæsareæ Maiestati hereditariorum, eodem aut diuerso charactere formave, recudere, aut aliò recudendum dare, vel alibi expressum importare, vendere, distrahere, apertè vel occultè, absque supradictorum Wecheli heredum voluntate ac consensu præsumat. Qui secus fecerit, is non solum libris impressis, sed etiam decem auri puri marchis sine vlla venia mulctabitur; vt latius declaratum est in diplomate Cæsareo, dato Viennæ die vigesima quinta mensis Maij, anno* M. D. LXXXII.

Rudolphus.

Jo. Baptista Weber.

Ad mandatum S. Cæs.
Maiestatis proprium.

P. Obernburger.

ILLVSTRISSIMO, POTENTISS. ATQVE CLEMENTISS. PRINCIPI,

FRIDERICO IIII DEI GRA. COMITI PAL.

RHENI, VTR. BAVARIAE DVCI, SACRI ROM. IMP. DAPIFERO SVPREMO,

ELECTORI SEPTEMVIRO, PRINCIPI SVO CLEMENTISSIMO,

S. P. D.
P. Q. F.
O.

OMNES, *quos diuinæ Maiestatis fauor (Jllustriß. atque Clementiß. Princeps) in summo dignitatis gradu collocauit, ac amplißimis honoribus, & Magistratibus ornauit, non solùm armis instructos: sed etiam legibus armatos, earúmq; peritia munitos esse decet, vt belli, pacísque tempore populos, ac gentes à cœlesti Rege sibi commißas, rectè gubernent, & sanctum imperium in eas exerceant. Ex bonis enim legibus, quæ diligenter ab omnibus obseruantur, & ex firmis armorum præsidiis communem totius Reipub. salutem pendere constat. Legum verò custodes, interpretes, ac ministri, sunt ipsi Ciuitatum Moderatores, qui venerandis Sapientiæ donis diuinitus decorati, sic alios regunt, vt ipsi primi legibus alacriter obtemperent, & cæteros ad eandem obedientiam exemplo suo compellant. Idcirco Claudianus ad Honorium Augustum, tertiùm Consulem, præclarè scribit,*

In commune iubes si quid, censésque tenendum,
Primus iussa subi: tun cobseruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, quum viderit ip sum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis

Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Quisquis igitur hominibus suæ ditioni subiectis, legitimè, diúque cupit imperare, legum acerrimus propugnator esse debet, vt eas religiosè custodiat, obseruet, ipsarum mentem aliis prudenter interpretetur, proborum innocentiam viriliter tueatur, calumnias, ac iniqua facinora seuerè plectat, virtutibus maxima præmia, vitiis dedecus, infamiam, & pœnas illis dignas proponat: publicis commodis non minus, quàm priuatis consulat, studeat, inseruiat: pacem domi, forisq; colat. Eundem etiam bellicis rebus clarũ esse oportet, vt, si quis per inexplebilem pluris habendi cupiditatem, & ambitionem, ipsi bellum iniustum inferat, eum iustè propulset, persequatur, belloq; premat, donec illius audaciam, ac temeritatem contundat, & posthac illum in officio contineat. Quin etiam, si ius hoc flagitet, si necessitas cogat, reíque feliciter gerendæ occasio se ipsi simul offerat, eam confestim arripiat, ex manibus elabi ne patiatur, hostem pro consiliis, pro conatibus, pro maleficiis vlciscatur, atque debellet. Sic enim insignem victoriam ab eo reportabit, qua sibi posterisq; decus immortale comparabit, & imperij finibus longè, latéq; propagatis, pristinã tranquillitatem, atq; securitatem in Remp. reducet, impollutum pietatis cultum in ea stabiliet, ac diuinarum, humanarúmq; rerum scientiæ debitos honores magnificè persoluet. Hæc sunt munia quæ Magistratus publicæ salutis studiosos sustinere conuenit, si Patriæ Patres iure vocari volunt. Hæ sunt artes, quas excelsis animis præditi Principes mira cum voluptate meditantur, & in quibus excolendis omnem ingenij vim aßiduè consumunt. Sed hæc Reipubl. sapienter administrandæ notitia primùm quidem ex illo bonorũ omnium perenni fonte puris precibus est haurienda: deinde verò vigiliis, ac laboribus conseruanda, vsúque longo confirmanda. Quoniam autem viuendi curriculum nobis à natura datum breuißimo temporis spatio confici solet, quoniam etiam artium disciplina, quæ peritis populorum Rectoribus est necessaria, multis annis indiget, nec omnes omnia præstare possunt, aduersus incommoda, quibus humanum genus obnoxium videmus, præstantißimum Historiæ subsidium de cœlo demissum habemus. In huius amœnißimis hortis quiuis, vt in quodam Uniuersitatis Theatro, quicquid post hominum memoriam, ad nostrum vsque seculum, in quatuor mundi partibus dictum, factúmque fuit, quod sit memoratu, lectúque dignum, id sine magnis impensis, sine periculo, sine metu, sine molestia, coràm audire, palàm intueri, & liberè contemplari potest. Hîc nullus ambitioni, nullus assentationi, nullus superbiæ, nullus auaritiæ locus datur. Hîc nulla contumelia, nulla fraus, nulla vis, nullum odium spectatoribus est formidandum.

Qui

Qui cunctarum ætatum, ac rerum in iis gestarum seriem, & veritatis lucem spectare, qui spectaculorum iucunditate frui desiderant, huc fidenter veniant. Omnibus enim, qui non simulato cognitionis, ac virtutis amore flagrant, ad sacras Historiæ sedes, & ad ipsius mysteria, dies, noctésque liber aditus patet. Imo tantam in Historia benignitatem, atque magnificentiam experimur, vt vltrò nos ipsa blandissimis vocibus ad suas opes gratuitò participandas inuitet. Sed vos præcipuè, qui sceptra, qui diademata, qui coronas gestatis, qui splendidarum vestium ornamento fulgentes, in sublimi Iustitiæ solio sedetis, qui vitæ, necísque potestatem in populos habetis, vos, inquam, hæc appellat, & suarum diuitiarum thesauros vobis præcipuè largiri gestit. Hæc omnem suam fidem, omnem sedulitatem, omnémque sapientiam vobis pollicetur, offert, ac ministrat. Hæc in priuatis, hæc in publicis consultationibus, iudiciisque continenter, interdiu, noctúque vobis adesse non recusat, hæc salutaria consilia vobis fideliter suppeditare non grauatur, hæc vestra patrimonia, dominatus, iura, vectigalia, vires, autoritatem, & dignitatis splendorem tuetur, auget, conseruat. Hæc, quoties vestram in Repub. regenda sanctimoniam, & sapientiam animaduertit, vehementer lætatur, exultat, & triumphat, & maiores honores, dignitates, opes, laudésque vobis decernit. Quid igitur vobis & gloriosius, & vtilius accidat, quàm si talem vestri Principatus sociam vobis adiungatis, eámque semper in sinu, semper in pectore, semper in intimis animi recessibus residentem foueatis, nec à vobis vel minimum recedere permittatis? O felices illos, qui domi tales morum, ac vitæ magistros omnibus sapientiæ muneribus affluentes, habent, quibus rectè monentibus aures attentas præbent, & quorum imperata nequaquam inuiti faciunt! O fortunatas ciuitates, quæ talium Dominorum imperio parent! Quamuis autem tam apud Latinos, quàm apud Græcos multi reperiantur, qui solennes Historiæ ceremonias integerrimè curarint, eiúsq; sacris plurimas orbis terrarum nationes initiarint, & ipsorum arcana discipulis discendi cupidis apertè patefecerint, ac eos in omnium Historiæ commodorum, atque deliciarum partem vocarint, omnes tamen, qui doctrina, sanoq; iudicio florent, Thucydidem, vt eximium horum sacrorum Antistitem, suspiciunt, & admirantur, eique sua sponte, communique consensu primas deferre, palmámque dare non dubitant. Verùm quia non indoctis: at doctis scribit, non humilem: sed excelsam, & sæpe tragicam dicendi formam affectat, ac obscuritatem consultò sectari videtur, idcóque vulgus à suorum librorum lectione deterret. Nunc enim paucos inuenias, qui tantos in linguæ Græcæ studiis progressus fecerint, vt in grandiloquentiam, & occultos Thucydidis sensus penetrare valeant. Qui propter has difficultates, latinam, vel gallicam interpretationem

hactenus ab aliis vulgatam sequi coguntur, hoc, quod à me dicitur, verum esse comperiunt. Quamobrem in gratiam eorum, qui græcarum literarum, vetustatis, & rerum à nostra memoria remotarum desiderio tenentur, quiq́ sapientiam suarum actionum moderatricem auidè quærunt, vt ad felicem finem, optimi Ductoris ductu, sua consilia perducant, ego supremi numinis auxilio fretus, patrisq́ mei commentarios accuratè sequutus, hunc historicum latinè sic verti, vt omnes lectores ex hac nouissima versione maximam cum vtilitate voluptatem posthac percepturos credam. Multis autem de causis (Illustriss. atq́ Clementiss. Princeps) huius meæ versionis, atque notarum partim græcè, partim latinè in hunc autorem à me scriptarum, & paternorum commentariorum labores T. C. dedicandos esse iudicaui: sed, vt cæteras silentio præteream, præcipuas afferam. Omnis historiæ: sed inprimis Thucydideæ tractationem, & frequentem eius meditationem T. C. gratissimam esse confido. Quid de literis, & literarum Doctoribus sentias, quantum illis honorem habeas, quibus præmiis illorum virtutem ornes, celeberrima Heydelbergensis Academia cunctis testatur, quam perpetuis tuæ beneficentiæ riuis irrigas, & quotidie splendoris tui radiis illustras, horúmque temperatissimo calore foues, crescentis incrementa lætis oculis aspicis, vniuersam heroicè tutaris, omnibúsque gentibus hûc discendi causa venire cupientibus tutissimam præstas. In huius fidem, & clientelam ego quoque, T. C. permissu, & indulgentia, nuper à sapientissimis Academiæ Moderatoribus humanissimè cum tota familia fui receptus, vt meorum in Medica Facultate iampridem cœptorum studiorum cursum, Deo fauente, præstantissimos Doctores audiens, ex animi sententia conficerem. Quis igitur adeò barbarus, quis adeò mente captus fuerit, qui meum consilium, & gratam acceptorum beneficiorum memoriam audeat damnare? Vitam profectò mihi peracerbam fore putarem, nisi (quod solum ab afflictæ fortunæ viris Clementissimus Princeps expectare potest) verbis honorificentissimis, pro beneficiis in Portum opportunè collatis, T. C. maximas gratias agerem, & immortales haberem, meæque voluntatis candorem, & constantiam scriptis mandarem, quæ sub illustrissimo Clementissimi Principis nomine in lucem prodirent. Hoc igitur perexiguum meæ erga T. C. obseruantiæ pignus, ac monumentum (Illustriss. atq́ Clementiss. Princeps) eadem vultus serenitate nunc accipere digneris, qua nostras Musas, latino quidem, græcóque more cultas: sed præ grauissimo diuturnæ peregrinationis fastidio malè comptas, Franckentalli non ita pridem pro singulari T. C. clementia, præsens præsentes accepisti. Nihil enim in hoc instabili rerum mearum statu, nihil in hoc sæuo procellarum mari, quod infirmissimam Porti scapham à tranquillo, tutóque portu crudeliter arcere conatur, quic-

quam

quam optabilius mihi contingat, quàm si meorum, paternorúmque laborum hos fructus T. C. non ingratos esse cognoscam. Quoties me, munerisq; quod tanto Principi nunc offertur, exilitatem perpendo, cor dubitatione micat, mens ingenuo pudore fluctuat, eique nullum lætæ spei lumen affulget. Quoties verò Thucydidem, & historiæ, quam accuratissimè composuit, bonitatem, & excellentiam intueor, quoties etiam heroicam Clementissimi Principis magnanimitatem contemplor, tunc omni diffidentia, metuque procul amandato, spem optimam concipio, iámque voti compos factus, amplámque καινῆς εὐχαριστίας, καὶ μελῳδίας *materiam nactus videor. Quare Deum Opt. Max. (Illustriss. atque Clementiss. Princeps) orabo suppliciter, vt T. C. inuiolata, sanctáque pace munitam S. S. S. regat, omnibusq; felicitatis humanæ bonis ornatam perpetuò conseruet. Datum Heydelbergæ Cal. Ian.* CIↃ IↃ XCIIII.

T. C.

Addictissimus,

Æmilius Portus,
Francisci Porti
Cretensis F.

AEMILIVS PORTVS, FRANCISCI PORTI CRETENSIS F.

Lectoribus Græcæ linguæ studiosis, & historiarum, ac antiquitatis amatoribus, S. P. D.

TANDEM (humanissimi lectores) Thucydidem, historicorum Principem, perpetuis parentis mei commentariis, meisq; notis in obscurissimos quosque locos partim Græcè, partim Latinè scriptis illustratum, nouæq; versionis ornatu quàm fieri potuit maximo decoratum, vt promissis starem, fidemque meam vobis iam pridem obligatam liberarem, in lucem edendum curaui. Qua in re typographus sedulam, ac insignem operam summa animi alacritate nobis nauauit. Non tantam enim commodi, quæstusq; priuati, quantam vtilitatis, boniq; publici rationem habuit. Quod præclarum typographi facinus, ac egregiam erga literatos homines voluntatem, & optimarum artium pro virili promouendarum studium silentio minimè prætereundum censui, vt eius exemplo & alij ad idem posthac faciendum inflammentur, & incorruptis dulcissimæ gloriæ præmiis & in hoc, & in altero seculo fruantur. De me verò nihil in præsentia dicam, ne, quod in aliis, qui sua scripta magnificè laudant, iure damnatur, idem in me quoque meritò reprehendatur, si quicquid in hac nouissima Thucydidis editione maximis cum laboribus, molestiisq; præstiti, narrare velim. Exitus acta probat. Habetis (candidissimi Lectores) ipsum Thucydidem, quem vobis vniuersis, ac singulis examinandum offero libenter. Hunc (quum res, tempusq; feret, quumque per otium vobis hoc facere licebit) legetis, perlegetis, perpendetis. Sic enim de nostris laboribus meliùs iudicabitis: sic æquiorem sententiam feretis: sic vnicuique quod suum est, promptiùs tribuetis. Hoc modo nullus debito beneuolentiæ, laudis, ac honoris fructu se à vobis fraudatum queretur. His igitur nostris vigiliis, ac sudoribus, quos in frigidissima hyeme nuper Franckentalli vigilantes sudauimus, animo grato, beneuoloq; fruamini. Cùm enim propter insperatam temporum malignitatem, ac inuidiam optimis quibusq; viris potissimùm infestam, in illam Palatinatus vrbem cum tota familia me recepissem, donec ad aliquem priore tranquilliorem, ac feliciorem portum, ex grauissimis tempestatibus, quibus vehementer, diuque iactatus fui, Deus Opt. Max. pro infinita suæ paternæ bonitatis clementia nos deduceret: cumq; vitam priuatam illic degerem, (vt & hîc nunc quoque dego) nec vllo Græcæ linguæ docendæ munere publico amplius occuparer, ne temporis iacturam in hac diuturniore peregrinatione facerem, simul etiam vt variarum curarum onus leuarem, quo non mediocriter premebar, animum ad has exercitationes appuli. Illic etiam totius Homeri nouissimam versionem ab Henrico Stephano typis mandatam, diligentissimè recognoui, & ab incredibili fœdissimorum solœcismorum colluuie repurgaui. Vnde quilibet (vel me tacente) facilè coniiciet, quanta sit reliquorum errorum seges, quam illinc extirpaui. Breui autem (si Deus nostris cœptis faueat) hunc quoque Poetarum Principem cum perpetuis eiusdem patris mei commentariis in eum scriptis, ab eodem,

dem, qui nostrum Thucydidem typis mandauit, vel ab alio typographo, qui pulcherrimum huius exemplum sequi voluerit, fideliter excusum habebitis. Tunc apertè patebit quid patris mei scriptis debeatur, quid etiam aliis, qui alienis scriptis vsi, (quæ ante quindecim annos à me, precibus impetrarunt, ac mutuò quidem acceperunt: sed non vt hæc adhuc inuito domino pertinaciter apud se retinerent) nullam illorum autoribus gratiam habuerunt: sed contrà, præter amicitiæ iura, præter officium, ac decorum, in beatam optimorum virorum memoriam, multis post illorum obitum annis, inuecti sunt, suarumque laudum præconia celebrantes, clarissimum illorum nomen suis obtrectationibus obscurare, illorumque bonæ famæ, ac dignitati labem aspergere sunt conati. Quamuis autem iustus dolor ob iniuriam nobis factam conceptus, suadeat, vt iniurias iniuriis vlciscamur, ego tamen iniurias nobis illatas, fortiter ferre, quàm iniurias iniuriis vlcisci malo. Nam, vt canit ille:

Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit
Mœnia, nec virtus altiùs ire potest.

Scio quid pietas, scio quid honestas, scio quid modestia flagitet. Quamobrem ego iunior, his senioribus ardentem pietatis, honestatis, ac modestiæ facem præferre, & illos, qui nos inimicè tractarunt, amicè tractare, suique officij piè commonefacere decreui. Sed illud apud omnes mortales maturè testatum esse volo, me præter animi sententiam, magna necessitatis vi coactum, publicisque scriptis lacessitum, ad iniuriam propulsandam accessurum. In huius tamen propulsatione me nullis conuiciis (vt plerique facere solent) nullisque maledictis vsurum: sed patris, ac meum honorem honestissimis rationibus aduersus maleuolorum, ac inuidorum linguam, quæ nostro nomini dedecus conciliare studuit, strenuè tutaturum, & ab omni verborum acerbitate me mihi temperaturum syncerè promitto. Nihil enim turpius, nihil ab homine Christiano magis alienum esse constat, quàm huiuscemodi conuiciis, ac maledictis alios, præsertim verò pios, doctosq; viros lacerare, totumque terrarum orbem famosis libellis replere, pacemque publicam turbare. Valeant igitur, valeant illi, qui non imperatoriis: at potius veteratoriis artibus indecorè gloriam sibi parare cupiunt. Quod enim isti firmissimis argumentorum viribus, ac inuicto veritatis robore demonstrare nequeunt, id ineptissimis, ac inhonestissimis conuiciorum terriculamentis se consequuturos arbitrantur. Equidem in hoc certaminum genere me nullo modo exercitatum esse fateor. Fateor me nec vnquam antè talibus studiis operam dedisse, nec in posterum dare statuisse. Verùm quidnam de me sentirent omnes, quibus honor maximæ est curæ, si grauissimam iniuriam, eamque publicè patri, mihique factam ab illis, à quibus minimè factam oportuit, diutius dissimularem, nec (quando citiùs non licuit) mox saltem vulneris illati dolorem vel omnino sedare, vel, qua ratione possum, lenire conarer? Profectò nimia silentij diuturnitas iam intempestiua videretur. Haud enim ignoro, quod sit vulgi iudicium. In mentem etiam venit, quod omnibus est in ore: Qui tacet, consentire videtur. Hæc importuna taciturnitas, & nimis verecunda patientia, quam publicæ tranquillitatis amor parit, obtrectatoribus quidem, ac maledicis hominibus audaciam auget, illis verò, qui sunt pietatis, ac virtutum amantes, non raro maximarum rerum periculum iniustè creat. Ipse quotidia-

nus vſus, & experientia, perita rerum magiſtra, fidem facit. Hoc ipſe meo damno doctus didici.

Principiis obſta: ſerò medicina paratur,
Quum mala per longas inualuêre moras.

Malis tamen ſerò, quàm nunquam, mederi præſtat. Quare cùm noſtræ cauſæ manifeſtam æquitatem, noſtrumque ius omnibus perſpicuè demonſtrauero, quod ſine magno negotio me facturum ſpero, cùm etiam eos, qui grauiſſimam iniuriam nobis fecerunt, pietatis, ac officij ſui, paucis, & amicè commonefecero, tunc à me rem ſatis feliciter geſtam putabo. Valete. Datum Heydelbergæ Cal. Ianuarij. cIↃ IↃ XCIV.

ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΒΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΕΑΣ ΑΥΤΟΥ, ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΣΥΓγραφῆς παρεκβολή.

MARCELLINI, DE THVCYDIDIS VITA, ET GENERE DICENDI, EXCERPTA EX INTEGRA ipsius historia dissertatio,

Quam Isaacus Casaubonus primùm Latinitate donauit, iam verò ÆE. P. Fr. P. Cr. F. accuratè recognouit, & multis in locis noua interpretatione illustrauit.

IAM *tempus est vt qui Demosthenis, & diuinarum ipsius orationum, & concertationum Mystæ fuerunt, quiq; sententiis ad deliberatiuum, & iudiciale dicendi genus aptis pleni, & abundè referti sunt, in Thucydidis etiam mysteria introducantur,* [ipsiusq; sacris initientur.] *Hic enim vir & arte, & orationum pulchritudine, & accurata rerum notitia, & exercitus ductandi scientia pollet, & in deliberatiuo, & demonstratiuo dicendi genere excellit. Sed vitam, & genus hominis primùm declarare est necesse. Illis enim, qui* [de rebus] *bene sentiunt, antequam ad scripta accedant hæc sunt inquirenda. Thucydides igitur, ille historiarum scriptor, ex patre quidem Oloro (qui ab Oloro Thracum Rege nomen impositum habebat) ex matre verò Hegesipyla est procreatus. Traxit autem genus à nobilissimis ducibus, Miltiadem, & Cimonem dico. Antiquitus enim cum Miltiade* [Atheniensium] *duce, & propter Miltiadis genus, cum ipso Æaco Iouis filio cognatione coniunctus erat. Adeo illustribus maioribus historicus iste se natum gloriatur. Atq; Didymus hæc suo testimonio confirmat, qui tradit Pherecydem primo historiarum libro ita scribere:* Athenis habitauit Philæas Aiacis filius: huic filius fuit Daiclus, huic Epidycus, huic Acestor, huic Agenor, huic Olius, huic Lyces, huic Typhon, huic Laius, huic Agamestor, huic Tisander, qui quũ esset Athenis archon, * Illi filius fuit Miltiades, cui filius Hippoclides, qui quum Athenis esset archon instituta sunt Panathenæa. * Illo natus est Miltiades, qui Thraciæ Chersonesum habitauit. *Idem testatur & Hellanicus in eo libro, qui inscribitur Asopis. Nec verò dicat aliquis, Quid ipsi* [Miltiadi] *cum Thucydide? Hic enim est, huius cognatus. Thraces, & Dolopes bellum cum Apsinthiis vicino populo gerebant. Sed eo bello grauiter afflicti, & grauissima quæq; passi, quòd hostibus semper essent inferiores, ad oracula diuina confugiunt, quia sciebant solum Deum rationem inuenire posse, quæ vel difficillimas res expediat. Nam (vt & Æschylus canit) Deorum vis est summa. Sæpe enim* [vrbem] *in rebus aduersis consilij inopem à graui molestia* [liberauit,] *& oculis imminentem nubem in bonum vertit. Nec eos sua spes fefellit. Oraculum enim acceperũt, fore vt optimum ducem haberent, eum, qui ipsos errantes ad hospitium inuitasset. Tunc verò temporis Crœsus Lydiæ Rex erat: Pisistratidæ verò tyrannidem Athenis obtinebant. Illi igitur dum ab oraculo reuerterentur, in Miltiadem ante fines Atticæ sedentem inciderunt, qui* [Pisistratidarum] *tyrannidem iniquo animo ferebat, & iustam ex Attica excedendi occasionem quærebat. Hæc enim Deus, qui responsum dederat, ipsis præparauerat. Cùm igitur* [Miltiades] *eos hominum errantium veste amictos vidisset, quia sciebat quid valeret erratio, ipsos ad hospitium inuitauit, cùm interea se oraculo inseruire nesciret. Illi verò lætati sunt quòd ducem nacti fuissent, a quo ad hospitium fuissent vocati.*

ΤΩΝ Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ ἀγώνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ δικανικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους, καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆναι. πολὺς γὰρ ἁνὴρ τέχναις, καὶ κάλλει λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατηγίᾳ, καὶ συμβουλαῖς, καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ τὸν βίον. πρὸ γὰρ τῶν λόγων ταῦτα ἐξεταστέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς. Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρὸς, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης· ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ᾠκείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν· τῷ δὲ Μιλτιάδῃ, πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν, Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν ταῖς Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίγνεται Δάϊκλος· τοῦ δὲ, Ἐπίδυκος· τοῦ δὲ, Ἀκέστωρ· τοῦ δὲ, Ἀγήνωρ. τοῦ δὲ, Ὄλιος· τοῦ δὲ, Λύκης· τοῦ δὲ, Τύφων· τοῦ δὲ, Λάϊος· τοῦ δὲ, Ἀγαμήστωρ· τοῦ δὲ, Τίσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις * τοῦ δὲ, Μιλτιάδης· τοῦ δὲ, Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. * τοῦ δὲ, Μιλτιάδης, ὃς ᾤκησε Χερρόνησον. μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσωπίδι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην, ἔστι γὰρ οὗτος τούτου συγγενής. Θρᾶκες καὶ Δόλοπες ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, ὄντας γείτονας· ταλαιπωρούμενοι δὲ τῷ πολέμῳ, καὶ τί κακὸν οὐ πάσχοντες, ἐκ τοῦ μεῖον ἔχειν ἀεὶ τῶν πολεμίων, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρηστήρια, εἰδότες ὅτι μόνος ὁ θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. Θεῶν γὰρ ἰσχὺς, καὶ κατ' Αἰσχύλον, ὑπερτέρα· πολλάκις δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμήχανον ἐκ χαλεπᾶς δύας, ὑπέρ τ' ὀμμάτων κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ. καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῶν ἐλπίδων. ἐχρήσθησαν γὰρ κράτιστον ἕξειν ἡγεμόνα τοῦτον ὃς ἂν αὐτοὺς ἀγομένους ἐπὶ ξενίαν καλέσοι. τότε καὶ Κροῖσος εἶχε Λυδίαν, καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς. ἐπανιόντες οὖν ἀπὸ τοῦ χρηστηρίου, περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ περὶ τῶν ὅρων καθεζομένῳ τῆς Ἀττικῆς· ἀχθομένῳ μὲν τῇ τυραννίδι, δικαίαν δὲ ζητοῦντι τῆς Ἀττικῆς ἔξοδον. ταῦτα γὰρ ᾠκονόμησεν ὁ χρησμὸς αὐτοῖς. ὁρῶν οὖν αὐτοὺς πλανήτων ἔχοντας στολὴν, συνεὶς τί δύναται πλάνη, καλεῖ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ξενίαν, ὑπηρετῶν τῷ χρησμῷ λανθάνων. οἱ δ' ἥσθησαν, τὸν ἡγεμόνα τὸν ἀπὸ τῆς ξενίας εἰληφότες·

γρ. Φιλαῖος

γρ. ᾤκισε. Isa. C.

γρ. θεοῖς δέ τ. ἰσχὺς

γρ. καθυπερτέρα

καὶ πάντα αὐτῷ διηγησάμενοι, στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν αὐτόν. οἱ μὲν οὖν τὸν θεὸν φασὶν ἐρωτήσαντα ἐξελθεῖν· οἱ δέ, οὐκ ἄνευ γνώμης τοῦ τυράννου τὴν ἔξοδον πεποιηκέναι, ἀλλὰ τῷ κρατοῦντι τὴν πρόσκλησιν τῶν Θρακῶν διηγησάμενον, ἀπελθεῖν. οἷς καὶ προσδοὺς δύναμιν, ἀπέπεμψεν, ἡσθεὶς ὅτι μέγα δυνάμενος ἀνὴρ ἔξεισι τῶν Ἀθηνῶν. οὗτος οὖν ἡγούμενος ἐπλήρωσε τὰ μεμαντευμένα, καὶ μετὰ τὴν νίκην γίνεται καὶ Χερρονήσου οἰκιστής. ἀποθανόντος δὲ [1] μετὰ παιδὸς αὐτοῦ, διαδέχεται τὴν ἐν Χερρονήσῳ ἀρχὴν Στησαγόρας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος. ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου, διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ οἰκιστῇ, ἀδελφὸς δὲ Στησαγόρου ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος. οὗτος οὖν, ὄντων αὐτῷ παίδων ἐξ Ἀττικῆς γυναικός, ὅμως ἐπιθυμῶν δυναστείας, λαμβάνει Θρακῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην πρὸς γάμον. ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς γίνεται παιδίον. κατελθόντων δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα Περσῶν, συσκευασάμενος τὰ αὑτοῦ, εἰς τὰς Ἀθήνας πέμπει, καὶ τὰ πολλὰ τοῦ γένους ἀποστέλλει. ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται, ἐν ᾗ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ οἱ ἐκ τῆς γυναικὸς τῆς Θρακικῆς· ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴγε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. Μιλτιάδης δ' εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐκ Θράκης διαφυγὼν, σώζεται. οὐκ ἀπέδρα δὲ καὶ τὴν τῶν [ἐχθρῶν] συκοφαντίαν· ἐγκλήματα γὰρ αὐτῷ [ἐπέφερον,] διεξιόντες αὐτοῦ τὴν τυραννίδα [τὴν ἐν Χερρονήσῳ·] ἀποφεύγει δὲ [καὶ τούτους, καὶ] στρατηγὸς τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου γίνεται. ἀπὸ τούτου οὖν κατάγεσθαί φασι τὸ Θουκυδίδου γένος· καὶ μέγιστον τεκμήριον νομίζουσι τὴν πολλὴν περιουσίαν, καὶ τὰ ἐπὶ Θράκης κτήματα, καὶ μέταλλα χρυσᾶ. δοκεῖ οὖν [2] τισὶν * εἶναι οὗ Μιλτιάδου, ἢ θυγατριδοῦς. παρέχει δ' ἡμῖν τὴν ἄλλως αὐτὸς ζήτησιν, μηδεμίαν μνήμην περὶ τοῦ γένους πεποιημένος. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο, ὅτι Ὄρολος ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐστὶ, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφή, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὄρολός ἐστιν, ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ κειμένη· ἔνθα κεχάρακται,

Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται. πρὸς γὰρ ταῖς [3] Μελιρίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκεται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους [4] ὄντως. ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ· ἔνθα [5] καὶ Θεο * αὐτῷ γεγενῆσθαι προσιστορεῖ. ὁ δὲ Ἕρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἕλκειν τὸ γένος. διὸ καὶ διαφθονεῖν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι· οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵππαρχον. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ [6] Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θράκης πλουσίαν σφόδρα, καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θράκῃ. τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων, οὐκ εἰς τρυφὴν ἀνήλισκεν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, τὸν πόλεμον αἰσθηθεὶς κινεῖσθαι μέλλοντα, προαιρούμενος συγγράψαι αὐτὸν, παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίων, καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλλοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γινόμενα κατὰ καιρὸν καὶ λεγόμενα ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. ζητητέον δὲ διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε καὶ ἄλλοις· ἐξὸν Ἀθηναίοις μόνοις διδόναι, καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν. καὶ λέγομεν ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε· σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι. εἰκὸς δὲ ἦν, Ἀθηναίους πρὸς τὸ χρήσιμον ἀπαγγέλλοντας τὸ ἑαυτῶν, ψεύδεσθαι, καὶ λέγειν πολλάκις ὡς ἡμεῖς ἐνικήσαμεν, οὐ νικήσαντες. διὸ πᾶσι παρεῖχεν, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν συμφωνίας θηρώμενος τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν. τὸ γὰρ ἀσαφὲς ἐξελέγχεται τῇ τῶν πολλῶν συναδούσῃ συμφωνίᾳ. ἤκουσε δὲ διδασκάλων,

Cùm autem omnia ipsi narrrassent, ipsum ducem sibi crearũt. Sunt autem qui dicunt [Miltiadem] *Deo prius consulto* [Athenis] *excessisse. Alij verò tradunt eum non sine tyranni voluntate* [inde] *exiisse: sed postquàm tyranno significasset se à Thracibus vocari, sic demum abiisse. Quibus* [tyrannus] *copias præterea dedit, ac* [eos] *dimisit, quia gaudebat virum magna potentia præditum Athenis exire. Hic igitur factus dux res oraculo prædictas impleuit,* [& ad suum finem perduxit.] *Et post partam victoriam coloniæ etiam in Cherronesum deductæ dux fuit. Cùm autem is sine liberis obiisset, Stesagoras vterinus eius frater Cherronesi regnum hæreditario iure ad se deuolutum ei succedens accepit. Hoc autem etiam* [sine liberis] *defuncto, successit in regnum Miltiades, qui & idem nomen ferebat, quod prior ille coloniæ in Cherronesum deductæ dux, & vterinus, ac germanus Stesagoræ frater erat. Hic igitur* [Miltiades,] *quamuis ex Attica muliere liberos suscepisset, tamen regnandi cupiditate flagrans, Hegesipylam, Olori Thracum Regis filiam, vxorem duxit, ex qua filius est ipsi natus. Sed quo tempore Persæ in Græciam venerunt,* [Miltiades] *res suas conuasatas, magnamq; generis partem Athenas misit. Sed accidit vt nauis caperetur, in qua etiam liberi ipsius inerant: non tamen ij, quos ex Thracia muliere susceperat. nam (si modò verum est Herodoti testimonium) à Rege dimissi fuerunt. Miltiades verò ex Thracia fugiens in agrum Atticum saluus peruenit. Sed ne* [ibi quidem inimicorum suorum] *calumnias effugere potuit. Crimina enim ipsi* [intulerunt, eumque accusarunt,] *narrantes quonam modo tyrannidem* [in Cherroneso] *exercuisset. Sed* [tamen tandem ex hoc etiam periculo] *euasit:* [&] *in bello contra barbaros Imperator est creatus. Ab hoc igitur Thucydidem genus ducere tradunt. Et validissimum* [huius rei] *argumentum esse putant, ingentem ipsius opulentiam, & possessiones, quas in Thracia habuit, & aurifodinas. Quibusdam igitur videtur* [fratris, sororisve] *Miltiadis* [filius] *fuisse, vel ex filia nepos. Porro* [Thucydides] *ipse hanc ipsius generis quærendi occasionem nobis frustra præbuit, † † quia nullam eius mentionem fecit. Hoc verò ne ignoremus, Thucydidis patri Orolo nomen fuisse, cuius nominis prima syllaba habet R. secunda, L. Hæc enim* [recta nominis] *scribendi ratio (vt & Didymo placet)* [à nonnullis postea] *corrupta fuit. Quòd enim Orolus sit* [scribendum,] *columna eius monumento imposita apertè testatur, vbi hæc sunt insculpta,*

THVCYDIDES OROLI F. HALIMVSIVS HIC IACET. *Etenim ad portas, quæ Melirides vocantur, in Cœla sunt quæ appellantur Cimonia monumenta, vbi visuntur Herodoti, & Thucydidis sepulcra. Hinc manifestè patet, illud videlicet, Thucydidem ex Miltiadis genere oriundũ esse. nullus enim peregrinus,* [& ab illa familia alienus] *ibi sepeliebatur. Idem testatur etiã Polemon in libro de arce* [Atheniẽsi]. *Vbi etiã hoc præterea scribit, Thucydidi filium fuisse* [Timotheũ.] *Hermippus verò & ab ipsis tyrannis Pisistratitis genus eũ trahere dicit. Quæ enim (inquit) causa est cur ille in suis scriptis, de Harmodio, & Aristogitone inuidiosè loquatur, & tyrãnum ab iis cæsum fuisse neget? nec enim* [vt inquit ille] *tyrannum: sed Hipparchum tyranni fratrem interfecerunt.* [Thucydides] *autem duxit vxorem è Scaptesyla Thraciæ* [vrbe] *ditissimam, & metallorũ fodinas in Thracia possidentem. Has autẽ opes adeptus, non in delicias cõsumpsit: sed cùm multò antè bellum Peloponẽsiacum motum iri præsensisset, quia cupiebat hoc bellũ conscribere, multa Atheniensium, & Lacedæmoniorũ militibus, & multis aliis largitus est, vt res* [omnes] *in hoc bello opportunè gestas, dictasq; sibi eas memoriæ, literisq; mandare cupienti referrent.* [Hîc] *autem quærendum cur & Lacedæmoniis, & aliis pecunias dederat, cùm solis Atheniensibus eas dare, & ex ipsis* [res omnes] *intelligere posset. Respõdemus non sine causa,* [certoque consilio, pecunias] *aliis etiam ab eo datas. Rerum enim* [omnium] *veritatem sibi conscribendam proposuerat. Erat autem verisimile fore, vt Athenienses vtilitati suæ seruientes in rerum à se gestarum relatione mentirentur, & sæpè dicerent* [hostes] *à se victos,* [quos tamen] *non vicissent. Quamobrem* [pecuniam] *omnibus præbuit vt ex multorum consensu veritatis noticiam indagaret,* [ac adipisceretur.] *Quod enim obscurum est,* [id] *multorum concentu, consensuque declaratur,* [& apertè demonstratur.] *Doctores autem audiuit, in Philosophia quidem,*

Anaxa-

[1] Lego ἄπαιδος. Isa. C.

[2] Lego τισὶν ἀδελφιδοῦς εἶναι. Is. C.

†† Thucydides obiter de se verba facit lib. 4. pag. ex H.St. typis primæ editionis 155. v. 17. Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν. &c. & paulo post, Θουκυδίδην κτῆσίν τε ἔχειν τῶν χρυσείων μετάλλων &c. & lib. V. pag 173. Γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος. etc. Æ.P.

[3] π. Μελιτίσι. Isa. C.

[4] π. ὄντος. Æ.P.

[5] Lego καὶ Τιμόθεον υἱόν. Is. C.

[6] π. Σκαπτησύλης. Æ.P. vide Steph.

Anaxagorã (*vnde etiã, Antyllo teste, atheus paulatim haberi cœpit, quòd illius philosophiæ disciplinam auidiùs hausisset*) [in rhetoricis] *verò* [præceptis,] *Antiphõtem rhetorem, virũ in arte rhetorica eximiũ, cuius in octauo* [suæ historiæ] *libro mẽtionem facit, eumq; autorẽ fuisse dicit, vt popularis dominatus abrogaretur, & cccc virorũ dominatio constitueretur. Quòd autẽ Antiphõtis defuncti cadauer Athenienses extra vrbẽ, vindictæ studio proiecerint* [hoc verò Thucydides] *in præceptoris gratiã silentio prætermisit. Sunt enim qui dicunt eius cadauer ab Atheniensib. proiectũ, quòd eo autore popularis dominatus* [Athenis] *mutatus fuisset.* [Thucydides] *autẽ, qui hanc historiã scripsit, cùm ad virilem ætatem peruenisset, nullis Reip. administrãdæ negotiis se immiscuit, nec ad tribunal,* [& concionem] *accessit. Imperator tamen fuit, & imperium* [sibi à populo delatũ.] *primam suorum malorũ causam accepit, nam propter hoc ipsum in exilium est pulsus. Nam cùm Amphipolin missus fuisset, & Brasidas* [eum] *anteuertisset, ac* [vrbẽ] *illam occupasset,* [hoc nomine ab Atheniensib. est accusatus huiusq; rei apud eos] *culpam sustinuit. eius tamen opera Atheniensib. non prorsus fuit inutilis. Nam ab hac quidem* [vrbe capiẽda] *aberrauit: sed Eionem cepit, quæ ad* [fluuiũ] *Strymonem est sita. nihilominus tamẽ* [Athenienses] *prius infortunium eius culpæ tribuentes, ipsum exilio mulctarunt. Ille verò pulsus in exilium, cùm Æginæ esset, quia magnas habebat opes, maximam* [suarum] *pecuniarum partem fœnori collocauit. Postea tamen inde quoque discessit, & in Scaptesyla Thraciæ* [vrbe] *degens, sub platano* [suam historiam] *scripsit. Absit enim vt fidem adhibeamus Timæo, qui Thucydidem exilio mulctatum, in Italia vitam transegisse dicit. Veruntamen ne sic quidẽ iniuriæ acceptæ memor animo erga Athenienses malè affecto* [historiã] *scripsit: sed veritatis amãs, & moderatis moribus fuit. siquidem neq; Cleon neq; Brasidas (qui calamitatis autor ipsi fuerat) vllo in ipsius scriptis maledicto vt ab irato scriptore est affectus, quamquam pleriq; suis affectibus inseruientes, veritate prorsus neglecta, historias conscripserunt. Herodotus enim à Corinthiis spretus, ipsos subterfugisse dicit pugnam, quæ ad Salaminem est commissa. Timæus verò Tauromenita Timoleontem supra modum laudauit, quòd Andromachus ipsius pater potestate regia ab eo spoliatus nõ fuisset. Philistus verò cum iuniore Dionysio verbis prœliatur. Xenophon verò Menonem, Platonis amicum, quòd ipse Platonis esset æmulus, conuiciis incessit. Hic verò* [scriptor] *est moderatus, & æquus, & veritati cedit. Illud autem sciamus, plures fuisse Thucydides. nam & hic fuit, Olori filius, & secundus demagogus,* [qui suis concionibus auram popularem captabat] *Milesij* [filius] *qui & Pericli in Reipubl. administratione est aduersatus. tertius verò, genere Pharsalius, cuius mentionem facit Polemon in libro de arce, patrem ei fuisse dicens Menonem. Fuit etiam quartus alius Thucydides poeta, ex pago Acherdusio, cuius mentionem faciẽs Androtion in rerum Atticarum historia, Aristonem ei patrem fuisse dicit. Vixit autem teste Praxiphane in libro de historia, iisdem temporibus, quibus Plato comicus, Agatho tragicus, Niceratus epicus poeta, & Chœrilus, ac Melanippides. Cæterum* [Thucydides] *quãdiu quidem vixit Archelaus, vt plurimũ nominis obscuri fuit, vt ipse Praxiphanes ait. Postea verò in summa* [apud omnes] *admiratione fuit. Illius autem regionis homines ipsum obiisse dicunt, vbi etiam vitam exul degebat, suamq; sententiam hoc argumento confirmant, quòd ipsius corpus non fuerit Athenis sepultum.* [Aiunt] *enim tabulatũ eius tumulo impositum fuisse. hoc autem ex instituto, & solenni Atheniensium more manifestum esse cenotaphij indicium, quoties quis huiusmodi fortuna vsus obierat, nec Athenis sepultus fuerat. Didymus verò* [Thucydidem] *ab exilio reuersum, morte violenta Athenis obiisse tradit. hoc autem à Zopyro memoria proditum dicit. Athenieses enim, post cladem in Sicilia acceptam, omnibus exulibus (exceptis Pisistratidis) in patriam redeundi potestatẽ permisisse. Hunc autẽ reuersum, violenta morte sublatum, & in Cimoniis monumentis sepultum. quin etiam* [ait] *illorum simplicitatem* [à Zopyro] *derideri, qui Thucydidem peregri quidem obiisse: Athenis verò sepultum fuisse putent. Si enim in paterno monumento clam positus fuisset, nec columnam adeptus fuisset, nec inscriptionem, quæ ipsius sepulcro imposita nomen autoris indicat. Verùm illud constat exulib. in patriam redeundi potestatem fuisse datam, vt & Philochorus testatur, & Demetrius Phalereus, in libro de Archontibus* [Atheniensibus.]

Ἀναξαγόρου μὲν, ἐν φιλοσόφοις, (ὅθεν, φησὶν Ἄντυλλος, καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς.) Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἀνδρός, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τῇ ὀγδόῃ ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων καταστάσεως. ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι, ἔρριψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος. λέγεται γὰρ ὡς ἔρριψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. οὐκ ἐπολιτεύσατο δὲ ὁ συγγραφεὺς γενόμενος ἐν ἡλικίᾳ, οὐδὲ προσῆλθε τῷ βήματι, ἐστρατήγησε δὲ, ἀρχέκακον ἀρχὴν παραλαβών. ἀπὸ γὰρ ταύτης φυγαδεύεται. πεμφθεὶς γὰρ ἐπ' Ἀμφίπολιν, Βρασίδου φθάσαντος καὶ προλαβόντος αὐτὴν, ἔσχεν αἰτίαν καίτοι μὴ πάντα καταστὰς ἀνόνητος Ἀθηναίοις. τῆς μὲν γὰρ ἁμαρτάνει, Ἠϊόνα δὲ τὴν ἐπὶ Στρυμόνι λαμβάνει. ἀλλὰ καὶ οὕτω, τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα μεταλαβόντες, φυγαδεύουσιν αὐτόν. γενόμενος δὲ ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν φυγὴν, ὡς ἂν πλουτῶν, ἐδάνεισε τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων. ἀλλὰ κἀκεῖθεν μετῆλθε, καὶ διατρίβων ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ, ὑπὸ πλατάνῳ ἔγραφε. μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα Τιμαίῳ λέγοντι ὡς φυγὼν ᾤκησεν ἐν Ἰταλίᾳ. ἔγραφε δὲ οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν, καὶ τὰ ἤθη μέτριος. εἴγε οὔτε Κλέων παρ' αὐτοῦ, οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος, ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου. καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελῆσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας. Ἡρόδοτος μὲν γὰρ ὑπεροφθεὶς ὑπὸ Κορινθίων, ἀποδρᾶναι φησὶν αὐτοὺς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Τίμαιος δὲ ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπήνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας· Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ· Ξενοφῶν δὲ Μένωνι λοιδορεῖται τῷ Πλάτωνος ἑταίρῳ, διὰ τὸν πρὸς Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ μέτριος, καὶ ἐπιεικὴς τῆς ἀληθείας ἥττων. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί· οὗτός τε ὁ Ὀλόρου παῖς, καὶ δεύτερος δημαγωγὸς, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο. τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος. τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητὴς, τοῦ δήμου Ἀχερδούσιος· οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, λέγων εἶναι πατρὸς Ἀρίστωνος. συνεχρόνισε δὲ ὥς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ, καὶ Χοιρίλῳ, καὶ Μελανιππίδῃ. καὶ ἐπεὶ μὲν ἔζη Ἀρχέλαος, ἄδοξος ἦν ὡς ἐπιπλεῖστον, ὡς αὐτὸς Πραξιφάνης φησίν· ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη. οἱ μὲν οὖν ἐκεῖ λέγουσιν αὐτὸν ἀποθανεῖν ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν· καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς. ἴκριον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι· τοῦ κενοταφίου δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ τετελευτηκότων, καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις ταφέντων. Δίδυμος δὲ ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα, βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι. καὶ καταγινώσκειν εὐήθειαν ἔφη τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι, ἐπὶ γῆς δὲ τῆς Ἀττικῆς τεθάφθαι. εἰ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι συλλήβδην τεθεὶς, οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε στήλης, οὔτε ἐπιγράμματος, ἢ τῷ τάφῳ προσκειμένη, τοῦ συγγραφέως μηνύει τοὔνομα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει, καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν.

ϖ. Σκαπτησύλῃ. *Æ. P.*

Lego αἰτεπολιτεύσατο. *Isa. C.*

ϖ. χοιρίλῳ. *Is. C.*

ϖ. εἰ γὰρ ἂν ἐτέθη ἐν τ. π. μ. κρύβδην τεθεὶς, οὐκ ἄν. *vide infra*, τὰ ὅσα αὐτοῦ κρύφα. *Æ. P.*

ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω, λέγοντα τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ τετελευτηκέναι· κἂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν. τὸ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ Τίμαιον αὐτὸν καὶ ἄλλους λέγειν κεῖσθαι, μὴ καὶ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ. λέγεται δὲ αὐτὸν τὸ εἶδος γεγονέναι, σύννουν μὲν τὸ πρόσωπον, τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας εἰς ὀξὺ πεφυκυίας, τήν τε λοιπὴν ἕξιν προσπεφυκέναι τῇ συγγραφῇ. παύσασθαι δὲ τοῦ βίου ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη, μὴ πληρώσαντα τῆς συγγραφῆς τὴν προθεσμίαν. ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν, Ὁμήρου· Πινδάρου δὲ, εἰς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὑψηλὸν τοῦ χαρακτῆρος. ἀσαφῶς δὲ λέγων ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς, μηδὲ εὐτελὴς φαίνηται, παντὶ τῷ βουλομένῳ νοούμενος εὐχερῶς, ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς δοκιμαζόμενος, παρὰ τούτοις θαυμάζηται. ὁ γὰρ τοῖς ἀρίστοις ἐπαινούμενος, καὶ κεκριμένην δόξαν λαβὼν, ἀνάγραπτον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κέκτηται τὴν τιμὴν, οὐ κινδυνεύουσαν ἐξαλειφθῆναι τοῖς ἐπικρίνουσιν. ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὥς φησιν Ἄντυλλος, καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις, καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μέντοι καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. μάλιστα δὲ πάντων (ὅπερ εἴπομεν) ἐζήλωσεν Ὅμηρον, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς, καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας, τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ τοῦ κάλλους, καὶ τοῦ τάχους. τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφὰς, καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διαπαντὸς διηγήσει, προσώποις δὲ οὐ περιθέντων λόγους τινὰς, οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ἐπιχειρήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος (δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιΐας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας) μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας, καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥστε καὶ στάσει ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας. ὅπερ ἐστὶ λόγων τελείων εἰκών. τριῶν δὲ ὄντων χαρακτήρων φραστικῶν, ὑψηλοῦ, ἰσχνοῦ, μέσου, παρεὶς τοὺς ἄλλους, ἐζήλωσε τὸν ὑψηλὸν, ὡς ὄντα τῇ φύσει πρόσφορον τῇ οἰκείᾳ, καὶ τῷ μεγέθει πρέποντα τοῦ τοσούτου πολέμου. ὧν γὰρ αἱ πράξεις μεγάλαι, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπρεπε λόγον ἐοικέναι ταῖς πράξεσιν. ἵνα δὲ μηδὲ τοὺς ἄλλους ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν Ἡρόδοτος ἐχρήσατο (ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε ἰσχνός.) ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν. διά γε οὖν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισί. περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησαν τινὲς ἀποφήνασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς, οὐκ ἔστι ῥητορικῆς, ἀλλὰ ποιητικῆς. καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι ποιητικῆς, δῆλον, ἐξ ὧν οὐχ ὑποπίπτει μέτρῳ τινί. εἰ δέ τις ἡμῖν ἀντείποι, ὅτι οὐ πάντως ὁ πεζὸς λόγος ῥητορικῆς ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ τὰ Πλάτωνος συγγράμματα, οὐδὲ τὰ ἰατρικὰ, λέγομεν ὅτι ἀλλ' ἡ συγγραφὴ κεφαλαίοις διαιρεῖται, καὶ ἐπὶ εἶδος ἀνάγεται ῥητορικῆς· κοινῶς μὲν πᾶσα συγγραφὴ ἐπὶ τὸ συμβουλευτικὸν (ἄλλοι δὲ καὶ ὑπὸ τὸ πανηγυρικὸν ἀνάγουσι, φάσκοντες ὅτι ἐγκωμιάζει τοὺς ἀρίστους ἐν τοῖς πολέμοις γενομένους) ἐξαιρέτως δὲ ἡ Θουκυδίδου ἐν τοῖς τρισὶν εἴδεσιν ὑποπίπτει· τῷ μὲν συμβουλευτικῷ, διὰ τῶν ὅλων δημηγοριῶν, πλὴν τῆς Πλαταιέων, καὶ Θηβαίων, ἐν τῇ τρίτῃ· τῷ δὲ πανηγυρικῷ, διὰ τοῦ ἐπιταφίου· τῷ δὲ δικανικῷ, διὰ τῆς δημηγορίας τῶν Πλαταιέων καὶ τῶν Θηβαίων, ἃς ἀνωτέρω τῶν ἄλλων ὑπεξειλόμεθα. ὅπου γὰρ δικασταὶ κρίνουσι Λακεδαιμονίων οἱ παραγενόμενοι. καὶ κρίνεται πρὸς τὴν ἐρώτησιν ὁ Πλαταιεὺς καὶ ἀπολογεῖται περὶ ὧν ἐρωτᾶται, διὰ πλειόνων τοὺς λόγους ποιούμενος. καὶ ἀντιλέγει τούτοις ὁ Θηβαῖος, εἰς ὀργὴν τὸν Λακεδαιμόνιον προσκαλούμενος· ἡ τῶν λόγων τάξις καὶ μέθοδος καὶ τὸ σχῆμα, δικανικὸν καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ εἶδος. λέγουσι δέ τινες τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι, καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου. ἀλλ' οἱ μὲν φασὶν εἶναι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ, Ξενοφῶντος. πρὸς οὓς λέγομεν ὅτι τῆς μὲν θυγατρὸς ὡς οὐκ ἔστι, δῆλον.

Θουκυδίδου ξυγγραφῆς πρώτης. Vel in ipsa inscriptione videtur Thucydides secutus esse suum genium. est enim obscura, & ambigua hæc oratio, Thucydidis historiæ primæ, ambiguitas posita est in casuum similitudine. Sunt enim tres deinceps patrij casus, vt igitur tollatur ambiguitas, supplendum est βίβλος, ἢ βιβλίον, vt sit liber primæ historiæ. Θουκυδίδης, θεοῦ κῦδος. Facit autem attentionem ab operis dignitate, quod accuratè factum, & studio, ac diligentia scriptum quodammodo prædicat: est enim ξυγγραφὴ scriptio, quæ commentatione, meditationeque fit: & ξυγγράφειν, studio, & diligentia conscribere. ξυγγραφὴ aliâs τὸ χρόνογραφον.

Θουκυδίδης ἀθηναῖος. Totus hic prologus in ea sententia vertitur: Thucydides scripsit bellum Peloponnesiacum: Ratio, quia iudicauit magnum, & memorabile illud fore: hæc est vnica sententia coniuncta cum consilio authoris: propterea suscepi scribendam belli huius historiam, quòd existimaui magnum, & celeberrimum illud fore: videmus quàm sit angusta ista sententia: sed ea est vis, & facultas istius authoris, vt ex istis angustiis vnicam hanc sententiam euocauerit, & in spatiosissimos Eloquentiæ campos deduxerit, eamq; vestiuerit, ornauerit, mirisque modis extulerit, atque amplificarit: addit enim confirmationem rationi: Cur iudicasti bellum istud magnum, & celeberrimum futurum? quia vtraq; (inquit) gens erat florentissima opibus, & vario apparatu: præterea, quia multas vtraq; societates habebat Græcorum, & barbarorum: hoc etiam confirmat à belli magnitudine: fuit enim (inquit) maximus hic motus ita, vt non solùm Græcos excitarit, sed barbaros etiam nonnullos, atque adeò maximam partem hominum. Affert alteram probationem, quã tractat per collationem: bella superiora (inquit) parua fuerunt, & leuia si cum isto conferantur. In ista iam collatione commoratur plurimùm, & longè lateque spatiatur: explicat priscorum temporum conditionem: antiquissimum totius Græciæ statum, vitam, mores, migrationes frequẽtes illorum

temporum, caufas migrationum aperit: Homeri teftimonio multa confirmat: multa inter probandum fcitu digna inferit, tãdemq; efficit fe propterea fcribendũ hoc bellũ fufcepiffe: cõfilio videlicet honeftiffimo, ne tot, tantæq; res obliuione inuoluerentur, & pofteritas omnis earum cognitione fraudaretur.

Hoc loco Thucydides normã, & regulã quandam proponit, ad quam omnes, qui fufcipiunt hiftoriam fcribendã, cogitationes, & cõfilia fua dirigant. videtur enim illud tacitè præfcribere; nifi habeas res magnas, graues, & memorabiles, ab hiftoriæ fcriptione abftinendũ effe. Itaq; rectè nécne egerint, qui particulas quafdã rerum geftarum vel à Græcis, vel à Romanis delegerunt, & ex iis corpufcula quædam hiftoriæ condiderunt, viderint docti, & ij, qui elegantia iudicij excellunt.

Illud etiam non eft prætereundum: prologum iftum hiftoriæ videri nobis celebrationem effe totius operis: commendat enim Thucydides hanc fuam hiftoriam, quòd magnas, graues, & maximè memorabiles res contineat.

Liuius voluit imitari hunc prologũ libro primo tertiæ Decados, fed quantũ fuerit affecutus, aliorũ fit iudicium: ego certè cũ ieiunum, & frigidum, fi cum ifto conferatur, vifum iri puto.

Θουκυδίδης ἀθηναῖος. Vel ambitiofiùs nomẽ fuum operi præpofuit, quia genere, nobilitate, & opibus clarus erat, ita vt propterea innuat fe vera fcripturum effe, neq; gratia, vel præmiis adductum iri, vt à recta viæ veritate declinet, & falfa pro veris tradat pofteris, vel hoc fecit veritus, nequis proceffu temporum hiftoriam hãc fibi vindicaret: id, quod multis accidit, temporibus præfertim Ptolemæi Philadelphi. is enim cupiens parare bibliothecam nobiliffimam, libros vndique maximis fumptibus comparabat: ita vt DCC millia voluminum in Alexandrina bibliotheca congeffiffe dicatur. In primis verò conquirebat ftudiofiffimè opera Ariftotelis. id cùm animaduertiffent nonnulli mali fcriptores, falfa infcriptione fuos libros pro libris Ariftotelis venditabant.

Ἀθηναῖος: Vel gloriam aucupari videtur author hoc cognomine, à nobilitate fcilicet patriæ, ipfarũ Athenarum, quæ funt habitæ omnium doctrinarum inuentrices, in quibus fumma prudentia, & fumma vis dicẽdi floruit, vel fidem cõparat hiftoriæ fuæ prędicans fe effe Atheniẽfem, & propterea fe effe res certas fcripturũ. Athenienfis enim facilè fcire poterat, quæ ab Atheniẽfibus gererẽtur: vel, vt Scholiaftes, vt difcrimẽ faceret inter fe, & alios, qui illis temporib. multi eodẽ nomine vocabãtur. Σημείωσαι ἀθηναῖον ἄνδρα dici, fed non ita γυναῖκα ἀθηναίαν, fed ἀττικὴν ἢ ἀστὴν, εὐστάθ. 84.14. Steph. tamen & ἀθηναίαν dici tradit. vide ἐν τῷ ἀθῆναι.

Ὡς. Vel ἀντὶ τοῦ ὅν, vt fit enallage, vel (quod magis probo) qua ratione: vt polliceatur author fe narraturum nõ folùm res geftas ab Athenienfibus, Peloponnefiisq́;, fed etiam quomodo fuerint geftæ.

Πρὸς ἀλλήλους. πάθος. Sed fubobfcurũ: ex eo, quòd populi eiufdẽ gentis inter fe armis dimicauerint, & arma, quæ cõtra barbaros debuerant, in fua ipfi vifcera conuerterint: Græci contra Græcos: præterea bellum, quod cõtra Perfas gefferunt, fuit etiam ipfum Græcorum, id eft, à Græcis geftum fuit, fed non inter ipfos Græcos.

Ἀρξάμενος εὐθύς. Inuitat nos ad legendã hanc hiftoriam, quod innuat fe fcripturũ non incerta, & temporũ vetuftate obfcurata, fed ea, quæ gefta fuerint fua memoria: quæ ipfe cognouerit, & quib. ex parte interfuerit: Aulus Gel. lib. 17. cap. 21 fcribit cœptum fuiffe hoc bellũ anno 323, ab vrbe condita, cùm A. Pofthumus Torquatus Dictator Romæ fuit, qui filiũ fecuri necauit, quod in hoftẽ pugnauerat cõtra fuum edictũ. hic ipfe author fcribit nõ multò pòft in hoc ipfo libro, bellum iftud cœptum fuiffe quinquagefimo anno poft bellũ à Perfis illatum; bellum autẽ Perfarum fuit (vt fcribit Dionyf. Hal. 9. lib. fuæ hiftoriæ) 75, Olympiade, cùm Calliades præeffet Atheniẽfibus: eodẽ ferè tẽpore, quo Coriolanus exul interfuit bello grauiffimo Volfcorũ. Author eft Cic. in Bruto, fiue de claris oratoribus.

Εὐθὺς; ἅμα τῷ ἄρξασθαι τὸν πόλεμον. Hoc autem εὐθὺς iungitur cum verbis motum fignificantibus. Et εὐθὺ ad locum, εὐθὺς ad tempus refertur. ἀριστοφ. Νεφέλ. τὴν πολλὴν βίᾳ βαδίζειν εὐθὺ πυῤῥοπυγίου.

Καθισταμένου. Καθίστασθαι εἰς πόλεμον, bellum capeffere. Καθίστασθαι τὰ πράγματα, conftituere Rempub. adminiftrare. Alias fedare, componere, &c. Καθίστασθαι πόλεμον: bellum oriri.

Καὶ ἐλπίσας. A magnitudine, ac fama huius belli allicit lectores: ἐλπίζειν interdum de malis, vt apud Latinos,

Hunc ego fi potui tantum fperare dolorem. Virg. Æn. 4. ἐλπίζω, μέλλω, &c. cum infinitis futuri.

Τεκμαιρόμενος. Signa, quibus adductus fperabat bellum tale, exponit: quia vtraq; gens florebat opibus, & omni bellico apparatu: & quia cæteri Græci alij his, alij illis partibus fefe vel adiunxerãt, vel erant adiuncturi: ἀκμάζοντες ἦσαν: ἀντὶ τοῦ ἤκμαζον. Aliàs plura in vnum contrahit. ἦν γὰρ ὁ θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι, &c. ἀντὶ τοῦ εὐφυέστατος. τὸ ἑλληνικόν. ἀντὶ τοῦ οἱ ἕλληνες.

Κίνησις: Bellum genus, ἐπιφώνημα.

Διανοούμενον. ξυνίστασθαι κατὰ σύλληψιν. Hæc L. V. vertit perperam.

Τῶν βαρβάρων. In Afia eorum, qui erant in ditione regis Perfarũ. in Europa Thracas, Getas, Pæonas, & alios complures Epirotas.

Ἐπιπλεῖστον. ἢ ἀντὶ τοῦ τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων. ἢ ἐγένετο ἐπὶ πλεῖστον.

Τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν. τὰ μηδικά. Ingreditur in collationem, quia confirmat magnũ, ac memorabile fuiffe hoc bellũ. Confert cum fuperioribus, & efficit omnia illa fuiffe leuiora. Partitur bella fuperiora in duas partes. In ea, quæ fua, patrũq; memoria fuerunt, & in peruetufta, & antiquiffima, atq; in hac collatione cõmoratur plurimum. explicat caufas cur illa bella parua, leuiaq; fuerint: docet crebris migrationibus factum, vt opes illorũ temporum non creuerint. Statum deniq; illum totius Græciæ explicat, vitam, moresq́; illarum ætatum, & caufas migrationum addit. τὰ ἔτι παλαιότερα: τὰ τρωϊκά: bellum Amazonum illatum etiam ab Eumolpo. τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν, δηλονότι πράγματα· τὰ πρὸ αὐτῶν: L. V. ante nos natos: fed malè.

Διὰ χρόνου πλῆθος. Propter temporum vetuftatem.

Σαφῶς εὑρεῖν: planè comperire.

Πολέμους) (ἐς τὰ ἄλλα. Aliis rebus ad pacem pertinentibus.

Καλουμένη· οἰκουμένη· κάλλος, πάρεργον, ὁμοιόπτωτον.

Τῆς γὰρ ἐμπορείας οὐκ οὔσης. Docet cur homines illorum temporum è fuis quique fedibus migrarent facilè,

facilè, id factum ait partim inopia, partim quia homines inopes sperabant facilè se vbiq; victum esse quæsituros: his causis annectit alias: inopiæ videlicet causas, eas fuisse dicit, quia mercaturæ nulla dabatur opera. Hoc ita factum, quia commercia neque terra neque mari erant tuta.

Ἐπὶ μακρότατον. Quàm longissimè potui. Id est, remotissimam à nobis antiquitatem memoriarepetens: ἐπὶ μακρότατον, χρόνον δηλονότι.

Φαίνεται γὰρ. παρὰ, ὁμοιότητα.

Ἡ νῦν ἑλλὰς. Olim enim ἡ φθιῶτις, ἢ ἡ ὑπὸ τῷ ἕλληνι μόνον ἑλλὰς, καὶ ἐκαλεῖτο νῦν) (πάλαι. Constat enim eos, qui iam Græci vocantur, nullas olim certas sedes habuisse, sed perpetuò migrasse: ac facilè suos quenq; fines deseruisse pulsum, & coactum à potentioribus. βιαζόμενοι. Vim passi, vi pulsi ab aliqua manu numerosiore.

Ἀλλὰ μεταναστάσεις. Sed migrationes antea frequentes factas fuisse.

Τῆς γὰρ ἐμπορείας οὐκ οὔσης. Reddit iam rationem, cur homines illorum temporum è suis quique sedibus facilè migrarent. Affert omnino duas causas. Altera est, inopia: altera, spes quærendi facilè victus necessarij quocunque terrarum solum vertissent. Sed his causis annectit alias caussas ita, vt orationem, & periodum istam farciat enthymematis, & propterea obscuram eam reddat. Altera causa erat, inopia, inopiæ ipsius quænam erat causa efficiens? quia (inquit) nulla erat negotiatio, nulla opera dabatur mercaturæ: quæritur altera causa, cur mercaturæ operam illi non dabant? quia nullus erat locus commercio neque mari, neque terra: erat prætererea alia inopiæ causa? erat nimirum; quænam ista erat? non dabant operam agriculturæ: grauis planè erat & ista causa, &c.

Τῆς γὰρ ἐμπορείας. Corinthus propterea ditissima fuit, quia maxima copia mercatorum eò confluebat: ... plurimi erant, qui mercaturam exercerent, inuitabat homines loci opportunitas: erat enim Corinthus in Isthmo sita inter duo maria Ionium, & Ægæum: ita vt merces variæ ab occidente, orienteque eò conueherentur.

Οὐδὲ ἐπιμιγνύντες. ἀντὶ τοῦ πλαγιασμοῦ, οὐδὲ ἐπιμιγνύντων, ἤγουν ἐπιμιγνυμένων. Mutauit figuram orationis, καὶ τὸ εἶδος, est enim ἐνεργητικὸν ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ. Delectatur autem hic author nouitate figurarum, vt iam monuimus. σολοικοφανές.

Ἀδεῶς. tutò.

Οὔτε διὰ θαλάσσης. Consequutio οὔτε κατὰ θάλασσαν. Sed figura mutata.

Νεμόμενοι. ἀντὶ τοῦ νεμομένων. Consequens assumptum, φαίνονται δηλονότι.

Ἀποζῆν. Parcè & duriter vitam agere, Ter. Andr. tolerare vitam. Virg. libro 8, *Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua.*

Χρημάτων. Arist. libro quarto Ethic. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Id est, ὄντες πένητες, causæ paupertatis superius expositæ. Nulla erat mercatura, nulla commercia; paruo contenti vitam degebant.

Οὐδὲ γῆν φυτεύοντες. Altera causa inopiæ. Opes parantur aut mercatura, aut agricultura: illi neutram exercebant: hinc fiebat, vt essent inopes.

Ἄδηλον ὄν. Causa cur agriculturæ non darent operam, neque humum consererent: quia verebantur ne aliis consererent: ne potentiores irruentes arua occuparent, & suis fruerentur laboribus. De hoc quæritur Melibæus apud Virgilium. *Insere nunc Melibæe piros, pone ordine vites, &c.*

Ἄλλος ἀφαιρήσεται. ὑφαρπάσει, περιβολή.

Ἀναγκαίας. Vt καλύπτης ὑποδήματα, necessarium, non superfluum: vt possent pellere famem, & sitim, non Sardanapalum agere.

Μάλιστα δὲ γῆς. Propter crebras migrationes factum docuit paulo antè Thucydides, vt opes superiorum ætatum non creuerint. Iam digreditur, & demonstrat quibus in locis maximè fierent eiusmodi migrationes. In Thessalia itaque, in Bœotia, & in plerisque partibus Peloponnesi hoc accidisse ait: eius verò rei causam fuisse soli bonitatem. Atq; istiusmodi migrationes potissimùm fiebant in optimo quoque agro, atque vberrimo.

Εἶχεν τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων. Id est, patiebatur τὰς μεταναστάσεις.

Πλὴν Ἀρκαδίας. Quæ erat montosa, & aspera.

Ἡ, τε νῦν Θεσσαλία καλουμένη. Olim enim πυρραία à Pyrrha Deucalionis vxore: mox Hemonia ab Hæmone, tandem Thessalia à Thessalo Hæmonis filio. Strabo libro nono, in fine libri.

Τῆς τε ἄλλης. Et reliquæ τῆς ἑλλάδος partes, quæcunque erant vberrimæ.

Διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς: Affert rationem cur in optimo quoque, vberrimoque solo crebræ, atque assiduæ mutationes incolarum fierent, propter soli vbertatem (inquit) incolarum opes admodum crescebant: ita vt auctis opibus seditiones inter incolas orirentur. Seditiones afferebāt illis interitum.

Ἐγγιγνόμεναι τισὶ μείζους, ἀντὶ τοῦ γιγνόμεναι μείζους ἔν τισιν. ἐμποιεῖν) (ἐγγίγνεσθαι.

Ἐξ ὧν ἐφθείροντο. Per quas interibant, L. V. profligabantur.

Ἐπεβουλεύοντο. Insidiis appetebantur.

Τὴν γοῦν Ἀττικήν. A loco contrariorum confirmat assiduis migrationibus factū esse vt opes Græciæ non creuerint. Nam (inquit) Atheniensium opes propterea creuerunt, quòd nullæ migrationes in Attica factæ sunt. Ἀττική ab Atthide Cranai regis filia, Paus. libro primo τῶν ἀττικῶν.

(Εὐγείων) (λεπτογείων. Attica nullas migrationes passa est, quia nullæ seditiones in ea fuerunt; nullæ fuerunt seditiones, propter soli tenuitatem.

Διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον. Singula verba, singula argumenta. ἀστασίαστον: pacatam, & immunem seditionum à vetustissimo vsque tempore.

Ἄνθρωποι οἱ αὐτοὶ οὐκ ἀλλόφυλοι. Itaque gloriabantur se esse αὐτόχθονας, id est, terra natos. Cic. pro L. Flacco, quæ vetustate ea est (de Athenis agit) vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur.

Καὶ παράδειγμα τόδε. Commoratur in eadem re confirmāda, propter assiduas scilicet migrationes Græcorum res non auctas fuisse: cuius rei signum non obscurum illud esse ait, quod affert.

Τοῦ λόγου. Id est, τοῦ παρ᾽ ἐμοῦ εἰρημένου.

Ἐς τὰ ἄλλα. τὴν ἑλλάδα μὴ αὐξηθῆναι ἐς τὰ ἄλλα, id est, ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσιν.

Βιαζόμενοι. ὑπὸ τινῶν ἀεὶ πλεόνων.

Πολέμῳ. ἀλλοφύλῳ: στάσει ἐμφυλίῳ. Vt ἡρακλεῖδαι, quos bello persequutus est Eurystheus. στάσει, Melanthi Messenij factio. Oedipus tyrannus, & siqui alij fuerunt.

Ὡς βέβαιον ὄν. Quòd sedes illæ tutæ essent & stabiles, τὸ χωρίον δηλονότι. ἡ βεβαίου ὄντος τοῦ ἀναχωρεῖν.

Καὶ πολῖται. Consequentia. Athenienses olim fa-

cilè petentibus ius Ciuitatis dabant, Ciuitatis videlicet augendæ causa: sed aucta postea Ciuitate mirum in modum, non ita facilè quoslibet ad Ciuium ius admittebant. εὐθὺς, quia ἀπὸ παλαιοῦ.

Μείζω ἔτι. Erat magna iam Ciuitas per se: sed concursu alienigenarum facta est longè potentior.

Ἀποικίας. Oenotrus primus in Italiam duxisse coloniam dicitur. & nomen loco Oenotriæ dedisse. Author Pauſ. in Arcadicis.

Ἱκανῆς: capace. ἀντὶ τοῦ χωρούσης: οὐ δυναμένης τρέφειν.

Δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε. A diuersis temporibus argumentatur, vt fidem faciat Græcorum opes olim infirmas, atque tenues fuisse. argumentum diuiditur in tria tempora, ante bellum Troianum: in ipsius belli Troiani tempus, & post bellum Troianum: ante bellum Troianum nihil à Græcis gestum est, quod memoratu dignũ videatur, ipsum bellum Troianum fama magis, & poëtarum præconio, quàm re ipsa celebre habetur: post bellum Troianum quæcunque gesta sunt, leuiora, & non ita cum isto conferenda videntur, relinquitur vt bellum hoc, maximum sit, & memoratu dignum.

Οὐχ ἥκιστα. ἀντὶ τοῦ μάλιστα.

Δοκεῖ δέ μοι. Digreditur: & docet ne nomen quidem hoc commune olim omnibus Græcis fuisse: sed alios alio nomine appellari solitos, ac ne ipsum quidem nomen (vt mea fert sententia) habebat dum commune.

Ἐργαζομένη, ἀντὶ τοῦ πράξασα.

Τοῦ Δευκαλίωνος. Nam erat alter Phthij filius: à quo Stephanus conditam scribit τὴν Ἑλλάδα vrbem Thessaliæ. ὕστερον δὲ πᾶσα ἡ περὶ τῇ πελοποννήσῳ χώρα Ἑλλὰς ἐκλήθη. εὐσταθ.

Ἡ ἐπίκλησις. Cognomen, verbum poëticum, ἡ ἐπωνυμία.

Ἐπὶ πλεῖστον. Latissimè, quia numerosissima gens passim diffusa erat, in Thessalia, in Peloponneso, in ora maritima Ioniæ, in insulis nonnullis, atque adeò in Hetruria.

Ἕλληνος δέ. Qua occasione paulatim diuersi populi, Thessali primùm, deinde cæteri cœperint appellari Græci, iam explicat Thucydides. quo tempore (inquit) Ἕλλην, eiusque filij rerum potiti sunt in agro Phthiotico, cæteræ Thessaliæ ciuitates eos ad se accersebant auxilij gratia. Itaque congressu, & consuetudine diuturna factũ est, vt singuli paulatim eodẽ, cognomento Ἕλληνες vocarentur. Ἰσχυσάντων: rerum potitis.

Ἀχαιοί: ab Achæo Xuthi filio. Pauſ. libro septimo ἐν ἀχαϊκοῖς. Argiui ab Argo Phoronei. Pauſ. libro secundo τῶν Κορινθιακῶν. Δαναοί, à Danao Beli prisci filio.

Ἐπαγομένων. Non ad filios Ἕλληνος referendum (vt vertit Laurentius) sed ad cæteros Thessalos, à quibus euocabantur, & accersebantur.

Οὐ μέν τοι πολλοῦ γε χρόνου. Et tamen ne sic quidem longo pòst tempore potuit hoc cognomen ad omnes peruenire. Ἀργείους, ab Argo conditore.

Ἠδύνατο: τοὔνομα τοῦτο, ἢ αὕτη ἡ ἐπωνυμία.

Οὐ μὴν οὐδὲ βαρβάρους. Altera digressiuncula docet cur Homerus hac voce βαρβάρους vsus non fuerit, propterea (inquit) quòd vsus vocis alterius τῶν Ἑλλήνων, qua Græci à Barbaris distinguuntur nondum in vsum venerat. nam Ἕλληνες, & βάρβαροι inter se opponuntur.

Νάστης αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. Ἰλιάδ. β.

Οἱ δ᾽ οὖν ὡς ἕκαστοι. Redit ad propositum: Græcos ante Troianum bellum nihil vnà, quod esset memoratu dignum gessisse. ὡς ἕκαστοι. L. V. tanquam Græci essent omnes. ὑπέβαινον, οἱ Ἕλληνες paulo superius, ἡ Ἑλλὰς κοινὴ ἐργαζομένη.

Ἀθρόοι. κοινῇ, conferti, frequenter, id est, coniunctis opibus, & armis.

Ἀμιξίαν ἀλλήλων. διὰ τὸ ἐπιμιγνύναι ἀδεῶς ἀλλήλοις. tum quia nulla inter eos erant commercia.

Ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν. Sternit sibi viam ad nouam digressionem: In qua docet quis primus apud Græcos classem parauerit, & maris illius imperio potitus Cycladas insulas subegerit, & eò Colonias deduxerit pulsis Caribus. Piratas denique sustulerit, atque ita nauigationem tutam reddiderit, effeceritque, vt summotis latrociniis commercia liberius exercerentur. Eum fuisse dicit Minoa regem Cretensium.

Τὰ πλείω. Plerisque in partibus.

Παλαίτατος. Verbum poëticũ princeps omnium, quos memoria accepimus, à πάλαι, παλαίτερος, παλαίτατος.

Ἐπὶ πλεῖστον. Latissimè.

Μᾶλλον L. V. potius, sed vertendum faciliùs, tutiùs, liberiùs, ἢ μείζους.

Ἑλληνικῆς θαλάσσης. σχολ. πρότερον γὰρ (inquit) Καρικὴ vocabatur.

Οἱ γὰρ Ἕλληνες τὸ πάλαι: Digreditur iterum Thucydides docendi gratia qui primùm Piraticam exercuerint. paulò antè fecit mentionem Piratarum, quos Minos sustulit ex mari Græciæ. Itaque ea re commonitus docet qui primi dederint operam Piraticæ, & latrociniis. Græcos igitur, & Barbaros eos fuisse ait, qui loca maritima, & insulas tenebãt: cœpisse autẽ exercere latrocinia eo tempore, quo ratio nauigandi cœpta est.

Μᾶλλον. Frequentius mare traiicere nau[illegible]us alij ad alios.

Οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων. Mediocris potentiæ. L. V. potentissimis.

Σφετέρου αὐτῶν: ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν. Cùm sui quæstus gratia, tum vt victum pauperibus quærerent. τοῖς ἀσθενέσι. περιποιητικόν.

Ἀτειχίστοις. ἅμα ἀτειχίστων ὄντων.

Κατὰ κώμας: In vicos diuisas, quæ pagatim colebantur. τὸν πλεῖστον τοῦ βίου, vt τὸν πλεῖστον τοῦ χρόνου.

Φέροντος δέ τι καὶ δόξης. Cæsar libro sexto, Belli Gallici. Imò decus, & gloriæ nonnihil afferebat.

Δηλοῦσι δέ. Authoritate gentium nonnullarum, & Poëtarum id comprobat. Hoc declarant, &c.

Καλῶς. Scholiastes ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς, καὶ φιλανθρώπως inquit. nam neque bouem aratorem abigebant, neque noctu homines adoriebantur, neque cædes faciebant. Sed præstat dicere scitè, egregiè, strenuè, vel non inter suos.

Τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων, ἀντὶ τοῦ ἐρωτῶντες τὰς πύστεις εἰ λησταί εἰσιν οἱ καταπλέοντες.

Ἐλῄζοντο δὲ καί. ποιητικόν. Altera digressio: qua docet latrocinia non solùm mari, sed terra etiam exercita fuisse. Prædabantur etiam, &c.

Καὶ μέχρι τοῦδε. Et propterea bonam Græcorum partẽ pristino more viuere. Facit fidem à suis temporibus.

Αἰτωλοί. ἀπὸ αἰτωλοῦ τοῦ ἐνδυμίωνος.

Τό, τε σιδηροφορεῖσθαι. Obiter docet eas gentes solitas arma gestare propulsandæ scilicet iniuriç causa à latronibus olim illatæ. Σιδηροφορεῖσθαι, παθητικὸν ἀντὶ

κὸν αὐτὶ τῦ ἐνεργητικοῦ. τὸ συνῆθες αὐτὶ δύο ἁπλῶν. ἡ ὕλη αὐτὶ τῦ εἴδους μετωνυμικῶς, αὐτὶ τοῦ ὁπλοφορεῖν, ἢ ὅπλα φέρειν.

Διὰ τὰς ἀφράκτους τε οἰκήσεις. Καὶ ἅμα ἀτειχίστων ὄντων.

Καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλοις ἐφόδους. ὡς ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις. Tum quia commercia non erant tuta, & libera, vel quia tutis, & liberis commerciis nullus vicissim inter eos erat locus: vel quia tutò commeare vltrò, citroque non poterant.

Εφόδους. Iam aditus, accessus, cogressus, & commercia.

5. Εποιήσαντο. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Et genus vitæ coluerunt: armis gestandis assuetum: L. V. vitamq; assiduè sub armis agunt ritu barbarorum.

Σημεῖον δ' ἐστὶν. ἐπίλογος. Efficit ex isto genere vitæ posse colligi qualis fuerit pristina vitæ ratio Græcorum omnium. quasi diceret, nam si ædificia, si victus, habitus, &c. eadem sunt, facilè licet intueri quodammodo Græcorum pristinum statum.

Ταῦτα τῆς ἑλλάδος. Id est, nostrorum temporum Græci.

Διαιτημάτων. ἡ δίαιτης.

Εν τοῖς πρῶτοι δὲ. Iterum digreditur: & docet qui primi arma deposuerint, & delicatius viuere cœperint.

Ανειμένη τῇ διαίτῃ. Cultum solutiorem, ac remissiorem secuti ad genus vitæ lautius, & delicatius transierunt. L. V. ex illo soluto vitæ genere in lautius transierunt.

Ανειμένη. A fidibus, quæ modò contentæ, modò remissæ sunt, ducta metaphora: priscum enim vitæ genus durum erat.

Οἱ πρεσβύτεροι τῶν εὐδαιμόνων. ἐναλλαγή. οἱ εὐδαίμονες τῶν πρεσβυτέρων: σχολ.

Λινοῦς. Nam postea laneas gestarunt. Linum inuenisse dicitur Arachne virgo Lydia, Plinius libro septimo, vsum eius apud Hebræorum antiquissimos fuisse multo antè constat: nendi, texendique artificium Minerua instituit: Polyd. Verg.

Κρωβύλον. ποιητικόν. Cincinnum. πλέγμα ποιὸν παρ' ἀθηναίοις, ὃ τῶν εὐγενῶν, καὶ αὐτοχθόνων ἦν δῆγμα. εὐσαθ. σχολ. πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον, ὃ ἐπὶ ἀνδρῶν κρωβύλος, ἐπὶ γυναικῶν κόρυμβος. ἐπὶ παίδων σκορπιος ἐκαλεῖτο.

Εν ἔρσει, ἐνέρσει, αὐτὶ τοῦ ἐνείροντες χρυσῶν τέττιγας. Delitiæ quædam erant inanes & indecoræ. nostris etiam temporibus cum tanta veritatis lux fulget, tamen inueniuntur viri adeò inepti, vt extremas aures sibi perforent, & annulos, & gemmas inde suspendant, deliciarum scilicet gratia.

Η σκευή. Cultus. ἐναλλαγή. αὐτὶ τοῦ οἱ Ιωνες κατεῖχον τὴν σκευήν.

Επὶ πολύ. Omissa est hæc vox à L. V.

Μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι. Primos Lacedæmonios frugali victu, & cultu vsos docet, & æqualitatem in ea re cum plebe seruasse. Primos, eosdē corpora palàm nudasse, & oleo vnxisse, ac certasse: certatores autem in ludis Olympiacis non sine subligaculis certasse.

Ες τὸν νῦν τρόπον. Ad rationem nostrorum temporum. ad nostræ ætatis consuetudinem.

Οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι, Locupletiores.

Αποδύντες. αὐτὶ παθητικοῦ.

Λίπα. ποιητικόν. Ομηρ. ἐπίθετον libro 6. Οδυσ: αἱ δ' λοεσσάμεναι, καὶ χρισάμεναι λίπ' ἐλαίῳ.

Μετὰ τὸ γυμνάζεσθαι. Id est, ἠλείψαντο, καὶ ἐγυμνάσαντο, certarunt: vel non solùm se nudarunt propalam, sed etiam vnxerunt.

Τὸ δὲ πάλαι. Noua digressiuncula. Nata ex mentione certaminis.

Ολυμπιακῷ ἀγῶνι. Ludos Olympiacos Hercules instituisse dicitur. Author Pindarus oda secunda. Η πίσα μὲν διὸς, ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν ἡρακλέης, ἀκρόθινα πολέμου.

Scholiastes refert Orsippum Megarensem authorem huius consuetudinis fuisse. Primùm enim se nudasse: & affert hoc tetrastichum,

> Ορσίππῳ μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῇ δ' ἀείδηλον
> Σῆμα θέσαν φάμα δελφίδι πειθόμενοι.
> Πρῶτος δ' ἑλλήνων ἐν ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
> Γυμνὸς ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.

Πυγμῆς, καὶ πάλης, erat prętereà ἅλμα, δίσκος, καὶ δρόμος.

Επὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις. Subligaculorum vsum adhuc retentum in certamine, ac ludis à nonnullis Barbaris præsertim Asiaticis scribit iam Thucydides digressiuncula noua vsus.

Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα. Efficit priscos Græcos multa alia communia habuisse cum Barbaris suæ ætatis, præter scilicet armorum gestationem, vsum certandi & subligaculorum.

Διαιτώμενον. Vitam instituisse. Ομοιότροπα, αὐτὶ τοῦ ὁμοιοτρόπως.

Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μέν. Redit ad propositum Thucydides, & ad susceptam illam disputationem: cur prisci Græci nihil magnum, & memoratu dignum gesserint: inopiam fuisse causam superius demonstrauit: iam docet ne partis quidem copiis, & diuitiis gestum fuisse quicquam memorabile: sed quomodo partæ fuerint opes demonstrat: mercatura (inquit) & commerciis.

Νεώτατα ᾠκίσθησαν. Recentissimæ conditæ sunt.

Πλωϊμωτέρων ὄντων. Cùm iam tutius posset nauigari, cùm ratio nauigandi esset tutior, sublatis scilicet Piratis. ἐπεὶ δὴ ἤρξατο μᾶλλον πραγματεύεσθαι ναυσὶ πρὸς ἀλλήλους.

Απελάμβανον. Occupabant.

Εκαστοι. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

6. Αἱ δὲ παλαιαί. Digreditur: & docet vbi essent conditæ olim vrbes.

Ανίσχουσαι. Retineo lectionem istam, vt magis germanam, quàm quæ est in Aldino codice, ἄλλως ἀντισχοῦσαι.

Εφερον γὰρ ἀλλήλους τε. Suprà, ἐλῄζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους. Digreditur adhuc, & docet vel eos, qui oram maritimam in continenti tenebant, & tamen rebus maritimis non dabant operam, exercuisse Latrocinia.

Ανῳκισμένοι εἰσί. Loca mediterranea incolunt.

Καὶ οὐχ ἧσσον. Vagatur adhuc Thucydides, & docet qui magis exercuerint latrocinia: οἱ Νησιῶται inquit.

Μαρτύριον. Hoc verò probatur isto signo quasi testimonio.

Δήλου γάρ. Quo tempore Delum Athenienses lustrarunt, apertis sepulturis supra dimidium Cares inuenti sunt, qui conditi in monumentis erant. Hoc est illud indicium, de quo ἐν τοῖς προλεγομένοις egi.

6. Isthmi Belli annô 45. 49.

Αναιρεθεισῶν. Destructis. L. V. sublatis.

Γνωσθέντες. Cares cristas galearum, & signa, & manubria Clypeorum reperisse dicuntur. Author Herodotus libro primo, 17. καὶ σφι τριξὰ ἐξευρήματα ἐγένετο, τοῖσι οἱ ἕλληνες ἐχρήσαντο, καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες, καὶ ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημεῖα ποιέεσθαι, καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶ-

τοι. πῶς δὲ ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάντες οἱ πρὶν ἐώθεσαν, ἀσπίσι χρέεσθαι, τελαμῶσι σκυτίνοισι οἰηκίζοντες περὶ τοῖσι αὐχέσι τε, καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι ὤμοισι περικείμενοι.

Τῇ σκευῇ τῶν ὅπλων. Armatura, hinc igitur facilè colligitur prologum istum scriptum fuisse à Thucydide post historiam totam absolutam. Lustrationis enim & expiationis huius facit mentionem libro tertio.

Καὶ τῷ τρόπῳ. Cæteri enim ora defunctorum orientem versus conuertebant: Cares contrà, occidentem versus.

Πλωϊμώτεροι. Maria frequentari cœperunt: ratio nauigandi facilior facta est, vel, tutior. πλουσιώτεροι ἑαυτῶν. Opulentiores, ditioresq́; facti: hæc Græci sermonis peculiaris figura est.

Καταστάντος δὲ τοῦ μίνω ναυτικοῦ: αἱ δὲ παλαιαὶ διὰ τὴν λῃστείαν, &c. ἀπὸ θαλάσσης. Redit iam ad propositum: & monstrat quando loca maritima cœperint habitari, καὶ οἱ παρὰ θάλασσαν, cum καταστάντος.

Ἐφιέμενοι γὰρ. Docet obiter quomodo creuerint opes Græcorum paulatim.

Οἱ ἥσσους. Vt quæstum inde facerent, inopes, non potentes.

Προσεποιοῦντο ὑπηκόους. Subigebāt, ditioni suæ adiungebant.

Καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ. Et in eo rerum statu iam cùm essent: atque ita aucti, & opum atque potentiæ incrementa nacti.

Μᾶλλον. Maiores: aucti potentia, & opibus.

Ἀγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ. Omnem superiorum ætatum memoriam in tria digessit tempora Thucydides. In tempus, quod bellum Troianum antecessit: in bellum Troianum: & in ea tempora, quæ bellum Troianum consecuta sunt: atque in iis omnibus nihil magnum, & memoratu dignum, & quod esset cum isto bello conferendum, gestum fuisse à Græcis probare nititur. Superius docuit ante Troianum bellū nihil fuisse gestum memorabile: iam docet bellum ipsum Troianum non ita magnum fuisse, vt vulgus putat, neque cum isto comparandum: nam etsi Agamemnon illis temporibus potentia, & opibus floruit, tamen Homeri testimonio, & coniecturis probat ne illius quidem potentiam eam fuisse, vt cum ætatis suæ opibus conferri possit, sed antè quàm ad bellū Troianum veniat, demonstrat primùm Agamemnonem floruisse opibus: & vulgarem de Tyndareo opinionem refutat, & reiicit. Erat vulgi opinio Tyndareum Helenes procos ad iusiurandum adegisse, vt qui sponsus filiæ obtigisset, ei si vis fieret ab aliquo, proci omnes opem ferrent, & iniuriam ab eo propulsarent. rapta igitur à Paride Helena, cæteros procos coisse, vt vim & iniuriam illatam vlciscerentur: & quoniam Tyndareus vita excesserat, Agamemnonem illi expeditioni præpositum fuisse: hanc vulgi opinionem refutat: demonstrat Agamemnonem potius propter potētiæ amplitudinem delectum Imperatorem illius expeditionis, quàm quòd Græcorum Principes iureiurando adacti essent à Tyndareo.

(margin: περιβολὴς μέθοδος.)

Λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα: Probat Agamemnonem floruisse potentia ab authoritate certorum virorum, qui Pelopidarum opes magnas fuisse aiunt: & tamen iis adiunctam etiam Persidarum potentiam: vtramque autem peruenisse ad Agamemnonem: qui duplici iam auctus potētia exercitum coëgit metu potius (inquit) quàm gratia.

Οἱ τὰ σαφέστατα. Comparat authoritatem suo testimonio.

Ἐς ἀνθρώπους ἄπορους. Hîc interpono distinctionis notam.

Τὴν ἐπωνυμίαν: cognomen regionis obtinuisse. Ἀπία enim olim. Homerus, τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. ἀπὸ ἄπιδος τοῦ φορωνέως. Æ. P. π. τὴν ἐπωνυμίαν τῇ χώρᾳ παρασχεῖν, id est, agro, in quem se receperat, nomen imposuisse. nam Peloponnesus à Pelope, non autem Pelops à Peloponneso dictus. Volater. lib. 9. 102. Dionys. de situ orbis. p. 57. Πέλοπος δ᾽ ἐπὶ νῆσος ὀπηδεῖ, &c.

Ἐπηλύτης. ὁ καὶ προσήλυτος.

Τοῖς ἐκγόνοις. τῷ ἀτρεῖ, καὶ τῷ ἀγαμέμνονι. 7.

Εὐρυσθέως. εὐρυσθεὺς σθενέλοιο πάϊς περσηϊάδαο.

Ἡρακλειδῶν. Hoc bello persequebatur: Illi ad Athenienses cōfugiunt: & supplices impetrant precibus, vt se à vi defendant. Athenienses causa eorum recepta, armis resistunt Eurystheo: copias eius fundunt, & fugant, & ipsum interficiunt. Heraclidarum facit mentionem, non Atheniensium, quia eorum causa bellum susceperāt Athenienses.

Μητρὸς ἀδελφοῦ. Id est, auunculi. πέλοψ, οὗ ἀστυδάμεια, καὶ ἀτρεύς,——ἀστυδαμείας, καὶ σθενέλου εὐρυσθεύς. Summa est, quia mortuo Eurystheo Persidarū regnū peruenit ad Atreum, cui Eurystheus cùm ad illam expeditionē veniret, regnū permiserat. Sed μεσότης.

Ἀτρέως δέ. Consecutio postulabat διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν βουλομένων καὶ τῶν μυκηναίων, sed mutata est figura verborum.

Μυκηναίας, καὶ τὴν ἀρχὴν: εὖ διὰ δυοῖν, amittere vires, & corpus. F. 107: 27. lib. 7. ad F. Gallum.

Ἀτρέως. Consecutio, regnum autem ad Atreum peruenit: quomodo? quia proficiscens ad bellum, eius fidei regnum commiserat: cur ita? quia erat ei necessarius: & fortè tum aderat.

Διὰ τὸν χρυσίππου θάνατον, id est, φόνον. Filium Pelopis ex Hippodamia susceptum intelligit, quem matris Hippodamię impulsu Atreus, & Thyestes interfecerant, non pater Pelops, vt σχολ. Author Hyginus. c. 85.

Φόβῳ τῶν ἡρακλειδῶν. A quibus sibi metuebant.

Τεθεραπευκότα. Studia vulgi sibi adiunxerat, potest hic etiam adhiberi distinctio. χρήμασι δηλονότι.

Ἅμοι δοκεῖ ἀγαμέμνων. Pergit docere Agamemnonem metu potius, quàm gratia exercitum coëgisse tum propter potentiæ magnitudinē auctam iam, & duplicatam, tum quia classe præpollebat. ἀπὸ τοῦ σημαινομένου.

Χάριτι. χάριν ἀτρείδῃσι φέροντες.

Προσπαραλαβών. Homeri testimonio hoc probat. Iliad. libro secundo.

> Αὐτὸς γὰρ σφιν δῶκεν ἄναξ ἀνδρῶν ἀγαμέμνων
> Νῆας ἐϋσσέλμους περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον
> Ἀτρείδης, ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει.

Εἴτῳ ἱκανός. Si cui locuples, & idoneus testis videtur. Hoc addit, quia poëtis non ita fides habetur. τεκμηριῶσαι. Factum V. & nouatum.

(margin: ἐπιεικείας μέθοδος.)

Οὐκ ἂν οὖν νήσων. Confirmat Agamemnonē classe floruisse à consequentibus. Nisi classem habuisset, insularum imperium vel nullum, vel pertenue habuisse. Iam verò Homeri testimonio constat eum multis insulis præfuisse, ergo sequitur cum classe floruisse.

Παραδόσει τοῦ σκήπτρου. Id est, in sceptri commemoratione, à quibus ad quos traditum tandem ad Agamemnonem peruenerit.

Ἐξω τῶν

Ἔξω τῶν προσοικίδων. Prӕter vicinas,& adiacentes. A

Εἰκάζειν δὲ χρή. Licet ex hoc apparatu coniecturam facere quales fuerint superiorum temporum expeditiones. nam si ea quӕ ita celebrantur, parua,& obscura fuerunt, si cum hoc bello conferantur, quantò magis illa, de quibus nulla, vel certè obscura extat memoria?

Καὶ ὅτι μὲ μυκῆναι. Occurrit obiectioni: quis credat ingentem exercitum, & magnum apparatum Mycenis, id est, ex paruo oppido emissum? fabulӕ sunt istӕ Poëtarum, & vanus rumor de magnitudine illius apparatus. Occurrit igitur Thucydides, & refutat istam hominum coniecturam: docet opes & potentiam gentium non paruitate, aut magnitudine vrbium esse metiendas, nec propterea, quòd Mycenӕ paruum fuit oppidum, magnas inde copias emitti non potuisse: nam (inquit) fac Athenas, fac Spartam dirutas, & solo ӕquatas: alterius certè, Spartӕ scilicet ruinӕ nulla, vel perexigua & obscura signa relinquent suӕ potentiӕ, & magnitudinis imperij. Contrà ruinӕ Athenarum, opinionem afferent duplo, & amplius maiorem fuisse potentiam eorum. Hoc autem falsum est, ergo res non esse ponderandas locorum vel magnitudine, vel paruitate demonstrat. Neque certo signo quis vtatur, vt apparatum illum tenuem fuisse probet, quòd Mycenӕ, vel alia Ciuitas eorum temporum exiguum fuit oppidum.

Locus communis in sensu & in ea quӕ sensibus percipiuntur.

Ἀπιστοίη μή, plures negationes iam magis negant.

Ἀξιόχρεων. Momento dignum. Οὐκ ἀκριβεῖ. Non firmo.

Στόλον. Propriè de apparatu nautico, & maritimo, transfertur etiam ad copias pedestres. Xenophon libro tertio, 282. 27. μανία ἡ τοῦ ζώλιος γυνή, δαρδάνις ἡ αὐτή, ἀναζεύξασα στόλον.

Εἰρήκασι. Memorantur, & fama obtinuit. κατέχει, retinet.

8. A Λακεδαιμονίων γάρ. Nam si Lacedӕmoniorum vrbs solo ӕquetur, ruinӕ tantùm remaneant, plerosque nunquam credituros puto, potentiam eorum tantam fuisse. ἐξ ὑποθέσεως.

Ἐρημωθείη. Desoletur. L. V. ciuium frequentia destituatur.

Κατασκευῆς. Ædificiorum.

Πολλὴν ἀπιστίαν τοῖς ἔπειτα. Id est, multos posteros non esse credituros: sed familiari vtitur enallage.

Προελθόντος πολλοῦ χρόνου. Longo temporis progressu.

Πρὸς τὸ κλέος. Si cum fama illorum conferatur Lacedӕmoniorum, pro eorum fama, & gloria.

Καί τοι πελοποννήσου. Arguit falsitatis eā hominum opinionem à portione agri, quam tenebant Lacedӕmonij in Peloponneso.

Τῶν πέντε. λακωνική, ἀρκαδική, ἀργολική, μεσσηνιακή, & ἠλεία. Τὰς δύο. τὴν λακωνικὴν, & τὴν μεσσηνιακὴν, ἣν εἶχον ἀποδιώξαντες τοῦ Κρεσφόντου.

Τῆς τε ξυμπάσης. Et totius obtinent Imperium, principatum tenent.

Ὅμως δέ. Et tamen constat eam inferiorem visum iri qualibet vrbe, quia neq; populo frequens est, neque templis, & ӕdificiis magnificentioribus instructa, ornataque, sed prisco more pagatim condita. Hic est germanus huius loci sensus. L. V. hӕc ita, Tamen si ea vrbs non frequens populo esset, neque templis, atque sumptuosis operibus prӕdita, pagatimque vetusto more Grӕciӕ habitaretur, manifestum est inferiorem visum iri: quid sibi velit, certè nescio.

Ξυνοικία. Domus contiguӕ.

Οὐ ξυνοικισθείσης: διὰ τὰς ξενηλασίας.

Κατὰ κώμας. Vicatim, id est, dispersis viribus, vel ӕdificiis: quod arguit infirmitatem, & potentiӕ tenuitatem.

Ὑποδεεστέρα. Inferior, id est, imbecillior, minus potens.

Ἀθηναίων δέ. A contrariis: ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως. B Ex vrbis dirutӕ specie, nostris vsque temporibus eӕ ruinӕ extant, vt spectatores admiratione afficiant, & eò adducant, vt maximam illorum potentiam fuisse credant. Τὸ αὐτὸ, τοῦτο παθόντων. Si eandem fortunam experirentur.

Εἰκάζεσθαι ἄν. Suspicaturos, existimaturos.

Οὔκουν ἀπιστεῖν. Efficit non esse spectandam locorum paruitatem, vel magnitudinem iudicaturis de potentia alicuius Ciuitatis.

Εἰκός. Decorum significat aliâs: Iam probabilitatem, & verisimilitudinem. C

Εἴ τι χρή. Si qua fides Homero habenda est. εἰ τῷ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι.

Ἣν. στρατιάν. βίαιον. Non est habenda fides Poëtis: augent res, & mentiuntur. Hoc vertit in suum commodum.

Πεποίηκε γάρ. Arithmetica ratiocinatione vsus C hoc probat. Sumit ratiocinationem ex Homeri Catalogo. Homerus Grӕcorum naues ad mille & 200. fuisse dicit. Harum maximas quasque, 120. D homines habuisse, minimas 50: vt cùm maximӕ essent 50, millia hominum, 7. haberent, minimӕ verò cùm essent, 7.350. hominum capita complecterentur: reliquum numerū Thucydides promiscuè; partitur inter vtrunque, vt partem dimidiam quodammodo constituat 120, remigum, reliquam 50. Ita fiet summa, quӕ (vt interpres ratiocinatur) ad centena, & tria millia hominum complectetur. alij 12 myriadas colligunt: alij decies centena; & tria millia, & 284; fuisse dicunt.

E Βοιωτῶν, naues 50, singulӕ habebant 120, milites.

Τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον, ἐν δὲ ἑκάστῃ
Κοῦροι βοιωτῶν ἑκατὸν, καὶ εἴκοσι βαῖνον: Ἰλιάδ. 22.

Τὰς δὲ φιλοκτήτου. Idem Homerus Iliad. β. de his ita agit:

Τῶν δὲ φιλοκτήτης ἦρχεν τόξων εὖ εἰδὼς
Ἑπτὰ νεῶν, ἐρέται δ᾽ ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα
Ἐυεμπέδ. 1000, εἶλε σ᾽ ὁ χιλιόνανς ἑλλάδος ὠκὺς ἄρης.

Αὐτερέται δὲ ὅτι ἦσαν. Nouӕ obiectioni occurrit: F imò plures erant. nam isti remiges erant: sed erant prӕterea milites classici: imò (inquit) non erant: & hoc probat Homeri testimonio.

Περίνεως: ἐπιβάτας, Vectores, nouatum. V. & factum, vt προσκώπους.

Ἐυτελῆ: qui magna dignitate, authoritateque e- D rant prӕditi, qui maximis prӕfecturis fungebantur.

Οὐ πολλοὶ φαίνονται: Constat igitur non ita mul- 9. A tos conuenisse, vt ab vniuersa Grӕcia missos, si G mediam quādam rationem teneas inter maximas, & minimas quasque naues.

Σκοποῦντι. σημειῶσαι generatim, & in vniuersum accipi interdum dandi casum, vt apud Latinos secunda persona.

Ambigeres raperet ne rosis aurora colorem,
An daret, & migrantes cernas.

Ως ἀπὸ πάσης τῆς ἑλλάδος: ἐπιδιόρθωσις. πάσης, & κοινῆ habent suum pondus.

Η ὀλιγανθρωπία. πλεῖον. ὁμοιοτήτων. Ad causas redit. Non hominum, sed pecuniæ inopia fecit, vt maior numerus non fuerit secutus: ἀπορίᾳ τῆς τροφῆς: commeatus inopia, vel difficultate.

Βιοτεύσειν. βιοτεύω absolutè, victum quærere, parare.

Επειδὴ δὲ ἀφικόμενοι. Digreditur, & docet Græcos postea quàm Troiam appulerunt, dispersos, alios aliò diuersos abiisse, nec vniuersum exercitum in vno loco mansisse: quo etiam arguit illius expeditionis imbecillitatem. Probat inopia commeatus Græcos maiores copias non adduxisse. ἔρυμα, τειχικὸν, neque enim vallo, & fossa castra muniuissent.

B Η ῥᾷον μᾶλλον. Consequens: & fauet author dignitati, & existimationi Græciæ.

Αντίπαλοι βίᾳ. Pares viribus, sic ἀντίθεος, ἀντίστροφος, ἀντὶ τοῦ ἰσόθεος ἰσόστροφος.

Περιουσία τροφῆς: περιουσία χρημάτων: ἡ περιουσία absolutè χρηματικῶς.

Αθρόοι) (διεσπαρμένων.

Τὸν πόλεμον διέφερον. Bellum duxissent continenter, vel sustinuissent.

Ραδίως ἄν. Sic ego distinguo, οἵγε καὶ, probatio à minori.

C Αλλὰ μέρει τῷ. γέγε. ἀλλὰ μέρει τῷ.

Πολιορκίᾳ δ᾽ ἂν προσκαθεζόμενοι. Quòd si obsidione assidua Troiam pressissent, ἀντὶ τοῦ εἰ ἐπολιόρκουν προσκαθεζόμενοι.

Ελάσσονί τε. Breuiore temporis spatio, & minore labore.

Αλλὰ δι᾽ ἀχρηματίαν, id est, διὰ τὴν χρημάτων ἀπορίαν. ἐπίλογος. efficit ob inopiã cùm superiora bella, tum Troianum ipsum, inferiora hoc bello Peloponnesiaco fuisse. τὰ πρὸ τούτων: res gestæ seculis superioribus.

Τοῖς ἔργοις) (ὀνομαστότατα) (φήμης. re ipsa cõperiantur, arguuntur.

Επεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκά. Ad tertiam diuisionis partem venit: digesserat superiorum temporum memoriam in tres partes: in eam quæ antecessit bellum Troianum: in bellum Troianum; & in eas res quæ à Græcis gestæ sunt post bellum Troianum. De duabus superiorib. partibus egit superius, iam suscipit probandam tertiam, & postremam: docet igitur etiã post bellum Troianum nihil magnum, & memoratu dignum gestum ob easdem causas, quas attigit in principio: propter migrationes videlicet.

Κατισχηκότος. Qui inualuit, increbuit, qui receptus est: & ea opinione, quæ in animis hominum confirmata est.

Επεὶ καί. Nam etiam: particula accommodata principio orationis, & ad conseruandã eius seriem.

D Αὐξηθῆναι. Ita vt eorum opes per otium non creuerint.

Η τε γὰρ ἀναχώρησις. Affert causas. longa (inquit) & diuturna Græcorum absentia fuit causa: & seditiones ortæ faciebant, &c.

Χρονία. serior.

Ενεώχμωσε. Verbum nouatũ, & factum, & poëticum. Nam multi desperantes iam de reditu Græcorum, ad occupanda regna, vel suas quique Ciuitates animum cõuerterant, vt Ægistus ad regnum Mycenarum.

Αφ᾽ ὧν. στάσεων.

Εκτιζον. Vt Teucer in Cypro Salamina, Sipontum Diomedes in Apulia.

Βοιωτοί τε γάρ. Primos Bœotios post Troiam captam è suis sedibus eiectos aliò cõmigrasse docet: & à Thessalis Arne pulsos venisse in Bœotiam: Dores deinde cum Heraclidis Peloponnesum tenuisse: Constitutis verò, pacatisque rebus, Athenienses tandem cœpisse mittere colonias in Ioniam, & bonam partem insularum. Peloponnesios deinde idem fecisse in Italiam, & Siciliam: Confirmatis verò iam Græcorum rebus, & auctis eorum opibus, tum verò tyrannides passim constitutas, & classes ædificatas: eo loco docet obiter, qui primi classe floruerint: qui primi naues ædificauerint ad eam formam, quæ tum erat in vsu. Hæc, & alia scitu digna nunc explicat Thucydides.

10. A Αρνη. Thessalicam intelligit iam. Nam ἡ βοιωτία, ἀπ᾽ ἐκείνης ἐκλήθη. ἡ βοιωτικὴ χαιρώνεια ὠνομάσθη. ὅμηρος Ιλιαδ. β. οἵ τε πολυστάφυλον ἄρνην ἔχον, οἵ τε μίδειαν.

C Ην δὲ αὐτῶν. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Si sexagesimo post captam Troiam anno ex Thessalia Bœotij in Bœotiam venerũt, qui factum est, vt Homerus eorum mentionem in catalogo faciat, & ex Bœotia eos venisse ad bellum illud scribat? λύσις. habebant, (inquit) ibi gentis portionem, licet essent in Thessalia.

B Εστιν ἃ χωρία. Αμφικτυονικώτας. ἀνακτορικάς.

Πρότερον δὲ ἦσαν. Digressiuncula: Antea enim erãt regna certis honoribus definita, nam Tyrãni postea non contenti certis honoribus, sua libidine pro lege vtebantur. *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.* μόγις. Ægrè. ἐν πολλῷ χρόνῳ. προειρηκότης πολλοῦ χρόνου supra.

Ρητοῖς γέρασι. ὅμηρος Ιλιαδ. ζ. 67. καὶ τῆς θαλάσσης: & rem naualem studiosius capessebant. Nauigandi artem primus Neptunus inuenit. Mari imperauit primus Minos. Rates inuentæ primùm in mari rubro, ab Erythra rege, vel à Mysiis, & Troianis in Hellesponto: vel in Britannico oceano. Naues ex Ægypto Danaus primus in Græciam inuexit, sed E erant πεντηκόντοροι. Nauem longam primus Iason ædificauit. Triremem Aminocles Corinthius.

C Μεταχειρίσαι. ἐνδιάξαι. immutasse formã ad eam τῶν τριήρων. nam antea λησικόπτρον, ἡ τῷ παλαιῷ τρόπῳ ἦσαν κατεσκευασμέναι, ἡ οὐκ ἦσαν κατάφρακτοι.

Ετη δ᾽ ἐστὶ μάλιστα. Notat tempus, quo Aminocles Samum venit, & naues ædificauit Samiis. Hinc etiam apparet prologum scriptum post historiam omnem absolutam.

F Ναυμαχία τε. Breuis excursus, quo docet, quando primum nauale prœlium cõmissum, & inter quos fuerit. quo tempore Periander Cypseli filius Tyrãnidem Corinthi obtinebat, propter Lycophronis eius filij cædem à Corcyræis factam. Historia est apud Herodotum, libro tertio ἐν τῇ θαλίᾳ.

Καὶ ταύτης. Id est, ex eo prœlio ad huius belli finem ad summum anni sunt 60, & 200.

Οἰκοῦντες γάρ. Excurrit iterũ Thucydides, & docet Corinthios etiam antè quàm rei nauticæ darent operam, tamen habuisse celebre emporium G propter loci opportunitatem.

D Τῶν ἐλλήνων. ἀπολογία. Quia Græci olim habebant inter se commercia terra potius, quàm mari. Cur ita? propter latrocinia.

11. A Επιμισγόντων, ἀντὶ παθητικοῦ, vt ἐπιμιγνῶντες ἀδεῶς.

Χρήμασί τε. Consequens, Consecutio, ἐμπόριον εἶχον, ἡ ἦσαν δυνατοὶ χρήμασι.

Αφνειόν.

Ἀφνειόν. Ἰλιαδ. β. 13. οἳ δὲ μυκήνας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον.

Ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐυκτιμένας τε Κλεωνάς.

Μᾶλλον ἐπλωΐζοντο. Frequentius nauigare cœperũt. ποιητικόν. Id eſt, poſtea quàm à Græcis frequentari nauigatio cœpta eſt.

Καθῄρουν. Nam de Minoë ſuperius dixit, καθ' ὅσον ἐδύνατο.

Ἐμπόριον. Loca, ad quæ merces venales vndique conuehuntur, & in quibus Nundinæ ſunt, emporia vocantur.

Παρέχειν ἐμπόριον. Exhibere mercatum.

Ἔσχον τὴν πόλιν. Potentem habuerunt, coluerunt ciuitatem.

Καὶ Ἴωσιν. Digreditur iterum, & docet Ionas poſt Corinthios claſſe floruiſſe Cyri temporibus.

B Κύρου. Hic eſt ille, qui bellum Scythis intulit: qui Thomyris reginę Scytharum filium, & eius copias concidit: ipſe deinde à matre Thomyri fuſus: & ipſius copiæ deletæ: cuius caput amputatũ in vtrem ſanguinis plenũ immiſſum cum illo ellogio, Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe. Nam alter Cyrus, cuius παιδείαν ſcripſit Xenophon, Cambyſæ fuit filius, non pater. Tertius autẽ, cuius ἀνάβασιν aduerſus fratrem Artaxerxem, Idem Xenophon ſcripſit, Darij fuit filius. ἀκμάζω, ἀκμή, & ἀκμαῖος, στερά.

(Iuſtinus li bro primo.)

Τῆς καθ' ἑαυτῆς. Icarium, Myrtoum, fortaſſe etiam Carpathium intelligit.

Φωκαῆς τε. Primos Corinthios poſt bellũ Troianum claſſe floruiſſe, & prœlio aduerſus Corcyræos certaſſe docuit ſuperius Thucydides. Ionas deinde nunc addit tertios Phocaenſes, qui claſſe cum Carthaginienſibus certauerint. De potentia Phocaenſium, & de Maſſilia ab illis cõdita legite 43. librũ Iuſtini, qui fuſius hæc narrat. Ego hæc, pauca. Tẽporibus (inquit) Regis Tarquinij ex Aſia Phocaenſium iuuentus oſtio Tiberis inuecta amicitiã cum Romanis iunxit: Inde in vltimos Galliæ ſinus nauibus profecta Maſſiliam inter Ligures, & feras Gallorum gentes condidit, &c. Perperam igitur Scholiaſtes, qui Maſſiliam in Aphrica conſtituit, deceptus nomine Maſſylorum, qui ſunt populi Aphricæ Cæſarienſi Mauritaniæ proximi.

Φώκαια. ἀρχὴ τῆς Ἰωνίας, στράβων libro 12. 254. 35. & πέρας τῆς αἰολίδος, Ibidem.

Μασσαλία, παρὰ τὸ μάσαι, καὶ τῆς ἁλιέα, ὃ ὁ κυβερνήτης προσπλέων, ἐδέηθη μάσαι, ὅ ἐστι δῆσαι αἰολικῶς, τὸ ἀπόγειον σχοινίον. στφ.

Καρχηδονίους. Iuſtinus libro eodem, de Phocenſibus ſcribẽs, hæc tradit, Carthaginienſiũ quoq; exercitus (inquit) cũ bellum captis piſcatorũ nauibus ortũ eſſet, ſæpe fuderũt, pacemq; victis dederunt.

C Γενόμενα. Quamuis fuerint.

Ὀλίγον τε πρὸ τῶν μηδικῶν. Quando cœperint multæ triremes fieri, & vbi, iam narrat.

Κερκυραίοις. Qui olim claſſe, & triremibus floruerunt: cuius rei teſtis Homerus, libro Ὀδυσ. ζ. ν.

Τοῖς τυράννοις. Geloni, & Hieroni.

Ἐς πλῆθος. Id eſt, numeroſæ, multæ.

Μακροῖς) (στρογγύλαι.

Στρατιάς. Rectè. perperam in Aldino Codice.

D Αἰγινῆται γὰρ καὶ ἀθ. Excurrit obiter ac docet claſſem Athenienſium, & Æginetarũ, qui inter ſe bellum geſſerunt, neq; magnam fuiſſe, & pleraſque naues πεντηκοντόρους fuiſſe. βραχέα, ναυτικὰ δηλονότι. Exiguas claſſes, id eſt, paucas naues.

Καὶ τούτων τὰ πολλά. Et harum magnam partem.

A Ὀψέ τε. Quando cœperint Athenienſes multas triremes ædificare.

Τοῦ βαρβάρου. συνεκδοχή. Sic, Roman⁹ prœlio victor.

Προσδοκίμου ὄντος. αὐτὶ τοῦ προσδοκωμένου. Cùm imminerer aduentus Barbarorum.

Καταστρώματα. Foros, tabulata nauium, nondum erant omnino conſtratæ, atque tectæ.

Τὰ μὲν οὖν ναυτικά. Epilogus. Claſſes igitur Græcorum & peruetuſtæ, & recentiores, tales fuerunt, id eſt, non ita numeroſæ, neque firmæ: & tamen B qui eis dederunt operam, ingentem ſibi compararunt potentiam. 12. A

Προσχόντες. Qui incubuerunt, ſtuduerunt, προσέχειν τὸν νοῦν.

Ἄλλων ἀρχῇ. Actiuè. Imperio, quo aliis imperabãt.

Μὴ διαρκῆ. Qui nõ ſatis agri habebant, vel qui nõ vberem agrum, & feracem rerum neceſſariarum, & victus quotidiani habebant.

Κατὰ δὲ γῆν πόλεμος. Digreditur rurſus, & docet bella terreſtria olim nulla fuiſſe geſta quæ memo- C ratu digna videãtur: vt cũ res mari geſtas obſcuras fuiſſe docuerit, iam efficiat res terra geſtas multo obſcuriores fuiſſe. Huius rei cauſas explicat: addit deinde quo tempore cœperint bella ingentia terra fieri, & inter quos Græcorum: ὅθεν τις καὶ δύναμις. Vnde aliquid potentiæ acceſſerit.

Ξυνέστη. Paulo pòſt ξυνεστήκεσαν.

Καὶ ἐκδήμους. Nam Græci in loca à ſuis finib. remota expeditiones imperij propagandi cauſa non faciebant.

D Ξυνειστήκεσ. Perperam vertit L. V. neq; enim ad- B uerſus ciuitates maximas ſubditi conſurgebant. Annota. non enim ſubditi cũ maximis ciuitatibus conſociati erant, vertẽdum. Græci enim nõ adiungebant ſe maximis quibuſq; ciuitatibus. Expungo autem articulum αἱ: & retineo Aldinã lectionem. Altera erat cauſa, quod Græci potẽtioribus ciuitatib. ſeſe ſubiicere, & eas, quaſi parerẽt ipſarũ imperio, ſequi nolebant: altera, quia ex æquo ſumptus non conferebant: neq; pari cõditione bella ſuſcipiebãt.

E Ὡς ἕκαστοι· ὡς πλεονάζει ἀττικῶς.

Μάλιστα δὲ ἐς τὸν πάλαι. Digreditur: & docet quo tempore primum coniunctis viribus, & armis bellageſſerint.

Διέστη. Diſtracti ſunt.

Χαλκιδέων· περὶ τῆς ληλαντίου πεδίου λέγει.

Κωλύματα. Difficultates, impedimenta.

Καὶ Ἴωσιν: ὑπερβατόν. Κῦρος, καὶ ἡ περσῶν.

Προχωρησάντων. Ἀμφιβολογία. poteſt enim referri ad res Ionum, & ad res Perſarum: ſed tollitur am- F biguitas hiſtoriæ beneficio.

Ἐπεγένετο δέ. Digreditur rurſus, & explicat cauſas cur opes Græciæ tam ſerò auctæ fuerint: cæteras omittit propterea fortaſſe, quòd vetuſtate tẽporum erant obſcuratæ: neque vlla ſcriptorum memoria de his extabat: eas verò exponit; quibus res Ionum impeditæ non creuerint. Hoc factum dicit magnitudine Perſarum Imperij, à quibus tandem fuerunt ſubacti. ἐπεγένετο. Contingebant, accedebant.

G Κῦρος, ὁ Καμβύσου, ξενοφῶν ἐν παιδείᾳ. C

Κῦρος, καὶ ἡ περσικὴ βασιλεία, αὐτὶ τοῦ Κῦρος ὁ περσῶν βασιλεύς.

Τύραννοι δὲ ὅσοι ἦσαν. Obiectioni occurrit: cur Polycrates, & alij Tyranni, qui paſſim inter Græcos erant, non augebant imperium alios ſubigẽndo? non ſeruiebant (inquit) gloriæ, quæ quæritur ma-

gnis, & arduis rebus gerendis, & imperio propagando, sed saluti suæ tantùm, & patrimonio amplificando studebant.

Τὸ ἐφ' ἑαυτῶν: Suis tantùm rebus prospicientes: rem suam agentes.

Ἐς τε τὸ σῶμα. σύλληψις. φυλάττειν, supple ad præsidium corporis spectantes.

Ἐς τὸ τ̀ ἴδιον οἶκον. Ad suas res amplificandas: ad suam familiam.

Ὤκουν τὰς πόλεις. Domi se continebant, externa bella non gerebant. δι' ἀσφαλείας. quàm tutissimè poterant.

Οἱ γὰρ ἐν σικελίᾳ. Excipio Tyrannos. Hi enim ad maximam euecti sunt potentiam.

Οὕτω πανταχόθεν. ἐπιφώνημα. Adeò Græcia vndique longo temporis interuallo fuit impedita ne quid publicè, aut priuatim illustre, ac præclarum gereret. Conclusio.

Πανταχόθεν. A scipsis: à barbaris, migrationibus, inopia, variis denique causis. ἡ μεταφορὰ ab iis, qui constricti tenentur.

Φανερόν. Illustre) (ἀφανές.

Κοινῇ) (Κατὰ πόλεις τε.

13. Ἀπολμοτέρα. Causa pro effecto.

Ἐπειδὴ δὲ οἵ τε ἀθηναίων. Quo tempore primum res Græcorum creuerint, iam explicat Thucydides: eo nimirum, quo à Lacedæmoniis Tyranni fuerunt exacti, & Medi cum Atheniensibus in campis Marathoniis pugnarunt: Xerxes denique cum ingentibus copiis pedestribus, maritimisque venit ad Græciam subigendam: tum enim Græcos tam eos, qui aduersus barbaros pugnauerant, quàm eos, qui post profligatas Persarum res ab eis defecerant, alios has, alios illas secutos fuisse partes: Id est, alios se Atheniensibus, Lacedæmoniis alios se adiunxisse: atque ita Græciæ totius opes in duas tantùm partes distributas fuisse dicit.

Τύραννοι. Pisistratum intelligit, qui Tyrannide potitus est Athenis per annos 34. & eius posteros. Herodotus lib. 5. Iustinus lib. 2.

Καὶ πρὶν τυραννευθείσης. πλυκράτης σάμου τύραννος.

Καὶ οἱ ἐκ τ̃ ἄλλης ἑλλάδος. In Thessalia, Corinthi, Megaris.

Τυραννευθείσης. Præssæ tyrannide.

Ἡ γὰρ λακεδαίμων. Digressiuncula docet cur potissimum Lacedæmonij exigere tyrãnos potuerint: quia ab antiquissimis vsque temporibus optimis institutis vsi sunt, & Tyrannidis immunes fuere.

Μετὰ τὴν κτίσιν. Post accessionem L. V. κτῆσιν fortasse habebat codex vnde vertebat: sed vertẽdum post vrbem cõditam à Doriensibus, qui eam nunc incolunt.

Στασιάσασα. Argolus, & Hippocoon: Tememus & Cresphontes. Pausanias libro tertio ἐν τοῖς λακωνικοῖς.

Μετὰ δὲ: ἐπανάληψις, Absportatis omnibus fortunis ex vrbe.

Ναυτικοί: omnes fortunas suas nauibus commiserunt. Terram cum mari commutarunt.

Διανοηθέντες. Cùm in animum hoc induxissent: fortitudinem, & magnitudinem animi Atheniensium subindicat.

Καὶ ἀνασκευασάμενοι. L. V. omittit hæc duo verba.

Ἀνασκευάζεσθαι: Collectis vasis migrare, & solum vertere. συσκευάζεσθαι. Conuasare.

Ταῦτα. Πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ὁμαιχμία. Nouatum, & factum V. ποιητικόν.

Διενεχθέντες. Cùm Lacedæmonij bellum aduersus seruos suscepissent, qui ab eis defecerant, & Ithomen concesserant, impetrarunt auxilia cùm ab aliis sociis, tum ab Atheniensibus, qui duce Cimone, ingentibus copiis venerunt auxilio: at Lacedæmonij veriti eorum potentiam, & audaciam, quæ sibi erat suspecta, eos remiserunt, simulantes se non egere amplius auxilio. Eam rem Athenienses animo iniquissimo tulerunt. Intelligebant enim se remissos per contemptionem fuisse. Itaque relicta eorum societate fecerunt amicitiam cum Argiuis eorũ hostibus. Hoc igitur dissidium intelligit, de quo latius hoc ipso in libro aliquot chartis post agetur.

14. Εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια: res bellicas præclarè instruxerunt.

Ἤδη. Tum, cùm in duas partes erant diuisi.

Κατ' ὀλιγαρχίας δέ. ἢ συλληπτικῶς ἐπιτήδειον, ἢ ἄλλο τι ὅμοιον subaudiendum, vt sit ἐπιτήδειον δὲ μόνον, ἢ ἐσπούδαζον ὅπως πολιτεύσωσι κατ' ὀλιγαρχίαν ἐπιτηδείως σφίσιν αὐτοῖς. θεραπεύοντες αὐτοὺς, δηλονότι τοὺς λακεδαιμονίους, ἢ θεραπεύοντες οἱ λακεδαιμόνιοι, δηλονότι τοὺς ἑαυτῶν ξυμμάχους κατὰ τ̀ πολιτείαν.

Χαλεπὰ ὄντα, &c. σχολ. χαλεπὰ γάρ εἰσιν ἐξ ὧν εἴ τε πιστεῦσαι ὅτι μεγάλα ἦν. Camer. quę difficiles sanè haberent argumentorum explicationes omnes, quibus fides fieri posset.

Τοῖς ἑαυτῶν ξυμμάχοις: vt Athenienses cum Naxiis, & Thasiis, Lacedæmonij cum Argiuis.

Ἀκραιφνοῦς, γλωσσηματικὸν, καὶ ἀπηρχαιωμένον, καὶ δυσείκαστον τοῖς πολλοῖς: cum integra societate, id est, cum omnibus sociis. παρὰ τὸ ἀκέραιον, καὶ τὸ φαίνεσθαι.

Τὰ μὲν οὖν παλαιά. Absoluit collationem, & concludit omnem superiorem disputationem de antiquissimo totius Græciæ statu, & de bellis olim gestis: & efficit eum fuisse talem, qualem ipse explicauit: & res gestas priscis temporibus non ita magnas fuisse: adhibet etiam breuem deprecationem, & latenter petit à lectoribus veniam, si forte minus eis est satisfactum: in tanta enim rerum, & temporum vetustate veritatem erui, & certis argumentis probari vix posse demonstrat.

Τὰ μὲν οὖν. Res igitur vetustas.

Εὗρον. Inuestigando cognoui: comperi.

Χαλεπὰ ὄντα. Deprecatur lectores, & simul eos cõciliat sibi, significans se eorum causa plurimum laboris in rebus indagandis suscepisse. Παντί. Id est, variis, πᾶσι τεκμηρίοις, ἢ χαλεπὰ ὄντα παντὶ πιστεῦσαι τεκμηρίῳ ἑξῆς· quanquam vix fide digna quibuslibet adhibitis argumentis: hæc non possunt adhiberi propter nimiam vetustatem temporum, & errorem opinionum humanarum.

Ἑξῆς. Per singula tempora.

Οἱ γὰρ ἄνθρωποι. Affert rationem, cur difficilis fuerit sibi rerum antiquarum inuestigatio: quia homines in veritate rerum cognoscenda sunt negligentes admodum. ἐπιχώρια, patria: quæ debent esse nota propterea.

Ἀβασανίστως. Sine accurata inquisitione, temerè, inconsideratè, à lapide lydio ἡ μεταφορά.

Ἀθηναίων γοῦν. Exemplis rem probat. Erat recepta opinio Athenis apud vulgus, Hipparchum Pisistrati filium Tyrannum Athenarum interemptum fuisse ab Harmodio, & Aristogitone: quibus propterea, vt Tyrannicidis honores immortales habuerunt: hanc vulgi opinionem Thucydides & hîc paucis, & in sexto libro pluribus refutat, & do-

& docet nō Hipparchum, sed Hippiam fuisse tum Tyrannum. Itaq; nō Tyrannum, sed Tyranni fratrem interemptum fuisse. Huius rei facit mentionem etiam Plato in Hipparcho, quanquam paulo aliter rem narrat. A. Gel. idem affirmat lib. 17. cap. 21. Et ait occisum fuisse Hipparchum Tarquinio Superbo regnum Romæ obtinente.

D Ὡς προειδότος. Quasi rei ignaro: vt præmonito.

15. A Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα. Castigat adhuc Thucydides homines, & eos arguit negligentiæ in veritate rerum indaganda: ita vt non solùm, de rebus peruetustis, sed etiam de recentissimis, atque adeò suorum temporum falsas opiniones conceperint. ἔτι καὶ νῦν ὄντα: quæ adhuc sunt, quæ adhuc extant.

Οὐ χρόνῳ ἀμνηστούμενα. Quæ temporum vetustate memoria non exciderunt: ex animis nō elapsa vetustate temporum.

Ὥσπερ. Exempla. opinantur homines reges Lacedæmoniorum in ferendis suffragiis binos, non singulos quenque ferre calculos: hoc tamen falsum est: Et cohortem Pitanatem apud eos esse, quæ nunquam fuit. Quare efficit non erraturos eos, qui fidem habeant iis, quæ ipse scripsit de rebus superiorum temporum, quæ satis firmis argumentis nituntur.

Βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ. Lucianus ἐν τῷ ἁρμονίδῃ, οἱ μέν γε τῶν λακεδαιμονίων βασιλεῖς τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων. ἐκεῖ-οι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν δύο ἔφερον.

Πιτανάτην. A vico, vel tribu Spartana, vnde πιτανάτης μενέλαος, στρατὸς, ἀγὼν. difficilis μετωνυμία.

Οὕτως ἀταλαίπωρός ἐστιν. ἐπιφώνημα: adeò plerique recusant laborem in veritate indaganda: & ad ea potius, quæ sunt in promptu, & facilia sese conuertunt.

Ἀταλαίπωρος. Laboris impatiens.

B Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων. Reuoca ad illud τὰ μὲν οὖν παλαιά, &c.

Οὔτε ὡς λογογράφοι. Herodotum designat, fortasse etiam ἑλλάνικον, ἑκαταῖον, & χάροντα. λογογράφοι, Prosæ scriptores. ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον. αὐτὶ τοῦ ἐπὶ τὸ προσαγάγειν τὰς ἀκροατάς. Συνέθεσαν. Ἀριστοτ. primo Rhetoricorum. νῦν μὲν οὖν οἱ τὰς τέχνας τῶν λόγων συντιθέντες ὀλίγον πεποιήκασιν αὐτῆς μόριον. περὶ συνθέσεως ονομάτων.

Ἀνεξέλεγκτα. Quæ refutari non possunt, vel οὐκ ἐλέγχους, οὐδὲ ἀποδείξεις ἔχοντα. Id est, οὐκ ἀληθῆ.

Ὑπὸ χρόνου. ὑπερβατόν. Ἀπίστου αὐτὶ τοῦ οὐ πιστευόμενα.

Ἐκνενικηκότα ἐπὶ τὸ μυθῶδες. Et ea, quorum pleraque propter vetustatem in fabulas quodammodo abierunt, & vix creduntur. Σημείωσαι nomina in ωδης similitudinem sæpe, sæpe & quantitatem significare, vt ὀστεώδης, νευρώδης, σαρκώδης.

Ἀπίστως. Ita vt fide careant.

C Ἀποχρώντως. ὑπερβατόν. ἔτι πλεονάζει.

Καὶ ὁ πόλεμος οὗτος. Tria illa agit in hoc Epilogo Thucydides. Commendat suam operam & diligentiam in eruenda veritate ex intimis latebris antiquitatis, comparat fidem suæ historiæ, & attentos facit lectores à magnitudine belli, quod suscepit scribendum: Commendauit superius suam operam à difficultate rerum, & temporum superiorum: & à labore, quem se tulisse in illis indagandis demonstrauit, vt veritatem reperiret. Quæsiuit fidem suo operi, ex eo, quòd maximam se adhibuisse diligentiam dixit in scribendis ad veritatem iis rebus: iam facit attentionem, & bellum amplificat à iudicio lectorum omnium, in quorum manus hoc opus est peruenturum, si mo-

A dò res scriptas perpendant, non vulgi opinionem sequantur.

Δηλώσει. Hoc ita intellige, ὁ πόλεμος δηλώσει. Est autem anticipatio: occurrit iis, qui exactā veritatem requirunt, & conciones insertas reprehendunt.

Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ. Deprecatione vtitur iterum: & petit veniā quòd eadem non sit relaturus quæ singuli in bello dixerunt: & purgat se à rei difficultate: neque enim (inquit) ego poteram meminisse: neq; ij qui ad me referebant. ab imbecillitate memoriæ humanæ, & naturæ infirmitate locus purgationis est petitus.

B Τὴν ἀκρίβειαν. Difficile fuit retinere accuratius memoria verba exquisita.

Ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. Ἢ μέλλοντες πολεμίζειν: L. V. vel post bellum gestum. sed malè. sic enim hæc sunt vertenda, aut cùm bellum essent gesturi, aut cùm iam id gererent. 16. A

Εἴρηται. Commemorata sunt.

C Τῆς ξυμπάσης γνώμης, id est, τῆς γνώμης ξυμπάντων, vel summam sententiæ.

Ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα. Accedens quamproximè, coniecturis scilicet, aut inuestigatione.

Τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων. Compensaturum se ostendit iacturam lectoribus, quam fortasse facturi sunt: si disertè non scripserit, quæ singuli vel ante bellum, vel in bello ipso dixerint, diligentia, & veritate rerum gestarum, quam est religiosè conseruaturus.

D Τοῦ παρατυχόντος. quolibet, id est, homine ex triuio, & nullius authoritatis. οὐδ' ὡς ἐμοὶ ἐδόκει, quod esset αὐθαδείας.

Ἀλλ' οἷς τε αὐτὸς παρῆν: historiæ suæ fidem quærit rursus, & suam diligentiam probat lectoribus.

Ἐπεξελθών. Inuestigans, scrutatus.

Ἐπιπόνως δὲ ηὑρίσκετο. Pergit probare suā operam, & cōciliare sibi animos lectorum à laboribus susceptis in rerum veritate indaganda. ηὑρίσκετο, cognosci poterant. χαλεπὰ ὄντα πιστεῦσαι supra.

E Ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις. Sed qua quisque erat erga vtrosque vel voluntate, vel memoria, ea res referebat. Qui erant beneuoli vel Atheniensibus, vel Lacedæmoniis, hi referebant res ex dignitate, vel Atheniensium, vel Lacedæmoniorum, qui erant maleuoli, hi contrà faciebant: ita qui erant firma & tenaci memoria, hi bona fide certas res narrabant: contrà qui imbecilli, & infirma. Qui aliquibus fauebant, eorum facta, quibus fauebant, in cœlum laudibus tollebant, aduersariorum deprimebant. B

F Ἑκατέρων. τῶν ἀθηναίων, καὶ τῶν λακεδαιμονίων.

Καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν. Hoc etiam comparat fidem, à scriptorum veritate, & à solida vtilitate, quam posteris sunt allatura: habet coniunctam deprecationem: & latenter carpit Herodotum, qui multa fabulosè scripsit. Quanquam verò mea scripta lectoribus non ita sunt futura grata, quia nullas habent fabulas, tamen propter veritatem, & vtilitatem quam allatura posteris videntur, ipsis satisfacient. Itaque voluptatem vtilitate compensat.

G Τῶν μελλόντων. Quia ex rebus præteritis coniicimus quales sint futuræ aliæ eiusdē generis. Si propter contemptionem hostiū exempli gratia, Classis Atheniēsium profligata est, & opes olim euersæ, idem futurum verendum est, si nos iam idem committamus: si bellum ciuile eorundem, &c. &

propterea historia vitæ magistra dicitur. κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. vt res humanæ sunt.

Κτῆμά τε. L. V. emolumentum. possessio. sed Thucydides ita vocat monumentum. ξύγκειται. Conditum est.

Η ἀγώνισμα. Quàm lusus, & quasi actio in scena. Herodotum designat, qui recitabat in celeberrimo hominum conuentu suam historiam.

C Τῶν δὲ πρότερον. Redit ad belli huius amplificationem: cōfert hoc cum bello à Medis illato: & multo grauius, & diuturnius demonstrat. Illud enim duobus prœliis naualibus, & totidem pedestribus finitum: hoc dilatum in multos annos, & plurimos, maximeque varios euentus habuisse docet.

Δυεῖν ναυμαχίαιν. ἐν ἀρτεμισίῳ, καὶ σαλαμῖνι.

Πεζομαχίαιν. ἐν πύλαις, καὶ ἐν πλαταιαῖς.

Μῆκος. Amplificationes, à belli diuturnitate, à nouitate casuum, quos enumerat, à frequentia signorum, & prodigiorum, quibus portendebantur clades istæ. videtur enim verisimile magna esse ea, quæ diuinitus præmonstrantur.

Ηρημώθησαν. Affectus. ἐξέταζον ἕκαστα τὰ πάθη.

Εἰσὶ δὲ αἳ καὶ οἰκήτορας. Vt Ægina, Potidæa, & aliæ.

17. A Οὐκ ἄπιστα. Non incredibilia euaserunt.

Οἱ ἐπὶ πλεῖστον. αὔξησις.

B Ξυνεπέθετο. Acciderunt. L. V. simul inuaserunt, Franc. P.

Διότι δ' ἔλυσαν. Admonet lectores se causas belli explicaturum prius quàm ad eius narrationem veniat, vide Diod. lib. 12.

Τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην. Incrementa potentiæ Atheniensium, quæ erant formidolosa Lacedæmoniis, causam belli potissimum fuisse dicit, ἀντὶ τοῦ τοὺς ἀθηναίους γινομένους μεγάλους παρέχειν ἀνάγκην τοῦ πολέμου τοῖς λακεδαιμονίοις.

C Φανερὸν) (ἀφανεστάτην. Quæ vulgo, & propalam ferebantur.

Ες τὸν πόλεμον. Κορινθιακὸν appellat Diod. Sic. libro 12.303.

Επίδαμνος. δυρράχιον postea. Romani nomen mutauerūt (inquit Pomponius Mela) quia mali ominis esse videbatur. quasi ad damnum irent, qui eò proficiscebātur, hodie Durazzo. Altius autem repetit belli originem, quæ quidem ab Epidamni incolis fluxit. Itaque describit situm vrbis primùm, deinde docet à quibus condita fuerit: postremò monstrat quam belli quasi materiam dederit Corinthiis, & Corcyræis, quorum deniq; causa inter Athenienses, & Lacedæmonios bellum exarsit.

Εσπλέοντι. Datiuū casum generatim accipi interdum, aliàs etiam monuimus. Itaque ἀντὶ τοῦ πᾶσι τοῖς πλέουσιν. θεωροῦντι, ἀντὶ τοῦ θεωροῦσιν, &c. Arist.

Ιόνιον. Strabo libro secundo. ὁ δὲ Ιόνιος κόλπος μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν ἀδρίου λεγομένου, τούτου δὲ τὴν μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ιλλυρὶς ποιεῖ: τὴν δ' εὐώνυμον ἡ Ιταλία. ἀπὸ τῆς Ιοῦς, vt Lycophroni placet, & Æschylo. quæ illud quoq; mare pernatauit, vel ab Iaone viro Italo, vel ab Ionio viro Illyrio, Hodie Golfo di Venetia.

Ταυλάντιοι. παρὰ τούτοις ἐκ μέλιτος οἶνον γίνεσθαι φασίν. Αρις. ἐν θαυμασίοις. ταλάντιοι legitur apud Strab. lib. 7. 143. Sed mendosè ni fallor.

Απῴκισαν. Αποικίαν πέμψαντες ᾤκισαν.

Οἰκιστής. Coloniæ deductor.

D Μητρόπολις. Origo coloniæ, quasi mater, & parens eius.

Καταχληθείς. Pondus habet verbum: καταχαλοῦνται, qui ex altiore gradu vocantur ab inferioribus, ἀνακαλοῦνται, contrà.

A Ξυνῴκισαν. Coloniæ socij fuerunt.

Δωριεῖς. ἀπὸ Δώρου υἱοῦ τοῦ ποσειδῶνος, vt αἰολεῖς, ab Æolo, & Iones ab Ione Atheniensi filio Xuthi, ὃν εὐριπίδης vocat κτίστορα ἀσιάτιδος χθονός. εὐσταθ. εἰς Διονυσ. περιηγ. 122.

Απὸ πολέμου. Bellum fuit causa seditionis: Seditio, τῆς φθορᾶς. Vide Hermog. in Methodo grauitatis: vbi negat esse ἀμφιβολογίαν.

B Στασιάσαντες. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Εφθάρησαν. Attriti sunt.

Τὰ δὲ τελευταῖα. Nouissimè autem. 18. A

Ο δῆμος. Seditione addit, L. V. quod non est in Græco.

Μητρόπολις. Vt ad matrem, & quasi parentem. ridicula enim est Etymologia τῆς μητροπόλεως à matrice.

Καταλῦσαι, finire bellum. L. V. vertit componerent & bello se liberarent barbarico. B

C Τὸ ἥραιον. Quod religiosè colebatur à Corcyræis, vt videbimus in eorum seditione: vt loci, & numinis religione mouerent eos. ὁρῶντες δὲ οἱ δῆμοι τὰ γιγνόμενα καθίζουσιν ἐς τὸ ἥραιον ἱκέται.

Οὐκ ἐδέξαντο. Non admiserunt preces.

Τιμωρίαν. Iniuriæ propulsationem.

Εν ἀπόρῳ εἴχοντο, id est, ἠπόρουν, ambigebant quid de ea re statuerent, quomodo se molestia ea liberarent.

Παραδοῖεν. Dederent.

D Τιμωρίαν τινὰ πειρῶντ'. Darentque operam, vt aliquid auxilij, & præsidij, ab illis impetrarent. L. V. num aliquod conarentur ab iis exigere præsidium.

Ηγεμόνας ποιεῖσθαι. L. V. duces facerent: vel sub eorum degerent auspiciis, vel & auspicia eorum sequerentur. C

Υπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν. L. V. vltionem promiserunt. Sed dicendum potius eos in fidem, & clientelam receperunt.

E Οὔτε γάρ. vel τὸ γὰρ abundat, vel repetendum τὸ παρημέλουν. D

Πέρα. τὴν προεδρίαν.

Πανηγύρεσιν. Ολυμπίοις, Ισθμίοις, νεμέοις, πυθίοις.

Κορινθίῳ ἀνδρὶ, ἔθος γὰρ ἦν ἐκ τῆς μητροπόλεως ἀρχιερέας λαμβάνειν, inquit ὁ σχολιαστής. Ego simpliciter locum intelligo.

F Περιφρονοῦντες δὲ αὐτούς. ἀττικὴ ἡ σύνταξις, ἀντὶ τοῦ καταφρονοῦντες αὐτῶν. ἀφοβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. ἀριστοφ. νεφελ. quanquam apud Aristoph. hoc antiquè dictum. 19. A

Χρημάτων δυνάμει. Probat rem à natura diuitiarum, quæ solent reddere homines insolentes.

Παρασκευῇ. Classe, telis, armis, equis, militibus, &c.

Επαιρόμενοι. Iactantes sese, μετωνυμία.

Η καὶ μᾶλλον. Quo etiam magis, vel eamq; ob causam parandæ classi operam dabant accuratius: studiosius instruebant classem.

Καὶ ἦσαν. Interponit suum iudicium ne viderentur à suis maioribus degenerasse.

G Αμπρακιωτῶν. ἀμπρακία, καὶ ἀμβρακία, ἀπὸ Αμβρακος τοῦ θεσπρωτοῦ παιδὸς, πόλις θεσπρωτίας, nunc l' Arta. B

Κατ' ἐπήρειαν. ἐπηρεασμὸς, ἐμποδισμὸς ταῖς βουλήσεσιν οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ. L. V. pro sua authoritate, sed dicendum insultantes ipsis. παρὰ τὸ ἐπὶ, καὶ τὸ ἄρης, bellicus insultus.

Προσλα-

Προσλαβόντες. In belli societatem assumptis, adiunctis.

Ὡς πολεμίοις. In hostium numero, hostium loco habituros.

10. A Πεντήκοντα δραχμάς. Hoc puto factum, vt militibus pararetur stipendium.

Κορινθιαί. Nam erant etiam Atticæ, quæ singulæ senos valebant obolos: & Æginenticæ, quæ denos.

B Παλῆς. πάλη, παλῆς ὡς μεγαρῆς. τετράπολις γὰρ ἡ κεφαλληνία. πάλη, κρανία, σάμη καὶ προνοία. σχολ.

Ἑρμιονῆς ἕρμιον. ἡ ἑρμιόνη ἡ καὶ ἀκερεία.

C Ἐπειδὴ δ' ἐπύθοντο. Apparatum Corcyrēsium iam explicat Thucydides, & prœlium nauale commissum cum Corinthiis: in quo victores ipsi fuerunt. Sed primùm docet Corcyrenses prouocasse Corinthios, vt iure, non armis de ea re disceptarent: & arbitros idoneos deligerent, qui statuerent ad quos potius colonia pertineret: sed cùm recusarent iudicium Corinthij, & bellum per caduceatorem indixissent, coactos demū commisisse prœlium: & longè superiores armis fuisse dicit.

Παρέλαβον. Vt testes haberent suæ æquitatis.

21. B Δισχιλίοις. Atqui superius dixit τρισχιλίοις, necesse est alterum locum mendosè legi. quanquā Scholiastes propter contemptionem Corcyrensium hoc ita factum refert, quia iudicarunt. Corinthij satis fore hunc numerum: sed nullis nititur coniecturis.

Κερκυραίοις ἐναντία. ἔμφασις.

C Ἀκτίῳ. πόλις ἀκαρνανίας, ἐν ᾗ Apollinis equestre, & gymnicum certamen classis etiam celebrabatur: & tertio quoque anno repetebatur: templum etiam Apollinis eodem nomine vocabatur, & promontorium, quod est in faucibus sinus Ambracij. Apollo ἀκτιακὸς καὶ ἀκταῖος. ἡ ἑορτὴ τὰ ἄκτια. L. V. vertit nauigio actuario, deceptus fortasse Codice vnde vertebat, in quo deprauatè legebatur ἀκατίῳ. Virgilius Æn. lib. 8. 159.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo, & 159.

In medio classeis æratas, actia bella
Cernere erat ——

Ἀνακτορίας, ἀνακτόριον, ἡ ἀνακτόριον, πόλις τῆς ἀκαρνανίας. ἡ γῆ ἀνακτορία.

Ζεύξαντες. Iugis aptantes: vel iuga aptantes, ὄνομα ναυτικόν, vel refectis, iunctis.

Ἐπεπλήρωντο. L. V. Et naues ipsorum expletę sunt numero octoginta: sed præstat vertamus instructæ remigio, & defensoribus.

22. A Παρὰ πολύ, multis partibus, id est, sine cōtrouersia victoria minimè ambigua fuit penes Corcyrenses, longè superiores fuerunt.

Τῇ αὐτῇ δ' ἡμέρᾳ. Alterum Corcyrēsium successum hic narrat, Epidamnios obsessos fecisse deditionem certis conditionibus, quas tulerant Corcyrenses.

C Χειμέριον. ὅ. τῆς θεσπρωτίδος γῆς. ἔστι δὲ λιμὴν, ἡ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης, ἐν τῇ ἐλαιάτιδι τῆς θεσπρωτίδος εὐρεῖ. ἣν ἡ ἄκρα.

D Ἀντικαθεζόμενοι, castra statiua opposita habentes.

Τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα. Exponit iā Thucydides Corinthios anno post prœlium, & altero firmissimam ædificasse classem, peritissimos quosque remiges magnis stipendiis vndique coēgisse: in belli denique apparatum totis viribus incubuisse: Corcyrenses verò factos certiores de eorum apparatu, atque conatibus misisse legatos Athenas, petitum

A societatem & amicitiam, eodem etiā Corinthios venisse re audita, interpellandi eos causa: itaque habebimus hîc conciones duas inter se aduersarias.

Θέσθαι τὸν πόλεμον, ἀντὶ τοῦ διαθέσθαι, à negotiatoribus. 23. B

Ἐς ἀντιλογίαν. In disceptationem venerunt, coacta concione, habitis comitiis.

Καταστάσης ἐκκλησίας. Diod. Sic. libro 12. 304. συναχθείσης ἐκκλησίας.

B

CORCYRÆORVM CONCIO.

Δίκαιον ὦ ἀθηναῖοι. Procemium est ductum à personis, & ab officio eorum, qui agunt: ad quos ait pertinere primùm, vt doceant sua postulata esse coniuncta cum vtilitate, vel certè nullū detrimentum esse allatura iis, vnde petitur societas, præsertim si nulla ipsorum extent merita in eos, quorum societatem petunt, deinde, vt demonstrent beneficium istud rectè, & apud gratos collocatum iri.

C Docent, & faciunt attentionem legati. Docent, cùm aiunt se venisse petitum auxilia. Attentionem faciunt, ab vtilitate postulatorum. Est autem inserta procemio argumētorum distributio. τὸ καλὸν, τὸ συμφέρον, &c.

Σημειῶσαι. Liuius hanc concionem magna ex parte conuertit libro septimo primæ Decados, Campani sunt, qui profligatis eorū rebus à Samnitibus, petunt à *Romanis auxilia per legatos*, &c. Eiusdem cōcionis argumentum fusius tractatum, D & artificium Rhetoricum expressum.

Δίκαιον ὦ ἀθηναῖοι Petunt ab Atheniēsibus Corcyræi, vt se recipiant in societatem, & iuuent suis auxiliis: hæc est summa istius cōcionis, quæ in genere deliberatiuo versatur. Sed cùm illa sit quæstio, essent nec ne recipiendi in societatem, & auxiliis iuuandi, qui nullo suo merito populum Atheniensem antè prouocassent, idq; aduersus fœderatos; docent legati recipiendos, iuuandosque se esse: argumenta, quibus hoc probant, appellan- E tur à Rhetoribus τελικὰ κεφάλαια, quæ Cicero vocat ad vltimum illud pertinentia. Ἀριστοτ. libro secundo Rhet. ὧν ἕνεκα καὶ προαιροῦνται, καὶ φεύγουσιν. ea sunt vtilitas, dignitas, æquitas, facultas, τὸ ἀναγκαῖον, τὸ ἡδύ, ἡ τὰ ἐνδεχόμενα. Docent igitur legati societatem, atque amicitiam Corcyræorum vtilem, ac necessariam fore Atheniensibus: ostendunt æquam, non iniquam; honestam, non turpem fore: æquam & honestam, quia eos iuuabunt suis opibus, qui vim per iniuriam patiuntur, & à F quibus minimè oportuerat, oppugnantur. vtilem, & necessariam, quia cōiungent arma cum iis, qui & ipsi non parum classe pollebant, ita, vt coniunctis duabus firmissimis classibus Lacedæmoniis formidolosi sint futuri. Probant Lacedæmonios hostes futuros: vestra (inquiunt) incrementa iam pridem illis suspecta sunt: itaque illud agunt, & versant animo, vt vestram euertant potentiam: & de mouendo bello iam cogitant. Vtilem præterea demonstrant fore istam societatem, quia G non solùm erit apta ad bellum hostile propulsandum, sed etiam ad imperium longè, lateque propagandum: Corcyram enim insulam nauigaturis in Italiam, & Siciliam, & illas res affectaturis maximas commoditates loci, & situs opportunitate præbere posse: diluunt etiam quæ à Corinthiis obiici poterant, id est, Athenienses iniu-

tiam sibi facturos, si suos colonos in societatem reciperent, & exemplum sibi in primis perniciosum prodituros. futurum enim, quasi dicerent, vt etiam ipsi eorum socios, & colonos defectionem facientes recipiant in fidem: præterea rupturos esse Athenienses fœdera, quæ erant sibi cum Lacedæmoniis: prius obiectum diluunt ab æquitate: nullam facietis iniuriam ô Athenienses, quia opem iis feretis, qui alios non oppugnant, sed ipsi oppugnantur, idque iniuria. posterius refutant, scripti, & fœderum authoritate: non rumpetis fœdera, quia in fœderibus est, ciuitates Græcas, quæ neutris essent fœderatæ, & sociæ, ius esse, vt ad vtras partes velint transeant. Argumenta causæ totius hæc sunt: Affectiones verò, quibus animos permouent, illæ sunt: misericordia, metus, inuidia, & spes. Mouent misericordiam à magnitudine periculi imminentis, quòd soli sint, sine vllis amicis, atque sociis, & ab opinionis suæ frustratione. Metũ incutiunt à bello iam iam impendente: ab infensis Corinthiorum, Lacedæmoniorumque animis erga Athenienses. Inuidiam mouent ab iniquitate Corinthiorum, qui armis potius, quàm iudicio certare voluerint: & colonos perinde ac seruos tractare voluerint. Spem denique maiorum rerum proponunt, & ampliandi imperij, ab opportunitate insulæ Corcyræ, quæ maxima adiumenta datura sit iis, qui volent Siciliam, Italiámve petere.

Hæc erant dicenda de totius causæ inuentione: Iam eius partes, earumque dispositionem explicemus.

Primo loco excusant se legati, quòd antea secundis suis rebus Atheniensium societatem non appetierint: negant superbia, aut contemptu Atheniensium id ita à se factum: sed falsa quadam prudentiæ opinione se delusos, itaque venia potius, quàm odio se esse dignos: vt status, sit deprecatio. fatentur enim se peccasse, & postulant tacitè, vt sibi ignoscatur. Hanc deprecationẽ Thucydides artificiosè primo loco posuit, quia genus causæ turpe est. turpe enim videtur, qui antea secundis rebus nostram societatem, amicitiamque neglexerit, eum in periculo constitutum petere à nobis, vt se tueamur. Secundo loco est posita dignitas; tertio, vtilitas; quarto, necessitas; quinto, obiecta diluuntur; sexto, & postremo sunt Epilogi.

Σημείωσαι, Magna petere legatos, vt saltem parua impetrent, hoc artificium Thucydideum est: quod Demosthenes passim imitatur in Philippicis.

Μεγάλης. Significatio subobscura aliquorũ meritorum erga Athenienses, quanquam ea extenuat. Conciliatio ergo.

Προοφειλομένης. Cùm nulla ipsorum extet beneficia: nullo collato antè beneficio, nullaque societate inita. Οδυ. ψ, 67.

Τοὺς πέλας, τοὺς πλησίον, ὧδε δέ τις ἐπίσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον.

Καὶ ξύμφορα. Non solùm æqua, sed vtilia etiam, vis huius sententiæ est posita in particula καί. Videtur autem Thucydides hîc suppressisse illam sententiam propterea, quòd Corcyrenses nituntur potius vtilitate, quàm æquitate, Corinthij contrà. βέβαιον, ἀτίλικτος, vt Κλυτὸς ἱπποδάμεια.

Σαφὲς καταστήσωσι. Planum fecerint.

Μὴ ὀργίζεσθαι. Non ferre indignè: quia scilicet non aliorum, sed ipsorum culpa id accidit, ἀτυχεῖν) (τυγχάνειν.

Τετύχηκε δέ: προκατάληψις. Ingreditur in deprecationem. Summa. Quamuis antea secundis nostris rebus ad vos petitum societatem non venerimus, danda tamen nobis venia est falsa opinione delusis, qui nostras res tranquilliores, pacatioresque fore putauimus si in res nostras intenti ab aliorum societate abstineremus. Locus misericordiæ à dedecore, & damno, quod huiusmodi vitæ institutum attulit. τετύχηκε latenter culpa transfertur ad fortunam, ἐπιτήδευμα, τὸ ἰδιοπραγμονεῖν, ἢ ἡσυχεῖν, ἢ μηδενὶ ξυμμαχεῖν.

Ἄλογον. Inconsultum, μετωνυμία, à causa ad effectum.

Ἐς τὴν χρείαν. In hoc negotio, in quo egemus vestra opera, est nobis fructuosum. L. V. sed malè.

Ξύμμαχοι. Explicat se ipsum.

Τοῦτο. Ad significationem refer.

Περιέστηκεν. Locus misericordię à rerum mutatione in contrarium, id est, contrà ac sperabatur.

Τὴν μὲν οὖν γνώμην. Accedit iam ad causam: docet cur petitum auxilia veniant.

Ἀπεωσάμεθα, pondus habet. Compescuimus L. V. sed vertendum, reiecimus, repulimus, vim vi repellere licet.

Καὶ ἅμα μέγας. Subindicat rem etiam Atheniensium agi.

Γενήσεται δέ. A dignitate. Atq; hæc societas si nos recipiatis in dubiis nostris rebus, magnam nobis gloriã afferet multis de causis. Primùm quòd nobis qui violamur, non aliis iniuriam inferimus, auxilium feretis. Deinde, &c. ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετέρας χρείας, αὕτη ἡ συμμαχία.

Ναυτικόν. τὸ συμφέρον.

Καὶ σκέψασθε: Amplificant rem ab occasione, quã pulcherrimam, & plurimi æstimãdam esse dicunt, itaque minimè negligendam. Vos antea nostram societatem, & amicitiam maximis rebus anteposuissetis, illa iam sponte sua se vobis offert. τὸ σπανιώτερον μεῖζον ἀγαθόν.

Εἰ ἦν. Mutata figura, probant plurimi esse faciendam suam amicitiam iudicio eorum, apud quos agunt: à tempore præterito.

Δύναμιν. τὴν συμμαχίαν: sed auget.

Ἄνευ κινδύνου. Qui volunt boni aliquid adipisci, hi solent interdum sumptus facere, & pericula subire: vos nihil tale passi estis, vt nostram potentiam vestræ adiungeretis, ἢ ἄνευ κινδύνου. nullum vobis afferens periculum, aut sumptum: hic sensus aptior.

Ἐς μὲν τοὺς πολλούς. Repetit dignitatem. τοὺς πολλούς. quia hæc societas non apud Corinthios, & eorum similes erat allatura vtilitatem magnã. Congeries.

Ἀρετήν. δόξαν.

Καὶ ὀλίγοι. ἐπιμονή, ἀσφάλειαν, præsidium.

Τὸν δὲ πόλεμον. Docent iam quem vsum, & qua in re sit allatura sua societas, & amicitia: in bello Peloponnesiaco se maximo vsui futuros populo Atheniensi demonstrant: bellum enim hoc iam impendere: itaque à periculis imminentibus eos mouent, & metum incutiunt. Erit vobis maximo vsui nostra societas cùm ad bellum Peloponnesiacum, quod imminet, tum ad traiiciendum in Italiam, & Siciliam.

Εἴτις

Εἴπερ ὑμῶν. Occurrit eorum opinioni, qui nullum fore bellum existimare poterat. L. V. Quod si quis bellum nobis (in hoc autem vtiles esse possumus) non imminere opinetur, is profectò fallitur opinione, &c. Vertendum potius: in quo nos vobis vtiles esse poterimus, vel, in quo vobis operã nostram nauare, vobisque inseruire, ac prodesse poterimus.

Γνώμης ἁμαρτάνει. Caret consilio: aberrat. κακονοητικῶς.

Πολεμησείοντας. Spectare ad bellum, bellum cupere.

Καὶ τοὺς Κορινθίους. Coniectura. Corinthij eos impellent, L. V. Et Corinthios cùm per se validos, quia αὐτοῖς cum spiritu aspero scriptum, sed si loco asperi tenuis reponatur, sensus (ni fallor) erit multò melior: Corinthij valent authoritate apud Lacedæmonios, ergo impellent eos ad bellum.

Καὶ ὑμῖν ἐχθρούς. Propter insignẽ cladem, qua eos affecerunt, duce Myronide.

25. A Καὶ προκαταλαμβάνοντας. A consilio, quo Corcyrenses iã opprimere studebant, repræsentant rem, vt maiorem incutiant terrorem, quasi iam res agatur.

Ἐς τὴν ἡμετέραν ἐπιχείρησιν. αἰτίᾳ τοῦ ὥστε ὑμῖν ἐπιχειρῆσαι.

Φθάσαι ἁμαρτῶσιν: ἢ φθάσαντες ἁμαρτῶσιν. ἀνάγκη, αἰτία τοῦ φθάσωσιν ἁμαρτεῖν, ne frustrentur priores eos. ἢ κακῶσαι, &c. σχολ. τὸ φθάσαι καθ' ὑπερβατὸν iungunt cum κακῶσαι.

Κακῶσαι: Affligere, debilitare nos: alteros oppugnando, atque opprimendo, alteros tali societate priuando. ἔργον, pares.

Προτερῆσαι) (ὑστερίζειν, λείπεσθαι.

Ἣν δὲ λέγωσιν. Obiectiones Corinthiorum iam diluunt: non est æquum Athenienses vt nostros colonos recipiatis: λύσις, imò est, quia illi iniuriam nobis faciunt, & vim afferunt, neque vt colonos, sed vt seruos nos tractare volũt. Hîc autem tractatur rei æquitas.

B Τοῖς ἴσοις. μεταφορά, pro iure.

Τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. Ius suum persequi.

Καὶ ὑμῖν ἔστω τι τεκμήριον: Admonet Athenienses obiter, vt exemplo suo discant sibi cauere à Corinthiis: nam si cognatos ita tractant, quid facient illis, qui nullam secum habent necessitudinem? Atque eorum acta in nos cognatos documento vobis sint, ne in fraudem inducamini, néve petentibus opem ex templo morem geratis.

C Ὁ γὰρ ἐλαχίστας. γνώμη. Quem enim minimum pœnitet collati in inimicum beneficij, is extra pericula vitam agit: id est, qui non gratificatur inimicis ita, vt aliquando eum pœniteat.

Λύσις δέ. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Εἴρηται γάρ. Scripto nititur legatus Corcyr. at Legatus Corinthiorum nititur sententia.

Καὶ δεινόν. Queruntur Corcyrenses Corinthiis licere remiges vndiq; cogere cùm ex cæteris Græcorum ciuitatibus, tum ex finibus ipsorum Atheniensium, ac sociorum; sibi verò non licere societatem petere, præsertim eam quæ nullis conditionibus fœderum vetetur. queruntur (inquam) de Corinthiorum iniquitate, qui loco criminis id essent ducturi, quod esset omnium æquissimum.

Ἀρέσκηται. αἰτία τοῦ ἀρέσκει.

D Προκειμένης. Facultas petendæ societatis latet in verbo προκεῖσθαι.

Πεισθέντων. Si postulatis nostris assentiamini.

Πολὺ δ' ἐν πλείονι. Atqui nos potius ni impetremus, habebimus materiam vos insimulandi. ἐν αἰτίᾳ ἔχειν, culpare, δι' αἰτίας ἔχειν.

Ἡμᾶς μὲν γάρ. ἀπολογία, & σύγκρισις. 26. A

Καθ' ὅτι αὖ πρόσθεν. Quia parua primùm auxilia missa, mox maiora, vt libuerit: quæcunq; libuerit.

Ἀπὸ τοῦ προφανοῦς. Apertè: quia ita receperunt Corcyrenses in amicitiam, vt prætextu quodam vterentur.

Πολλὰ δέ. ἐπίλογοι, in quibus repetuntur superiora argumenta, & amplificantur, animique permouentur. Locus æquitatis, & vtilitatis in primis repetitur: iure se à Corinthiis defecisse aiunt, quia hostes: vtilem verò Atheniensibus fore societatem istam, quia Corcyræi florent classe: ita, vt cõiunctis opibus etiam si rumpantur fœdera, tamen hostibus formidolosi sint futuri propter potentiæ magnitudinem: atque hoc loco docent maximo se vsui futuros Atheniensibus in bello Peloponnesiaco. Proponitur etiam spes maiorum rerum, C & ampliandi imperij. Insulam enim Corcyram ita opportunè sitã, vt maximas præbere valeat commoditates Atheniensibus, siue ipsi in Italiam, & Siciliam velint traiicere, siue arcere auxilia, quæ aliquando vel Itali, vel Siculi Peloponnesiis essent missuri. Postremò metus incutitur, si patiantur se in potestatem hostium venire.

Ὑπείπομεν. Prædiximus, monuimus. Δημοσθ. 101. 20. ταῦτα ἀναμνήσω, & τούτων ὑφέξω λόγον, πρῶτον ὑπειπών. Ἀριστοφ. πλουτ. ὑπειπούσης δ' ὅτι εἰς ἐσπέραν ἥξοιμι.

Ὅσπερ σαφεστάτη πίστις. Id, quod apertissimè apparet: B & tamen non demonstrauit: vel itaq; ex communi auditorum opinione, qui de ea re persuasi erant, ita loquitur, vel astutè, & veteratoriè, incertũ pro certo, & non concessum pro concesso accipit, vel quia superius dixit, & ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας. De quo minimè dubitari potest: quod minimè dubiũ est, quod certissimum argumẽtum est. πίστις pro πιστόν. vt scelus, pro scelesto.

Οὐκ ἀσθενεῖς. Itaque vobis formidabiles.

E Καὶ ναυτικῆς. Neque par iactura fit in societate amissa, si classe floreat, atq; si pedestribus copiis valeat. σύγκρισις. Nec perinde iactura fit si societas in fidem nõ recipiatur, quæ pedestribus copiis valet, ac si non admittatur, quæ classe floret, id est, multò maior fit iactura in repulsa societatis, quę floret re nautica, quàm in repulsa eius, quæ copiis pedestribus viget. συναθροισμός.

Ἡ ἀλλοτρίωσις, ἡ στέρησις. σχολ.

F Ἀλλὰ μάλιστα μέν. παραίνεσις. Oportet vos potissimùm dare operam vt soli classe polleatis, si fieri hoc potest: sin minus, vt eos vobis adiungatis socios, qui firmissimam & ipsi habent classem.

Ἀλλὰ μάλιστα μὲν, ἢ δίκαιον, ἢ supplendum δεῖ κατ' ἔλλειψιν αὐτῶν.

Καὶ ὅτῳ τάδε. Cõfirmat animos eorum qui cunctabantur, & recusabant Corcyræos in societatem recipere verentes ne fœdus frangeretur, proponit spem victoriæ à magnitudine potentiæ futuræ, si duæ istæ ciuitates se coniungant: futurum G enim ait, vt minimè sit verendum de belli euentu iunctis viribus: contrà verò disiunctis valde esse metuendum.

Ξυμφέροντα λέγεσθαι. Id est, esse vtilia, quæ à nobis memorantur: coniuncta cum vtilitate esse.

Γνώτω τὸ μὲν δεδιός. Compensat periculũ frangen- C di fœderis magnitudine potentiæ futuræ: Supe-

rius docuit non ruptum iri fœdera: εἴρηται γὰρ, &c. Iam per gradus docet etiam ſi rumpãtur, hoc non ſolùm non detrimentoſum, ſed etiam vtile, atque è Repub. eorum fore.

Τὸ μὲν δεδιὸς: In quo timet, αἴτι τοῦ τὸ φόβον:

Ἀσθενὲς ὄν) (ἰσχὺν ἔχον.

Ἀδεέστερον ἐσόμενον) (τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον, minus formidoloſum hoſtibus futurum: τὸ συγκεῖμενον, αἴτι τοῦ θετικοῦ.

Καὶ ἅμα οὐ περὶ τῆς Κερκύρας. Pergit incutere terrorem à bello imminenti.

Τὸ αὐτίκα: τὴν νῦν ὑπάρχουσαν εἰρήνην, præſentem rerum ſtatum.

Ὅσον οὔπω: μονονοὺ, μονουχὶ, Ter. Phorm. ſenem per epiſtolam pellexit tantũ non montes auri pollicẽs.

Καὶ οὐ τὰ κράτιστα αὐτοῖς προνοῶν. Hunc locum perperã vertit L.V. Præterea cùm non magis de Corcyra, quàm de Athenis conſultetur, non proſpicit hic quæ præcipuè ſunt è dignitate, atq; ex vtilitate Athenarum: & cùm cernat bellum non futurum, ſed tantùm non iam præſens eſſe, de recipienda in ſocietatem noſtra ciuitate hæſitat, &c. non intellexit illud τὸ αὐτίκα περισκοπεῖν: & tamen vel ſcholia indicant.

D Τῆς τε γὰρ Ἰταλίας: ξενοφῶν libro 6. τῶν ἑλλην. 342. καὶ ἐδίδασκον ὡς μέγα μὲν ἀγαθὸν ἀποβάλλοιεν, εἰ κερκύρας στερηθεῖεν. τοῖς δὲ πολεμίοις μεγάλην ἂν ἰσχὺν προσβάλοιεν· ἐξ οὐδεμιᾶς γὰρ πόλεως πλήν γε ἀθηναίων οὔτε ναῦς, οὔτε χρήματα πλείονα ἂν γενέσθαι. ἔτι δὲ κεῖσθαι τὴν Κέρκυραν ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, καὶ τῶν πόλεων, αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν, ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν λακωνικὴν χώραν βλάπτειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς τε αντιπέραν ἠπείρου, καὶ τοῦ εἰς πελοπόννησον ἀπὸ σικελίας παράπλου. Et Diodorus Siculus libro 12. 313. 36. Διὰ τὸ τὴν Κέρκυραν εὐφυῶς κεῖσθαι πρὸς τὸν εἰς σικελίαν πλοῦν.

Κεῖται καλῶς παράπλου: vt εὖ ἔχω τοῦ στόματος.

27. A Βραχυτάτῳ δ᾽ ἂν κεφαλαίῳ: ἀπὸ τοῦ ἀναγκαίου concludit: Tres ſunt Græcis claſſes: veſtra, noſtra, & Corinthiorum: ſi patiamini nos in poteſtatem Corinthiorum venire, erit vobis bellãdum aduerſus noſtram, & eorũ claſſem: Si nos recipiatis in fidem, & amicitiam veſtram, nullos timebitis. Vt autem vniuerſa, & ſingula in breuiſſimam contraham ſummam, inde cognoſcere, ac perſpicere poteritis nos non eſſe deſerendos.

Λόγου ἄξια. Claſſes memoratu dignas. τούτων δ᾽ εἰ: γίγν. τούτων δὲ ἓν εἰ.

Ἡμετέραις. Rectius in Aldino Codice per η, quã in codicibus ab H. St. impreſſis per υ.

B CORINTHIORVM CONCIO.

Ἀναγκαῖον Κερκυραίων. Recipiendos ſe eſſe in ſocietatem, & auxiliis iuuandos probarunt Corcyręi in ſuperiore cõcione. in hac docent Corinthij eos nõ eſſe recipiendos. Illa igitur cõcio ſuaſoria, hæc diſſuaſoria eſt. diſſuadent Corinthij iſtã ſocietatem Corcyræorum Athenienſibus. argumẽta quibus hoc probant, ſunt & ipſa τελικὰ κεφάλαια. quia turpis, quia periculoſa, quia iniqua: Turpis, quia Corcyræi vi, & rapto viuunt, & quaſi latrociniũ exercẽt. Fœdum autem, atq; infame eſt cum eiuſmodi hominibus ſocietatem iungere. Periculoſa, quia ſi recipiantur, erunt cauſa belli Athenienſibus: fœdera enim ruptũ iri. Iniqua, quia coloni Corinthiorum ſunt. Itaq; docent nõ debere Athenienſes recipere colonos aliorum in amicitiã, ſed permittere, vt in ſuos quiq; colonos animaduertãt, pręſertim ſuo exemplo admonitos. Corinthios enim olim cùm Samij ab Athenienſibus defeciſſent, & ad Peloponneſios petitum auxilia veniſſent, ſuaſiſſe contra opinionem multarum ciuitatũ, quæ aliter cenſebant, nõ eſſe eos iuuandos auxiliis: itaq; factum, vt ab Athenienſibus facilè Samij debellarentur. Hæc ſunt potiſſimùm argumenta, quibus docent Corinthij non eſſe recipiendos Corcyræos in ſocietatem. Sed habent interpoſitas quaſdã refutationes criminũ obiectorum à Corcyræis. Diluunt enim illud, quo quærebantur Corcyræi ſe iniquè, & ſeruorum inſtar tractari à Corinthiis, per ἀντικατηγορίαν, ἢ ἀντέγκλημα. nam ſe potius ab illis colonis contemni, & ſuperbè contumelioſeq; tractari. Refutant etiã illud de bello illato. Demonſtrãt enim nunquã ſe bellum illaturos fuiſſe, niſi fuiſſent prouocati inſigni iniuria. Quo autẽ ſe tuebantur Corcyræi, cùm dicerẽt ſe voluiſſe rem iudicio permittere, hoc nihil valere docent: iniquis enim cõditionibus ſe fuiſſe prouocatos: vt ſcilicet, dum coloni, & præſidium eorũ armis oppugnabatur, ipſi diſceptarent iudicio. Hæc ſunt huius etiã concionis argumenta, quibus reſpõdent Corinthij Corcyræis: addita præterea eſt petitio in fine, petunt enim vt ſecum potius iungant, arma, & gratiã referant pro priſtinis ſuis in eos beneficiis, quę exponunt, & amplificãt. Affectiones quibus animi mouentur illæ ſunt, inuidia, metus, mitigatio, & aliæ id genus: rapiunt in inuidiã Corcyræos ab eorum inſtitutis, flagitioſiſq; moribus; & violentos, rapaces, impudentes, aſtutos, mendaces, & quodammodo latrones eos eſſe probant. Motũ incutiunt à bello proculdubio futuro, ſi Corcyręos in ſocietatem recipiant: docent etiã longè plures Athenienſium ſocios rebellionẽ facturos, & ad ſe tranſituros, quos & ipſi Athenienſiũ exemplo prouocati, ſint recepturi: poſtremò mitigãt animos Athenienſium, qui propter veteres inimicitias erant à Corinthiis alieniores. Docent poſtrema beneficia veterum offenſionum memoriã debere abolere.

Diſpoſitio cauſæ hæc eſt: Primo loco Corinthij eleuant inſtituta, & mores Corcyræorum, vt detrahant illis authoritatem. Secundo, reſpõdẽt ad illorum crimina. Tertio, docent nõ eſſe recipiendos eos, qui ſecundis ſuis rebus contempſerint ſocietatem Athenienſium. Quarto, metum incutiunt, fœdera ruptum iri demonſtrant. Quinto, poſtulant, vt ſibi referatur gratia, & enumerãt ſua in Athenienſes merita, eaque amplificant. Sexto, & poſtremo, ſunt Epilogi.

Σημείωσαι, plura & ipſi petunt, vt minora ſaltem impetrent, petũt ſocietatem Athenienſium contra Corcyræos, vt ſaltem illud obtineant ne Corcyræi in amicitiam recipiantur.

Principium eſt ductũ ἀπὸ τῆς διαβολῆς. Criminantur Corinthij Corcyręos, quòd non ſolùm petant ſocietatem Atheniẽſium, ſed etiam grauiter accuſent ſuam Metropolim. Itaq; efficiunt nõ eſſe mirandum ſi ipſi quoque par pari referentes, vitia, & flagitia eorum proferant. Eſt itaq; diuina προοικονομία, qua purgant ſuum factum.

G Ἀναγκαῖον. Vt moleſta ſolet eſſe auditoribus noſtrarum laudum prædicatio, ita aliorũ vituperatio: itaque Hermogenes in methodo Grauitatis tradit nobis viã, qua vtrumq; facere liceat ſine auditorũ moleſtia. Quoniam Corcyræi iſti non modo de ſe in ſocietatem recipiẽdis verba fecerunt, ſed de iniuriis, quas acceperũt à nobis, queſti ſunt, ſeq; iniquo

quo bello à nobis premi criminantur, necesse est nos quoq; ad vtrumq; respondere, atq; ita ad reliquam orationem accedere, vt nostrã postulationem rebus vestris tutiorem maturè intelligatis, & istorum vsum non temerè repudietis.

Τὴν καινότητα τοῦ λόγου. τὴν τῆς προστάσεως ὑπαλλαγήν, ἢ τὴν ἀνάγκην. Δημοσθ. περὶ στεφ. ἐὰν δ' ἐφ' ἃ πεποίηκα, καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω, ἀναγκαῖον. προθεραπεία.

Bipartita est tota ista causa: altera pars habet dissuasionem, & refutationem criminum: altera habet petitionem: vtramq; tangit in hoc procemio Thucydides.

Τῶν δὲ: σφοδρότης, δεικτικὸν σχῆμα.

Ἐπὶ ἀμφοτέρων: ὅτι τε ὡς οὐκ ἀδικοῦμεν, ἢ ὡς αὐτοὶ εἰκότως πολεμοῦνται.

Δέξασθαι. Illi dissuadent vt non recipiantur.

Ἀδικοῦμεν, refutantur, ὅτι τὸν ἄλλον λόγον: petitio.

Μνησθέντας. Attentio à breuitate.

Ἵνα τὸ ἀφ' ἡμῶν τι ἀξίωσιν: quò & nostra postulata cognoscatis: & istorum societatem reiiciatis.

Προειδῆτε. Antè quàm deliberetis. Ἀσφαλέστερον, cõsideratè, maturius) (ἀλογίστως. χρείαν, τὴν συμμαχίαν εἰρωνικῶς.

Φασὶ δὲ συμμαχίαν. Argumentatio. ὁ ἀγὼν, aiunt se moderatione quadã à societate aliorũ olim abhorruisse. Imò nõ moderatione, sed dolo malo, astu, & studio nocendi hoc ita factũ est. πρός τε, τὸ μὴ ἐν ὀλιγωρίᾳ συμμαχίᾳ τῇ τῶν πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν. Δὲ, αἰτία τοῦ δή.

Τὸ δ' ἐπιτήδευσας. Illi verò hoc institutum secuti sunt, αἰτίᾳ κλήματα.

Κακουργία. Generatim maleficiũ, priuatim dolosum, & tectum maleficiũ) (ὕβρις, improbum, & apertum, & κακουργεῖν verbum, iam astum significat.

Ξύμμαχόν τι. Coniectura probabilis: noluerunt habere testes suorum scelerum.

Οὔτε παρακαλοῦντες. Neq; opẽ alterius implorantes erubescere: quod est superbię. L. V. aut testem, à quo verecundiæ admonerentur.

Καὶ ἡ πόλις αὐτῶν. A situ insulæ ducit cõiecturam probabilem, ita sita est Corcyra, vt homines prætereuntes eò sæpissimè appellant, isti verò oblata occasione vim faciunt hospitibus, & peregrinis.

Αὐτάρκη. Apposito: ad eam rem idoneo. Κεῖσθαι θέσιν, situm esse aliquo modo.

Παρέχει δικαστάς. Reddit eos arbitros, cõstituit eos iudices potius, quàm vt ex pacto, & conuento fiat.

Ἐκπλέοντας. Quia commeant.

Ἀνάγκη. ἔμφασις. quasi diceret, ita sunt infames, vt homines ab eorum portu abhorreant, & nisi tempestate delati eò nunquam veniant. τὸ εὐπρεπὲς ἀπόδον. species præclara neglectæ societatis.

Οὐχ ἵνα. Correctio, & causæ verę allegatio. congeries, ὑβρις, ἢ θέσις.

Κἂν τούτῳ. ἐπίλογος τοῦ κεφαλαίου, atq; in eo sitũ est decorum, quod prætendunt, se à societate aliorum abstinuisse.

Καί τοι εἰ ἦσαν. Amplificatio ab officio boni viri.

Διδοῦσι, ἢ δεχομένοις τὰ δίκαια. L. V. iusta dando, & accipiendo. Sed dicẽdum, disceptando, iure disceptantes cum aliis.

Ἀναισχυντῶσι. Impudenter negent nullis conuinci se testibus posse sperantes.

Ἀλλ' ὅτι πρὸς τοὺς ἄλλους. Trãsitio: iniquitatẽ obiicit Corcyrẽsib⁹: vt in alios iniquè agũt, ita nũc in nos.

Λέγοντες. Respondent obiectioni, οὐ γὰρ ὅτι τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ὅτι τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. κακῶς πάσχειν, ταπεινῶσαι.

Ἡμεῖς δὲ οὐδ' αὐτοί. Ἀντικατηγορία. ὑργότης: ἀνθυποφορά.

Αἰτιῶνται ἄλλαι. A signo docent nullo suo merito hanc sibi fieri iniuriam. à consentaneis.

Καλὸν δ' ἦν. Concessio ἐξ ὑποθέσεως, fac nos peccasse: fac nos materiã illis dedisse, vt de nobis quererentur, bellum tamen non debuerant continuò suscipere aduersus nos, neq; arma inferre suæ μετριότητος. ita enim erant consecuturi non mediocrem gloriam. Iam vero cùm nulla nostra culpa prouocati arma in nos conuerterint, scelestos se necesse est fateantur. Iure optimo bellum inferimus: sed fac nos iniuria hoc facere. βίαιον.

Τῇ ἡμετέρᾳ ὀργῇ. Purgatio. Imprudentia: nostræ effrænatæ libidini. Collatio commodorum, καλὸν) (αἰσχρόν.

Ὕβρει δὲ, ἢ ἐξουσίᾳ. Inficiatio, criminatio: petulantia; & opũ licentia cùm alia in nos peccarunt, tum, &c. Isocrates. πλεῖστος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. ἐξουσίαν μετὰ τῇ ῥᾳθυμίᾳ παρασκευάζων, ὅτι δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. ἡμετέρας. Διὰ τὸ οἰκιστὴν, ἢ διὰ τοὺς ἐπιδαμνίους, οἳ ἦσαν ἄποικοι.

Κακουμένην. Dum bello vexabatur ab exulibus, & barbaris finitimis.

Καί φασι δὴ δίκη. Refutant illud Corcyræorum, προσκληθέντες γὰρ περὶ ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν, πολέμῳ μᾶλλον, ἢ τῷ ἴσῳ ἐβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. Negãt orationem Corcyræorum factis eorum respondere.

Ἦν γε. Definitio. Hic est sensus huius loci: non qui superior est, & ex tuto prouocat alterum ad disceptationem, is continuò causam habet meliorem, sed qui pari iure, & æqua conditione non recusat contendere cum aduersario: Corcyræi non ita fecerunt, ergo eorum causa, vt melior non est probanda. ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς. Extra periculi aleam.

Λέγειν τι. Ad causam dicendam, sed est ταπεινώσεως.

Καὶ δεῦρο ἥκουσιν. Transit ad illã partẽ, qua docent Corcyræos nõ esse recipiendos in amicitiam, non solùm quia improbis moribus, & institutis præditi sunt (vt superius demonstratum) sed quia fœdera rumpentur, & bellum erit. Sed affectus mouet prius, & rapit Corcyræos in inuidiam, ex eo, quòd vocent Athenienses innocentes in societatẽ suarũ iniuriarum: Ex eo, quòd fastu antea, & superbia à societate aliorum abstinuerint florentibus suis rebus. nũc verò in discrimine versantes veniãt communicaturi sua incommoda cum aliis.

Καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς. Iuridicialis: non sunt recipiendi: quia cùm potuerunt impertire nobis fructum suæ potentiæ id non fecerunt: Iam cùm versantur in discrimine, ad vos accurrunt, & in periculorum societatem vos vocant.

Ἐν ᾧ χρόνῳ ἡμεῖς. Socij & fœderati vestri.

Καὶ τῶν ἁμαρτημάτων. Vos facinorum, quæ fecerunt, affines, & participes non fuistis: ergo à culpa etiam erit vobis abstinendum: nam qui vacant crimine, culpa etiam vacare debent. Vos innocentes in eadem culpa, atque illi futuri estis.

Ἀπογενόμενοι: cùm abstinuerint, remoti fuerint.

Τὸ ἴσον τῆς αἰτίας, τὴν ἴσην αἰτίαν.

Κοινώσαντας, id est, facta societate, & amicitia euentus etiam rerum vnã experiri.

Πάλαι δέ. Repetere χρῆν. οὓς χρῆν ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν.

Ἐγκλημάτων δὲ μόνων. ἐπιμονή, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι, abstinendum vobis à culpa, vt à peccatis abstinuistis.

Ἀμετόχως. αἰτία τε, οὐ μετεσχηκότας. μόνων, ἄνευ τῶν ἀποβαινόντων.

Ὡς μὲν οὖν αὐτοί. Epilogus superiorum, & transitio, ὡς μὲν οὖν αὐτοί. οὐκ ἀδικοῦμεν δηλονότι. καὶ οἱ δὲ βίαιοι. Id est, οὐκ ἀπεικότως πολεμοῦνται.

Μετὰ προσηκόντων. Instructi æquitate, ἡ μεταφορά, ἀπὸ τῶν προσιόντων. προσηκόντων: quæ ad nos pertinet, non ad Corinthios.

Κεφάλαια τοῦ δικαίου. αὐτὴ τοῦ δικαίου: sed αὔξησις. ὡς δ' οὐκ ἂν δικαίως. Probant iam nõ esse eos recipiendos: idque ex ipsis fœderum cõditionibus. Erat in conditionibus, Græcis ciuitatibus, quæ in fœdere non continerentur ius esse ad vtras vellẽt partes, se adiungere. Hoc Legatus Corinthiorum ita interpretatur: Si eiusmodi societas non erat futura aduersus alterutras partes: hæc autem societas futura est aduersus Lacedæmonios, eorumque socios, ergo non est admittenda. Hic locus nititur τῷ ῥητῷ, καὶ τῇ διανοίᾳ: Corcyræi scriptum afferũt, Corinthij scripti sententia nituntur.

Ὡς οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὺς δέχοισθε. Vos saluo iure non esse recepturos eos in societatem.

Εἰ γὰρ εἴρηται. Occurrit Corcyræorum obiectioni, εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ, ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται ἐλθεῖν.

Τῆς τῶν ἀγράφων. Mutata figura.

Τοῖς ἐπὶ βλάβῃ. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἀσφαλείας δεῖται. Indiget præsidio.

Μὴ δῆλον. Vt Corcyræi, qui à nobis deficiunt.

Εἰ σωφρονοῦσι. Paraphrasten agit L. V. iis à quibus recipitur, non recepturis, si sapiant: Comminatio.

Ἀνάγκη γὰρ εἴ τι μετ' αὐτῶν. L. V. necesse enim est, si ab eis steteritis, vt dum ipsos, tunc vos vnà vlciscamur. Sed potius ita, necesse enim est si amicitiam cum iis iungatis, vt ipsi vobiscum sese tueantur, vt vim propulsent, id est, vt vobiscũ nos oppugnent.

Καίτοι δίκαιοι. Petunt Corinthij ab Atheniensibus, vt neutros iuuent suis auxiliis: quòd si alterutri iuuandi videantur, se potius iuuandos esse docent, qui sunt socij: Iuridicialis absoluta: postulant vt sibi referatur gratia.

Ἐκποδὼν στῆναι. Abstinere: non iuuare, summouere vos de medio: subducere vos è medio, neutros iuuare vestris opibus.

Οὐδὲ δι' ἀνακωχῆς. Ne per inducias quidem fœdus fecistis, id est, ne ad exiguum quidem tempus fœdus pepigistis, vt solent facere qui faciunt inducias, vel sepeliendi causa cæsos in acie, vel vt aliud negotiũ interea transigant. Ἀνακωχή, verbum poëticum, ἀνοχή, ἐκεχειρία.

Καὶ τὸν νόμον μὴ καθιστάναι. τὸ ἀσύμφορον. νόμον exemplum.

Οὐ δὲ γὰρ ἡμεῖς. Exemplo suo docent non esse recipiendos Corcyræos, & simul factà commemoratione sui beneficij, postulant, vt sibi referant gratiam.

Δίχα ἐψηφισμένων. Varias tulissent sententias.

30. Φανερῶς δὲ ἀντείπομεν. L. V. Itaq; apertè negamus, &c. Verte, sed apertè diximus sententiam, suos quenque socios persequi oportere.

Εἰ γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας. Pergit incutere metum à futuris incommodis, si recipiant in amicitiã Corcyræos. Hæc verò sunt coniungenda cum illis, καὶ τὸν νόμον μὴ καθιστάναι. Illa igitur οὐ δὲ γὰρ ἡμεῖς fuerunt interposita. Nam si facinorosos homines recipiatis, eosque tueamini, non deerunt ex vestris etiam sociis, qui ad nos transeant, &c. ita vt vestrum exemplum damno potius, quàm vsui vobis futurum sit.

Φανεῖται καὶ ἃ. Potidæam, & Thraciam innuit.

Δικαιώματα μὲν οὖν. Concludit superiorem causæ partem, vt ad petitionem veniat. Δικαιώματα, τὰ δίκαια, id est, Iura, quæ afferuntur ad causæ defensionem. Atque hæc sunt iura nostra, quæ ad vos afferimus: firma illa quidem ex Græcorum institutis, μετὰ προσηκόντων τῶν τοῦ δικαίου κεφαλαίων ἐς ὑμᾶς ἐρχόμεθα.

Παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν. Monemus autem vos, & vt gratia nobis referatur, postulamus: sed nomina pro verbis.

Οὐκ ἐχθροὶ ὄντες. Quam gratiam nobis referendam aimus in præsentia, quia non inimici sumus, vt vos oppugnemus vestris opibus, neq; amici tales, vt vestra liberalitate abutamur: non sumus enim tales, quales nos esse criminantur, quasi dicerent, Corcyræi: καὶ τοὺς κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς, καὶ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας, καὶ τῶνδε δὲ οὐχ, ὅ περ κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων, καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε.

Οὐ δ' αὖ φίλοι. Neque amici importuni, ἢ ἐπιχρῆσθαι, αὐτὴ τοῦ χρῆσθαι. ἐπιχρῆσθαι, συνεχῶς χρῆσθαι.

Καὶ ἐν καιροῖς τοιούτοις. Amplificat beneficiũ à temporis opportunitate. Ἀριστοτ. libro 2. Rhet. μεγάλη δ' ἂν ᾖ σφόδρα δεομένων, ἢ μεγάλων, ἢ χαλεπῶν, ἢ ἐν καιροῖς τοιούτοις, ἢ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μάλιστα. Iis temporibus dedimus beneficium, quibus odio flagrabatis aduersus hostes, & nihil aliud, quàm victoriam spectabatis.

Αἰγινητῶν. Diodorus Sic. libro 11. 278. 282.

Ἀπερίοπτοι. Cætera negligunt.

Φίλον τε γὰρ. Amplificatio: & simul compensatio si quæ erant simultates inter ipsos, & Athenienses. Suum enim beneficium tale fuisse aiunt, vt habuerit vim abolendæ memoriæ inimicitiarum.

Ὑπουργοῦντα, qui nauat sibi operam) (ἀντιστάντα. φίλον) (ἐχθρόν, πολέμιον.

Ἐπεὶ καὶ τὰ οἰκεῖα. Amplificatio: vel rem priuatam, & familiarem negligunt homines, vincẽdi studio: suis rebus malè consulunt.

Χεῖρον τίθενται. Malè consulunt. L. V. malè curant.

Φιλονεικίας. Propter præsentem peruicaciã, propter contentionis studium.

Ὧν ἐνθυμηθέντες. Epilogi, quæ reputantes, & siqui sunt inter vos natu minores à maioribus natu cognoscentes, referte nobis gratiam.

Καὶ μὴ νομίσῃ. Docet id, quo potissimũ nitebantur Corcyræi: vtilitatem autem intelligit, nullius esse ponderis, atq; damnosum potius, quàm vtile.

Εἰ πολεμήσει. Si recipiat in societatem Corcyræos, vnde scilicet bellum orietur: vel simpliciter si bellum oriatur, quo vos territant Corcyræi.

Τό, τε γὰρ ξυμφέρον. In innocẽtia posita est vtilitas.

Τὸ μέλλον τοῦ πολέμου. Diluunt illud Corcyræorum, ὅταν ἐς τὸν μέλλοντα, καὶ ὅσον οὐ παρόντα πόλεμον, τὸ αὐτίκα περισκοπῶν ἐνδοιάζῃ χωρίον προσλαβών, &c.

Ἀδικεῖν. Criminosè, αὐτὴ τοῦ ξυμμαχεῖν.

Ὑποψίας. Leuiore verbo rem grauiorem notat.

Καιρὸν ἔχουσα. Si habeat momẽtum, Compensat. 31.

Τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν. Firmior est ea potentia, quę non lacessit iniuria præsertim pares, quàm ea, quæ sua magnitudine freta facit iniuriam, & ita in pericula se præcipitat. τό, τε γὰρ ξυμφέρον ἐν ᾧ ἄν τις ἐλάχιστα, &c.

Καὶ ἐν καιροῖς τοιούτοις. Docuit legatus Corinthiorum non esse recipiendos Corcyræos in amicitiã: contendit præterea Corinthios potius esse iuuandos aduersus Corcyræos ob eorum erga populum Atheniensium merita. Hæc merita paulo superius explicauit: intercessionem scilicet, ne Samij, qui defecerant, admitterẽtur in societatem Pelopon-nesio-

nesiorum: & longas naues datas aduersus Æginetas. Iam amplificat posterius eorum beneficium à temporis opportunitate, & à nimio ardore, ac studio Atheniensium in superando hoste: nam eo tempore datum aiunt beneficium, quo nihil aliud curabant, spectabantque Athenienses, quàm victoriam: docet præterea vtilitatem, nedum æquitatem inesse suis postulatis. Refutat illud Corcyræorum, quo illi terrebant Athenienses, bellumq; futurum paulo pòst dicebant, in quo & maximo futuros vsui affirmabant. Incertum esse ait, futurum nec ne sit bellum. Non itaque debere Athenienses incerta re adductos, certas & præsentes Corinthiorum inimicitias suscipere: imò veteres simultates aut penitus abolendas, aut certè minuendas esse: neque classis eorum magnitudine, ac specie eos allici oportere dicit, vt grauissimum bellum subeant. tutius fore demonstrat, si nullam faciant iniuriam iis præsertim, qui viribus, & potentia non sunt ipsis inferiores.

Ἡμεῖς ἢ περιπεπλωκότες. Repetit memoriam sui in Athenienses meriti cùm in consilio Peloponnesiorum dixerunt sententiam, vt in suos quisq; socios animaduerteret; postulat vt parem sibi referant gratiam Athenienses.

Τοῦτον ἐκεῖνον. Similitudinem temporum ostendit, de quibus suprà.

Ἀθηναῖοι δὲ. Audita oratione vtriusq; legationis, Athenienses priore concione Corinthiorum postulatis assentiebantur, posteriore concione, mutata sententia statuerunt inire societatem cũ Corcyræis, ita tamen vt bellũ illatum alterutris vtriq; sustinerent, & propulsarent; non vt eosdem amicos, atque hostes haberent. Καὶ δὶς, ἅπαξ ἢ δὶς: Ἀποδέξαντο. Probarunt.

Ἐδόκει γὰρ. Quamuis intelligerent etiã sic bellum futurum, nolebant tamen Corcyræos, eorumque classem in potestatem Corinthiorum venire.

Ξυνέκρουεν: Pergit explicare consilia Atheniensium.

32. Πέμπτος. Genus loquendi familiare historicis, id est, cum quatuor aliis.

Κατὰ Κέρκυραν. Quæ est opposita Corcyræ.

Ἀχερουσία. Strabo lib. 7. 142. ἔπειτα ἄκρα χιμέριον, ἢ γλυκὺς λιμὴν, εἰς ὃν ἐμβάλλει ὁ Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἐκ τῆς Ἀχερουσίας λίμνης, ἢ δεχόμενος πλείους ποταμοὺς, ὥστε γλυκαίνειν τὸν κόλπον. ῥεῖ δὲ ἢ ὁ Θύαμις πλησίον. ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος ἡ πρότερον ἐφύρα πόλις Θεσπρωτῶν. εἰσὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον βουχαίτιον Κασσωπαίων μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὄν, ἢ ἐλάτεια, ἢ πανδοσία.

Ἐλαιάτιδι. L. Valla (vt ex eius versione potest cõiici) incidit in Codicem, qui habebat vocem istam ἐλαιάτιδι, scriptam in syllaba λαι per ι. Itaq; vertit in Palustribus Thesprotidis: sed cùm per αι scripta reperiatur in codicibus, quos me vidisse memini, intelligo non esse rectè versam vocem à L. V. Aut itaq; pars agri Thesprotici, ἐλαιάτις vocabatur, cuius tamen rei nullum authorem habeo, aut per ε scribẽda est syllaba λαι, & significabit Ephyrem in palustri loco sitam, vt distinguat à cæteris, quæ eodẽ nomine vocabantur. ἐλαία, portus hodie, Parca.

Θύαμος. Erat & promontorium, si tabulis Græciæ credimus, porto de Anna.

Λευκίμμη. C. bianco, oriẽtale, Κασσιόπη, occidentale. Santa Maria di Casopo, Mezzodi φαλακρόν.

Ἀχέρων, &c. ἐσβάλλει. Hic Strabo dissentit à Thucydide. Plinius etiam libro quarto, capite primo de sinu Ambracio verba faciens, in cuin (inquit) defertur amnis Acheron è lacu Thesprotiæ Acherusia profluens: Strabo igitur, & Plinius consentiunt.

Κερρίνην. Κερρία, oppidum.

Σύβοτα. Νησίδες γ, κỳ τῆς ἠπειρῶτιν. Erat etiam portus eodem nomine propter suum pascua.

33. Τριῶν ἡμερῶν σιτία. Tridui cibaria, hinc licet suspicari breuitatem itineris.

Ὡς ἐπὶ ναυμαχία. Abundat ὡς ἀττικῶς.

Ὡς δὲ. τὸ δὲ μεταβατικόν.

Τὸ δεξιὸν. Honoris causa.

Ὡς ἔκαστοι. Vt cuique sorte obtigerat.

Ξυμμίξαντες δέ. πρότερον ὕστερον.

Τὰ σημεῖα. Varia erant, & variis coloribus.

Καταστρώματα. Coperte ab Italis vocantur, à Latinis vestes stragulæ. Hic verò sic ipsi fori, & tabulata nauiũ, quæ nautas, aut milites huc & illuc euntes sustinent, non incommodè dici possunt.

Τῷ παλαιῷ τρόπῳ. Eleuat genus pugnæ illius, vt extollat rationem pugnandi suorum temporum.

Τῇ μὲ τέχνῃ, οὐχ ὁμοίως. Prœlium erat acre, sed non etiam artificiosum: præstabat viribus, sed non etiam artificio. Cæsar libro primo Belli ciuilis. Ipsi Massilienses & celeritate nauium, & scientia gubernatorum cõfisi, nostros illudebant, impetusq; eorum excipiebãt, & (quod licebat latiore spatio) producta longius acie circumuenire nostros, aut pluribus nauibus adoriri singulas, aut remos trãscurrentes detergere, si possent, contendebant. Cùm propius erat necessariò ventum, ab scientia gubernatorum, atque artificij ad virtutem montanorum confugiebant.

Οὐχ ὁμοίως. ἐνάλλαγή, ἀντὶ ὀνόματος.

Ἀπελύοντο. Diuellebantur.

Καὶ μᾶλλον τι πιστεύοντες. Mutata figura.

Οἱ καταστάντες. Qui pugnam statariam pugnabãt, id est, committebant.

Διέκπλοι. Perruptiones, quæ in artificio erãt positæ. Non per medias hostium naues euadebant, eosq; eludebant, vel transcurrentes remos detergebant.

Δεδιότες οἱ στρατηγοί. ἀντὶ τῇ δεδιότων.

34. Τὰ χρήματα. Militũ fortunas, impedimenta, quæ in castris reliquerant.

Ταύτῃ μὲ οὖν. Transitio.

Ἀπὸ ἐλάσσονος. ὑπερβατόν.

Μᾶλλον ἀπεριφασίστερον. Id est, apertius, & sine specie, &c.

Καὶ διεκέκριτο. Nam antea illud erat discriminis, φ Athenienses, & Corinthij inter se nõ confligebãt.

Ξυνέπεσεν. Eò necessitatis ventum est: eò res redacta est. τὰ σκάφη. Alueos.

Τούς τε αὐτῶν φίλους: μεγαρέας, ἠλείους, ἀμπρακιώτας, Leucadios, suos deniq;. Itaq; latenter carpit, & notat immanitatẽ Corinthiorum, mouet affectus à damno, ac detrimẽto accepto per imprudentiam.

Πολλῶν γὰρ νεῶν οὐσῶν ἀμφοτέρων. αἰτιολογία Imprudentiæ, qua purgat Corinthios, vt qui vulnus fecerit, is etiam id curet. multæ erant vtrorumq; naues, & latè mare occupauerant, ita, vt nõ facilè dignoscere possent qui sui, qui hostes essent, qui victi, qui victores.

Σύβοτα. Portus erat in continenti, in Agro Thesprotorum, eodem nomine, quo insulæ, de quibus superius.

Ταῖς πλωΐμοις. Quæ agi poterant.

Καὶ ὅσαι ἦσαν λοιπαί. Locus misericordiæ subobscurus: nam ex 100, nauibus, 70, depressæ fuerāt, à paucitate igitur nauium mouet affectum. A

Επεπαιώνισο. Sublatus fuerat clamor militaris. ὁ πρὸ τῆς μάχης παιὰν τῷ Ἄρει: ὁ μετὰ τὴν μάχην ἤδετο τῷ Ἀπόλλωνι ὁ ἐξηγητής, παιωνίζειν. tollebatur autem clamor ad acuendos animos militum.

Πρύμναν ἐκρούοντο. Epist. Att. Cic. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet: est enim verbum totum nauticum: quanquam id quidem sciebant, sed arbitrabar sustineri remos, cùm inhiberi essent remiges visi. id non esse eiusmodi didici heri, cùm ad villam nostram nauis appelleretur. Non enim sustinent se, sed alio modo remigant, id ab ἐπέχειν remotissimum est.

B Καὶ ὑποτοπήσαντες. Simile quiddā est apud T. Liuium, libro 5. Dec. 3. Consules Romani Capuam obsidebant: Annibal eò venit, vt socios obsidione liberaret. Is dum cum vtroque consulum exercitu committit prœlium, cōspicatur nouum exercitum aduentare. Idem Romani faciunt incerti suos esse, qui subsidio venirent. Itaque vtrinq; datur signum receptui. Verba Titi Liuij. Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornel. Quæstor præerat vtrique parti parem metum præbuit, ne hostes noui aduentarent, velut ex composito vtrinque signum receptui datum, &c.

Πρύμναν κρούειν, remigare in puppim, agere nauem in puppim.

Ἐπέπλεον γάρ. Veniebant enim vnde conspici non poterant: minus enim erat apertus ipsis aduentus illarum, à tergo enim Corcyræorum veniebant.

Ἀποστραπόμενοι. Auersi, id est, auersis nauibus.

Τὴν διάλυσιν ἐποιήσαντο: αὐτὶ τοῦ διελύθησαν, diuersi abierunt.

Ἀπαλλαγή. πάθος.

C Ωρμίσαντο. Se in stationes suas receperunt.

36. A Ορῶντες. Causæ: propter recentia Atheniēsium auxilia, & incrementa classis hostium: propter detrimentum acceptum, propter captiuos, quos habebant in nauibus, de quorum custodia erant soliciti: quia denique non erat vnde naues quassatas reficerent.

Ακραιφνεῖς. ὡς πακράτιστά ποτε μετὰ ἀκραιφνοῦς τῆς ξυμμαχίας ἦνθησαν: integras, recentes.

Τὰ ἄπορα, καὶ ἀπορίας. Difficultates.

Καὶ ἐπισκευὴν οὐκ οὔσαν. Mutata figura: & quia non erat facultas reficiendarum nauium.

Κέλητιον. Scapha. κέλης singularis equus, cui vnus insidet.

B Κηρυκίον, κηρυκεῖον, σουίδας. Κηρυκεῖον ξύλον ἔχον ἑκατέρωθεν διό ὄφεις περιπεπλεγμένους, καὶ ἀντιπροσώποις ἀλλήλοις κειμένους, qui hoc gestabant, iure gentium inuiolati erant: vt igitur explorarent quo animo in se essent Athenienses si animo hostili erga se essent, necaturos paucos istos, qui sine caduceo venissent.

Ἀδικεῖτε: Sensus, & animum Atheniensium explorant, hæc est summa. Sed queruntur primùm de iniuriis, de fœdere rupto, & de bello illato, sciscitantur deinde quo sint erga se animo, Constit. Iuridicialis, & Negotialis.

Ἡμῖν γάρ. A re argumentatur.

Εἰ δ᾽ ὑμῖν γνώμη: Explorant iam eorum sententiam: quòd si fœdera rumpitis, & palàm profitemini vos esse nostros hostes, de nobis ipsis iam sumite supplicium. Id est, date signum certum vestre in nos voluntatis.

C Οὔτε ἄρχομεν. Respondent Athenienses se non esse impedituros Corinthios, si quemuis alium in locum sint nauigaturi: sin aduersus Corcyræos, eorúmve ditionem, tum verò se pro virili id non permissuros: & quoniam Corinthij primo loco suæ dictionis questi fuerant, & accusauerant iniuriarum Atheniēses, ideò etiam Athenienses primo loco se purgant per inficiationem. negant enim se vel fœdus rumpere, & bellum inferre, vel iniuriā facere, sed se sociis auxilio venisse dicunt.

37. A Γνώμη δ᾽ ἑκάτεροι. Eo consilio vtrique sibi vendicabant victoriam: Corinthij, quòd prœlio vicissent: quòd nauium fragmēta, & cæsos milites suos sustulissent: quòd mille captiuos, & amplius haberent: quòd deniq; 70, naues demersissent. Corcyræi cōtra, quia 30, naues Corinthiorum demerserant: quòd post aduentum Atticarum nauium, tabulas, & cæsos ad se delatos æstu sustulerant: quia Corinthij prœlium recusauerant conspectis Atticis nauibus: quia deniq; etiam postridie prœlio decertare recusauerant.

B Διαφθείραντες. Minus est, quàm καταδύσαντες.

Οἱ δὲ Κορίνθιοι ἀποπλέοντες. Obiter narrat Corinthios inter redeundum potitos fuisse Anactorio per fraudem.

Ἀπάτη. δόλῳ. vel polliciti se non allaturos vim.

C Καὶ ἐν θεραπείᾳ εἶχον πολλῇ. Diligenter, & officiosè admodum eos curabant.

Ἡ μὲν οὖν Κέρκυρα. Causas belli Peloponnesiaci suscepit explicādas Thucydides (vt iam superius fuit demonstratum) primam causam & remotiorem exposuit huc vsque: bellum nempe ortum inter Corcyræos, & Corinthios Epidamni causa: iam narrat aliam causam propinquiorem. Potidæa, ἡ καὶ Κασσάνδρεια, erat oppidū Thraciæ, colonia Corinthiorum, sed socia, stipendiariaq; Atheniensium. Hæc propter authoritatē, qua erat apud finitimas Thraciæ ciuitates, videbatur posse eas ad defectionem impellere: id suspicantes Athenienses partim Corinthiorum causa, quos bellum apparare intelligebāt, partim Perdiccæ causa regis Macedonum, qui erat inimicus, ei rei occurrere statuerunt. Erat fortè tum bellum inter eos, & Perdiccam: aduersus eum mittebant classem, quæ fines eius vastaret: mandant igitur classis prætoribus; vt à Potidæatis obsides acciperent: partem murorum dirui iuberent. Cæteras Thraciæ ciuitates in fide continerent: at Potidæatæ missis Athenas legatis, cùm impetrare nequiuissent, vt nihil noui de se statuerent, deficiūt facta coniuratione, vnà cum finitimis ciuitatibus. Horum patrocinium ac defensionem Corinthij suscipiunt: Atque ita causæ nouæ belli inter Athenienses, & Peloponnesios natæ sunt, hæc iam narrat Thucydides.

D Διάφορα. αὐτὶ τοῦ διαφοραί, simultates: ποτίδαια, Caristo vulgo. alij παλλήνην, Caristo vocant.

Ες τὸ πολεμεῖν. αὐτὶ τοῦ εἰς τὸν πόλεμον.

38. A Επιδημιουργούς. L.V. opifices eiicere: δημιουργοὶ appellabātur quidā magistratus apud Achæos, quos ἐπιδημιουργούς vocat hîc Thucydides, ἁρμοσταὶ Lac.

G Περδίκκας. Qui Macedonum imperium constituit, fuit alter, Alexander, qui à Mardonio missus ad Athenienses, vt in deditionem eos impelleret, Amyntæ fuit filius: Amyntas Alcetæ: hic Æropi. Æropus Philippi: Philippus Argæi: hic Perdiccæ. author Herodotus, lib. 8. οὐρανία.

B Χαλκιδεῦσι. Colonia erat Euboënsium, vt etiam in Sici-

in Sicilia, in Italia, & aliis locis.

D Ἐπειδὴ ἐκ τ' ἀθηναίων. Ita coniungenda verba. πολιορκάται δ' ἐπειδή: cætera sunt ἐπεμβεβλημένα.

39. A Καὶ περδίκκας πείθει facultatẽ defectionis Chalcidensium ostendit. Perdiccas illos (inquit) allexit oblato loco munitiore, & agro nouo quẽ colerẽt.

Τὰς ἐν θαλάσσῃ πόλεις) (ἀνοικίσασθαι: commigrarent, sed in loca mediterranea.

Ἰσχυραί. Et multitudine ciuiũ, & munitione vrbis.

Μυγδονίας. μοῖρα μακεδονίας. Erat altera in maiore Phrygia, & propterea vt eam distingueret, addidit περὶ βόλβην λ.

B Ἐφ' ὅσπ. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Καθεστάντες. Castris positis, Quò postquam peruentum est.

C Περὶ τῶ χωρίω. Δέδοικα περὶ ξανθῷ μενελάῳ.

D Οἱ ἀφικόμενοι. Summa est, Athenienses cum Perdicca reconciliatos fecisse societatẽ, ac venisse Potidæam, & commisso prœlio cum hostibus, vicisse, vrbem circumuallasse, & obsidione acri terra, mariq; eam obsedisse.

Θέρμη. πόλις μακεδονίας. Sunt qui putant eam hodie Θεσσαλονίκην appellari.

40. A Πρὸς καθεζόμενοι. Iunctis castris, copiis iunctis.

Ἔπειτα δέ. Breuitatis caussa omissa πρότερον particula.

Ἀναγκάζαν. Quia Atheniẽses erant intenti animis in Potidæam.

Ἐπιστρέψαντες. ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεφθέντες.

Καὶ περιελάσαντες. ἐπεμβολή.

B Κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες. L. V. refert ad naues, ac nauibus 70, terram legentibus, paulumq; præeuntibus. κατ' ὀλίγον. Modicis itineribus.

Γίγωνος. πόλις θράκης, ἀπὸ γίγωνος τ' αἰθιόπων βασιλέως, ὃς Διονύσῳ ἡττήθη στεφ. Αρτεμίδωρος ὁ ἐφέσιος γιγωνίδα ταύτην ἔφη.

Πρὸς Ολυνθον. Olynthũ versus, quę aberat à Potidæa circiter 8 millia passuũ: vel prope Olynthum.

Καὶ ἀγορὰν. Et mercatum agebant extra vrbem.

C Ην δὲ ἡ γνώμη. Consilia ducũ ante congressum explicat.

Ἐπιτηρεῖν. L. V. Excipere. Sed vertendum obseruare, intentum esse.

E Ἐπεξῆλθον. Emensi sunt ingens loci spatium: & longius eos insecuti sunt.

41. A Χηλὴν. Vngulam bifidam propriè significat, iam molẽ ex saxis prægrandibus, quæ ante muros aduersus maris fluctus iaciuntur, vt vndarũ impetus in illis frangatur, & muris minimè noceat.

B Οἱ δ' ἀπὸ τ' ὀλύνθου. Transitio: narrat copias Peloponnesiorũ, quæ erãt Olynthi, castra mouisse illas quidẽ, vt à tergo Athenienses adorirẽtur, sed partim impeditas copiis Atheniensiũ oppositis, partim deterritas, ob partã illis victoriã incepto abstitisse.

Ὡς ἡ μάχη, &c. καὶ τὰ σημεῖα. πρότερον ὕστερον.

Καὶ ἐστι καταφανές. L. V. Sita in edito loco. Codex fortasse vnde vertebat, habebat καταφανής, & prospici potuit.

Ἱππεῖς δὲ, ἀντὶ τοῦ δή.

C Ὑποσπόνδους. Pace sequestra. Virg. lib. 11. 391.

Bis senos pepigêre dies, & pace sequestra
Per syluas Teucri, mistiq; impune Latini
Errauere iugis. ——

Ὀλίγῳ ἐλάσσους. Paulo minus trecenti.

Τὸ δ' ἐκ τ' Ἰσθμοῦ τεῖχος. Exponit iã Thucydides Athenienses circumuallasse Potidæam ab ea parte, quæ ad Isthmi angustias pertinebat: paulo pòst deinde etiã ab altera, quę Pallenem, atq; orientẽ spectabat, sepsisse eam vallo: & naues in certis stationibus collocasse: atq; ita terra, mariq; grauiter eam obsedisse, vt Aristæus rebus illis desperatis aufugerit, & ad Chalcidenses profectus socios nõnullos Atheniensium infestauerit: vt deniq; Lacedæmonij coacto concilio sociorum, & aliorum Græcorũ, qui querebãtur de iniuriis Atheniensium, rẽ in consultationẽ deduxerint, & esset, nec ne bellũ suscipiendũ aduersus Athenienses deliberauerint.

Ἐφρούρουν. Præsidium imposuerũt. L. V. excubias agebant.

Χρόνῳ ὕστερον. πλεονάζει τὸ χρόνῳ.

D Ἄφυτος. Ἄφυτις, & Ἀφύτη, & ἀφύτια κατ' στέφανον, πόλις θράκης πρὸς τῇ παλλήνῃ, ἀπὸ ἀφύου τινὸς ἐγχωρίου, in qua fuit oraculum Apollinis.

42. A Ὡς δ' οὐδείς. Tandem nemine prodeunte ad pugnam: hoc erat victoriam concedere hosti.

Ἐφορμούσαις. Nauibus stationẽ obtinentibus, vel stationẽ habentibus, vel nauibus, quæ in statione erant. L. V. Nec non à mari infestabatur nauibus.

C Παράλογον. Insperatum, inopinatum.

B Τὰ ἐπὶ τούτοις. L. V. vt quæ in rem erant, appararet, quæ his proxima erant, vsu scilicet, secunda: Αἰσωπ. ἡ τ' ἐπὶ τούτοις δρῶ. paulo pòst docet quæ essent secunda, ὅπως τὰ ἔξωθεν ἕξει ὡς ἄριστα.

Σερμυλίων. σερμυλία πόλις περὶ τὸν ἄθων, στεφ.

Φορμίων. Hic dux duas insignes victorias retulit cõmisso nauali prœlio cũ Peloponnesiis longè inferior numero nauiũ: hanc historiã videbimus libro secundo, multa præterea alia præclarè gessit.

C Τοὺς ἑξακοσίους, ἢ χιλίους. Ergo reliquerat in vallo tãtum præsidij, quantum satis fore existimauit ad arcendam vim, & eruptiones hostium: idque ex sociis, vel certè ex iis copiis, quæ erant in angustiis Isthmi: nam ipse Athenis nullas alias copias præter hos mille, & 600 milites adduxerat.

Τοῖς δ' ἀθηναίοις. Cõcludit superiorem narrationem, quam susceperat de caussis belli explicandis: atq; hæ belli causę fuerunt inter Atheniẽses, & Peloponnesios: hæc oratio referenda ad illã, quæ est E suprà: αἰτίαι δὲ αὗται πρὸ τῆς ἐγένοντο τ' πολέμου τοῖς Κορινθίοις ἐς τοὺς ἀθηναίους, ὅτι σφίσιν ἐν σπονδαῖς μετ' Κερκυραίων ἐναυμάχουν. ergo hæc fuit altera causa, vel αἰτίαι, criminationes.

Ἀπὸ τ' προφανοῦς) (ἐκ τ' ἀφανοῦς.

D Ξυνερρώγει. Erat publicè conflatum: ἡ μεταφορὰ à concursu montium.

Ἀνακωχή. L. V. aliquid laxamenti. verte potius, sed adhuc ab armis abstinebatur.

Οὐχ' ἡσύχαζον. Solicitare nõ desistebant, vel non desinebant.

43. A F Ἐνῆγον. Suadebant.

Τὸν εἰωθότα. Aldinus Codex habet hanc vocem coniunctam cum λέγειν ἐκέλευον: Henricus St. coniunxit cũ superiore membro secutus Scholiastem, qui refert concilium haberi solitum apud Lacedæmonios plenilunio.

Τὸν εἰωθότα. Vel dignitate, vel ætate.

B CORINTHIORVM CONCIO.

Τὸ πιστὸν ὑμᾶς: τὸ προοίμιον ἀπὸ διαβολῆς. Castigant Corinthij Lacedæmonios, quòd nunquam sibi fiG dem habuerint cùm de vi, & iniuriis Atheniẽsium quererentur, sed ex suo instituto, atq; ingenio metirentur ingenia eorum. itaq; orationẽ sociorum, qui quererentur de suis iniuriis, suspectam haberent. Fides, quã vos ô Lacedæmonij publicè, priuatimq; colitis, facit, vt non credatis, si qui forte querantur de aliis. L. V. facit, vt nobis alij, si quid

in vos dixerimus, fidem non habeant. Sensus absurdus, imò contrarius: quem secutus est, qui Thucydidem in sermonem Gallicum cõuertit. Annotationes tamen emendarunt, facit, vt siquid in alios dicamus, non credatis. Sententia est asperior: eam molliuit immixta laudatione. Δεινὴ ἔννοια: quia vos constantissimè seruatis fidem publicè, ac priuatim, putatis etiam alios idem facere.

Τὸ πιστὸν, αἰτὶ τῆ ἡ πίστις.

Ἀπιστοτέρους. Actiuè iam. aliàs enim significat, cui non est habenda fides.

Καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πιστοῦ. Consequentia: Itaq; quamuis prudentiæ laudem inde referatis, quòd scilicet, non temerè criminibus assentiamini, tamẽ rerum externarum imperiti admodum estis. Miscet iterum cum vituperatione laudem; Quamuis sapiatis, vestro iudicio scilicet, tamen iudicio aliorum desipitis: sed lenita est asperitas.

Σωφροσύνῃ. μετωνυμία: causa pro effecto. L. V. Et in quo vobis sapitis, in eo circa exteriores magis desipitis. Annot. Et ex eo, æquitatis quidem laudem obtinetis, sed inscitia maiore rerum externarum laboratis. Gallica etiam versio aberrat à sensu germano Thucydidis: *Et en cela vostre modestie, & loyaulté est à estimer, &c.* Vertendum enim virtutis laudem reportatis, refertis: sed dixit temperantiæ, quia intemperantiæ, & auaritiæ est accusaturus Athenieses. vel σωφροσύνην accipe pro prudentia, vt suprà.

Χρῆσθε. Pondus habet verbum ad exprimendam assiduam imperitiam. χρῶσθαι enim propriè rebus domesticis, & familiaribus, & quæ vsum aliquem habent, non iis, quæ nobis obsunt potius, quàm prosunt, vtor equo, plaustro, veste, &c.

Πρὸς τὰ ἔξω πράγματα. Ἀμαθία τῶν πραγμάτων: quæ scilicet sint incrementa Atheniensium, quàm formidolosa, & vobis periculosa. quàm sint auari Athenienses, quàm καινοτόμοι, &c.

Πολλάκις γάρ. Ἀπολογία: πρὸς τὸ ἀπιστοτέρους ἦν τι λέγωμεν. Sæpe enim nobis prædicentibus detrimenta, quæ Athenienses erant daturi, vos tamen æquas aures nostræ orationi minimè præbebatis, sed suspicabamini potius nos propter nostras simultates crimina in eos comminisci.

Ἀπεμέμφομεν. Epidamnũ ereptam, & Potidæam, suosque socios obsessos intelligunt.

Οὐκ ἐποιεῖσθε τὴν μάθησιν. Id est, non habebatis fidem: sed asperius accusat quasi rudes, & stupidos discipulos.

Ἐδιδάσκομεν. ἀμαθία, μάθησις. Se faciunt doctores, & magistros. Constituunt Lacedæmonios discipulos. Mira igitur dicendi libertate vtuntur. τῶν λεγόντων, ἐνδιάλλαγή, ἢ ἀνακόλουθον τοῦ ἀληθινοῦ λόγου.

Καὶ δὴ αὐτό. Queruntur, quòd deserti, ac destituti à quibus non debuerant, damnum & calamitatem acceperint. accepto verò damno iam concilium cogatur, vt quæratur remedium. innuentes scilicet oportuisse antè propulsari iniuriã, & damnum. Queruntur quòd post vulnus acceptũ quæratur remedium, quod antè quæsitum oportuerat.

Οὐ πρὶν πάσχειν. Non prius quàm læderemur.

Ἐν οἷς προσήκει. Afferunt rationem cur ipsi pluribus, quàm cæteri socij, & longiore oratione sint acturi, quia (inquiunt) nos Corinthij & plura, & grauiora crimina habemus.

Οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν. Eo longiore oratione agere, quo grauiora crimina habemus. Attentio à multitudine, & magnitudine criminum.

Ὑπὸ μὲν ἀθηναίων ὑβριζόμενοι. Distribuit totam causam in duas partes: altera pars habet criminationem Atheniensium: altera querimoniam & expostulationem cum Lacedæmoniis, qui socios negligerent.

Ὑβριζόμενοι, ἀμελούμενοι, ὁμοιόπτωτον, & ὁμοιοτέλευτον. ἀθηναίων) (ὑμῶν, qui ab Atheniensibus violamur, à vobis negligimur.

Καὶ εἰ μὲν ἀφανεῖς. Ingressurus in causam Corinthius, demonstraturusque vim, & iniurias Atheniensium, vtitur παρακατασκευῇ, qua significat adeò insignes esse eorum iniurias, vt longiore, nõ egeant oratione, aut demõstratione. Quòd si Atheniensium iniuriæ in vniuersos Græcos obscuræ, atque ignotæ essent, docendi fortasse vos essetis, qui eas ignoraretis: Ἀφανεῖς. Si delitescerent, dum faciunt iniuriam. Si facerent iniuriam clàm. βίαιον μετ' αἰτήσεων. Non est opus longa oratione. ratio. Iniuriæ Athe. patent omnibus. Ἀντίθετον à contrariis, si Atheniensium iniuriæ obscurę essent, longa oratione opus esset: iam verò non sunt, ergo longa oratione non est opus.

Διδασκαλίας ἄν. Docendi nobis essetis, demonstratione opus esset vobis, &c. ad μάθησιν & ἀμαθίαν hoc refertur.

Μακρηγορεῖν. ποιητικόν. ὧν. περὶ ἐκείνων ὧν.

44. A

Ἐπιβουλεύοντας. tendere insidias.

Τοὺς μὲν δεδουλωμένους. Socios Atheniensium intelligit.

Καὶ ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένους. Timorem incutit Lacedęmoniis, & vocat in suspicionem Athenienses iam pridem insidias moliri, vt omnem veniæ spem illis adimat. πολεμήσοντας. αἰτὶ τοῦ πολεμήσων.

Οὐ γὰρ ἂν Κέρκυραν. fidem facit Athenienses insidiarij libertati etiam suorum sociorum. affert exempla Corcyræorum, & Potydæatarum, quorum alteros sibi adiunxerant in societatem, alteros oppugnabant.

Ὑπολαβόντες. Quam clàm & per dolum sibi adiunxerunt: sed criminosè dixit eos potiri Corcyra, & in sua ditione eam tenere inuitis Corinthiis. ὑπὸ in compositione clàm sæpe significat.

Ὧν τὸ μὲν. χιασμός. Amplificatio ab opportunitate vtriusque loci.

Πρὸς τὰ ἐπὶ Θράκης, πράγματα δηλονότι. Ad obtinendam Thraciam. Ἀποχρῆσθαι, vti liberius.

Καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι. Accusat liberius Lacedęmonios, & rerum istarum crimen in eos transfert, qui tulerint æquo animo Atheniensium incrementa, & passi fuerint eorum potentiam formidolosam fieri. Hic locus pertinet ad alteram partem diuisionis, in qua queruntur Corinthij se negligi à Lacedæmoniis, & eos liberius accusant. τραχύτης: tamen lenitur, quia per expositionem fit accusatio.

Τότε πρῶτον, Qui passi estis eorum potentiam tunc primùm confirmari.

Κρατῦναι. Munire, stabilire. L. V. vertit, reficere. De hac re infrà in hoc ipso libro.

Τὰ μακρὰ στῆσαι τείχη: Muri hi fuerũt 40. stad. longitudine, qui authore Themistocle fuerunt ædificati: Iungebant portũ Piræum cũ Astu: vocabantur etiam σκέλη. T. Liuius appellat brachia: hęc sunt eius verba, quæ extant libro primo Dec. 4. 36. Murus, qui brachiis duobus Piræum Athenis iungit. Hi diruti fuerunt à Lysandro, vt est in vita Lysandri, & apud Xenophontem lib. 2. τῶν ἑλληνικῶν.

Ἀποστ-

Απηρῶντες. Criminosè id dictum, ad cõflandam inuidiam: quia αὐθαδὲς, καὶ πλημμηρὸν τὸ διάνόημα.

Οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος. Γνώμη. Interpretatur suum dictum. Nam non tam qui redigit in seruitutem, quàm qui cùm prohibēdi facultatem habeat, non prohibet, id facere existimandus est: præsertim si Græcorum liberatorem se profiteatur, & laudis istius præ se ferat titulum.

Εἴπερ καὶ, αὐτὶ τ ἄλλως τι καὶ εἰ, καὶ ταῦτα εἰ. Præsertim si virtutis opinionē, & liberatoris Græciæ nomen sibi vendicet. L. Valla vertit, vtique si. sed parum commodè.

Αξίωσιν. Titulum præclarum, & speciosum.

Μόλις γὰρ νῦν τι. Sententiæ ita sunt iungendæ: Ita sociorum iniurias negligitis, vt vix tandem nunc consilium coëgeritis. Hæc est sententiarum series.

Επὶ φανεροῖς, ἀδικήμασι δηλονότι. Et ne nūc quidem de certis, manifestisque criminibus. Arguit Lacedæmonios cæcitatis, & stupiditatis, qui res apertas nō videant, & manifestas iniurias nō sentiant. grauis accusatio.

Χρῆν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα. Neque enim esset ambigendum, & in dubium vocandum, iniuria nec ne afficiamur, sed consultandum potius, qua ratione vlciscamur iniurias.

Οἱ γὰρ δρῶντες. Ab aduersariorum exemplo confirmatio.

Βεβουλευμένοι. προπαρεσκευασμένοι.

Καὶ οὐ μέλλοντες. ἢ βουλεύσαντες, ἢ cunctantes, & tardi, ἤδη, καὶ οὐ μέλλοντες ἐπιλεύσαντες.

Καὶ ἐπιστάμεθα οἵᾳ ὁδῷ Incutit timorē ab ingeniis Atheniensium, & facit fidem eos βεβουλευμένους esse. Vocat Athenienses in suspicionem insidiarum. οἵᾳ ὁδῷ, quibus artibus.

Οδῷ, χωρεῖν, κατ᾽ ὀλίγον. Metaphoræ à latronibus, qui loca primùm opportuna ad insidias deligunt: Deinde paulatim ad ea & clàm accedunt, ne detegant insidias.

Χωροῦσιν, Grassantur.

Αναίσθητον. περιφανὴς τραχύτης. παῤῥησία, τὴν ἀναισθησίαν. Sensus ambiguus, δεινότης.

Ησυχάζετε γάρ. Castigat Lacedæmonios propter nimiam cunctationem, desides, & otiosi estis. κατ᾽ σύγκρισιν.

Τῇ μελλήσει. δριμύτης, ὀξύτης. Per iocum quendam hoc ita dictum, quasi arma Lacedæmoniorum essent cunctatio, desidia, & otium.

Καὶ μόνοι. Et soli hostium incrementa non parua & infirma, sed magna, atque duplicata euertitis, euersum itis.

Καί τοι ἐλέγεσθε. Conclusio querelæ. Ergo falsus erat rumor de vobis diuulgatus, quòd cauti videlicet, & circumspecti essetis. Καί τοι, hoc autem cum dolore ac stomachatione dicitur.

Ο λόγος τοῦ ἔργου. Fama rem superabat, fama erat maior, quàm res ipsa.

Τόν, τε γὰρ μῆδον. Exemplo peruetusto rem probat. Hippias Atheniensium Tyrannus, Pisistrati filius regno pulsus, in exilium iuit. Is profectus ad Persas, ducem se Dario inferenti Atheniensibus bellum, aduersus patriam obtulit. Athenienses audito Darij aduentu, auxilium à Lacedæmoniis, socia tum ciuitate petierunt: quos vbi viderunt quatridui teneri religione, non expectato auxilio, instructis 10 millibus ciuiū, & Platæensibus auxiliariis mille, aduersus sexcēta millia hostium in campos Marathonios ad prœlium sunt egressi. Milciades autem fuit & belli dux, & author non expectandi auxilij, &c. hæc ex Iustini lib. 2. 29.

Εκ περάτων γῆς. ὑπερβολή, ab extrema orbis terrarum parte.

Επὶ τ πελοπόννησιν. Criminosè dictum. Nam non attigit Peloponēsum. prœlium enim commissum est in campis Marathoniis.

Τὰ παρ᾽ ὑμῶν. ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς, priusquàm vos, & vestræ copiæ pro eo, ac decebat, obuiam ei iretis, nam (vt est libro sexto Herodoti, qui inscribitur ἐρατώ) Athenienses miserant Phidippidem quendam petitum auxilia, sed Lacedæmonij quatridui religione retenti prœlio non interfuerunt. erat enim apud illos lege cautum, ne ante plenilunium copias educerent, quod quatuor post diebus futurum erat.

Καὶ νῦν τοὺς ἀθηναίους. Alterum exemplum recens à Græcis petitum.

Περιοράτε. Negligitis, non curatis, fertis.

Καὶ ἀντὶ τ ἐπελθεῖν. Et pro bello, quod vos inferre illis oportebat, arma illata defendere mauultis, à turpi. παράθεσις.

Καταστῆναι ἐς τύχας. Incertos fortunæ casus subire, & fortunam tentare, ac periclitari, L. V. incerta fortunæ subire.

Επιστάμενοι δὲ τ βάρβαρον. Improbat factū hoc Lacedæmoniorum exemplo regis Persarum Xerxis, docet non esse periclitandam fortunam. Xerxem enim ob eam vnam rem victum, & profligatum fuisse: quòd videlicet ausus fuisset committere naualè prœlium in freto Salaminos, & de summa rerum decernere aduersus homines rerum nauticarum se longè peritiores. ἐπιστάμενοι. quamuis vos non fugiat.

Τὸν βάρβαρον. κατὰ τὸ πολὺ. τὰ πλείω, magna ex parte.

Περὶ αὐτοῦ. τοῦ καταστῆναι ἐς τύχας.

Καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἀθηναίους. ἀντὶ τοῦ περιγεγενημένους αὐτῶν τ ἀθηναίων. Alterum exemplū domesticum: nos etiā sæpius vicimus Athenienses, nō tam adiuti vestris auxiliis, quàm erratis illorum, qui scilicet ausi sunt inire pugnam cum potentioribus.

Υμέτεραι ἐλπίδες. Vestra auxilia sperata: auxilia vestra, quæ expectabantur.

Επεὶ αἵ τε ὑμέτεραι ἐλπίδες. Nactus occasionē obiter accusat grauius Lacedæmonios, & eos vrget acrius. paulo antè dixit se potius erratis hostium, quàm Lacedæmoniorum auxiliis, victoria potitos fuisse. ea itaque re admonitus addit tantum abesse, vt sperata Lacedęmoniorum auxilia prosint sociis, vt interdum etiam nōnullos eorum euertant fortunis omnibus: quia videlicet dum sperant se ab illis defensum iri, non comparant copias, itaq; imparati ab hostib. opprimuntur. Hoc enthymema est ductum à cōtrariis. prodesse & obesse sunt inter se contraria. ὑμέτεραι. Quæ de vobis habentur, περιφανὴς τραχύτης. Itaque vtitur paulo pòst correctione. Est autem βίαιον. Non prosunt, sed potius obsunt vestra auxilia sperata. Est igitur correctio superiorum, quasi parum dixerit.

Απαρασκεύους. αἰτιολογία τ ἔφθειραν: vt τὸ πιστεῦσαι τ ἀπαρασκεύους. ἔφθειραν, euerterunt.

Καὶ μηδεὶς ὑμῶν. Petit ne ab hostili animo hanc orationem proficisci existiment. ἡ παραμυθία τ τραχύτητος.

Επ᾽ ἔχθρα. odio magis. τάδε λέγεσθαι. ὑμᾶς κατηγορεῖσθαι.

Αἰτία μὲν γάρ. Definitio breuis. φίλων, λείπει ἡ κατά.

ἢ pertinet ad amicos. criminatio, querela, expostulatio.

Καὶ ἅμα εἰ ἄρ τινες καὶ ἄλλοι. δικαιολογία. Præterea iure nobis arrogamus hãc dicendi libertatem, & vos vituperandi facultatem, propter nostram dignitatem, & authoritatem mira cum grauitate hoc dictum. βίαιον, fac esse accusationem: non ita sumus humiles, & abiecti, vt indigni videamur, &c.

Ἄλλως τε καὶ μεγάλων. Præsertim cùm magnæ sint ortæ controuersiæ, vel præsertim cùm magnis de rebus agatur, & disceptetur. Agitur enim, quasi diceret, de salute totius Peloponnesi, quam Athenienses, nisi eorum libidini obuiam eamus, facilè subigent. Agitur de libertate, de dignitate nostra, vestraque.

Διαφερόντων. τὰ διαφέροντα, αἱ διαφοραί, controuersiæ.

Περὶ ὧν οὐκ αἰσθάνεσθε. Stupiditatem iterum obiicit Lacedæmoniis. τραχύτης, παρρησία vox quædam libera atque etiam effrænatior augendi causa.

Οὐδ' ἐκλογίσασθαι. Timorem incutit Lacedæmoniis ab ingeniis, & moribus Atheniẽsium, quibus cum cõfert Lacedæmonios: Illos nouarum rerum semper studiosos esse ait, celeres in excogitando, celeres in exequendis iis, quæ excogitauerint: Lacedæmonios contrà vetustis moribus, & institutis gaudere; à nouis abhorrere, vix aptos esse ad res partas retinendas; tardos ad excogitandum, tardiores in faciendis iis, quæ constituerint. Athenienses esse supra vires audaces, paratos ad subeunda pericula præter opinionem hominum: in asperrimis quibusque rebus bene sperantes: Lacedæmonios contrà, præstare minus, quàm vires, & consilium eorum valeant, vix ingredi in ea, quibus magnopere fidunt, consternari animis in periculis. Illos impigros, hos cunctatores. Illos rerum externarum, & peregrinationis cupidos, hos contra suis hærere finibus, & eis contentos esse: illos victores nosse vti victoria, victos nec frangi, nec debilitari: illos in bello pro tuenda Repub. vitam profundere non dubitare, in pace, rectissimis vti consiliis in eadem Repub. administranda: Et siquid alieni appetierint, quod obtinere nequeant, perinde existimare, ac siquid de suo amiserint: quæ obtineant, ea iudicare parua esse præ iis, quæ sperant se quæsituros esse: quòd si tentata re aliqua, ea frustrentur, aliam sibi proponere, quæ obtineri posse videatur. Athenienses denique ita natos esse, vt neque ipsi quiescant, neque alios quiescere vnquã patiantur, cõtrà Lacedæmonios.

Ἀθλιωδῶς. ἐμφαντικῶς, confusè, & generatim primùm proponit diuersa esse ingenia Lacedæmoniorũ, & Atheniẽsium, deinde explicat per partes.

Καινοτόμοι.	Ὀξεῖς ἐπινοῆσαι.	Ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ
Νεωτεροποιοί.	|	ἂν γνῶσιν.
|	Ἐπιγνῶναι μηδέν.	|
Τὰ ὑπάρχοντα σώζειν.		Ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι.

Παρὰ γνώμην κινδυνευταί: qui maximis periculis se obiiciunt, quæ nemo vnquam subiturus videtur, maiora hominum opinione pericula subeunt.

Ὑμεῖς δὲ, non ὀξεῖς, sed aliud quippiam supplendum. οἷοί τε, ἢ ἱκανοί.

Τὸ δὲ ὑμέτερον. αἰτὶ τοῦ ὑμεῖς. Vestra autem ratio.

Τῆς τε γνώμης. Et ne certis quidem, exploratisq; consiliis confidere.) (ἐπὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί, ἤ, & ne pacatis quidem, & tranquillis rebus confidere.

Τοῖς βεβαίοις τῆς γνώμης. Consiliis animi, quæ tuta, & sine periculo sunt. In Aldino codice τῆς τε γνώμης est distinctum à μὴ δὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, & habet ante se comma. Si retineatur ista scriptio, erit sensus loci istius: vos autem minus agitis, quàm potestis opibus, & consilio: Si repudietur, & τῆς τε γνώμης coniungatur cum verbis sequentibus, erit sensus: vos autẽ minus agitis, quàm potestis, & ne iis quidem animi consiliis cõfiditis, quæ tuta, & sine metu, & periculo sunt.

Quæ laudes in iis requiruntur, qui flagrant desiderio dilatandi imperij, eas tribuit Atheniensibus: vitia earum virtutum contraria affigit Lacedæmoniis, vt eorum animos ista collatione acuat, & irritet. vide παροξῦναι.

Καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι. Illi impigri, vos cunctatores.

Μελληταί: V. nouatum, ὀκνηρὸς. σμνότης.

Καὶ ἀποδημηταί. nouatum V. ἐνδημοτάτης. nouatum. Illi peregrinationis cupidi: illi peregrè proficisci non grauantur: quia videlicet intelligunt imperium ampliari aliter non posse: vos cõtrà hærentis vestris finibus, & desides, otiosiq; estis. Ἀποδημηταί. Respicit ad expeditionem in Ægyptum, in Thraciam, Macedoniam, & alias regiones.

Τὸ ἐπελθεῖν. Si bellum aliis inferatis propagandi imperij causa, vel fines, quos obtinetis, vos amissuros esse putatis: est signum & ignauiæ, & humilis, & abiecti animi.

Κρατοῦντές τε τῶν ἐχθρῶν. Norunt vti victoria, & hostium delere copias ad internecionem: hoc etiam ad irritandos Lacedæmonios, & terrorem incutiendum valet.

Ἐπὶ πλεῖστον ἐπεξέρχονται. Longissimè progrediuntur.

Ἐπὶ πλεῖστον) (ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν. Desidiæ se minimè dant. Ἀναπίπτειν de eo propriè dicitur, qui corpore supino iacet, quod est otij, & desidiæ. Transfertur ad animum, & significat animum despõdere, cadere animo, & languori, ac desidiæ se dare. Id est, victi de rerum summa non desperant.

Ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν. Contemnunt mortem pro patria. Id est, non parcunt suis corporibus, perinde ac si essent aliena, & hostilia.

Οἰκειοτάτῃ) (ἀλλοτριωτάτοις. Id est, ὡς ἀλλοτρίοις.

Οἰκειοτάτῃ. Maximè propriis. Consiliis verò amicissimis in republica defendenda. Duo autem in primis desiderantur in bono ciue, beneuolentia, & prudentia.

Καὶ ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες. Et nisi cogitata fecerint, de suo fieri iacturã existimant: quæ autem armis quæsiuerint, perexigua iudicant, si cũ illis cõferas quæ sperant se quæsituros. mirã πλεονεξίαν Atheniensium demõstrat, qua fieri significat, vt aliena sua ducant, in rebus partis nunquam acquiescãt, neq; iis se expleant, maxima sibi semper quædam proponant obtinenda: quod indicat insatiabilem eorum libidinem, atque cupiditatem. Hæc ita dicuntur, vt irritentur Lacedæmonij ad æmulationem Atheniensium propagandi imperij causa: & à nimia desidia, & otio abducantur.

Πρὸς τὰ μέλλοντα. Præ iis, quæ sunt acquisituri. L. V. præ illis, quæ animo agitant.

Ἢν δ' ἄρα του καὶ πείρᾳ. Et siquid irrita spe, irrito conatu tentauerint, noua rursus spe, amissa reparant hæc. L. V. ita vertit: Quod si tentatum aliquid non obtinent, alia sibi proponunt, quibus potiti non quæsita reparant.

Ἐπλήρωσαν. Vsum illorum supplent, vel explent quod opus erat.

Μόνοι

Μόνοι γὰρ. Αἰτιολογία. ἐπιφώνημα. Soli enim omniū æquè habent, ac ſperant, quæ animo cogitarint, propter celeritatem in aggrediendis, quæcunque deliberauerint. Id eſt, Simul atq; aliquid ſibi propoſuerint, & ſperauerint, eo ſtatim potiuntur. Ἔχουσι, καὶ ἐλπίζουσι. πρότερον ὕστερον. Primùm enim animo res concipimus, deinde ſperamus, poſtea aggredimur, poſtremò obtinemus. Athenienſes adeò ſunt celeres, vt eodem momento, & cogitent, & ſperent, & obtineant quicquid ſibi propoſuerint. ὑπερβολή.

Καὶ ταῦτα μετὰ πόνων. Laudat Athenieſes, vt ad eorum æmulationem excitet Lacedæmonios, à fortitudine. eſt enim fortitudo conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio.

Μοχθοῦσι. Contendunt, conantur, moliuntur.

Καὶ ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα. Cōmoratur Corinthius in ſignificanda inexplebili cupiditate Athenienſium, vt terrorem incutiat Lacedæmoniis, & in illam opinionem eos adducat, futurum vt, niſi ſuis rebus proſpiciant, & hanc hoſtium libidinē coërceant, & refrænent, ipſi quoque ſentiant, & experiantur vim, & auaritiam eorundem.

Καὶ ἀπολ. ἐλ. Hoc eſt auari ingenium, vt parcat rebus partis, & ab iis manus abſtineat: ſemper aliquid quærat, & ad cumulum addat.

Ὑπαρχόντων. Partis opibus.

Καὶ μήτε ἑορτήν. Carpit latenter Lacedæmonios, qui religionem, & dies feſtos prætendētes, rei gerendæ occaſionē ſæpe amittebant οὐχ ἧσσον. μᾶλλον.

Ξυμφορὰν τε. Plus mali in otio inerti, quàm in negotio laborioſo eſſe poſitum. ἡσυχίαν ἀπράγμονα. Deſidiam inertem.

Ὡς τε εἴ τις. Epilogus collationis. Quare ſiquis paucis rem cōplexus eos dixerit ita natos eſſe, vt neq; ipſi velint, neq; aliis quieſcere permittant, is verum dixerit: hoc artificiū mutuatur Demoſthenes in Philippicis: in quibus deſcribit iiſdem ferè coloribus ingenium Philippi, vt Athenieſes excitet à nimia deſidia, & oſcitantia. Δημοσθ. prima Olynth. 2. Ἀρχὴ λογίζεταί τις ὑμῶν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖν τὸν τρόπον δι' οὗ μέγας γέγονεν ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος; τὸ πρῶτον ἀμφίπολιν λαβὼν &c. τοῖς δ' ἔσω Ιλλυρίοις ἢ παίονας αὐτοῦ ἢ πρὸς ἀρύμβαν, ἢ ὅποι τις ἂν εἴποι στρατείας παραλείπω: Et in prima Philip. ὁρᾶτε γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὸ πρᾶγμα οἷ προελήλυθεν ἀσελγείας ἄνθρωπος, ὃς οὐδ' αἵρεσιν ὑμῖν δίδωσι τοῦ πράττειν, ἢ ἄγειν ἡσυχίαν, ἀλλ' ἀπειλεῖ, &c. 15.

Ταύτης μέντοι. Et tamen cùm talis reſpub. ſit vobis aduerſaria, vos cunctamini. In Epilogos ingreditur iam, & efficit nō eſſe cunctandum aduerſus tales hoſtes, nec differendum bellum: ſed primo quoque tempore vim eorum propulſandam. μετὰ θαυμασμοῦ.

Καὶ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν. Ad illud occurrit, quod à Lacedęmoniis afferri poterat, ſe moleſtè bellū ſuſcipere, libenter pacem complecti, & otio, atq; quieti dare operam: occurrit igitur, ac docet fieri hoc non poſſe. neq; enim licere illis per Athenienſes iſta quietē frui. quia iniurioſi, & violenti ſunt. Illis otio, & quiete diutius perfrui licet, qui ſuis opibus non abutuntur ad faciendam vim, ſed colunt iuſtitiam, & æquitatē, abſtinent ab iniuria; ita tamen animis parati ſunt, vt ſi laceſſantur iniuria, eam ſint totis viribus propulſaturi.

Τῇ μὲν παρασκευῇ. Qui quę ad apparatū pertinent, probè exequuntur. L. V. Annot. qui ita quidem ſe comparant, vt nemini iniuriam faciant. F. P. Qui apparatu, & opibus nemini iniuriam faciunt.

Δῆλοι ὦσι. Præ ſe ferant.

Ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν. Caſtigat Lacedæmonios, qui eo errore opinionis ducerentur, vt in eo ęquitatem ponerent, ſi neque iniuriam aliis facerent; & illatam propulſarent.

Τὸ ἴσον νέμετε. Ius, & æquitatem ponitis.

Παροικοῦντες. Supra, ἢ ἰοῦ τοὺς ἀθηναίους οὐχ ἑκὰς, ὡς περ ἐκεῖνον.

Μόλις δέ. A Contrariis, id fieri non poſſe docet. Vix enim ſi parem ciuitatem finitimam, vicinamque haberetis, id conſequi liceret. ὅμοια. Quæ ſequeretur eadē inſtituta, & iiſdem eſſet moribus, vel quæ pares haberet opes.

Νῦν δ' ὅπερ. Statū negotij ſignificat. caſtigat iterum, & morum ſimplicitatem illis obiicit: nimis antiqui, atq; obſoleti ſūnt veſtri mores ô Lacedæmon. aduerſus Athenienſes. νεωτεροποιούς.

Αὐτοὺς. πρὸς τὸ σημαινόμενον. ἀρχαιότροπα, ἀρχαῖα

Τὰ ἐπιγιγνόμενα. Recentiſſima quæq;, nouiſſima quæq;. neceſſe eſt vt Athenienſes ſint ſuperiores, quia νεωτεροποιοί, fidem facit ſimilitudine. ἐπιτεχνήσει infrà.

Κρατεῖν: potiora eſſe.

Καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν. Præſcribit quibuſnam ſeruanda ſint hæc inſtituta. Quanquam pacatæ tranquillæq; ciuitati eadem inſtituta ſalutaria ſunt. ἡσυχαζούσῃ, quietæ, pacatæ ciuitati.

Πρὸς πολλὰ δέ. Ei verò ciuitati quæ ad multa pericula vocatur. vel πρὸς πολλὰ ἐπιτηδεύματα, acceſſione artificij.

Ἐπιτεχνήσεως. Artibus nouis, commentitiis.

Διόπερ ἢ τὰ τῶν ἀθηναίων: fidem facit exēplo Athenienſiū, eamq; ob cauſam res Athenienſiū longo, & multo vſu nouatæ ſunt, & meliores factæ.

Μέχρι μὲν οὖν τοῦδε. Suadent Corinthij Legati vt finem faciant Lacedæmonij cunctandi: & primo quoq; tempore ſuccurrant ſociis, & auxilia Potidæatis mittant: quod ni faciant, minantur ſe nouam amicitiam, ſocietatemque quæſituros. μέχρι τοῦδε hactenus, hucuſque.

Ὡρίσθω. Terminetur, definiatur, id eſt, deſinat progredi vlterius veſtra iſta cunctatio. Ἀπὸ τῶν ἐμψύχων: quibus certi fines præſcribuntur, intra quos ſe contineant.

Τοῖς τε ἄλλοις. Iis qui erant in Thracia, Chalcidenſibus, & Bottiæis.

Κατὰ τάχος. Quærat fortaſſe quiſpiā, quid poterat prodeſſe Potidæatis, qui erant in Thracia, irruptio Lacedæmoniorū in agrum Atticum remotū admodū à regione Thraciæ? & quomodo poterat hoc vocari auxilium? reſpondeo, ſi non directè, at obliquè fuiſſe auxiliū. Sperabant enim Athenienſes reuocaturos eſſe ſuas copias à Potidæa, vt patriæ opē ferrent: atq; ita Potidæatas obſidione liberatum iri: poſſumus etiā dicere vaſtationem agri Attici, quam erant facturi Lacedæmonij, quodammodo vocari potuiſſe auxiliū, quippe quæ eſſet vltio iniuriarum, & compenſatio quædam detrimentorum, quæ Potidæatæ acceperant.

Ἀθυμίᾳ τρέψητε. Comminatio.

Ξυμμαχίαν. ἀντὶ τοῦ ξυμμάχοις.

Τρέψητε Auertatis.

Δρῷμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδὲν Nullum flagitiū admittēmus, correctio, & ſimul purgatio ducta ex cauſis: quia contra pacta inter nos fœdera nos deſeritis:

est autem hominũ, qui ratione destituti non sunt, vt cùm deseri se intelligunt, aliò se conuertant, & nouas societates, & amicitias quærant.

Οὔτε πρὸς θεῶν. Probatio, & argumentum reuocatur ad iusiurandum. λαμπρότης. Diis, hominibusque approbantibus.

Αἰσθανομένων. Qui aliquo sensu præditi sunt, non stupidi, quasi diceret, vt vos estis.

Λύουσι. Frangunt. ἀπολογία.

Οἷς ἂν ξυνομόσωσι. περίφρασις τῶν συμμάχων.

Βουλομένων δέ. Permanebimus autem, si vestra studia nobis non desint.

Οὔτε ξυνηθεστέρους. L. V. nec alios magis propensos, quàm vos estis inueniremus: sed verte, nec amiciores vobis, magisq; familiares inuenerimus.

Οὔτε γὰρ ὅσια. Nam impiè, & sceleste faceremus, si vos desereremus.

Πρὸς τάδε. Quare de his diligentius consultate, dateq; operã, vt præsitis Peloponneso nõ minore cũ dignitate, quàm à patribus, maioribusq; vestris accepistis. ἀπὸ τοῦ καλοῦ. Dateq; operã, vt dignitatem, & potentiam Peloponnesi, cui præestis, conseruetis, atque amplificetis potius, quàm minuatis. vel, dateq; operam, vt Peloponneso ita præsitis, vt potius augeatis, quàm imminuatis ipsius imperium, quod à maioribus vestris accepistis. L. V. hunc locum non satis bene videtur intellexisse.

Ἐξηγεῖσθε τὴν Πελοπόννησον, ἀντὶ τοῦ τῶν Πελοποννησίων.

Μὴ ἐλάσσω. Non imbecillioribus, & minus potentibus.

C Τῶν δὲ ἀθηναίων. Concionem superiori aduersariam est nobis allaturus Thucydides, habitã à Legatis Atheniensiũ in concilio Lacedæmoniorũ, ac sociorum: sed demonstrat primùm occasionẽ, qua accidit, vt eiusmodi concio haberetur. aderant (inquit) casu Legati Atheniensium aliis de rebus: qui audita fama criminationis Corinthiorũ in Athenienses, dicendi potestatem sibi fieri petierunt.

Τῶν λόγων. Criminationem de vi, de iniuriis, de auaritia eorum factam.

Ἐς τοὺς λακεδαιμονίους, id est, ad Lacedæmoniorum magistratus.

Τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι. Attingit distributionem totius causæ: & paucis significat, quibus de rebus sit futura oratio. eæ res sunt duæ, altera habet dissuasionem, altera Atheniensium laudationem, & virtutis eorum prædicationem: quarũ vtraq; eò spectat, vt deterreat Lacedęmonios à bello suscipiendo. Non vt ad crimina responderent. hoc enim interpretabantur nihil aliud esse, quàm subiicere sese Lacedæmoniis, & apud eos, quasi arbitros, vel iudices dicere causam. apparet animi quædam altitudo Atheniensium, qui dedignarentur Lacedęmonios, & se vel superiores dignitate, vel certè pares illis esse arbitrarentur.

Ἀλλ' ἐν πλείονι: χρόνῳ scilicet. Sed sumendum esse tempus ad deliberandum.

Καὶ ἅμα. Altera pars causæ.

Ὑπόμνησιν. Profectiores ætate commonefacere eorum, quæ nouerant.

48. A Ἡσυχάζειν. πολεμεῖν. ἀντὶ τὴν ἡσυχίαν, καὶ πόλεμον.

Τοῖς λακεδαιμονίοις. Magistrat⁹ intelligit, vt suprà.

ATHENIENSIVM CONCIO.

Ἡ μὲν πρέσβευσις ἡμῶν. Hæc concio est aduersaria superiori. Illa suadet bellũ, hęc dissuadet. Et quemadmodum in illa Corinthius iustum ac necessariũ fore hoc bellum demonstrabat, ita in hac legatus Atheniensium neq; iustum, neq; necessarium fore probat: in illa legatus Corinthius Lacedæmonios ad bellum adhortatur à magnitudine periculi imminentis propter nimia incrementa, & formidolosam Atheniensium potentiam, in hac legatus Atheniensium eosdẽ à bello deterret eandem ob causam, id est, propter nimiã potentiam eorum, quibuscum futura Lacedæmoniis res erat: In quo apparet prudentia Thucydidis, qui iisdem locis in causis cõtrariis vti potest. Dissuadet igitur bellum legatus Atheniensium. neq; iustum, neq; necessarium esse docet. imò probat fore periculosissimũ: non iustum fore dicit: propter dignitatẽ suæ ciuitatis, & summa, plurimaque in vniuersos Græcos merita. Præterea, quòd imperium, quo potirentur, neq; vi, neq; iniuria partum esset, sed à Græcis volentibus, lubentibusq; esset oblatũ. qua in parte commoratur, vt demonstret qua ratione Atheniensibus delatum fuerit: docet præterea bellum non modò non necessarium, sed etiam periculosissimum fore, tum quòd aduersus ciuitatem potentissimam, & omnibus rebus florentissimã, atq; instructissimã certamen esset futurum, tum quòd Mars communis, & belli euentus incerti sint, præsertim si bellum diutius ducatur.

Argumentorum dispositio illa est: primo loco Legatus fortia facta suæ ciuitatis memorat, & laudes suorum prædicat, vt incutiat terrorem Lacedæmoniis. Secundo, disputat vtrum iure, an iniuria obtineant imperium in Græcos: & iure ipsos id obtinere docet.

Dispositio igitur huius concionis est diuersa à dispositione alterius superioris. In illa exponuntur primo loco iniuriæ Atheniensiũ, deinde ostẽduntur pericula imminẽtia, & incutitur terror. hîc cõtrà, primùm terror incutitur à magnitudine potẽtiæ Atheniensiũ: deinde demonstratur Atheniẽses non immeritò imperiũ à Græcis delatũ obtinere.

Ἡ μὲν πρέσβευσις ἡμῶν. Procemium continet causam, & ostendit rationem, cur in Concilio Peloponnesiorum habeat orationem Legatus Atheniensium. Simile est procemiũ primæ Philippicæ Ciceronis, in quo Cicero exponit causam & profectionis, & reuersionis suæ Romam. Antè quàm de republica, Patres conscripti, dicã ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meæ.

Propterea se venisse dicit Legatus oratum, vt moneat Lacedæmonios ne præcipitãter ac temerè bellum suscipiant, presertim aduersus eam ciuitatem, quæ omnium Græcarũ potẽtissima, omnibusq; rebus instructissima est. hæc est summa.

Propositio est: Venio vt vos moneam ô Laced. ne temerè de rebus maximis deliberetis: præterea, vt doceam aduersus quam ciuitatem, quàm potentem bellum sitis suscepturi. Ratio, quia magnam criminationem de nobis, factam audio, nõ vt criminibus ipsis respondeam: neque enim vos iudices harum controuersiarum statuo.

G Ἡ μὲν πρέσβευσις. Non propterea legati ad vos fuimus ô Lacedæmonij; vt ad crimina vestrorum sociorũ responderemus, & cũ iis, apud vos disceptaremus, sed aliis de rebus missi fuimus: iã verò certiores facti socios vestros grauissimè inuectos in nos fuisse, venimus non purgatũ nos, neq; enim agnoscimus vos iudices, sed demonstratum, &c.

Hæc

Hæc oratio est plena grauitatis, & authoritatis, atque adeò fastus, & contemptionis: quæ res alienant animos auditorum ab eo qui agit. At præcepta Rhetorum passim docent auditores côciliandos esse in proœmiis. quæratigitur quispiam, cur ita fiat à Thucydide. Λύσις, Si auditor est iudex, & dignitate, authoritateque præstans ita, vt potestas eius timenda sit, tum diligenter obseruanda præcepta Rhetorum, ne videlicet animus eius offendatur, in cuius potestate est, qui agit causam. Si auditor non est iudex, tum verò nihil refert, si præcepta non seruentur, id fit hoc in loco: & author ipse detegit hoc artificium in eo quod facit legatum Atheniensium dicêtem se non agnoscere Lacedæmonios, neque iudices, neq; superiores potestate.

Η πρέσβευσις. ὄνομα θουκυδίδειον. Οὐκ ἐς. ἄρσις, & θέσις.

Καθόλου ἐκ ὀλίγην. Non paruam & leuem accusationem, quia nos grauiter accusari audiuimus, in medium prodiimus, &c. καταβοή, κατηγορία.

Οὔτε τούτων. A maiori confirmat: Si vestri socij non agnoscunt vos iudices, multò minus nos.

Καὶ ἅμα βουλόμενοι. Diuisionem causæ duas habere partes diximus: alteram esse dissuasionem, alteram demonstrationem magnitudinis potentię Atheniensium: alteram attigit paulo antè, cùm dixit, ἀλλ' ὅπως μὴ ῥᾳδίως, &c. alteram nunc tangit. L. V. Simul quia volumus de rationibus nostris omnibus quo pacto se habeát, vos facere certiores.

Περὶ παντὸς τοῦ λόγου. Hoc refer ad illud, ὧν τοὺς μὲν διδυλωμένους ὁρᾶτε, τοῖς δ' ἐπιβουλεύοντας αὐτούς, & οὐχ ἥκιστα τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις, pro tota accusatione contra nos instituta: De tota oratione, quæ contra nos instituta est: Insinuatio.

Ἄξια λόγου. Non contemnenda.

Καὶ τὰ μὲν παλαιά. Ingreditur in causam: & fortia facta populi Atheniensis exponit, ea scilicet, quæ erant recentiora: & omnium hærebát memoriæ. Atque vt peruetusta missa faciam.

Τὰ παλαιά. προκατάστασις. παράλειψις. Quia remota à memoria hominum erant, & quasi fabulosa existimabantur, vt bellũ aduersus Amazonas, Thracas, & Eurystheum. Legite Iustinum libro 2. Plutarchum in vita Thesei.

Ὧν ἀκοαί. Quæ potius fama accepistis, quàm vidistis. ἀκοαί) (ὄψεις, μεταφορά.

Τὰ δὲ μηδικά. Quæ aduersus Medos gessimus.

Αὐτοῖς: vel ἡμῖν αὐτοῖς, vel αὐτὶ τῶν ἡμῶν, L. Valla αὐτὶ τοῦ αὐτοῖ vertit.

Εἰ καὶ δι' ὄχλου. προδιόρθωσις. Et si molesta, odiosaque vobis futura sunt. erant enim Athenienses multi in prædicandis, extollendisque rebus istis, quas fortiter gesserant.

Εἰ & δι' ὄχλου. Etiam si vobis molesta futura sunt: confessione culpæ corrigit.

Ἀεὶ προβαλλόμενοι: αὐτὶ τοῦ προβαλλομένων. ἐναλλαγή.

Ἀνάγκη. ἐρμηνεία. Prædicatio laudũ propriarum solet auditori esse molesta. hæc vitabitur, si necessitatem prætêdamus, si cùm aliis communicemus nostram laudem, si personam immutemus. ὑπαλλαγὴ προ. αἰ δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποιήκαμεν. ἐν πολλοῖς μὲν ὦ Δημόνικε.

Καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν. A rebus, quarũ signa sunt verba, & vocabula ducit argumentum, vt fidem faciat licere sibi de his rebus disserere, & suas laudes prædicare. Hunc locum est imitatus Demosthenes in oratione περὶ στεφάνου. ἃ πολλῶν μὲν ἕνεκα, εἰκότως ἀκούσετε μου, μάλιστα δ' ὅτι αἰσχρὸν ἐστιν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, εἰ ἐγὼ μὲν τὰ ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων ὑπέμεινα, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε. Sed de re priuata. Nam si participes fuistis eius vtilitatis, quam facta ipsa attulerunt, cur nos expertes simus eorum prædicationis, si quid commodi ex ea re videmur percepturi?

Ης τοῦ μὲν ἔργου. ἔργου facit mentionem vsitato more, vt fiat ἀντίθεσις in λόγου.

Ῥηθήσεται δέ. προκατάστασις. Repetit causam cur apud Magistratus Lacedæmonios, eorumque concilium sit verba facturus, vt testatum relinquat se non agnoscere eos vel iudices, vel præstantiores dignitate, & authoritate.

Φαμὲν γάρ. Pedestre prœlium cômissum in campis Marathoniis, & alterum nauale commissum ad Salamina insulam exponit. σεμνότης, ἐπίδειξις, λαμπρότης.

Μόνοι. Id est, sine vobis: alioqui habebant socios Platæenses mille: quos propter paucitatem causæ seruiens omisit.

Προκινδυνεῦσαι. Id est, pugnasse, idque non sine periculo.

Καὶ ὅτε τὸ ὕστερον ἦλθεν. Xerxis aduentum intelligit.

Ὅπερ ἔσχε. Amplificatio. quid ea re profecerint, ostendunt. Quæ res obstitit, ne illa infesta classe Peloponnesum oppugnaret, atque adeò euerteret. ἐπιπλεῖν, appellere.

Τεκμήριον. Maximum huius rei documentum dedit.

Τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ. Trecenta millia militũ Mardonio reliquit, Herod. lib. 8.

Τοιούτου μέντοι. Efficit salutem totius Græciæ in rebus nauticis fuisse positam: amplificat deinde factum Atheniensium.

Τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα. Fortunas Græcorũ positas, vel sitas fuisse.

Ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν. Id est, ad 260: Plut. tamen 200, Herodotus, 180, fuisse scribit. datas tamẽ 20, etiam Chalcidensibus, quas ipsi instruerent, καθ' ἡρόδοτον summa nauium erat 324. Si fuissent 400, duæ partes huius summæ fuissent 266.

Θεμιστοκλέα. Hunc sapientiæ ergo, oleæ ramo donarunt Lacedæmonij, & curru, qui Spartæ cæteris præstabat. Plut. in Themistocle.

Ξένον. ξένους vocabant Lacedæmonij omnes externos.

Ἐπειδὴ ἡμῶν. Obliqua accusatio Græcorum.

Τῶν ἄλλων. Macedones, Thessali, Thebani sunt intelligendi.

Τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες. Profligata, & euersa re familiari.

Σκεδασθέντες. Disiuncti, dispersi.

Προετιμωρήσατε. Noluistis ferre auxilium, vel ante euersam vrbem, vel desertam.

Ὥστε φαμέν. Efficit plus vtilitatis datum, quàm acceptum.

Ὑμεῖς μὲν γάρ. Collatio. vos vobis timentes auxilium tulistis.

Οἰκουμένων. Integris vestris rebus) (ἀπὸ τῆς οὐκ οὔσης.

Ὅτε γοῦν ἦμεν ἔτι σῶοι. confirmat signo: si nostri caussa venissetis, multò antè id fecissetis, cùm nostra adhuc stabat vrbs.

Ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης. Amplificatio beneficij dati, ex eo, quòd euersa vrbe, desperatis fere finibus vniuersis, tamen pro cæterorum Græcorum salutẽ quæuis pericula subire non dubitarint.

Τὸ μέρος: vel pro virili parte: vel vos, qui pars Græcorum eſtis.

Εἰ δὲ προσεχωρήσαμεν. A contrariis amplificatio, & ab iis, quę erant euentura ſi ſecus egiſſent Athenienſes. quòd ſi vel antea Medis nos adiunxiſſemus, vel poſtea naues relicta vrbe nō conſcendiſſemus, actum de vobis profectò fuiſſet.

50. A Ὡς διεφθαρμένοι. Quaſi perditis, & profligatis Græcorum rebus.

Οὐδὲν ἂν ἔτι ἔδει. Ne decernendum quidem vobis fuiſſet nauali prœlio.

Ἀλλὰ καθ᾽ ἡσυχίαν. Sed res ſine certamine ad votum barbaro ceſſiſſent.

Ἆρ᾽ ἄξιοι ἐσμέν. Efficit nō eſſe cur Græci inuideant ſibi imperium partum tot laboribus, atq; periculis. Hæc autem habent latentem animi ingrati exprobrationē. L.V. Quapropter digni ſumus Lacedæmonij illius noſtræ generoſitatis, & prudētiæ gratia, qui principatu quē habemus, potiamur, nō ita multum Græcis inuidioſo. F.P. An ô Lacedæmonij meritò Gręci videntur inuidere nobis imperiū, qui eam animi alacritatem, talemq; prudentiam aſperrimis ipſorum temporibus demonſtrauimus.

Καὶ γὰρ αὐτὴν. δικαιολογία: docet iure partum imperium, non per vim, & iniuriam: partim conceſſu veſtrum, qui ad perſequendas belli reliquias permanere noluiſtis, partim oblatum vltro ab ipſis Græcis id accepimus.

Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἔργου. Itaq; vi, & natura ipſius imperij coacti ſumus ad eum ſtatū, in quo eſt nunc, rē perducere. Genus omne hominū natura ducitur ad libertatem: eiuſq; ſtudioſum in primis eſt: Itaq; vſu venire videmus, vt ſerui dominos, ſubiecti eos, in quorum ditione ſunt, odio habeāt. Ex hac igitur hominum cōditione, & vi, atq; natura imperij ducit argumentū, quo populū Athenienſem purgat: quaſi diceret, quòd ſocij nos oderint, id nō fit culpa noſtra, ſed natura ipſius dominatus, qui ſolet eſſe moleſtus, & grauis ſubiectis: Itaque odiis eorum adducti, libidinem eorum refrænamus.

Ἔργου, id eſt, τῆς ἀρχῆς. αὐτὴν τὴν ἀρχήν.

Ἐς τόδε. In hunc ſtatum. περιπλοκή, vt ſint ſtipendiarij, & vectigales.

Ὑποδεεῖς. Ne deficerent à nobis, & vobis ſe adiungerent, noſque oppugnarent.

Τιμῆς: vt ab illis, quaſi à ſubiectis, & inferioribus coleremur.

Ὠφελείας. Vt vectigalia nobis penderentur.

Καὶ οὐκ ἀσφαλές. Ratio cur metuendum eſſet: quia plerięq; iam nos odio proſequi cœperant.

Ἀνέντας. Permiſſa eis licentia.

Αἱ ἀποστάσεις. παῤῥησία.

Πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον. Omnes autē citra inuidiā ſuis rationibus proſpiciunt in maximis periculis cōſtituti: Purgatio populi Athenienſis, à neceſſitate, id eſt, ſi vi ſocios, & vectigales coërcemus ne in nos inſurgant, & à nobis deficiant, id nobis vitio vertendū non eſt: quia noſtræ rationes id poſtulant.

Ὑμεῖς γοῦν. Exemplo ipſorū legatus docet licere ſibi ſocios ita tractare, vt rebus ipſis expedit: nam vos quoq; cogitis Peloponneſios eū tenere Reipublicæ ſtatum, qui veſtris vtilitatibus videtur aptus, vos quoq; ita imperatis, vt vobis expedit.

Καταστησάμενοι. Conſtitutis: eum ſtatū in ſingulis ciuitatibus retinentes, qui vobis aptus, & idoneus videtur. intelligit τὴν ὀλιγαρχίαν.

Καὶ εἰ τότε ὑπομείναντες. Quòd ſi tū in imperio permanſiſſetis, multò grauiores, acerbioresq; ſociis fuiſſetis, q̃ nos iā ſumus. Ab iis quæ eueniſſent, ſi quid aliud factū fuiſſet, argumentum eſt ductum.

51. A Ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς. Vel premere imperio, & per vim dominari.

Οὕτως οὐδ᾽ ἡμεῖς. Mirandum minimè eſſe efficit, ſi populus Athenienſis naturæ legem ſecutus imperium oblatum acceperit: idq; iam neceſſitate coactus retineat.

Ἀνθρωπείου. Homines enim natura præeſſe aliis cupiūt, & affectant dominatū. Neq; inuſitati quicquam, & remoti ab hominum inſtitutis fecimus.

Καθεστῶτος. Moribus receptum eſt: καθεστηκότα inſtituta. Locus communis de iure naturæ.

Μέχρις οὗ τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι. Quo ad rem vtilitate menſi eſtis, vel metiri voluiſtis: quanquam nunc mutata ratione, æquitatem prætenditis, & æquū eſſe aitis, vt Græci libertate fruantur. Scholiaſtes ſupplet ἦτε. Ego puto μέχρι τοῦ νῦν ἦτε. Accuſat latenter Lacedæmonios doli, & fraudis, quòd aliud ore, aliud corde.

Οὐδεὶς πω. Iure, & conſuetudine tuetur cauſam Athenienſium.

Ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι. Ac laudandi potius ſunt, qui humanum ingeniū ſecuti præſunt aliis: Ita tamen præſunt & dominantur, vt opibus & potentia ſua non abutantur, in eos quibus præſunt, vt modeſtius in dominatu ſeſe gerant, quàm Imperij magnitudo fert. ἐνδιδλαγὴ προσώπου.

Ἄλλους γ᾽ ἂν οὖν. ἐξ ὑποθέσεως. Ac ſi qui alij hoc ipſo noſtro Imperio potirētur, eos facilè ſperamus declaraturos, quàm nos modeſti ſimus. Lacedæmonios innuit, qui rerum potiti, fuerant Græcis longè grauiores, quàm Athenienſes.

Ἡμῖν δὲ καί. Quanquam noſtra modeſtia non ſolùm laudem non aſſequitur, ſed etiā immerito vituperationem refert. queritur, quòd loco laudis, quam talis modeſtia merebatur, Athenienſes reprehenderentur, ac vituperarentur.

Περιέστη. Cōtrarium rei euentum videtur ſignificare verbum, ὡς περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, &c. νῦν ἀβελτία, καὶ ἀσθενὴς φαινομένη. ceſſit contrà ac ſperabamus.

Ἐλασσούμενοι. Quamuis enim de iure noſtro decedamus, & pari conditione cū ſociis diſceptemus iiſdem iudiciis, iiſdemq; legibus, tamē litigioſi appellamur, & eo nomine malè audimus. Malè audiebant Athenieſēs, vt φιλόδικοι, & litiū appetentes: purgat eos legatus: & modeſtiæ illorū hoc tribuit.

Ξυμβολαίαις δίκαις. L.V. quòd in rebus cōtrahendis, & in iudiciis. F.P. In controuerſia de contractu, de pactis, & conuentis.

Ποιήσαντες τὰς κρίσεις. Iudiciis inſtitutis, factis, agitatis.

Καὶ οὐδεὶς αὐτῶν σκοπεῖ. Docet cur ſibi potius, quàm aliis ea nota inuratur, & id criminis obiiciatur. quia (inquit) cæteri qui ditionem habent, vi, non æquo iure vtuntur in ſubiectos. Collatio, qua purgantur Athenienſes.

Διότι, αὐτῷ τοῦ δὲ τί.

52. A Οἱ δὲ εἰθισμένοι. At noſtri ſocij aſſueti iā nobiſcum æquo iure diſceptare, ſi quid illis quoquo modo detractū fuerit vel iudicio noſtro, vel propter imperij potentiā, quod opinione illorū nō oportuerat detractum, non habent gratiā de pluribus non ereptis, ſed modicū illud, quod detractum eſt, grauius ferunt, quàm ſi ſtatim ab initio cum ipſis non iure,

iure, sed vi, aperteq; egissemus. Carpit ingratum animum sociorum. A

Βιάζεσθαι } { δικάζεσθαι
Εἰθισμένοι } { ἐκείνως δέ.

Ομιλεῖν. Leniore verbo dixit τὸ δικάζεσθαι.

Καὶ ὁπωσοῦν. Siue facto, siue verbo, quod est multò minus.

Αποθέμενοι τὸν νόμον. Vel τὸν νόμον τῆς ἀρχῆς, vt σχολ. Id est, non vsi iure imperij: vel τὸν νόμον, nostra consuetudine, qua solebamus agere cum illis æquo iure.

Χρεών. αὐτὶ τοῦ ἀναγκαῖον, Quod neque mutari, neq; leniri potest. B

Υποχωρεῖν. Verbum lenius.

Αδικούμενοί π. ἐπιφώνημα μετὰ δεινώσεως. Locus communis. Iniuria grauior esse solet, quàm vis, homines passi iniuriam potius, quàm vim, moleste ferre solent, magisq; videntur iniuria, quàm vi commoueri, cùm tamen contrà, quasi diceret.

B Ως ἔοικεν. L.V. si ipsis credimus. F.P. Scilicet.

Τὸ μὲν γὰρ. αἰτιολογία. Iniuria enim à pari fit, à quo scilicet, iuris æquabilitas violatur: vis à potentiore proficiscitur: cui, quasi dicat, necessariò parendum videtur. τὸ μέν. πρὸς τὸ σημαινόμενον. C

Πλεονεκτεῖσθαι. αὐτὶ τοῦ διὰ πλεονεξίαν γίνεσθαι.

Καταναγκάζεσθαι. γίνεσθαι μετ᾽ ἀνάγκης, quam vitare non licet, ab ineuitabili necessitate proficisci.

Υπὸ γοῦν τοῦ μήδου. Exemplo probat iniuriam potius, quàm vim molestam esse.

Εἰκότως. ἐπίκρισις.

Τὸ παρόν. γνώμη. Præsens fortuna.

Υμεῖς γ᾽ ἂν οὖν. Ex fictione. fac vos deuictis nobis summa imperij potiri: certè in longè grauiora omnium odia incurreretis, quàm nos. Exemplũ hoc à persona Thucydidis ita dictum. D

Εἴπερ οἷα ἐπὶ π. Confirmatio ab Exemplo: quo tempore Lacedæmonij præerant Græcis, dux eorum Pausanias, qui erat tyrannicus, & violentus, alienauit animos Græcorum à Lacedæmoniis, huius rei non multò pòst fit mentio in hoc ipso libro. Hoc igitur significat.

C Αμικτα γὰρ. Facit fidem ab institutis, & à genere Politiæ, qua vtebãtur Lacedæmonij. ξενηλασίαις enim, & dominatu paucorum vtebantur. Abhorrent enim vestra instituta, à cæterorũ Græcorum institutis: domi malè, belli peius viuitis, & cùm peregrè proficiscimini, neq; illis, neq; aliis vtimini, sed (quasi dicat) ita viuitis, vt vestra fert libido. E

αὔξησις. Damnat Lacedæmoniorũ instituta, vt inhumana, & à cœtu, & societate hominum abhorrentia: & simul reprehendit in illis αὐθάδειαν, quæ est vitium, quo qui laborãt, sunt nimium sui iuris, suæq; sententiæ, & omnibus in rebus sibi, nõ aliis placere student. vnde etiam nomen inuenit. F

Εἷς ἕκαστος. L.V. refert ad Imperatorem. F.P. νομίζει νόμιμα, & ad quemlibet refert.

Βουλεύεσθε οὖν. πρότασις ἐν ἐπιλόγοις. Quare maturius deliberate.

Περὶ βραχέων. A rei magnitudine.

Αλλοτρίαις γνώμαις. Sequi alterius authoritatem. A turpi dissuadet. Turpe enim est alterius cõsiliis induci, vt rem grauem, & periculosam suscipiamus. G

Οἰκεῖον πόνον. A labore, & rei difficultate.

Τὸν παράλογον. Incertum belli euentum, ἰουκυδίδειον ὄνομα.

Πρὶν ἐν αὐτῷ γίνεσθαι. Prius quàm re experiamini.

Προδιάγνωτε. Antè dignoscite, ac reputate vobiscum: quod est sapientis.

Ες τύχας περιίστασθαι. Calamitosos, & funestos exitus habere. D

Εν ἀδήλῳ κινδυνεύεται. In incerto est: incerta tentatur alea.

Ιόντες τε οἱ ἄνθρωποι. Monet Lacedæmonios, ne in eundem labantur errorem, in quem plerique hominũ labi solent, qui res gerendas suscipiunt prius, quàm consultent gerendæ nec ne sint: Nolite eos imitari. est enim, quasi diceret, hominum inconsultorum, & temerariorum. 53. A

Ημεῖς δέ. αὐτὶ τοῦ δή. Quare dum ab ista culpa vtrique absumus, monemus vos dum rectè consultare integrum est, ne fœdera rumpatis, sed iudicio res controuersas permittatis: alioqui nos quoque deos, qui præsunt fœderibus, contestati bellum illatum propulsabimus.

ARCHIDAMI CONCIO. G

Καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι. Archidamus rex erat Lacedæmoniorum Zeuxidami filius, Agidos, & Agesilai pater. Hic igitur bellum dissuadet, sed diuersa ratione ab ea, quam legatus Atheniensium secutus est. Ille enim apertè, & directè dissuasit: Iste obliquè, & occultè idem facit: ille & periculosum, & iniustum fore palàm dixit: iste proponit primùm plurimas, & maximas difficultates, quibus Lacedæmonios à bello deterret: deinde assentitur, & concedit ipse quoque bellum esse iustum, & necessarium, sed in eo suscipiendo negat esse nimis properandum. Censet monendos esse primùm Athenienses de sociorum querelis: bellum interea parandum, quærendos vndiq; socios, & pecunias in primis, quæ belli nerui sunt: non esse audiendos socios, qui se propter priuatas offensiones ad commune totius Peloponnesi bellum vocent. Denique à bello vel omnino abstinendum esse docet, vel tantisper dum omnibus rebus necessariis instructos se intelligant, præsertim cùm Athenienses non recusent iudicium, & iure potius quàm armis disceptare se paratos esse dicant.

Primo loco exponit difficultates, & belli incõmoda. Secundo assentitur etiam ipse cæteris, qui bellum suadebant, & socios non esse deserendos clamitabant: at respondet loco id, & tempore agendum esse. Postremo ad ea respondet, quibus Corinthij Lacedæmonios ad bellum instigabant, turpem esse nimiã Lacedæmoniorum cunctationem illi dictitabant: multò turpius esse respondet Archidamus, si imparati bellum periculosissimum suscipiant. in eorum hortatione temeritatem esse ait, & turpitudinem in suo consilio salutem, & dignitatem esse demonstrat.

Καὶ αὐτός. δηλωτικὸν ἐστὶ τοῦ πράγματος τὸ προοίμιον. Habet significationem rei totius de qua agitur, agitur de bello: itaq; de eo se acturum significat. facit simul attentionem significatione prudentiæ, & rerum vsus, quo cõparat authoritatem suasioni suæ. ἐν τῷ συμβουλεύοντι tria requiruntur, φρόνησις, ἀρετή, καὶ εὔνοια, si eius oratio pondus est habitura. Ipse quoque multis interfui bellis ô Lacedæmonij: quærit authoritatem dum significat se peritum esse eius rei, de qua agitur.

Propositio: nõ est bellũ expetendum nobis, vt rerũ imperitis, & idiotis. turpe enim est labi perinde, ac rerum ignari solent facere. Alludit Thucydides ad adagium, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.

Καὶ αὐτός. Copulatiua particula postulat alteram sententiam, quæ omissa est ab Archidamo modestiæ gratia: modestia conciliat animos auditorum.

Καὶ ὑμῶν. πολυανθρώπων, πλῆθος, καὶ μέγεθος ἐργάζεται. Conciliatio.

Ηλικία. Prouectiore scilicet, ergo tacitè à Senioribus, & prudētioribus quærit subsidium suæ sententiæ. & hortatur latenter vt sibi suffragētur aduersus imperitiam iuniorum.

Τοῦ ἔργου. τοῦ πολέμου.

Οἱ πολλοί, οἱ ἄπειροι) (ἔμπειροι. ἴσως, ἀνάγκη.

Μήτε ἀγαθόν, καὶ ἀσφαλές. Distributio: neque vtile, neque tutum.

Εἴ τις. Siquis rem sapienter perpenderit.

Εὕροι τε δ' ἄν. Ingreditur in causam: & maximum, grauissimumq; fore bellum demonstrat. Scholiastes putat prooemium vsque ad ἐκλογίζοιτο progredi: sed errat.

Ελάχιστον. δὴ ἐλαχίστου καιροῦ γινόμενον, ὁ ἐξηγητής.

Πρὸς μὲν γάρ. A difficultatibus, damnis, & periculis deterret: difficultates sunt illæ: cum ea gente bellum futurum est, quæ procul abest à nostris finibus: itaque sine maximis, & sumptibus, & incommodis arma inferri non poterunt. præterea, cum ea, quæ rerum nauticarum peritissima est: itaq; classe circunuecta nostros fines infestabunt, & excursionibus, ac populationibus plus damni dabunt, quàm accipient. Cum ea denique gente bellum futurum est, quæ pedestribus etiā copiis, ne dum maritimis floret, quæ publicis, priuatisq; opibus, & sociis quamplurimis est instructissima. Collatio. ἀντίθετον.

D Παρόμοιος. Pedestres enim erant opes Peloponnesiorum, & ea re pollebant magis, quàm classe.

Ἐφ' ἕκαστα. Res pro personis.

Πρὸς δ' ἄνδρας. Altera pars collationis. ἄνδρας ἐμφατικῶς.

Ἑκάς. A locorum distantia. Itaque difficilè commeatus poterunt comportari.

Καὶ προσέτι θαλάσσης. τὸ βλαβερόν. Circumuecti classe facilè Peloponnesum infestabunt homines rei nauticæ peritissimi.

Ἐξήρτυνται. Verbum familiare Thucydidi. 2.7. ναυτικά τε ἐξηρτύετο ἡ Ἑλλάς, & 4, ἢ καὶ μᾶλλον ἐξηρτύοντο τὸ ναυτικόν.

54. A Πλούτῳ τε ἰδίῳ. Amplificandi causa dixit primùm confusè, & in vniuersum. τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐξήρτυνται. genus deinde partitur in suas partes, opes priuatas, & publicas, postremò explicat eas singulatim.

Οχλῳ. Turba, copiis, hominum copia.

Οὐκ ἐν ἑνί. καινοπρεπῶς, ἀντὶ τοῦ ἐν οὐδενί.

Καὶ ξυνὶ πιστεύσαντας. ἀντεξέτασις. Partitur apparatum Atheniēsium, & singulis in partibus facit collationem. magnum habet momentum in vtranq; partem hoc artificium, siue aliquid suadeamus, siue dissuadeamus, cùm scilicet distributo genere in formas, partes cum partibus conferimus.

Πότερον ταῖς ναυσίν. ὑποφορά: oratio aduersarij. γοργότητος μέθοδος τὸ τοῖς ἀπαντήσεσι ταχείαις χρῆσθαι, καὶ βραχείαις, ταῖς τε ἀντιθέσεσιν ὡσαύτως. Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas, Cicer. orat. 219.

Ἀλλ' ἥσσους. ἀνθυποφορά: καὶ ἡ λύσις.

Εἰ δὲ μελετήσομεν. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Μελετήσωμεν. Ab animo ad corpus.

B Τάχ' ἄν τις θαρσοίη. ὑποφορά. Confidat forsitan aliquis, quòd eos & armis, & hominum multitudine superemus, vt liceat longè, lateq; vastare fines eorum peragrantes.

A Τοῖς δέ. λύσις. Illi verò latos habent alibi fines: & res necessarias vndique mari conuehent.

Εἰ δ' αὖ τοὺς ξυμμάχους. Quod si socios eorum ad defectionē solicitarimus. ὑποφορά, opus erit classe tuendi eos caussa, qua lōgè inferiores sumus. λύσις.

Τίς οὖν ἔσται. Efficit bellum multò calamitosius sibi futurum, quàm ipsis hostibus. Sed ne malè illis ominaretur, leuius rem attingit.

B Εἰ μὴ γάρ. Ratio, nisi classe simus superiores, & vectigalia vnde alunt classem, subtraxerimus, plus damni capiemus, quàm dederimus. κρατήσομεν, ἀφαιρήσωμεν.

Κἂν τούτῳ. Ad illud occurrit: At bello posito, si C res non succedat, in gratiam redibimus: λύσις. At hoc non erit honestum post multa detrimenta accepta.

Καταλύεσθαι. ἀντὶ τοῦ καταλύειν.

Ἄλλως τε καί. Confirmatio: quia belli authores

C fuimus: qui autem primi arma mouent, & primi pacem concupiscunt, hi quasi diceret, arguuntur vel stultitiæ, vel imbecillitatis, si statim finire illud studeant. stultitiæ, quòd bellum grauius susceperint, quàm ferre possent: imbecillitatis, quòd conficere illud non valuerint.

Μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε. Difficile restinctum iri bellum hoc docet, si fines Atheniensium vastauerint: facit fidem à magnitudine animi Atheniensium: adeò sunt alto, & excelso animo Athenienses, vt non

D sint desideraturi pacem, ne suus ager vastetur, neque formidaturi bellum, quasi bellorum, & periculorum rudes, & imperiti. Hic locus eò spectat, vt refutet eos, qui dictitabant Athenienses simul atque agrum vastari vidissent, esse desideraturos pacem, & imperata quælibet facturos. fallit vos vestra opinio.

Τοῖς παισίν. Alludit ad illud Homeri. lib. 3. Iliad.

Ἀλλὰ καὶ ὥς τινη περ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω,
Μηδ' ἡμῖν, τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

E Οὕτως εἰκός. ἐπιφώνημα, Continet rei causam. Ea enim sunt animi altitudine Athenienses, vt propter agrum minimè cessuri videantur: ita bellis assueti, vt credendum non sit nostris armis illos territum iri.

Δουλεῦσαι τῇ γῇ. Non habituros rationem, cōtempturos, δουλεύειν τινί, colere, obseruare, magnifacere.

Οὐ μὴν οὐδ' ἀναισθήτως. Ad illud occurrit, quid igitur? patiamur nostros lædi socios: neque insidiantes nobis Athenienses arguamus? minimè omniū:

F atque ita aperit sententiam suam, censet mouenda non esse arma, mittendos esse Legatos Athenas, qui querātur de sociorum iniuriis: interea bellum parandum esse. ἀναισθήτως. τὸ αἰσχρόν.

Κελεύω. Sum author. ἀναισθήτως, stupidè.

Αγαν δηλοῦντας. Apertè significātes: prudentiam D præscribit legatis, qua opus erat in gerenda legatione. ἐξαρτύεσθαι, bellum apparare.

Προσαγωγῇ. ἀντὶ τοῦ προσάγοντες, adiungentes, conciliantes.

G Ανεπίφθονον. Turpe erat Græcis barbarorū opem 55. A implorare, & ab iis auxilia petere: ad illud occurrit, & purgat Lacedæmonios à necessitate. pro salute nostra (inquit) hoc facere cogemur: Extra inuidiam: non enim inuidendum. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων περὶ κινδύνων εὖ θέσθαι. non est nobis vertendum vitio.

Καὶ τὰ

Καὶ τὰ αὐτῶν. Et simul nostras fortunas expromamus. dissuasio.

Καὶ ἢν μὲν ἐπακούωσι. Complexione vtitur: aut audient nos Athenienses, & satisfacient, aut nō audient: Si audiant, res sine sumptu, & laboribus, ac periculis nobis succedet: Sin minus, iusto temporis spatio interposito, collectis viribus bellum capessemus instructi melius.

Καὶ ἴσως. Coniectura: quid commodi sit allatura ista cunctatio, declarat Archidamus quasi diuinans, prudentiâ.

Παρασκευὴν, καὶ τοὺς λόγους. Referto ad illud, Ιόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται, ἃ χρῆν ὕστερον δρᾶν.

Ομοια ὑποσημαίνοντας. Respondere apparatibus, esse similem, id est, minacem, &c.

B Μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε. ἐνθύμημα. Repetit argumentum superius, & admonet Lacedæmonios ne fines vastent Atheniensium: à rei vtilitate. obsides quidam sunt nobis fines Attici, quasi dicat, eos in fide, & officio continebitis. μέθοδος παραβολῆς: parcendum est agro Attico. ratio, quia est instar obsidum ad continendos in officio Athenienses. Obsides dari in bello solent victori, & superiori armis, quasi pignus voluntatis, & animi eorum, à quibus dantur, quibus cauetur, & sponsio quædam fit, fore, vt non deficiant, neq; aduersus eum arma ferant: quod ni fiat, salus obsidum (qui plerumque sunt charissimi iis, à quibus dantur) vocatur in vitæ discrimen.

Ως ἐπὶ πλεῖστον. Ad tempus referendum.

Απόνοιαν. Ad desperationem compulsis. ἀπονενοημένοι: hæc sunt incommoda consecutura si vastentur fines Attici.

Αληπτοτέροις. Expugnatu difficiliores reddere, metaphora à luctatoribus, τοῖς μὴ παρέχουσι λαβὴν, vel à rebus lubricis, quæ licet manu prehendātur, tamen stringi, & teneri nequeunt, sed elabuntur, & diffugiunt, non posse eos subigere, & in potestatem nostram redigere.

Εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι. Ni parcant agro Attico, sed suscepto bello præpropere irrumpant, quæ incommoda sint consecutura docet: dedecus, & detrimentum scilicet. ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν συμμάχων. his duobus nititur argumētis potissimùm, vt bellum dissuadeat.

Οπως μὴ αἴσχιον. Ne turpius, detrimentosiusque Peloponneso consulamus, vel ne plus dedecoris & damni nobis conciliemus: sed pro nobis, dixit Peloponnesiis. κατ' ἐνάλλαγὴν προσώπου.

C Εγκλήματα μὲν γὰρ. γνώμη. Querelæ enim, & criminationes publicæ, priuatæque tolli possunt, sed bella suscepta publicè non ita facilè deponi possunt sine dedecore. καταλύειν ἐγκλήματα. transigere, decidere controuersias. διαλύειν vsitatius.

Ξύμπαντας) (τῶν ἰδίων. Hoc inculcat sæpius τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασι πεισθέντες.

Ον οὐχ ὑπάρχει. τὸ δὲ πολέμου τὸν παράλογον ὅσος ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωτε, &c. εὐπρεπῶς θέσθαι. ἀντὶ τοῦ καταθέσθαι.

Καὶ ἀνανδρία μηδενί. Refutat iam ea, quæ socij obiectabant Lacedæmoniis, tarditatem, cunctationem, sociorum destitutionem, & ignauiam. ignauiam esse dictitantes, & timoris significationem quòd multæ ciuitates vnam non aggrederentur.

A Πολλοὺς. τούτε μοῖραι τὸ Πελοποννήσου. de quibus suprà.

Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις. Itaque non cum vna ciuitate, sed cum pluribus res nobis futura est.

Εθνη. ἐπιλ. ἀρκάδες, Κυνούριοι, ἀχαιοὶ δωριεῖς, αἰτωλοὶ, δρύοπες, λήμνιοι. Ηροδ. libro octauo. 121.42.

Καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος. Quanti sint æstimanda vectigalia hoc loco docet: neruos, & robur belli magis in pecuniis, quàm in armis positum ait.

Εἶναι τὸν πόλεμον δαπάνης. Sumptu, & pecuniis bellum geri: bellum niti sumptibus, & pecuniis:

B pecuniæ alunt bellum. καὶ ὅταν τόδε μὲν ἄνευ τοῦδε μὴ ᾖ, ἢ μὴ δυνατὸν ᾖ γενέσθαι, θάτερον δὲ ἄνευ τούτου. αὐταρκέστερον δὲ, τὸ μὴ δεόμενον, ὥστε φαίνεται μεῖζον ἀγαθὸν, ἄριστον. lib. 1. Rhet.

Locus communis pro pecuniis: anteponuntur armis.

Ωφελεῖ. ὁ πόλεμος. προσωποποιΐα.

Ηπειρώταις. vel, qui pauperiores sumus, quàm qui loca maritima incolunt, qui ditiores sunt propter negotiationem, & mercaturas, vt vidimus in

C prologo, vel qui non ita facilè bellum illis inferemus propter difficultatem comportādi commeatus ex locis mediterraneis.

Ποριούμεθα. Instat & vrget Archidamus vt pecuniæ promantur primùm, vt eos à bello deterreat. Intelligebat enim eos ægrè id facturos esse. ἐχρηματισμένον πρόβλημα.

Οἵπερ δὲ καί. Ad quos fama, & infamia, commoda, & detrimenta belli huius redundatura magis sunt, ad eos etiam matura, & considerata consultatio magis pertinet. D

D Εξομεν, σύλληψις.

Καὶ τὸ βραδὺ. ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι ἑλλήνων ὦ λακεδαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινὰ, ἀλλὰ τῇ μελλήσει ἀμυνόμενοι. Eleuat & refutat illud Corinthiorum.

Σπεύδοντές τε. Deterret à belli diuturnitate: & inculcat illam sententiam, nō esse præproperè ruendum ad arma. 56. A

Καὶ ἅμα. Ab incommodis futuris, & belli diuturnitate docuit paulo antè non esse audiendos

E Corinthios. Iam docet ab existimatione hominum futura de se, nisi temerè, & festinanter bellum suscipiant, non esse cur Corinthiorum oratione moueantur.

Ελευθέραν. Propositio: Cunctatio ista, quæ nobis obiicitur, modestia est potius, & prudentia, ratio, quia in libera, & clarissima ciuitate viuimus, sed παραβολῆς μέθοδος.

Ελευθέραν. Quia in liberis ciuitatibus res rectè, & ex præscripto legum, non ad voluntatem, &

F libidinem hominum geruntur: Apud Tyrannos non ita, sed sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Si cunctatores, cessatores, & desertores vocamur, nostra instituta, nostræ leges reclamabunt.

Μόνοι γὰρ δι' αὐτό. Digreditur, & laudat instituta Lacedæmoniorum, vt ea etiam re permulceat eorum animos, & in suam trahat sententiam. Laudat igitur eorum temperantiam, & modestiam, fortitudinem, & prudentiam, & alias id genus vir-

G tutes. Εγκώμιον.

Μόνοι γὰρ: Verbum habet pondus, & vim ad amplificandum, & pertinet ad laudationes: Si solos, aut cum paucis ostendamus aliquos fecisse facinus aliquod præclarum. Αριστοτέλης libro primo ῥητορικῆς. Χρηστέον δὲ καὶ τῶν αὐξητικῶν

πολλοῖς δὲ εἰ μόνος, ἢ ἄνθρωπος, ἢ μετ' ὀλίγων, ἢ ὅτι μάλιστα πεποίηκεν· ἅπαντα γὰρ ταῦτα καλά.

Ἐξυβρίζομεν. Lasciuimus, petulantes sumus, insolentes sumus.

Εὐπραγίαις) διαπραγίαις, ξυμφοραῖς.

Εἴκομεν. Consternamur: despondemus animos, nam temperantis, & modesti viri est, etiam in rebus aduersis adhibere modum, nec abiicere spem, &c. frangimur.

Τῶν τε ξὺν ἐπαίνῳ. Neq; mouemur illecebris eorum, qui nos recusantes instigant ad pericula: & siquis vituperando nos impellat, eum tamen authorem dolore commoti non sequimur. Hic locus etiam habet commendationem grauitatis, & modestiæ Lacedæmoniorum, qui neque blanditiis orationis allicerentur, neque castigationibus immeritis permouerentur.

Παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν. Id est, si nobis nō placeat pericula subire. ἐπείσθημεν. assensi sumus.

B Πολεμικοί τε, καὶ εὔβουλοι. Aliud εἰκώμενοι: bellaces etiam, & strenui, ac circumspecti, & prudentes sumus ob eandem animi virtutem, & modestiam.

Τὸ μὲν. ἐπαίνοδος. Quia in modestia pudor, in pudore fortitudo posita est, & virtus: qui modestus est, eum pudet flagitiorum: quem verò pudet, is ne dedecus admittat, & in aliquam turpitudinem labatur, non dubitat quæuis subire pericula, & vitam potius profundere, quàm labe aliqua se contaminare: Itaque fortis, & strenuus fit. Alludit Thucydides ad locum illum Homeri in Iliade, libro quinto, 15.

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται.

Ex modestia igitur pudor, ex pudore fortitudo nascitur.

Εὔβουλοι δέ. ἀνακόλουθον. τὸ δὲ, Quia ita sumus instituti, vt ex legum præscripto vitam agamus: easq; diligenter obseruemus: hoc autem, quasi diceret, qui facit, necesse est consultus, & prudens videatur: viuit enim nō ad libidinem, secutus suum appetitum, sed rationi obtemperans.

Ἀμαθέστεροι. Vt nesciamus, ὥστε μὴ μανθάνειν ὑπεροράν.

Καὶ ξὺν χαλεπότητι. Et quia sumus ita instituti, vt potius modestè legibus pareamus, vel, seueritate adhibita, quàm vt per licentiam eas negligamus, locus obscurus, & difficilis.

Χαλεπότητι. Erat enim disciplina Lacedæmoniorum admodū seuera: & magistratus ἔφοροι siquem cessantem, vel aliquid contra Lycurgi disciplinam admittentem vidissent, in eum animaduertebant, vnde etiam ἔφοροι.

Σωφρονέστερον, αἰτί τε σωφρόνως μᾶλλον, ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν.

Ἀνηκουστεῖν. V. nouatum: immorigerum esse.

Καὶ μὴ τὰ ἀχρεῖα. Altera causa: quia ita instituimur, vt prudentiam non in verbis, & in rebus inanibus, sed in factis statuamus. καὶ παιδευόμενοι μὴ ἐπεξιέναι ἔργῳ ἀνομοίως.

Ξυνετοὶ ἄγαν: Illusio.

Τὰ ἀχρεῖα. Eloquētiam intelligit. Eleuat autem Corinthios, qui magnificè de se sentirent, & verbis contemnerent potentiam Atheniensium, deinde verbis non responderent.

Ἀνομοίως, id est, αἰσχρῶς.

Νομίζειν δέ: supple παιδευόμενοι, vel χρὴ, vel δεῖ desideratur.

C Παραπλησίους. Castigat latenter Peloponnesios, A qui magnificè de se sentiebant, & contemnebant Athenienses, vt Ionas. Vel refutat illud Corinth. καὶ πρὸς αὐτοὺς αὖ. πολλὰ ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον, &c.

Προσπιπτούσας. Fortunæ euentus oratione explicari non posse.

Ἀεὶ δὲ ὥσπερ εὖ. Semper autem ita nos apparamus, & instruimus, quasi bello certaturi simus cū prudentibus, & bene consultis.

Καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων. Neque in hostium peccatis sed B in nostra cautione, ac prudentia spes nostras collocamus.

Πολύ τε διαφέρειν. Neque multum interesse inter hominem, & hominem existimandum est: & si ita existimandum est, illum, qui in magna necessitate constitutus est, præstantissimum, & maximè strenuum esse existimandum est.

Ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις. In maximis periculis.

Ταύτας οὖν. Epilogi. Efficit Archidamus retinenda esse suorum maiorum instituta: retinendam C disciplinā, nec in bello periculosissimo suscipiendo nimis properandum. μὴ παρῶμεν. Ne abiiciamus, retineamus.

Ἐν βραχεῖ μορίῳ. Quod est cōsilij, & animi præcipitis.

Ἔξεστι δ' ἡμῖν. Ad illud occurrit, quod à sociis iactatum fuerat: ne consultare quidem, ac deliberare nobis licet: ita instant Athenienses, & vrgent: non ita est. λύσις.

D STHENELAIDÆ CONCIO. B

Τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλούς. Bellum suadet Sthenelaidas: & quamuis breuior sit ista conciuncula, tamen opponit se partim Atheniēsium Legato, partim Archidamo: Legati orationem eleuat, & inanem quandam propriarum laudum prædicationem fuisse ait: Consilium Archidami improbat, inquiens non esse iure disceptandum cum iis, qui vim faciunt: itaq; efficit bellum suscipiendum esse, & vim vi propulsandam.

E Τὸ προοίμιον ἀπὸ διαβολῆς. Castigat Legatū Atheniensium, & vocat in inuidiā, quia plurima de suorum laudibus effutiuit, de sociorum iniuriis minimè se purgauit.

Propositio. ψηφίζεσθε οὖν ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον. Decernite bellū, &c. Ratio: quia Athenienses faciunt iniuriam nostris sociis.

Equidem nō intelligo longam Atheniensium orationem. Vt verbosos, & garrulos eleuat Athenienses.

F Πολλούς. Meritò itaque οὐ γιγνώσκω. Obscuritas in oratione fit vel propter naturam dicentis, qui eo delectatur genere (vt facit hic ipse author, qui gaudet obscuritate orationis, vt etiam apud Latinos Salustius) vel propter necessitatem orationis, cùm videlicet multas res paucis verbis complectimur, vel etiam propter prolixitatē orationis: hanc igitur prolixitatem in legato reprehendit, & obscuram sibi fuisse ait. Vir itaque Spartanus βραχυλόγος eleuat garrulitatem Atheniensium fastidio G eius affectus.

Οὐδαμοῦ ἀντεῖπον. Hic locus potest accipi dupliciter, vel ita rapiuntur, & absportantur prædicatione suarum laudum, vt accedere ad eam partem, & respondere ad crimina obiecta recusent, vel, ita sunt astuti, & callidi, vt imponant nobis, & prædicatione suarum laudum abducant nos à causa, & à C purga-

purgatione criminum obiectorum. Probo tamen magis sensum priorem. Vel superbia, vel fastu, vel astu, vel vtroque hoc faciebant Athenienses.

Καὶ τοιεῖ. Aptissima connexio argumentationis cum præmio, atqui si contra Medos olim strenui, aduersus nos iam improbi existunt, duplici pœna sunt afficiendi, tum quia bene mereri de Græcis desierunt, tum quia vim, & iniuriam faciunt, tum etiam quia, qui debuerant illos in libertatem vindicare, illi ipsi in seruitutem eos rapiunt. Beneficia) (Iniuriæ. Græci) (Barbari. Olim) (Nunc.

Πρὸς τοὺς μήδους. Ad illud, τὰ δὲ μηδικὰ, καὶ ὅσα αὐτοῖς σωῶιστε.

Ἀντ' ἀγαθῶν. Ex bonis mali facti sunt. Hic ambitus orationis habuisset miram elegantiam, & venustatem si secundæ propositioni fuisset addita ἀνταπόδοσις. fecisset enim χιασμὸν. ἀνταπόδοσις illa fuisset: ἡμεῖς δὲ ὅμοιοι καὶ τότε, καὶ νῦν ὄντες διπλασίας ζημίας, καὶ ἐπαίνου ἄξιοι δοκοῦμεν. Videtur autem Sthenelaidas suppressisse ἀνταπόδοσιν vitandæ arrogātiæ causa. ὁ μὲν γὰρ φίλιππος ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὐτοῦ, τοσούτῳ θαυμαστότερος παρὰ πᾶσι νομίζεται. ὑμεῖς δὲ ὅσῳ χεῖρον, ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασιν, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. Demosthenes secunda Olynth.

Καὶ τοὺς ξυμμάχους, Ratio ab vtilitate, & æquitate. non sunt deserendi socij iniuriis affecti. præsentes iniuriæ præsentem vltionem, propulsationemque postulant. Non est itaque bellum differendum.

Ἄλλοις μὲν γάρ. Aliis enim multæ, magnæque opes sunt, nobis fideles socij, & beneuoli, qui non sunt deserendi.

Ratio à dignitate, ac præstantia sociorum: in qua positam potentiā Lacedæmoniorum ait. Tractat locum per collationem.

Χρήματα. Artificiosa collatio. Ex altera parte ponit res mutas, ex altera homines, & viros fortes, ac socios, & amicos.

Οὐ δὲ δίκαις. τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ τὴν ξυνθήκην.

58\. Καὶ ὡς ἡμᾶς. Ad illud Archidami respondet, μὴ δ' ἐπειχθέντες ἐν βραχυμορίῳ ἡμέρας, &c.

Οὐδεὶς. Archidamum innuit: nomen supprimit, parcens dignitati eius, qui erat Rex, &c.

Ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας. Qui faciunt iniuriam, iis maturè consultandum est, & spatium temporis ad eam rem sumendum, non nobis, quibus fit iniuria.

Ψηφίζεσθε οὖν. Propositio, & conclusio.

Καὶ μή τε τοὺς ἀθηναίους. Deterret ab incrementis Atheniensium.

Ξὺν τοῖς θεοῖς. Innuit Deos sibi adfuturos, quia iniuriam patiuntur.

Ἐπεψήφιζεν. ἐπιψηφίζειν, rogare sententias, vocare ad suffragium ferendum.

Βοῇ. Apud Athenienses χειροτονία, & ψήφοις.

Φανερῶς ἀποδεικνυμένους. Archidamus consultò simulauit se non potuisse dignoscere vocem, & clamorem. Quare iussit eos discessionem facere, vt voti faciliùs compos fieret. Qui enim semel se hostem professus est, is pudore saltem, & vt vitet suspicionem inconstantiæ, vix reuocari potest.

Ἔλεξεν. Iussit eos discessionem facere.

Τοὺς ξυμμάχους. Legatos scilicet eorum.

Καὶ τοὺς πάντας. Ergo non aderant omnes: itaque vt legitimè, & nullis sociis nescientibus susciperetur bellum, volebant omnes adesse, & omnium suffragiis rem constituere.

Χρηματίσαντες. Re transacta, aliâs responsa, & oracula dare. Matth. 2. c. de Magis, καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

Μετὰ τὰ εὐβοϊκά. Tempus notatur. Post res gestas in Eubœa. post Eubœam subactam duce Pericle, vt infrà declaratur.

Τριακοντούτιδων. Ἀναχωρήσαντες δ' ἀπὸ εὐβοίας, οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς ξυμμάχους τριακοντούτεις ἀποδόντες νίσαιαν, καὶ ἀχαΐαν, καὶ πηγὰς, καὶ τροιζῆνα. 14.

Ἐψηφίσαντο δέ. Non tam oratione sociorum impulsi, quàm metu Atheniensium inducti Lacedæmonij hoc bellum susceperunt. verebantur enim nimia eorum incrementa, quæ aliquando in suam perniciem conuersum iri suspicabantur. ob eam igitur potissimum causam statuerunt reprimere conatus eorum.

Οἱ γὰρ ἀθηναῖοι. Nam Athenienses hunc aditum habuerunt ad imperium, quod deinde paulatim propagarunt. Reuocat cursum orationis, & altius ducit initium, vt doceat quando, & quo modo Athenienses ad eum rerum statum peruenerint, in quo tunc erant: quæ fuerint initia, qui progressus eorum imperij in Græcos homines: Summa verò illa est, Athenienses accepisse imperium, partim delatum ab ipsismet Græcis, partim permissu Lacedæmoniorum, qui grauatim peregrinabantur, & à maritimis incommodis abhorrebant. Orditur à bello confecto, & à victoria terra, marique parta de Medis. Res autem omnes, quæ hîc explicantur temporibus longè antecesserunt bellum Peloponnesiacum, annis scilicet 50. & tamen hîc inseruntur. Hæc Methodus Poëtarum est: Sed Thucydides (vt monuimus ἐν τοῖς προλεγομένοις) ea vtitur. Idem facit Sallustius in coniuratione Catilinæ.

Nam dum explicat mores & genus Catilinæ, digreditur & ipse, & maiorum suorum instituta exponit. Res ipsa (inquit) hortari videtur (quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit) superiora repetere, ac paucis instituta maiorū domi, militiæque, quomodo rempub. habuerint, quantamque reliquerint, vt paulatim immutata ex pulcherrima & optima, pessima & flagitiosa facta sit, disserere.

59\. Ἐπειδὴ μῆδοι. Legite nonum librum Herodoti, & secundum Iustini, Themistoclem, & Aristidem Plutarchi.

Ναυσὶ, καὶ πεζοῖ. Καὶ ναυτικοῖ, καὶ πεζοῖ.

Καὶ οἱ καταφυγόντες. Iustinus scribit libro secundo, eodem ferè die, quo Mardonij copiæ in Bœotia deletæ sunt, nauale etiam prœlium fuisse commissum in Asia sub monte Mycale aduersus Persas. Et cùm ante conflictum classes aduersæ starent, famam vbique diuulgatam vicisse Græcos, & Mardonij copias concisas. Herodotus negat classe pugnatum ad Mycalem, sed Barbarorum naues in aridam subductas, & vallo circundatas fuisse scribit. dissentiunt ergò.

Μυκάλη. Mons Cariæ feris, & arboribus refer-

tus. Samiæ regioni adiacet: & ad eam 8 fere stadiorum Isthmum facit vltra Trogilum promontorium, Stephanus scribit oppidum etiã eodem nomine ibi fuisse, à mugitu Gorgonum ita vocatum. μυκᾶν enim mugire significat. Vel μυκάλη, quia ἐν τῷ μυχῷ τῆς καρικῆς ἁλὸς κεῖται. Ομηρος Ιλ.β.

Μαιάνδρου τε ῥοὰς, μυκάλης τ' αἰπεινὰ κάρηνα.

B Υπομείναντες. Perstantes, perseuerantes.

Επιχειμάσαντες. Circumsedentes totam hyemem, hybernantes.

Τῆς τε γὰρ περιβόλου. Facultas: eo facilius in eam rem incubuerunt, quo supererant aliquæ partes murorum, & domus nonnullæ, quæ poterant absolui, & perfici.

C Λακεδαιμόνιοι δέ. Iustinus libro secundo. 35. Cùm mœnia maiora complexi essent (de Atheniensibus verba facit) suspecti esse Lacedæmoniis cœpere, rectè reputantibus quibus ruina vrbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita ciuitas.

Καὶ αὐτοὶ ἥδιον. ἐνδιαχάζει.

Τῶν ἔξω πελοποννήσου. Cùm alios Græcos munitos mœnibus intelligit, tum in primis Thebanos, qui erant perpetui fere hostes Atheniẽsium. de principatu enim contendebant.

D Οσοις. Ad πολίτας referendum est, nisi legamus ὅσαις.

Τὴν πελοπόννησον. Ad illud occurrebant, quod Athenienses poterant dicere, nos verò quo in agro, quibus in finibus cõsistemus? Respondebant, Capiet, ac tuebitur nos omnes Peloponnesus.

Τὸ βουλόμενον. τὴν βούλησιν. τὸ ὕποπτον, τὴν ὑποψίαν.

Αφορμήν. Pecuniam depositam ἰδίως significat, παρὰ τοῖς ἀττικοῖς. Iam per transitionem pro subsidio, pro arce, vnde hostium impetus excipitur, vel perfugium.

60. A Οἱ δ' ἀθηναῖοι. Par pari retulerunt Athenienses, & dolo dolum, quasi clauo clauum (vt dicitur) pepulerunt: respõderunt legatis ex authoritate Themistoclis se de ea re missuros Spartam Legatos: atque ea legatione Lacedæmonios eluserũt. qua verò ratione id fecerint, explicat Thucydides. Iustinus in fine libri secundi.

Ως τάχιστα. Dissentit Iustinus: qui interiecto tempore profectum ad legationem scribit Themistoclem, & infirmam valetudinem simulasse dicit, libro secundo.

Εκέλευεν. Erat author.

Μὴ εὐθὺς ἐκπέμπειν. vt haberet materiam eludendi Lacedæmonios expectatione collegarum, dictitans se iure agere cum magistratibus non posse nisi collegæ adsint: illos autem retentos publicis quibusdam occupationibus, sed breui adfuturos.

Εως ἂν ἱκανόν. Donec ad iustam altitudinem murum erexissent, vnde pugnare, ac vim hostiũ propulsare possent.

Αναγκαιοτάτου. Quæ maximè fieri potuit, ἀναγκαῖον ὕψος, altitudo necessaria, id est, quam necessitas, nõ vsus constituit: vsus postulat, puta, 30, cubitorum esse altitudinem: at temporis angustiæ, & necessitas non permittunt, vt erigatur murus vltra 15, cubitorum altitudinem: hæc igitur altitudo dicitur necessaria; quæ angustiis temporis maximè permissa est.

B Πανδημεί. Ex omni ordine, ætate, & sexu.

Φειδομένους. Ad illud occurrebat: vnde materiam habebimus? demolienda erunt (inquit) publica,

A & priuata ædificia, nullis erit parcendum, quæ aliquem vsum allatura sint ad muros ædificandos.

Υπῆρχεν. Cùm addidisset, se curaturum cætera, quæ Spartæ essent agenda: quæsiturũ scilicet spatium operi absoluendo, diem de die prolaturum, & nouas causas conficturum, quibus Lacedæmonios falleret.

Διῆγε. Trahebat, ducebat rẽ, & causas fingebat.

Προσδέχεσθαι μὲν τι. Sperare tamẽ eos propediem C venturos.

B Ουκ εἶχον ὅπως. Facere non poterant, quin crederent.

Γνοὺς δὲ ἐκεῖνος. Quod cùm ille intellexisset, petitã magistratibus ne incertis rumoribus falli se paterentur, sed mitterẽt certos homines spectatæ probitatis, & fidei, qui rem inspicerent, & vera magistratibus referrent.

Πέμπειν. πέμπειν τινὶ περὶ τινός. Significare per nun- D tios aliquid alicui. κατέχειν. retinerent quàm occultissimè poterant, ne res palàm fieret, & illi aufuge-

C rent, vel ne viderentur vim facere legatis contra ius gentium.

Κομισθῶσιν. Domum redissent.

Ηδη γὰρ καὶ ἧκον. Quasi diceret, ita, vt eo nomine amplius se excusare non posset.

Αριστείδης. Cognomento iustus.

Ικανῶς ἔχειν. Satis altum esse: ἕως ἂν ἱκανὸν τὸ τεῖχος αἴρωσιν, ὥστε ἀπομάχεσθαι ἐκ τοῦ, &c.

Εφοβεῖτο γάρ. Ad illud spectat κρύφα πέμπειν, &c.

Μὴ, οὐκέτι ἀφῶσιν. Consecutio, vt impostores. 61. A

D Επεσταλη. Sicuti scriptum fuerat ἀπροσώπως.

Οτι ἡ μὲν πόλις. Conciuncula obliqua est, vt sunt multæ in Cæsaris commentariis: fatetur iam Themistocles Athenas munitas esse mœnibus: id ita factum, quia populus Atheniẽsis iudicauerat eam rem fore vsui, & sibi, & aliis, qui vrbem incolunt: præterea, quia rectum, & æquum idem existimauerat: æquũ enim esse dicebat, vt vel omnes Græci mœnia suarum ciuitatum demolirentur, & sine muris eas incolerent, vel sibi etiam liceret eodem

E vti præsidio: itaque (inquiebat ille) Lacedæmonij tanquam cum paribus, non tanquã cum inferioribus, cum Atheniensibus agere discant. Retinet autem Themistocles in hac actione dignitatẽ suæ reipub. & prudentiam, & fortitudinem eius laudibus effert.

Εἰ δέ τι βούλοιντο: Si qua de re secum agere vellent Lacedæmonij per legatos, mitterent posthac vt ad eos viros, qui intelligãt quid suæ, quid aliorum rationes, & commoda postulent, non vt ad fatuos,

F & stultos, & subiectos, quasi diceret, Eò spectare videtur oratio Themistoclis, vt significet Lacedæmoniis agendum esse cum Atheniensibus, vt cum paribus dignitate, atq; authoritate, non imperandum quasi inferioribus: habet igitur hic locus latentem, & obscuram Lacedæmoniorum castigationem, quòd sociis, & amicis, quasi subiectis imperarent, & eorum commodis, & incolumitati inuiderent. Siquid vellent, ad Idus Aprilis reuerterentur, Cæsar libro primo Com.

G Τήν τε γὰρ πόλιν. Probat vtrunq;: id est, populum Atheniensem intelligere, quid sua, quid publica vtilitas postulet: probat (inquam) exemplis: quòd viderit quid omnium Græcorum interesset, probat exemplo suo. nam (inquit) vrbem deseruimus, domos, focos, & aras destituimus, & nauibus fortunas nostras commisimus vtilitatis publicæ cau-

ex causa: quòd cernat quid sua intersit, facto præsenti demonstrat.

Χιασμός.

Τὰ σφίσι ξυμφέροντα } { τὰ κοινὰ
Τὴν τε γὰρ πόλιν } { δοκεῖ οὖν σφίσι καὶ νῦν.

Τολμῆσαι. De rebus magnis & arduis dicitur.

Καὶ ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι. ἔδοξε supple. Et quæcunq; erant vnà cum illis deliberanda, in iis dicebat se nemini consilio inferiores visos esse. quasi diceret, sine vobis ausi sumus facere facinus memorabile, vrbem deserere, &c. vobiscum in consilio publico omnes longè superauimus. ἄνευ ἐκείνων) (μετ' ἐκείνων.

Οὐδενὸς ὕστερον. Negatio iã valet plus quàm affirmatio, modestia. Innuit autem suum consilium. ipse enim censuit prœlio dimicandum, & in freto Salaminos Insulæ certandum.

Οὐδενός. Vel ex omnibus Græcis, vel Lacedæmonios tantùm intelligit.

Δοκεῖ οὖν σφίσιν. ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ μετέβη εἰς τὸ ἠθικόν, καὶ δραματικόν.

Οὐ γὰρ οἷόν τ' εἶναι. Fieri enim non posse, vt qui non eadem habent præsidia, idem consilij capiant, & idẽ ac cæteri statuant, cùm de rebus est consultandum. ratio est probabilis petita ex cõiectura. quasi diceret, nisi nos æquè ac cæteri socij muniti mœnibus fuerimus, ad quamlibet occasionẽ nõ idem consilij secuturi sumus, ac cæteri socij: sed imminente periculo, aut parendum esse hosti iudicabimus, ne fortunis omnibus, & capite euertamur, aut mutãdas sedes esse, id, quod minimè vtile Grecis est futurum.

Ὁμοῖον. Iis qui sunt muniti.

Ἴσον. Par consilium.

Ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. In medium consulere, id est, consilium in medium proferre.

Ἴσον) (ἀντίπαλον.

Ἀντιπάλου παρασκευῆς: pari apparatu, iisdẽ presidiis.

Ἀτειχίστους. τὸ δίκαιον. ἄνευ τειχῶν: τὰ δέ, τὰ τείχη. Aut igitur omnibus demolieda mœnia, aut hoc suum factum non esse improbandum dicebat.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Ægrè tulerũt eã rẽ Lacedemonij, frustrati suo voto: sed tamẽ dissimularunt, &c.

Κωλύμη. V. Peculiare Thucydidi.

Τῷ κοινῷ, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ χάριν. ἢ τῷ κοινῷ τῶν Ἀθηναίων.

Τῆς μέν τοι βουλήσεως. Tamen quia quod cupiebãt, & volebant obtinere non potuerunt, infensi illis clàm erant, vel quia ea spes frustrata eos fuerat.

Ἀνεπικλήτως. Citra querelã, & criminationem, id est, ita vt neutri quererentur, expostularéntve.

Τούτῳ τῷ τρόπῳ. ἐπίλογος istius partis.

Ξυνειργασμένων. Coagmentatis, politis.

Ὡς ἕκαστοι. Id est, rudibus.

Ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Ergo festinanter.

62. Καὶ διὰ τοῦτο. Quò maior ducebatur ambitus, eò plus celeritatis, & studij erat adhibendum. διὰ τοῦτο. Propter amplitudinem ambitus.

Κινδυνεύοντες. ἐκείνου. Breuitati seruit participium.

Ἔπεισε. Author fuit idẽ, vt reliqua Piræi ædificarent. τὰ λοιπά, τὰ μακρὰ σκέλη. ταῦτα δὲ ἦν μακρὰ τείχη μ' σταδίων, συνάπτοντα τὸ ἄστυ τῷ πειραιεῖ. στράβων, lib. 9. 172.

Ὑπῆρκτο. Ἀπεσώπως. Cœperat eius pars ædificari, inchoata fuerat eius pars, cùm ille præesset Athenis, illo gerente magistratum, qui erat annuus. ἦρξε. ἀρχὴν ἦρχεν. gerere magistratum.

Αὐτοφυεῖς. Natura munitos.

Μέγα προσφέρειν. Magna adiumẽta habituros ad parãdas opes, mouebatur Themistocles partim opportunitate loci, partim ingeniis Atheniensiũ, q in quamcũq; partẽ se dedissent, proficiebãt plurimũ, vt speraret eos ingentẽ sibi quęsituros potentiam.

Τῆς γὰρ δὴ θαλάσσης. Primus enim fuit author Atheniensibus, vt sibi maris imperium vindicarent.

Πρῶτος. Pericles fuit secundus.

Καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθύς. Et ad eam rem nõ solùm consilio, & verbis, sed re, & opera sua eos adiuuabat. in constituendo imperio eos adiuuabat.

Ἐναντίαι ἀλλήλαις. Vt cùm alterũ plaustrũ lapides, & cœmenta veheret, alterum liberè posset abire.

Χάλιξ. Cœmentum, frusta lapidum, quæ, dum inciduntur lapides, resiliunt, χάλικες vocantur. ἐντομῇ: incisi, & quadrati, à consequentibus. δεδεμένοι. feruminati.

Ἐπλήσθη. Perducta fuit ad dimidiã partẽ eius, &c.

Ἠβούλετο γάρ. explicat consilium Themistoclis: vt arceret conatus hostiũ, & exiguo præsidio ad eos propulsãdos opus esset.

Τὴν ἔφοδον. Facultatem inuadendæ Græciæ, id est, opes regias facilius mari, quàm terra inuasuras esse Græciam.

Ἰδὼν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Intelligens regis Persarum copias mari facilius, q terra Græciã inuadere posse.

Βιασθῶσι. Si quando à terra vrgerentur. Id est, vt copiis pedestribus hosti resistere nequirent, cedere cogerentur.

Καταβαίνοντας ἐς αὐτόν. Ita distinguo.

Ἅπαντας. Quibuslibet, ne dum Barbaris.

Ἀθηναῖοι. Epilogus Piræi ædificationis.

Τἆλλα. Priuata ædificia exitabant.

63. Παυσανίας δέ. Trãsitio. Explicat bellum Cypriis, Byzantiisq; illatũ à Lacedæmoniis, & sociis duce Pausania. Narrat Cyprum magna ex parte subactam, & Byzantium, quod Medi obtinebant.

Παυσανίας. Is Græciæ regnũ affectauit, violentũ, & insolẽtem se præbuit: plures captiuos regi Persarũ remisit, vt eius venaretur gratiã, tandem detecta proditione capite dãnatus, & in tẽplo τῆς χαλκιοίκου fame necatus est, sed hæc latius in sequẽtibus.

Πλῆθος ξυμμάχων. ἀντὶ τοῦ πολλοὶ ξυμμάχων.

Ἐν τῇ δὲ τῇ ἡγεμονίᾳ. Imperãte Pausania, hoc principatu, illius auspiciis, res ꝓ persona, τούτου ἡγεμονεύοντος.

Βιαίου. τεχνικῶς. Quia imperabat insolentius, & contumeliosè Græcos tractabat. Diodor. Sic. lib. 11. cultu etiam, & veste barbarica vtebatur.

Ἠλευθέρωντο. Regio dominatu liberati fuerant.

Κατὰ τὸ ξυγγενές. Pro necessitudine.

Ἐν τούτῳ δέ. Occasio.

Ἐδέξαντο τοὺς λόγους. Libenter eam orationẽ acceperunt. itaq; animis in hoc incumbebant, & curabant, vt ab iniuria, & maleficio eos defenderent, & imperium sibi constituerent.

Ἡ φαίνοιτο. Vt ex eorum re futurum maximè intelligebant.

Ἀνακρινοῦντες. Quæstionem habituri.

Τυραννίδος. Tyrannum potius, quàm imperatorem ac ducem agere videbatur. res pro persona.

Ξυνέβη. Fortè accidit, vt dum reuocaretur à Magistratibus eo ipso temporis articulo socij transirent ad Athenienses. Innuit Thucydides causam Pausaniæ ea re deteriorem factam fuisse. fuit enim quoddam præiudicium, quo ab omnibus sociis premeretur Pausanias. Nam nisi pessimè ille in socios sese gessisset, nunquam illis ad alios transeundi materiam præbuisset.

Εὐθιώθη: Damnatus fuit. εὔθυνοι. Quæstores repetundarum. Iudices. A

Σαφέστατον. Cur itaq; eum non damnarunt? quia, inquit, infrà, χρώμενοι τῷ τρόπῳ ᾧπερ εἰώθασιν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς σπαρτιάτου, ἄνευ τεκμηρίων βουλεῦσαι ἀνήκεστον.

Ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων. Interpres putat hoc dictum à persona Thucydidis: certissimũ aliis Græcis, non Lacedæmoniis.

64. A Φοβούμενοι. Tres affert causas: timorẽ Lacedæmoniorum, ne qui emitterẽtur, deteriores fierẽt: studium quiescendi à bello: & opinionẽ, atq; iudiciũ, quo iudicabãt Atheniẽses fore ad eã rem idoneos.

Ἀπαλλαξείοντες. Desideratiua formãtur à futuro.

B Πρόσχημα. αἰτία.

Δῆλος. Inde postea pecuniam omnem Athenas transportarunt in hoc bello.

Φορά. ἐτυμολογία τ' φόρου, id est, tributi, quod ab Aristide fuit imperatum.

Ἡγούμενοι δέ. Iã proponit sibi Thucydides ea narranda, quę gesta sunt ab Atheniensibus inter bellũ Medicum, & Peloponnesiacũ: tum quia hæc pars historiæ à cæteris scriptoribus prætermissa, tũ quia hinc patet quomodo creuerit imperium Atheniensium. C

C Τοσάδε ἐπῆλθον. Ad tantum imperium peruenerunt: narrabit pòst, ἐν ἔτεσι ν'.

Προστυγχάνοντας. Qui casu intererãt singulis bellis.

Ἔγραψα δὲ αὐτά. Duas affert causas, cur res ab Atheniensibus gestas scripserit: Altera est, quia qui ante se historiam scripserant, hanc partem omiserant. Altera est, quia istarũ rerum explicatione demonstrantur incrementa imperij Atheniensium. D

Ἐκβολὴν τ' λόγου. Digressionem à narratione institutã.

Ἑλληνικά. τὰ τρωϊκά, τὰ πρὸς τὰς ἀμαζόνας, τὰ πρὸς τοὺς θρᾶκας.

Ἐκλιπὲς ἦν. Locus hic prætermissus est.

Τὰ μηδικά. Herodotum designat.

Βραχέως. Arguit Hellanicũ, quòd nimis breuiter de his rebus scripserit, & tempora confuderit. E

Καὶ τοῖς χρόνοις. Et non accuratè tempora notauit, distinxit.

65. A Ἅμα δὲ καί: ὅτι ἔχει ἀπόδειξιν.

Πρῶτον μέν. Progressus, & incrementa imperij Atheniensium explicare iam incipit.

Ἠϊόνα. Vrbem Thraciæ intelligit iam: erat & altera ad Pieriam. στφ.

Δόλοπες. Gens Thessalis finitima ἀπὸ δόλοπος, ἡ χώρα δολοπίς. στφ.

Ξυνέβησαν. In compositionem venerunt certis conditionibus. F

B Πρώτη τε αὕτη: Damnat, & improbat factum Atheniensium, qui socios in seruitutem redegerint.

Αἰτίαι δέ. Causas defectionis explicat: Eæ erant quòd tributa pendere, quòd naues dare recusarent, quòd ad militiam proficisci nollent: sed eam desererent.

Ἔκδειαι. ἔκδεια ἑκούσιον: ἔνδεια ἀκούσιον, χρεία. nauium recusatio, & militiæ: ἔκδειαι, eiurationes, detrectationes.

Λιποστράτιον. Recusatio militiæ. ὡς λιποτάξιον. λυσίου κατ' Ἀλκιβιάδου λιποταξίου 134. G

Ἦσαν δὲ πως. Erant Athenienses præterea molesti aliis de causis, nec ea comitate, qua antea sociis imperabant.

Ἄρχοντες οὐκ ἐν ἡδονῇ. Acerbi in imperio.

Ἀκριβῶς ἔπρασσον. Acerbè, seuerè exigebãt, duriter.

Καὶ οὐκ ξυνεστράτευον. Neq; ex æquo militabant. C

Ὧν αὐτοί. Culpa eius rei fuit penes socios, ὀφειλήματα, quarum acerbitatum culpa, &c.

Διὰ γὰρ τ' ἀπόκνησιν. Nã propter militiæ recusationẽ vectigales, & stipẽdiarios se ipsos cõstituerunt.

Τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα, Iustũ sumptũ. τὸ γιγνόμενον, ratã portionẽ ꝑ paruitate, magnitudinéve ciuitatis.

Καὶ τοῖς μὲν ἀθηναίοις. Quæ incommoda eos consequerentur demonstrat: opes (inquit) Atheniensium pecunia eorum crescebant: ipsi debilitabantur, atque ita imparati, & instructi facilè ab Atheniensibus opprimebantur. B

Καθίσταντο ἐς τ' πόλεμον: καθίστασθαι τ' πόλεμον, significat bellum iam cœptum. καθίστασθαι ἐς τ' πόλεμον, suscipere bellum: hæc à personis, illa à re.

Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα. Narrat iam paucis Thucydides pedestre, ac nauale prœliũ Atheniẽsium, & sociorũ aduersus Medos, vno, eodemq; die cõmissum, & victoriam ex vtroq; ab Atheniensibus relatam. D

Εὐρυμέδοντι. Per Mediam fluit Pamphyliam.

Ἀμφότερα. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

66. A Εἷλον τριήρεις. Ad 100 cum ipsis hominibus Diodorus Siculus. Cæteræ Cyprum fuga petierunt, & desertæ ab hominibus in potestatem Græcorum ipsæ etiam venerunt.

Χρόνῳ. πλεονασμός.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον. Erant emporia nonnulla, & auri fodinæ in Thracia è regione Thasi; vnde Thasij non mediocres fructus percipiebant. Hos fructus ad se auertẽtes Athenienses, Thasiis præceperant, vt rerum earũ vsu abstinerẽt. sed recusantibus illis bellum intulerunt, eosq; nauali prœlio victos in vrbem compulerunt: & obsessos tertio demũ anno in deditionem acceperunt, his cõditionibus, vt muros vrbis diruerent, naues traderent, tributum penderent, ab emporiis, & auri fodinis abstinerent, hæc narrat iam Thucydides.

Διενεχθέντας. Orta inter eos controuersia.

Τοῦ μετάλλου. Locum intelligit, vnde metalla eruebantur. id est, fodinas. Attici ἰχθῦν vocant locum vbi venduntur pisces, id est, forum Piscatorium. τὰ κρόμμυα, forum vbi cœpæ. τὸν σίδηρον, vbi officinæ ferramentorum, &c.

Στρυμόνα. Quid interea gesserint Athenienses dum Thasij obsiderentur, Thucydides hic declarat. *Strymoniaq; grues*. Virg.

Ὡς οἰκιοῦντες. Vendicaturi, asserturi.

Ἀμφίπολιν. Pro qua inter Philippũ Macedonem, & Atheniẽses longum & diuturnum fuit bellum. vide Olynthiacas. B

Διεφθάρησαν. Interempti fuerunt.

Δραβήσκῳ. χωρίον τ' θράκης, τὸ ἐθνικὸν Δραβήσκιος.

Θάσιοι δέ. Redit ad Thasios. Narrat eos obsessos petiisse à Lacedæmoniis, vt in agrũ Atticũ irrumperent: alterutrũ fore sperãtes: vel vt copiæ Atheniensiũ à quib. obsidebantur, Athenas reuocarentur, vt vrbi ferrẽt opẽ: vel vt Lacedæmonij vlciscerẽtur suas iniurias. Lacedæmonios itaq; rẽ recepisse, & postulatis eorũ satisfacturos promisisse, sed fuisse impeditos terræmotu, & bello domestico.

Μάχαις. Mira breuitas Thucydidea: vnico enim isto verbo significat præter nauale prœlium, alia etiam pedestria fuisse commissa, quibus victos Thasios, in vrbem compulsos, & obsessos fuisse.

Σεισμοῦ. Hic fuit ille maximus, quem Anaximander prædixerat fore (vt memoriæ proditũ est) quo Sparta concussa corruit: & quo Taygeti montis pars C

pars magna, quę vrbi imminebat nauis puppi similis, eam oppressit, & cladem clade cumulauit.

Εἵλωτες. Seruitia: ἕλος πόλις λακωνικὴ μία τῶν ρ.

Καὶ πλεῖον, καὶ ἕλος, καὶ δώρειον. Ομηρ. Ιλ. β. Scribit Scholiastes Lacedæmonios propter perpetuas simultates, quæ erant inter ipsos, & incolas eius oppidi, appellasse seruos suos εἵλωτας in eorum contumeliam. Sed Thucydides ita vocatos putat παρὰ τὸ ἑλεῖν, quòd bello capti fuissent.

Θουριᾶται. Θούριοι πόλις λακωνικῆς: ἔστι παρὰ Ιταλίας, ἡ καὶ θούριον, Atheniensium colonia, in qua Herodotus è vita excessisse dicitur.

Αἰθεᾶ, πόλις λακωνικὴ μία τῶν ρ.

Ιθώμη, πόλις μεσσήνης ἀπὸ Ιθώμου τοῦ βασιλέως.

D Χρήματά τε ὅσα εἶχε. Constituta pecunia, quæ statim pro belli scilicet sumptu erat numeranda, & quæ in posterum pendenda pro tributo.

Αφιέντες. Cedentes.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Ducebatur longius bellum aduersus Messenios: itaq; Lacedæmonij cùm ab aliis sociis, tū ab Atheniensibus auxilia petierūt: Quare Athenienses magna manu, duce Cimone ipsis auxilio venerunt: at Lacedæmonij metuentes ingenia Atheniensium, vt rerum nouarum studiosa, suspicati, ne si remansissent, aliquid noui molirentur, eos dimiserunt, eam ob causam Athenienses alienati tūc primùm à Lacedęmoniis fuerunt, magnam sibi contumeliam factam existimantes, hæc narrat iam Thucydides.

67. A Τειχομαχεῖν. Ad murorum oppugnationem: vrbium oppugnationem.

Τούτου ἐνδεᾶ. Istâ re opus esse videbatur.

B Επὶ τῷ βελτίονι. Non bona de causa, τὸ συγκριτικὸν, ἀντὶ τοῦ θετικοῦ.

Δεινὸν ποιησάμενοι. Iniuriam grauem eam rem existimantes. ποιεῖσθαι οὐκ ἀνάσχετον.

Οὐκ ἀξιώσαντες. ἀντὶ τοῦ ἀξίους, ὑπολαβόντες. Plura verba in vnum contracta. Conuersa, & mutata oratio, cùm aut ex verbo dilatatur, aut in verbum contrahitur oratio. Cic. Part. Nec ita de Lacedæmoniis meritos se esse existimantes; vt ab illis tam grauem acciperent iniuriam.

C Οἱ αὐτοί. Iisdem conditionibus. τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς, καὶ φίλους νομίζειν.

Οἱ δ' ἐν Ιθώμῃ. Redit ad Messenios: Docet eos decimo pòst anno, quàm oppugnari cœpti sunt, venisse in deditionem iis conditionibus, vt Peloponneso excederent, nec amplius in eam reuerterentur, qui reuersus, & captus esset, à quo captus esset, ei addictus in seruitutem abduceretur. Sed Athenienses cepisse eos omnes, & Naupacti collocasse propter Lacedæmoniorum odium.

Αντέχειν. Cùm resistere diutius hosti nō possent: rerū videlicet necessariarū summa inopia adducti.

Εφ' ᾧ τε ἐξίασιν: ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῷ ἐξιέναι. χολ. ἰδίωμα θουκυδίδου.

Υπόσπονδοι. Fide interposita, ne violarentur.

Ην δέ τι καὶ χρηστήριον. Erat etiā oraculum redditum Lacedæmoniis, quo admonebantur, supplici Iouis Ithomei parcerent: itaque quasi diceret, pepercerunt illis non solùm propter conditiones, quibus sese illi dederāt, sed etiam propter oraculi religionem. ἰθωμήτα, δωρικῶς.

D Προσεχώρησαν δέ. Narrat Megarenses etiā à Lacedęmoniis defecisse, & adiunxisse se Atheniensibus.

Μετὰ ὅρης. Ιωνικῶς. κατεῖχον: bello premebant.

Περὶ γῆς ὅρων. Partem agri Megarensium Corinthij sibi vendicabant.

A Πηγαί, παροικία μετρίων, ὁ οἰκήτωρ πηγαῖος. ἔστι δὲ πόλις ἐν Κυρήνῃ.

68. A Καὶ Κορινθίοις. Inde natū narrat capitale Corinthiorum odiū in Athenienses, quòd scilicet socios, qui à se defecerāt, ipsi recepissent, eosq; defendissent.

Ινάρως δέ. Transit ad alia Thucydides, & bellum iisdem temporibus motum in Ægypto explicat: quanquam hîc eius initia attingit, non multo pòst exitum eius persequetur. Hoc igitur bellū ab Inaro motum fuisse docet: hunc magnam Ægyptiorum partem impulisse narrat, vt à rege Persarum deficeret; & delectum ei bello ducem, Athenienses acciuisse, qui tum forte magna classe Cypriis bellum intulerant: atque iis sociis bellum administrasse. Hic Inarus interemit Achæmenidem Darij filium, fratrem Xerxis, præfectum Ægypti. Herod. libro septimo. 602. & lib. 2. 236. 237.

B Τῶν πρὸς αἰγύπτῳ. Eos intelligit, qui Cyrenaicam, & Marmaricam incolunt.

C Ορμώμενος. Motis copiis, motis castris, moto bello.

Μαρείας: πόλις, καὶ λίμνη τῇ ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη, ἡ καὶ μαρεῶτις. ὅθεν οἶνος μαρεώτης.

B Αναπλεύσαντες. Subducti, ingressi Nilum ex mari.

Μέμφιδος, ἡ διασημοτάτη αἰγύπτου μητρόπολις. ὁ πολίτης μεμφίτης.

Μέμφιδος. Herod. lib. 2. 198. Diod. Siculus lib. 15. 479. Ægypti olim regia: vbi Regū Pyramides, & nobile templum Vulcani cū eius sacerdotibus.

D Λευκόν. Fortasse propter albedinem saxorū, quibus extructi erant muri.

Αθηναίοις δὲ ναυσίν. Redit ad ea, quæ ab Atheniensibus gesta in Græcia: narrat prœlium cōmissum ab Atheniensibus, & Corinthiis ad Halias Peloponnesi oppidū, in quo Corinthij victores extiterunt.

Αλιαί. πόλις πελοποννήσου περὶ τροιζῆνα, τῆς ἀργολικῆς μοίρας

Κεκρυφάλεια. νῆσος περὶ τὰ δουλικὰ τῆς πελοποννήσου. στεφ. Promontorium, Plin. lib. 4. κεκρυφαλεῖν, insulam & ipse statuit.

E C Πολέμου δὲ καταστάντος. Bellum natum inter Æginetas, & Atheniēses, & nauale prœlium commissum inter eos, in quo Atheniēses fuerunt victores, iam narrat Thucydides.

D Τὰ ἄκρα. Summa iuga.

Γερανείας. Mons inter Megara, & Corinthū, vnde Ino præcipitem se dedit, Athamātem maritum fugiens, vt est apud Poetas, Ouid. lib. 4. Met. 50.

Imminet æquoribus scopulus: pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas.
F *Summa rigent, frontemq; in apertum porrigit æquor.*

Νομίζοντες. Consilium explicat.

69. A Μάχη ἰσόρροπος. Pugna æqua, ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ ἢ μεταφορά. pugna in qua dubia est victoria.

Ισορρόπου. L. V. Æquo marte discessum est. Cæsar lib. 1. belli ciui. 252. Sed hæc eius diei præfertur opinio, vt se vtriq; superiores discessisse existimarēt.

Διεκρίθησαν. Dirempti sunt.

G Καὶ νομίζοντες. L. V. Vtrisq; in ea re non peius actum esse secum existimantibus. F. P. ea opinione, vt vtriq; se prœlio vicisse existimarent: vel vt neutri se prœlio victos existimarent.

Εχειν ἔλασσον. οὐκ ἀμείνον ἀλλὰ μειονεκτεῖν) (πλεονεκτεῖν.

Οἱ δὲ κορίνθιοι. At Corinthij, qui domum redierant, cùm seniorum vocibus carperentur, & ignauiæ damnarentur paucis pòst diebus reuersi, trophæum & ipsi statuerunt.

Κακιζόμενοι. Cæſar lib.3. vt iam non ſolùm hoſtibus in cõtemptum Sabinus veniret, ſed etiam noſtrorum militum vocibus nonnihil carperetur.

B Εκβοήσαντες. Procurriſſe Megaris Athenienſes narrat, & facto impetu cùm eos, qui trophæū erigebant, concidiſſe, tū cæteras Corinthiorū copias in fugam vertiſſe: & cùm quædā hoſtium manus itineris errore in prædij cuiuſdam caueam, vnde non erat exitus, incidiſſet, oſtium eius loci obſtruxiſſe grauiore armatura appoſita: leuē verò armaturam circumfuſam, lapidibus obſeſſos obruiſſe.

Εκβοήσαντες: θουκυδίδειον. Eruptione facta.

Περιείργον. Quæ eos vndiq; intercludebat. Διαμαρτόν, viæ ignoratione.

Πάθος μέγα: Clades inſignis. Κατὰ πρόσωπον. A fronte. εἶργον, exitu prohibebant.

Καὶ οὐκ ἦν ἔξοδος: Neque locus erat peruius. Nullus erat exitus.

C Ηρξαντο δέ. Docet Thucydides ſub ea tempora cœpiſſe Athenienſes ædificare longos muros. τὰ μακρὰ τείχη 40. ſtad.

Καὶ φωκέων. Bellum illatum Dorienſibus à Phocenſibus explicat, & auxilia Lacedæmoniorū miſſa ſuis.

Δωριᾶς. ἀττικῶς. αὐτὶ τῆς δωριέας, &c.

D Βοιόν. ἦν ὅμηρος βοίβην appellaſſet.

70. A Καὶ κατὰ θάλασσαν μέν. Explicat hîc Thucydides prœlium commiſſum inter Athenienſes, & Lacedæmonios ad Tanagram Bœotiæ oppidum: ſed cauſas primùm exponit. Lacedæmonij poſt latum auxilium ſuis, ducebant moram in Bœotia, id eſt, prope fines Atticos: eius moræ cauſa erat, partim difficilis in Peloponneſum reditus, partim etiam rerum nouarum molitio, quam Athenienſes nonnulli moliebantur eo ſtatu ciuitatis non contenti: Athenienſes igitur id, quod res erat, ſuſpicati, & ſperātes fore, vt copias Lacedæmoniorum opprimerent, ducunt aduerſus eos exercitum, & commiſſo prœlio, ab illis ſuperantur.

Καὶ κατὰ θάλασσαν μέν. Quibus difficultatibus impediti Lacedæmonij manendū ſibi in Bœotia ſtatuerint explicat. Primùm ſi mari per ſinum Criſſæum nauigationem ſuſcepiſſent, intelligebant Atheniēſes reditum impedituros: ſi terra, per montem Geraneam, præſidium Athenienſium ibi eſſe nouerant, quod facilè nō poterat inde deiici. Itaq; conſilij inopia tantiſper ſibi manendum in Bœotia iudicarunt, dum explicarēt rationem de reducendo exercitu quàm rectiſſimè fieri poſſet.

Κρισαίου, ἀπὸ κρίσης. Κρισαῖον τε ζάθεον, καὶ δαυλίδα, καὶ πανοπῆα: hodie *golpho di lepanto.*

Γεραν. *Lina d' oſtro.*

Δύσοδος. Tranſitu difficilis, ἐφρουρεῖτο, tenebatur præſidio.

Ηἰσθάνοντο. Præſenſerant.

B Τὸ δέ τι καί. αὐτὶ τοῦ καὶ δὴ καί. καινοπρεπῶς, τὸ δέ τι καὶ πολέμοις ἰδίοις ἐξειργόμενοι. 14.

Επῆγον. Solicitabant.

Καὶ ὐ καί. Non defuit etiam ſuſpicio Lacedęmonios adeſſe, vt ſtatum popularem euerterent.

C Τάναγρα. πόλις βοιωτίας, ἣν ὅμηρος γραῖαν, θέσπιαν, γραῖαν τε καὶ εὐρύχορον μυκαλησσόν. Ιλ. β.

Μετέστησαν. Perfidiæ nota notantur Theſſali, & fraudulētiæ. θετταλῶν σόφισμα. Demoſth. prima Olynth. εἶτα τὰ τῶν θετταλῶν. ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις.

Αθηναῖοι δέ. Nouum prœlium Athenienſiū narrat Thucydides non multo poſt commiſſum contra Bœotios: cùm duce Myronide parta victoria potiti ſunt Bœotiorum, & Phocenſium finibus.

D Οἰνοφύτοις. Oppidum Bœotiæ.

71. A Ωμολόγησαν δέ. Fecerunt etiam deditionem Æginetæ iis conditionibus, &c.

Τὸ νεώριον. γύθιον: ξενοφῶν, libro 6. nauale nobile, quod nauium ſtationem manu & artificio effoſſam ſcribit Strabo lib.8.

Χαλκίδα. Corinthiorum oppidum iam intelligit

B in Peloponneſo: erant plures aliæ: ἡ μητρόπολις τῆς εὐβοίας.

Οἱ δ' ἐν τῇ αἰγύπτῳ. Redit ad bellū Ægyptiacum, quod intermiſerat narrare vt explicaret reliquas res geſtas ab Athenienſibus ſub ea tempora. Demonſtrat itaq; Athenienſes & ſocios, multos, varioſq; caſus in illo bello pertuliſſe, & fortunā expertos variā. Potitos enim Ægypto primùm, deinde à Megabato prœlio ſuperatos, & pulſos Memphide: in Proſopitide inſula deinde concluſos, &

C obſeſſos, poſtremò expugnatos, eorumq; naues captas omnes, quæ fluuio auerſo, & aqua aliò deriuata, ſiccatiſq; alueis, in ſicco conſederant.

Πολλαὶ ἰδέαι. Varij caſus, belli euentus, πεζομαχίαι, ναυμαχίαι, νῖκαι, ἧτται.

B Γέρας. Honoris nomen. nobilem.

C Προσωπίτιδα. Erat etiam ciuitas eodē nomine κατὰ στέφανον. Ηρ. δ. lib.7.26. περὶ μεσόγαιαν αὐτῆς χοῖνοι ἐννέα.

Επὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε. Elegantiſſima locutionis formula. Conſtituere in vadis, καθίζειν ἐπὶ ξηροῖς. θεοκρ.

D α. εἰδυλ.

Πάντα δέλον πύργοιο τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνάσχν.

Φατὶ πρὶν ἢ ἀκρ ἐπισον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ. & Diodorus, τῶν δὲ νεῶν καθιζουσῶν ἐπὶ ξηρὰν τὴν γῆν.

Καὶ τῆς νήσου τὰ πολλά. Et pleraſque inſulæ partes permeabiles, & non difficiles acceſſu.

Καὶ διαβάς πεζῆ. οὕτω μέν. Epilogus huius belli.

D Πολεμήσαντα. αὐτὶ τῶν πολεμησάντων.

Καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν. Hæc res aliter à Diodoro Siculo libro 11. narratur: ſcribit enim Diodorus, Æ-

E gyptios poſteaquàm ſiccatos alueos animaduerterunt, & claſſem in vadis cōſediſſe, perterritos feciſſe deditionem. Athenienſes verò, quamuis ſe à ſociis deſtitutos viderēt, tamē incenſa claſſe, ne ea hoſtes potirētur, tantiſper ſe defendiſſe, dū Megabatus eos interpoſita fide dimitteret. atq; ita illos pedibus Cyrenē perueniſſe inde Athenas rediiſſe.

Υπὸ βασιλέως. ἢ ὑπὸ τῷ βασιλεῖ, ἢ ὑπήκοος τοῦ βασιλέως. Redit in deditionem Regis.

Ελους. ἑλεῖν, ἕλειοι, agnominatio.

F 72. A Εκ δὲ τῶν ἀθηναίων. Miſerant interea Atheniēſes 50 naues, quæ ſuis ſuccederent in Ægyptū: hæ rerum ignaræ, quę acciderāt, appellunt ad Mendeſiū Nili oſtium: eas Barbari à terra peditatu, à mari claſſe Phœnicum aggreſſi omnes ferè profligarunt.

Τῆς ἄλλης. ξυμμαχίδος. αὐτὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων.

Μενδήσιον. 7 oſtia Nili, id eſt, Canopicum, Alexandriæ proximum, Bolbitinum, Sebenniticum, Phatniticum, Mendeſium, Taniticū, Peluſiacum poſtremum, quæ nomen acceperunt ab oppidis.

G Plin. lib. 5. cap. 10. Oppida verò ſingula turres vtraq; ex ripa fluminis ingenti altitudine habebant, & pontem ligneum. Diod. Sicu. lib. 15. 478. 37.

Μενδήσιον κέρας. Sic etiam Virgilius loquitur Æneidos lib.7.

Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.

de Tyberi. Georg. 4.

Et ge-

A *Et gemina auratus taurino cornua vultu*
Eridanus.——

Ἐπιπεσόντες. Repentinam aggressionem significat verbum istud. ἡ μεταφορὰ, à ruinis.

Ἐκ θαλάσσης) (ἐκ γῆς· πεζοὶ) (ναυτικόν.

Τὰ μὲν κατὰ τὴν μεγάλην. Epilogus totius belli Ægyptiaci. Hunc habuit exitum ingens ille apparatus Atheniēsium, & Sociorum aduersus barbaros, dictum cum cōmiseratione quadam, quasi diceret, tam funestum, & miserum.

B Ἐκ δὲ Θεσσαλίας ὀρέστης. Bellum explicat illatum ab Atheniēsibus Oeniadis ciuitati Acarnaniæ: & fœdus quinquennale triennio post factum cùm Peloponnesiis: bellum denique renouatum aduersus Cyprios: sed prius nonnulla alia explicat de Oreste, &c.

Ὀρέστης. Alius est, quā ille Agamemnonis filius.
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes.
Æn. lib. 4.

Καὶ τῆς μὲν γῆς. Atque agro eorum potiti, quem scilicet exercitu occupabant: nam si ab agmine, atq; C à signis longius discedere vellet, id verò per Thessalorum equitatum non licebat.

Ὅσα μὴ προϊόντες. αὐτὶ τῆ πάλιν εἰ μὴ προΐοιεν πολύ. Ὧν ἕνεκα. vt reducerent. Orestem, &c.

C Μετὰ δὲ ταῦτα. Alias res gestas ab Athenienſibus percurrit Thucydides, vt duce Pericle in Peloponnesum nauigauerint: vt expositis copiis prœlio Sicyonios vicerint: vt in Acarnaniā classe traiecerint, & OEniadas oppidū obsederint, sed re infecta domum redierint. D

Προσμίξαντας. προσμιγνύειν, congredi, manum conserere.

D Διαλιπόντων. Tempori tribuit, quod cōuenit personis, βραχύτης. Interiecto triennio, intermisso triennio.

Ἐπέχον πολέμου. Bello supersederunt, à bello abstinuerunt.

Κύπρον. Quæ in ditione regis Persarum erat.

Κίτιον. Cypri ciuitatem, vnde Zeno Stoicus Philosophus.

73. A Σαλαμῖνος. Quæ à Teucro condita fuisse dicitur.

Ἱερὸν πόλεμον. Aduersus Phocenses, qui phanum Apollinis occupauerant.

B Καὶ χρόνε ἐγγενομένε. Alia bella Atheniēsium percurrit Thucydides, bellum illatum Bœotiis, qui Orchomenum, Chæroneam, & alia Bœotiæ nonnulla oppida obtinebant infesta agro Attico, & erant exules: vt Chæroneam ceperint, ac diripuerint: vt præsidium in ea reliquerint: vt inter redeundū oppressi in itinere fuerint, & alia id genus.

C Τῆς αὐτῆς γνώμης. Earundem partium.

Σπονδὰς ποιησάμενοι. Factis induciis. L. V. cū quibus Athenienses transegerunt, recuperatis captiuis, omnem Bœotiam missam facere.

D Μετὰ δὲ ταῦτα. Defectionem Eubœæ attingit: & exercitum duce Pericle transmissum. Iis temporibus gessit præturam cum Pericle Sophocles poëta. Iustin. lib. 3. circa finem, κατὰ τάχος. confestim.

Ἐπαγαγόμενοι. Ascitis.

74. A Θεῶζε. Θρία δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς, ἡ καὶ Θριῶ, ὁ δημότης Θριάσιος. τὸ πεδίον Θριάσιον.

Πλειστοάνακτος. Hic est ille, pro quo Nicomedes Cleombroti filius duxit exercitum contrà Phocenses: erat enim adhuc puer: & per ætatem non licebat ei munus Imperatoris sustinere. Κατεστήσαντο, composuerunt.

A Ἑστίαιας. τούτοις ἀπαραιτήτως χρησάμενοι, ὅτι ναῦν ἀττικὴν αἰχμάλωτον λαβόντες, ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας. πλουτ. περικλῆς. Στεφ. ἑστίαια.

Χαλκίδα τ' ἐρέτρειάν τε, πολυστάφυλόν θ' ἑστίαιαν. Ιλιαδ. β. ἐξοικίσαντες: Pulsos suis sedibus.

Αὐτοὶ τὴν γῆν. Ipsi ditionem, fines, agrum eorum occuparunt.

Ἐκτῳ δὲ ἔτει. Bellum narrat Thucydides ortum inter Samios, & Milesios pro Priene: in quo Milesij B armis inferiores opem Atheniensiū implorarunt: B Athenienses igitur cùm classe venisse Samum, & statum popularem cōnstituisse: obsides accepisse, eosque in Lemno cum præsidio deposuisse docet.

Πριήνης. ὁ θεν βίας.

Κατέθεντο. Cæsar lib. 7. Belli Gallici. Nacti obsides, quos apud eos Cæsar deposuerat, horum supplicio dubitantes territant.

Τῶν δὲ σαμίων. Erant nonnulli ex Samiis, qui sta- C tum popularem non probabant: hi sub aduentum classis Atheniensium se subduxerant, & in oppositam continentem aufugerant: hi postquàm Athenienses abierūt, cum nobilitate Sami, & Pissuthne, & qui præerat Sardibus, societate inita, in Samum noctu transeunt: ac primùm factionem popularē superant: deinde surreptis obsidibus deficiunt: & præsidium, atque præfectos Atheniensium Pissuthnæ tradunt. Hæc narrat iam Thucydides.

Οὐχ' ὑπομείναν) (ἔφυγον.

Ὑπὸ νύκτα. ὑπὸ tempus significat. D

——*Simulacra modis pallentia miris*
Visa sub obscurum noctis. Virg. Georg. libro primo, 47. 11.

Sub noctem cura recursat. Idem Virg. Æneid. 1. 133. 8.

Ἐκράτησαν τῶν πλείστων. Maximam partem in potestatem suam redegerunt.

Ἐξέδοσαν. Tradiderunt.

Ἀπέστησαν. Defectionē Samiorum narrat, & belli apparatum: Athenienses re audita, misisse aduer- E sus eos classem duce Pericle: victos itaque prœlio Samios, & in vrbe conclusos, obsessosque nono mense post se dedidisse. Byzantios etiam, qui cum Samiis defecerant, composuisse cum Atheniensibus, vt stipendiarij, & vectigales eorum essent, sicut antea.

Προσκοπήν: vt specularentur: Lau. V. ad impe- 75. A diendas. φοινισσῶν νεῶν, quas aduentare rumor erat.

Δεκάτου. Id est, μετὰ θ'. ἄλλων, vnà cum nouem aliis.

Τραγιά. τραγαίαι στεφ. Insula proxima Cycladi- F bus. Τραγαία etiam. ὁ πολίτης τραγαίτης, vt πηγαίτης.

Στρατιῶτιδες. στρατιώτας ἄγουσαι τοὺς μέλλοντας πεζομαχεῖν, quæ vehebant milites.

Τρισὶ τείχεσιν. Tribus munitionibus. B

Περικλῆς δέ. Acceperat Pericles nuntium Phœnicum classem auxilio venire Samiis: itaq; vt eam opprimeret, obuiam venit cum 60 longis nauibus: interea Samij facta eruptione superant classem reliquā Atheniensium: & mare obtinent circiter 14 dies: sed reuerso Pericle iterū concludun- G tur, & nono post mense deditionem faciunt, &c.

Τῶν ἐφορμουσῶν. Ex iis, quæ erant in stationibus.

Καύνου. πόλις Καρίας, ἀπὸ Καύνου: cuius nefario amore soror Biblis arsisse dicitur, ὅθεν Καύνιος ἔρως. Laborat aëris pestilentia: ita vt eius incolæ colore admodum pallido sint: quos Stratonicus Citharædus illac præteriens, conspicatus, non irridiculè

carmen illud Homeri vsurpasse dicitur.

Οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Ouidius Metam. libro nono.

Προφυλακίδας. Quæ pro castris erāt in statione.

76. A Μετὰ ταῦτα δέ. Redit vnde digressus est: docet non multo pòst accidisse, ac gesta fuisse hæc, quæ superius explicauit inter Corinthios, & Corcyræos: nec non defectionem Potideæ, eiusq; oppugnationem atque obsidionem, quæ huius belli causa fuerunt: hæc autē omnia, quæ à Græcis partim aduersus Græcos, partim aduersus barbaros gesta sunt intra annos 50. à bello Persico ad initium istius vsque belli fuisse gesta docet.

Πρόφασις. Causa speciosa. Cæsar lib. 3. belli ciuil. honesta præscriptione tegere rem turpem.

Κατέστη. L.V. Extitere. F. P. cœperunt esse.

B Ἐκρατύνατο. Confirmarunt.

Τὴν ἀρχήν. Intelligit eos, qui erant in ditione eorum.

Καὶ αὐτοί. Et potentia, & opes ipsorum auctæ, amplificatæque sunt. χωρεῖν ἐπὶ μέγα δυνάμεως. Amplificare opes.

Οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι. Quod quamuis intelligerent Lacedæmonij, tamen non resistebant, nisi aliquatenus.

Ἡσύχαζον. A bello abstinebant.

Ὄντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ. Quod & antea non ita præcipites ad bella ruerent, & eo tempore bello domestico impediti tenerentur.

Μὴ ταχεῖς. Tit. Liui. Dec. 5. in oratione Legatorum Rhodiorum. Atheniensium populum fama est celerem, & supra vires audacem esse ad conandum, Lacedæmoniorum cunctatorem, & vix in ea, quibus fidit, ingredientem.

Σαφῶς ἤρετο. Apertè tollebatur: & à sociis eorum manus non abstinebat, & socios eorum tentabat.

Οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο: non ferendum amplius iudicarunt, superius δεινὸν ποιησάμενοι.

Ἀλλ' ἐπιχειρητέα. Sed omni studio conandum esse, atque incumbendum.

C Καθαιρετέα ἤρετο) (καθαιρεῖν, deprimere euertere.

Αὐτοῖς μὲν οὖν. Quamuis ipsi Lacedæmonij minimè dubitarent Athenienses fœdera fregisse, & licet vim eorum armis refrænādam esse censerent, tamen bellum inconsulto deo noluerunt suscipere: mittunt igitur Delphos consultum oraculum bellum nec ne sibi suscipiendum esset. Tulerunt respōsum, Lacedæmonios fore victores si bellum non lentè, neque languidè, sed totis viribus gessissent, deusque se ipsis & vocatum, & non vocatum adfuturum dixit. Quare euocatis iterum sociis de ea re proponunt consultationem, ac deniq; constituunt bellum inferre Atheniensibus. Hæc narrat iam Thucydides, & probat Lacedæmoniorum cunctationem, qui res graues temerè non susciperent: sed diligenter prius, ac maturè de iis deliberarent.

Ἄμεινον εἴη. L.V. Nunquid præstaret bellum gerere. F. P. An bellum susceptum bene, ac feliciter successurum esset, de belli enim euentu sciscitabantur.

Ξυνελήφθη. Immissa pestilentia, quæ maximè attriuit res Atheniensium.

77. A CORINTHIORVM CONCIO.

Τοὺς μὲν λακεδαιμονίους. Lacedæmonios & cæteros socios ad bellum decernendum suscipiendumque cohortātur Corinthij: docent iustū, necessarium, pium atq; honestum hoc esse, eius autē conficiendi facultatem in primis proponūt. Proponunt facultatem, cùm demonstrant se longè superiores esse militum numero, & copiis, rei militaris vsu, & miro suorum omnium consensu: nec non cùm docēt se quoq; classes instructuros, & ad eam rem pecunias collaturos, quib. remigia, & milites classiarij hosti surripiantur, aucto scilicet stipendio. Itaque in victoriæ spem eos inducunt variis argumentis, quę singulatim suo quæq; loco sunt explicanda. Necessitatem ostendunt, cùm docēt de libertate agi, & salute sua, ne dū de fortunis omnibus: potentiā enim Atheniensium nimis magnam esse, & formidabilem. Declarant præterea pium, iustum, & honestum fore hoc bellum: honestum, quia turpe est tot Peloponnesi ciuitates Dorienses ab vna tantùm infestari, eaq; Ionica: & Peloponnesios à suis maioribus adeò degenerare, vt cùm illi Græcos omnes liberauerint, ipsi ne sibi quidem libertatem retinere, eamq; tueri valeant, sed iugū seruitutis à tyrannis Atheniensibus ceruici suæ imponi patiantur: turpe deniq; sibi futurum, quòd imprudentiæ, ignauiæ, ac negligentiæ crimen sint subituri. Iustum verò, quòd lacessiti vim hostium repellant, non vltro bellum ipsi inferant, quòd fœdera non à se rupta sint: sed ab Atheniensibus: pium denique fore planum faciunt. quia Apollo non solùm id suadebat suo responso: sed etiam auxilium suum ad eam rem vltro pollicebatur.

Hæc sunt argumētorum capita, quibus Corinthij ad bellum decernendum, suscipiendumq; socios cohortantur. Sed quoniam socij non omnes eodem loco sedes habebāt suas, sed alij oram maritimam tenebant, alij loca mediterranea: erat autem suspicio ne qui ab ora maritima procul aberant eos negligerent, qui littora tenebāt, & laborantes adiuuare suis opibus nollent, quasi periculum ad se nō pertineret, ideo Corinthij antequàm accedant ad facultatem, necessitatem, æquitatemque huius belli demonstrandam, docent prius pericula æquè ad omnes pertinere. Oppressis enim iis, qui tenent oram maritimam, futurum aiunt vt pateat accessus, & aditus etiam ad homines mediterraneos. Hos igitur pluribus docent, atque hortantur primo loco, vt casus belli huius omnes communes ducant, & libenti, atque alacri animo, cùm res ita postularit, succurrant illis, qui maritimas ciuitates incolunt: alioqui neque exportaturos esse, neque importaturos res necessarias. Hæc sunt quæ continentur in ista concione. Sed sciendum Thucydidem partem istam posteriorem priore loco posuisse non sine certo consilio. intelligebat enim scriptor prudentissimus nisi prius docuisset euentus omnes belli æquè ad omnes pertinere, se non facilè fuisse probaturum omnibus sociis suam causam, eosq; impulsurum, vt iterum bellum decernerent, atq; adeò susciperent: Quare hoc priore loco probat, addit deinde partem alteram. Illud etiam notandum est, eadem argumenta tractari in hac concione, quæ in superiore illa, quæ incipit τὸ πιστὸν ὑμᾶς ὦ λακεδαιμόνιοι. Hæc sunt æquitas & necessitas: & præterea tractantur tria alia, facultas belli conficiendi, dignitas, & pietas. Declaratur enim & facile confectu fore, & honestum atque pium esse bellum istud. Est igitur hæc concio

concio additamentum quoddam illius superioris, A & quasi quædam dilatatio.

Τοὺς μὲ λακεδαιμονίους. Procœmium est ductũ à persona Lacedæmoniorum: laudat eos, quòd sociorum causam tandem susceperint,& bellum decreuerint: itaque socios omnes coëgerint, vt omnium suffragio res comprobetur. Nõ est nobis amplius ô Socij expostulandum quasi Lacedæmonij aut bellum ipsi non decreuerint, aut etiam nos huc non conuocauerint, vt idem nostris suffragiis comprobemus. αἰτιᾶσθαί τινα, queri de aliquo: αἰτία, querela, expostulatio. αἰτία μὲν γὰρ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἁμαρτανόντων, κατηγορία δὲ ἐχθρῶν ἀδικησάντων. Illud autem hîc obseruandum, Corinthios in ipso statim suæ concionis initio id quasi certum, minimeque dubium ponere, quod tamen controuersum, ac dubium esse poterat. Aiunt enim Lacedæmonios bellum iam decreuisse,quod tamen nondum decreuerant. Hoc igitur à Corinthiis artificiosè, callideque factum.

Καὶ ἡμᾶς. Inuitat cæteros, & cogit quodammo- C do sequi exemplum Lacedæmoniorum: ciuitatis videlicet dignitate, authoritateq; præstantissimæ.

Χρὴ γάρ. Decet enim eos, qui præsunt aliis,& qui maximè ab his coluntur, & cæteris anteponuntur, publicas eorum vtilitates tueri perinde atque sua ipsorum commoda faciunt. γνώμη. Conciliat sibi Lacedæmonios, prædicatione laudũ & æquitatis eorum.

Νέμοντας. Administrantes.

Προσκοπεῖν. Consulere vtilitati publicæ. D

Ὥσπερ καί. Ratio à maiori: dignitas est pluris facienda, & cultus, quo vos colunt socij.

Ἡμῶν δὲ ὅσοι μέν. Iã ingreditur Corinthius in eam partem, vbi docet bellum istud, & pericula æquè ad omnes Peloponnesios pertinere. Itaque hortatur eos qui loca mediterranea colebant, ne negligerent cęteros,qui siti erant in locis,maritimis, quasi res eorum non ageretur. Illis enim oppressis, facilè bellum penetraturum esse demonstrat in loca mediterranea. Hoc primo loco constituit E (vt dictum est) Thucydides,quia intelligebat Corinthium alioqui nõ esse facilè probaturum suam causam maritimis hominibus, nisi illi certò sciuissent etiam mediterraneos homines munera belli esse subituros, & adiuturos esse suis opibus ciuitates maritimas cùm res ita tulisset. Poterant enim illæ dicere: nolumus bellum decernere: cur ita? quia nos in littore constituti, si bellum fit, primi ab hostium classe infestabimur, ac diripiemur, cæteri qui procul absunt à mari, otio, & quiete fru- F entur, neque de nobis erunt soliciti: Quare, vt hoc impedimentum causæ tolleret, confirmat eorum animos, & inducit in spem, fore, vt à mediterraneis adiuuentur, atque defendantur, quia intelligent suam ipsorum rem agi, vt iam ipse docet.

Propositio: non sunt mihi monendi oræ maritimæ incolæ vt ab Atheniensibus caueãt, quorum fraudem, quasi diceret, & auaritiam sunt iam experti, sed ij sunt docendi, qui mediterranea loca G incolunt, ipsorum rem agi, & non minus ad ipsos pertinere hoc bellũ, quàm ad ciuitates maritimas.

Ξυνηλλάγησαν. Habuerunt commercium cum Atheniensibus. Hoc verbum respicit ad morem vetustum, quum ante vsum pecuniæ signatæ rerum fiebat permutatio.

Αὐτούς. Qui fraudulenti, quasi diceret, & auari B sunt.

Πόρρω. τοῖς ἐμπορίοις. In locis maritimis.

Τοῖς κάτω. Aduerbia cum articulis præpositiuis sumuntur pro nominibus adiectiuis, vt ὁ πάλαι pro ὁ παλαιός, ὁ πρότερον, pro ὁ πρότερος.

Χαλεπωτέραν, ἀντὶ τοῦ χαλεπώτερον καταχομίζειν, καὶ ἀνακομίζειν.

Τῶν ὡραίων. Fructuũ, quos anni tempora ferunt.

Ἀντίληψιν. Et commoda, subsidiaque vitæ, quæ vicissim vsus maris subministrat: & fructuum vicissim perceptionem.

Καὶ τῶν νῦν λεγομένων: Neque existimandum illis errore iudicij hoc bellum ad ipsos minimè pertinere.

Τὰ κάτω. Res pro personis.

Τὸ δεινόν. Malum, calamitatem.

Διόπερ καί. Quapropter bellum illis alacrius est C suscipiendum, quia scilicet eorum res agitur. Et quoniam hoc poterat accipi in cõtrariam partem, &c. propterea rationes adiicit: vt prudẽtis, & modesti est quiescere nisi lacessatur iniuria, ita viri fortis est vim repellere.

Εὖ δὲ παρασχόν. Ad illud occurrit: at grauia, & molesta sunt bella diuturna: non erit diuturnum: offeruntur enim occasiones bella deponendi. consolatur igitur spe, &c.

Εὖ παρασχόν. ἀντὶ τοῦ παρασχόντος. τοῦ εὖ, re bene gesta. εὖ, ἀντὶ τοῦ εὐτυχίαν. εὐτυχίας δὲ γινομένης.

Καὶ μήτε τῇ κατὰ πόλεμον. Philosophatur hîc Thucydides, vt secundis rebus non est cur efferamur, ita pacis commodis, & otio non est cur sic alliciamur, vt perferamus iniurias. ἠθικόν.

Τὸ ἥσυχον τῆς εἰρήνης. vt, tenebræ errorum. præsidium ingenij.

Ὅ, τε γάρ. Ratio ab incommodis futuris: qui enim abhorret à bello propter otium, is otium amittit celerrimè, eiusque priuatur fructu, & qui successu rerum elatus insolescit, is quoque peccat: quia euentus belli dubij, ac minimè certi sunt.

Ῥαστώνης. Rerum secundarum successum, & fortunæ indulgentiam significat, vitæ tranquillitatem.

Τὸ τερπνόν. τὴν ἡδονήν, τὸ τερπνὸν τῆς ῥαστώνης, tranquillitatis voluptas.

Οὐκ ἐντεθύμηται. Non animaduertit se re incer- D ta, & inconstanti efferri. θράσει. verbo graui vtitur. ἀπίστῳ. μετωνυμία, tribuit temeritati, quod fortunæ conuenit.

Εὐτυχία. Quasi dicat, fortunæ beneficio, quæ est inconstantissima.

Πολλὰ γάρ. Ratio ab incerto rerum euentu: multa enim malè cõsulta, si hostis agat inconsultius, lætum, & faustum habent exitum. plura etiam bene consulta euentum tamen funestum sortiuntur. Summa, ea est rerum futurarum natura, vt consultatio interdum parum valeat. Consilia incertos habent euentus. δεινότης, & exornatio à contrariis.

Τυχόντα. Nacta. Κατωρθώθη. Prosperè euenerunt.

Αἰσχρῶς. Cum dedecore. 78. A

Ἐνθυμεῖται γάρ. Nemo enim eodem impetu animi res gerendas exequitur, quo in deliberando de his cõstituit, & affert simul confirmationẽ. In deliberationibus.n.quia ꝑcul absunt pericula, sumus audaciores, & magna decernimꝰ: in administratione

verò rerũ, cùm pericula se ostendunt, & offerunt, deficimus, & metu deterremur. ἐνθύμημα. Cicero Top. omnis sententia proprio nomine dicitur Enthymema, sed κατ' ἐξοχὴν, quia videtur ea, quæ ex cõtrariis efficitur, acutissima, sola propriè nomen commune possidet.

Ὁμοια τῇ πίστει. Id est, deliberationes sunt maiores, quàm res, de quibus fit deliberatio. Nemo enim deliberat dum fidit, & metu vacat.

Τῇ πίστει. rebus certis, τοῖς βεβαίοις. χολ. F. P. dum fidit.

Αλλὰ. ἡ θέσις, μετ' ἀσφαλείας, causa pro effectis, audacter & liberè.

Μεταδίδως. Causa, effecta ἐλλείπομεν.

Ημεῖς δὲ καὶ νῦν. Redit ad causam. Superius dixit sapientis, & modesti viri esse & suscipere & deponere bella; hoc sibi iam præstandũ esse docet. nam & suscipiendum bellum lacessitis ab Atheniensibus dicit: & deponendum esse, cùm suas vlti fuerint iniurias.

Εγείρομεν. Quasi diceret, persona iacente, & dormiente.

Κατὰ πολλὰ δέ. Facultatem belli conficiendi iam demonstrat à multitudine militum, à rei militaris vsu: à consensu totius Peloponnesi, & sociorum, à classibus, quas instructuri sunt, à vi pecuniarum, quas partim de suo collatas, partim mutuò acceptas sunt habituri.

Ομοίως ἰόντας πάντας. Concordiã, & obedientiam intelligit.

Δελφοῖς. Erat autem in oraculo Delphico ingens vis auri. phanum enim illud fuit ditissimum, vel Homeri temporibus: quod poëta ipse testatur 9. libro Iliados,

Οὐδ' ὅσα λαΐνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει,
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ: Sed Crœsi Lydorum regis, & aliorum regum temporibus auctum fuit postea multa vi auri, quod vndique dono mittebatur. quanquam eos thesauros postea duces Phocensiũ Onomarchus, & Phaylus diripuerunt.

Δάνεισμα ποιησάμενοι. ἀντὶ τοῦ δανεισάμενοι.

Υπολαβεῖν. Surripere, subducere, subtrahere, aucto stipendio auertere.

Ωνητή. Mercede cõductæ. Etenim copiæ Atheniensium externæ sunt, ac mercede cõductæ, non sunt vrbanæ, ac domesticæ.

Η δὲ ἡμετέρα. Collatio: nostræ copiæ domesticæ, nulla mercede conductæ robore corporum magis potentes, quàm pecuniis.

Μιᾶ τε νίκῃ. Erigit animos ad spem, ostentans victoriæ facilitatem.

Μελετήσομεν. Meditabimur interposito spatio temporis.

Καὶ ὅταν τὴν ἐπιστήμην. Et cùm pares scientia eius rei fuerimus, cùm parem scientiam fuerimus assecuti, animi certè fortitudine, & altitudine superiores erimus.

Ο γὰρ ἡμεῖς. Nam bonum, quod natura nobis insitum est, hoc illi disciplina nunquam assequãtur: disciplina, qua illi præstant, hæc nobis studio, & exercitatione superanda est.

Opinionem sequitur eorum, qui negant virtutem disci posse, sed asserunt diuinitus eam inseri animis hominum. Plato ait, οὔτε φύσει, οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένην τὴν ἀρετὴν ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίγνεται. Plut. contrà: διδακτὸν εἶναι, μαθήσει δὲ, καὶ μελέτῃ αὔξανεσθαι. Cicero libro 10, Episto. Attic. aut ἀρετὴ non est διδακτὸν, quod mihi persuaderi non potest.

Χρήματα δέ. Repetit locum facultatis à copia pecuniarum, quas collatum iri à se docet: repetit autem, & cõmoratur hoc loco, vt moueat Peloponnesios, præsertim mediterraneos, quos à sumptibus huiusmodi abhorrere intelligebat: inculcat igitur necessitatem, & rei turpitudinem: demonstrat, necessariò esse conferendas pecunias, quia de salute communi agitur: turpe etiam dicit pro libertate retinẽda quoslibet sumptus non facere.

Αὐτὰ, τὰ ναυτικά. ἢ, λυτικὸς, θεοδ. seruit solutioni, & refutationi argumentorum.

Οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι. A maiori, illi vt seruiant, perpetuò conferunt: nos vt hostem vlciscamur, & libertatem retineamus, non conferemus?

Επὶ δουλείᾳ. τὸ αἴτιον ὡς αἴτιον: vt causæ suæ seruiat: vel conseruandi causa dominatus Atheniensium, quod criminosè seruitutem sociorũ vocat, vt innuat quandiu dominatus Atheniensium superit, tandiu socios eorum ipsis esse seruituros.

Οὐκ ἀπεροῦσιν. Non recusabunt, nõ defessi desinent, nullum finem facient conferendi pecuniam.

Δουλεία) (σώζεσθαι, τιμωρεῖσθαι τοὺς ἐχθρούς.

Καὶ ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' ἐκείνων. Et ne fortunæ nostræ in hostium potestatem veniant, quibus ab illis opprimamur.

Υπάρχουσι δὲ καί. Proponit alias facultates, quibus in spem victoriæ vocat Peloponnesios. Sociorum defectiones munitionum ædificationes, quibus hostem oppugnabunt, & fines eius infestabunt. Adsunt præterea nobis aliæ quoque belli gerendi viæ.

Μάλιστα παραίρεσις. Definitio, quæ habet significationem vtilitatum futurarum. Subductio, subtractio, detractio. αἷς ἰσχύουσιν. In quibus posita est eorum potentia.

Επιτειχισμός. Et munitionum ædificatio, quæ oppugnent agrum Atticum.

Ηκιστα γὰρ πόλεμος. Belli enim progressus non fiunt certa lege, & via immutabili.

Ρητοῖς. Certis, & definitis legibus. Ιλι. φ. ῥητῷ ἐπὶ μισθῷ. Thucyd. πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

Τεχνᾶται. V. factum. comminiscitur sua sponte.

Πρὸς τὸ παρατυγχάνον. In singulis occasionibus oblatis, in re præsenti. L. V. præter ea, quæ adsunt.

Εν ᾧ ὁ μὲν εὐοργήτως. Quod qui non molestè, sed sedato, quietoq; animo fert, minus labitur: in quo administrando, qui animo non perturbatur, sed moderatè fert eius incommoda, is stat, & minus cadit. ὀργαὶ, mores. Thuc.

Προσωποποιΐας. A rebus animatis. βεβαιότερος, constantior, meliore conditione, munitior, tutior, & magis tectus à periculis.

Οὐκ ἐλάσσω πταίει. Non leuiter offendit.

Ενθυμώμεθα δέ. Metum incutit, & necessarium esse hoc bellum demõstrat à magnitudine potentiæ Atheniensium, quam valde formidabilem esse dicit. Sed ἀντιθετικῶς ornandi, amplificandiq; causa retractatur. Si cum finitimis populis, & pro re parua res esset nobis, hoc ferendum esset aliquo modo: iam verò cum Atheniensibus res nobis est, & pro libertate, omnibusq; fortunis: ergo summo consensu nobis opus est.

Ικανοί. Pares potentia, & multo potentiores singulis.

Καὶ τὴν

Καὶ τὴν ἧσσαν. Amplificatio.

Εἰ καὶ δεινόν. προδιόρθωσις. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἧσσαν) (νίκην. ὁ πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ὃ ἐς λόγω. Cuius rei vel dubiam fieri métionem, turpe est Peloponnesiis. Duplex amplificatio: altera, quòd seruitus non modò re, sed verbo fœda, & turpis est: altera, quòd non verbo, & oratione, sed dubitatione etiã fœda, & turpis sit, quam, vel dubia oratione commemorare, turpe est.

Αἰσχρὸν ἐνδοιασθῆναι. Turpe Peloponnesiis est non solùm si re seruiant, sed etiam si rumor, & fama sit ambigua eos seruire.

Αἰσχρόν. Iam ingreditur in eam partem consultationis, quæ vocatur honesta: docet quàm turpe futurum sit, tot ciuitates Dorienses ab vna, eaque Ionica infestari, proponit dedecora futura: malè audituros eos dicit, vel quòd improbi sint, vel quòd ignaui.

Κακοπαθεῖν. Vexari, infestari.

Εν ᾧ. τῷ κακοπαθεῖν.

Ἢ δικαίως. Vel nostro merito hæc pati existimabimur, propter scilicet nostram improbitatem, vel propter timiditatem, & ignauiam hæc perferre, & à maioribus nostris adeò degenerare.

Οἳ τὴν Ἑλλάδα. σύγκρισις.

Οὐδὲ βεβαιοῦμεν. Ne stabilimus quidem, ac tuemur eam: metaphora ab ædificiis quassatis, & ruinam interminantibus ita, vt fulcienda, & stabilienda videantur.

Πόλει. πόλιν, vt sit αὐτὴ θέσις. πόλις τύραννος) (μόναρχος ὀν μιᾷ.

Καὶ οὐκ ἴσμεν. Neq; intelligimus hoc facinus habere tria summa vitia, vel dedecora, imprudentiæ, ignauiæ, negligentiæ: amplificatio à quadam rei definitione. Tyrannum ferre, & seruire ei, nihil aliud est, quàm imprudentiæ, ignauiæ, ac negligentiæ teneri crimine: quòd scilicet nõ intelligamus, quàm expediat nobis Tyrannum tolli de medio: vel si intelligamus, tamen nõ audeamus eum tollere propter ignauiam: vel quòd quamuis cognoscamus quid deceat, tamẽ socordia, & desidia quadam id negligamus.

Οὐ γὰρ δὴ πεφευγότες. Peloponnesij, & Dorienses contemnebant Ionas, vt molles, & ignauos: itaq; non deerant fortasse qui dictitarent remissius agendum esse bellum, non esse opus tanto apparatu, tanta pecunia, tantaque animi, & virium contentione aduersus Ionas: occurrit igitur Corinthius, & castigat hoc genus hominum, stultos esse inquiens eos, qui ita sentiunt, & grauissimè labi dicit. φευγεῖν) (χωρεῖν. Neque enim ab his vitiis alieni.

Καταφρόνησιν. Hanc clausulam L. V. peruertit: καταφρόνησιν enim vocat temeritatem, ἀφροσύνην, sui accusationem: Neque tamen (inquit) vt ista nomina fugiatis, excusationem prætẽdatis, quòd temeritatem deuitaueritis, plerisque perniciosam, quæ excusatio, quia multos decepit, contrario nomine sui accusatio cognominatur.

Τὸ ἐναντίον. Non quòd ἀφροσύνη sit cõtraria τῇ καταφρονήσει, sed quia opposita est τῇ φρονήσει, quæ non contemnit alios, qui minimè sunt contemnendi. ἀφροσύνη, καταφρόνησις, παρωνομασία. Quare τὸ κατ', & τὸ ἀ iam in compositione idem valet.

Κεχωρήκατε. χωρεῖν ἐπὶ τὴν καταφρόνησιν, accedere ad contemptionem, sequi contemptionem, contemnere. quamuis enim (inquit author) vestros hostes contemnatis, non tamen idcirco alieni estis à tribus illis vitiis; de quibus antè. Nam ista contemptio, quę à quadam magna prudentia videtur proficisci, plurimos iam in errorem induxit, & læsit, & ideo stultitiæ nomen prudentiæ contrarium est adepta. vide scholia Græca.

Τὰ μὲν οὖν προγεγενημένα. In epilogos iam ingreditur, hortaturq; socios, vt à segnitie, & à desidia se excitent, & pristinæ virtutis memores, ad labores & pericula subeunda more maiorum redeant, & pristinum suorum institutum retineant. In his epilogis tractatur. τὸ εὐσεβές, καὶ τὸ δίκαιον. Ac de præterita desidia non castigabo vos diutius, quàm tempus præsens postulat, sed admonebo vt in posterum labores, & pericula more maiorum subeatis.

Ἐς ὅσον. Quatenus causa ista postulat.

Τοῖς παροῦσι. τοῖς δεδιότας. προγεγενημένα, παρόντα, μέλλοντα.

Πάτριον. Æmulatio. πάτριος ἀρχή, πάτριοι νόμοι.

Τὰς ἀρετάς. Facultates, opes, commoda, τὰς εὐπορίας.

Καὶ μὴ μεταβάλλειν. supple χρή, vt desidia, & otio res partas amittamus.

Εἰ ἄρα: pro, quoniam: solent enim opes, & diuitiæ inuitare ad otium, & ad delicias, authoritas etiam reddit homines insolentes.

Ἐξουσία. Potentia.

Θαρσοῦντες. Cùm aliis de causis, tum quia ὁ θεὸς ἔχρησε, καὶ τὰς σπονδὰς οὐ λύσομεν.

Ὑπαρχομένους Facultas. αὐτοῦ, αὐτὴν ξυλλήψεσθαι supra.

Φόβῳ. Metu nostri. ὠφελείᾳ. partim coacti, & inuiti, partim volentes, & sua vtilitate inuitati.

Ἀρχῇ καὶ ὁ θεός. Ab authoritate oraculi, & Dei fidem facit, Deus bellum suasit: ergo fœdera violata iudicat.

Ὥστε πανταχόθεν. Efficit omnino bellũ suscipiendum esse: amplificat necessitatem, & vtilitatem, repetens superiora capita: dicit sententiam de mittendo auxilio Potidæatis: habet denique hic Epilogus repetitionem, & enumerationẽ argumentorum superiorũ. Eorum amplificationẽ, mouet affectus, continet metum, pudorem, odium.

Πανταχόθεν. Omnibus de causis, vnico hoc aduerbio complexus est omnia argumẽta: καλῶς, locum honesti, & dignitatis tangit.

Καλῶς ὑπάρχειν τινί. Conuenire, decere aliquem, licere.

Τάδε. Numerus multitudinis augendi causa: vel ad argumenta referendum est.

Οὐσι δυνατοῖς. τὸ αἰσχρόν.

Καὶ τῶν ἄλλων μετελθεῖν. Et aliorum pristinam libertatem repetere, recuperare, vel, & alios in pristinam libertatem vindicare.

Ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται. Impellit à necessitate vrgente: nostrum alij iam premuntur ab Atheniensibus, alij paulo pòst idem patientur. Itaque non est bellum differendum.

Ἐνδέχεται. Res nostra non patitur moram amplius, & expectationem. ἐνδεχόμενον, contingens, τὸ δυνατόν. Arist. libro primo Rhet. ὥς τι ἀναγκαῖον τό, τε ἐνθύμημα ἐστί, καὶ τὸ παράδειγμα περὶ τῶν ἐνδεχομένων ὡς τὰ πολλὰ ἔχειν καὶ ἄλλως.

Περιμένοντας βλάπτεσθαι. αὐτὴ δὲ περιμένειν, ἢ βλάπτεσθαι, vt ἐπὶ τῶν πημαινόμενοι, ἢ αὐτοὶ ἅμα σώζεσθαι. Et pag. 10. 19. μέχρις δὲ τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι τῷ λόγῳ νοῦν χρὴ ἔχειν.

Εἰ γνωσθησόμεθα. Si cognitum fuerit nos, &c.

Ἐπιθυμήσαντες. Cupiditate ducti.

Διὰ πλείονος) (τὸ αὐτίκα δεινόν. quæ diuturnior futura est.

Ἐκ πολέμου μετὰ τῶν. Repetit locum illum. ἀγαθῶν δὲ ἀδικουμένους ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν.

Ψῆφον ἐπήγαγον. Suffragij ferendi potestatem fecerunt omnibus sociis.

Ἑξῆς. Sequitur explicatio ordinis, καὶ μείζονι, καὶ ἐλάσσονι πόλει, æque minimæ, atque maximæ cuique ciuitati.

Καὶ τὸ πλῆθος. Id est, conuentus, vel maior pars, συνθέσις, σύλληψις.

Διαδεχόμενον δὲ αὐτοῖς. Interiectum aliquod temporis spatium narrat Thucydides, prius quàm arma caperent, quia erant imparati, quamuis constituissent bellum suscipere, tamen, &c.

Πρόσφορα. Quæ vsui futura erant. ὧν ἔδει paulo post.

Μὴ εἶναι μέλλησιν. Neque moram interponere, ἀντὶ τοῦ μέλλειν.

Ἐνιαυτὸς μέν. Annus exactus non est: μεσασμὸς, διάστασις καὶ θέσις.

Ὅπως σφίσιν. Causas belli grauissimas quærentes.

Τὸ ἄγος ἐλαύνειν. Vt piaculum vrbe pellerent, id est, vt eos ciuitate expellerent, qui tenebātur piaculo admisso in Mineruam. Designabant autē Periclem principem Reipublicæ virū prudentia præstantem, & inimicum Lacedæmoniis, quo pulso, intelligebant rem sibi facilius cessuram esse, & se bello longè superiores fore. Simulabant itaq; Lacedæmonij se religione adductos id facere, quod sui causa faciebant: & suam agebant causam, dum videbantur velle vim allatam deæ vlcisci. Sed piaculum huiusmodi fuit.

Ferunt Cylonem quendam Atheniensem affectasse Tyrannidem: itaque arcem Athenarum occupasse: sed concursu facto, cùm premeretur à populo obsidione, ipsum & fratrem aufugisse, cæteros, qui erant cum eo grauissima fame pressos ad aras Deorum confugisse: sed cùm inde discessissent fide interposita, impunitateque promissa ab iis, à quibus obsidebantur, interfectos fuisse: eamque ob causam eos, qui cædem fecerant, & fidem, atque religionem violauerant, sacros, & deuotos fuisse iudicatos. Itaque Lacedæmonij, quasi agerent causam Deorum, qui violati fuerant, & piaculum vlcisci vellent, imperabant vt Athenienses vrbe expellerent eos, qui tenebantur huiusmodi piaculo: Sed rem suam agebant (vt paulo antè diximus) vt Pericles vir summa authoritate, atque prudentia expelleretur: sperantes se facilè subacturos, Athenas orbatas tanto viro. ἄγος, piaculum, παρὰ τὸ ἄζω τὸ σέβομαι, ἀντιφραστικῶς.

Κύλων. De hoc Cylone Plut. in Solone, & Herodotus libro quinto.

Ἀθηναῖος, ὀλυμπιονίκης, &c. Hæc omnia attributa eò pertinent, vt ostendat author facultatem, qua inductus Cylon hoc fuerit aggressus Atheniensis erat: Itaque & loci erat gnarus, & poterat tenere qua ratione confici res posset, & habebat socios, & adiutores ad facinus patrandum: vicerat in ludis Olympiacis: ergo erectus, & sublatis animis dignum Tyrānide se iudicabat. Summi enim honores habebantur ei, qui in celeberrimo illo certamine vicisset: duxerat præterea in matrimoniū Tyranni filiam. Itaque habebat domesticum exemplum, quod imitaretur, & cuius præsidio speraret se voti compotem futurum: responsum denique Delphicum tulerat de rei successu: Itaque non dubitauit de conatus euentu.

Ὀλυμπιονίκης. Id est, clarus, & illustris ob huiusmodi victoriā olympiacam. Vitr. libro nono. qui enim Olympia, &c. vicissent, ij non solùm summa cum eorum laude in medio conuentu victores declarabantur, sed cùm in suam quique ciuitatem reuertebantur, quadrigis vecti quasi triumpharent per mœnia inuehebantur, quæ ciues diruebant, vt eos acciperent, subindicantes ciuitatem, quæ tales haberet ciues, muris non indigere, munitam scilicet eorum virtutis præsidio, iisdem victus publicè dabatur, qui summus honos habebatur.

Κύλων ἦν μὲν δόξῃ καθαρότητος, τὸ ψιλὸν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀφηγεῖσθαι, ἢ ἀπ' αὐτοῦ ψιλοῦ τοῦ πράγματος ἄρχεσθαι. Hic locus est dignus in primis obseruatione propter artificium, & puritatem, vt Scholiastes etiā notat.

Τῶν πάλαι. L. V. vetustæ nobilitatis, ac potens. Inter veteres, & generis nobilitate florens, & potens opibus. Sunt qui nobilissimo genere sun . sed ad extremam mendicitatem redacti, ideo addit καὶ δυνατός. λέγεται καὶ δυνατὸς χρήμασιν, δυνατὸς λέγειν. qui dicendi facultate valet.

Χρωμένῳ δέ. Scholiastes refert, quæ hîc narrantur à Thucydide gesta fuisse eo tempore quo Athenienses duce Miltiade parua manu innumeras Persarum copias in campis Marathoniis fuderunt, & fugarunt.

Μεγίστη. Celeberrimo. nam erant alij Dies festi non ità celebres.

Ἀναπείσας. σημειῶσαι vim verbi. est enim ἀναπείθειν rem arduam, & cui vix assentitur is, qui solicitatur, suadere: vt erat hæc metus, & periculi plena.

Τὰ ἐν Πελοποννήσῳ. Vt distingueret ab ea ludorum celebritate, quæ in Macedonia, & Athenis celebrabatur.

Καὶ ἑαυτῷ τι προσήκειν. Quasi esset omen, & auspicium istius etiam victoriæ, & felicitatis.

Εἰ δὲ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Tacitè carpit Cylonis imprudentiam, qui oraculi ambiguitatem non videret. παρέκβασις.

Μειλιχίου. Quod est ac si mansueti, vel placidi, vel placati dicas. Pausf. lib. 2. Κορινθιακῶν scribit signum Iouis Meilichij dedicatū ab Argiuis, vt sanguinem ciuilem expiarent.

Πανδημεί. Ex omni genere, ætate, conditione.

Θύματα. Victimas non veras, ad similitudinem hostiæ factas ex massa farinæ.

Ἐπιχώρια. Quibus indigenæ vtebantur: quæ erant peculiaria loci illius incolis, vt innuat peculiare hoc fuisse institutum Atheniensibus, aliis Græcis non commune. ἀσκεῖν τὸν ἐπιχώριον τρόπον, Ἀριστοφ. πλούτῳ.

Δοκῶν δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν. Cùm itaque putaret se rectè sentire, & vim, ac voluntatē oraculi tenere.

Προσκαθεζόμενοι. Positis castris.

Χρόνου δὲ ἐπιγιγνομένου. Temporis progressu: ἐπιγίγνεσθαι, quod ad aliquid accedit, futurum accedit ad præsens, & præteritum.

Τρυχόμενοι. Attriti.

Αὐτοκράτορσιν. Αὐτοκράτωρ ἡγεμών, qui liberā & plenam rei constituendæ habet potestatem: qui imperium liberum, & absolutum, nec aliorum imperio obnoxium habet.

Φλαύρως εἶχον. Erant in angustiis: obsidione premebantur. ἐπιέζοντο.

Καθίζε-

C Καθίζουσιν. aris assident.

Τὸν βωμόν. τ̃ ἀθλωᾶς δηλονότι, ἀκροπόλ, τῇ καὶ πόλ.

Αναστήσαντες δέ. Quos surgere iussos ij, quibus custodia permissa fuerat, ne in templo interficerentur, abductos interfecerunt.

Ωςιώρων. Ne templum pollueretur.

Εφ' ᾧ μηδὲν κακόν. L. V. nequid in eos sceleris admitterent. At F.P. impunitatem illis promittẽtes.

Επὶ τ̃ σεμνῶν θεῶν. L. V. apud præcipuos Deorum. F.P. Eumenidas intelligit, quæ κατ' εὐφημισμὸν ita vocabantur, quasi diceret venerandæ deæ.

Εναγεῖς. Sacri, impuri, scelerati, execrabiles, sanguine polluti, & piaculo contaminati) (εὐαγὴς, ὁ καθαρὸς, καὶ ὅσιος. qui etsi cædem patrauerat, tamen manus impollutas habere putabatur.

Αλιτήριον. Pernicies, internecio, & pestis, & qui piaculum in Deum admiserat: ὁ ἀλεύασθαι, καὶ φυλάξασθαι διὰ μοχθηρίας καλῶς ἔχ. πλυτ. ἠθ. 265.

Εναγεῖς. Dicebantur illi, quorũ capita alicui Deo infero deuota, & sacrata erant.

D Ηλασαν μὲ ἐν. Orta pestilentia Athenis, respõsum accepisse Athenienses dicuntur sedatũ iri pestilentiam, si vrbẽ expiassent. quare accersito Epimenide rerum sacrarũ peritissimo ex Creta Insula, per eum ciuitatẽ expiarunt Olymp. 27. Suidas author, Diog. Laërt. 44. Epanaphora, μιερισμὸς, πάρεῖον.

Κλεομένης. Rex Lacedæmoniorum. Ηρόδ. libro quinto. Is ab Isagora principe alterius factionis aduersus Clisthenem principẽ exulum ob piaculum, fuit accersitus.

83. A Στασιαζόντων. Hoc ideo dicit Thucydides, quia qui piaculo non tenebantur, volebant vrbe expulsos τὺς ἐναγεῖς.

Στασιαζόντων. διὰ τὸ ἄγος.

Δῆθεν. Scilicet εἰρωνεία, affectũ habet animi, molestiam, & βαρύτητα.

Τιμωροῦντες. Piaculum, & scelus in deos admissum vindicantes.

Προσεχόμενον. Affinẽ piaculo materno ex genere.

Ξανθίππου. Is prœlio vicit ad Mycalem duces regis Persarum.

Οὐ μέν τι τοῦτον. Sperabant tamen fore vt eius authoritas imminueretur potius, quàm vt exilio mulctaretur. ἡ ℈ περὶ (inquit) Plutarchus περιέστη τοῖς πεμψασιν εἰς τοὐναντίον, &c. tantum enim abfuit, vt gratia, & authoritas eius minueretur, vt aucta vtraque potius fuerit, & populus multò plura ei detulerit, atque tribuerit propter hostium iudicium, qui eum metuebant, & oderant.

B Διαβολὴν οἴσειν. Crimen, & periculũ allaturum, inuidiam conflaturum: offensionem concitaturum, inuidia pressurum. διαβολὴ (δόξα. interdum, calumnia, reprehensio, &c.

Ξυμφοράν. Culpam, piaculum, illius causa, calamitatem, vitium, vt περὶ τῶν μεγίστων.

Ων γὰρ δυνατώτατος. Alteram affert causam, cur Lacedæmonij Periclem aut pulsum vrbe, aut imminutum authoritate cuperẽt. quia florebat opibus, & gratia, rempub. administrabat, & acerrimus hostis Lacedæmoniorum erat.

Αντεκέλευον δέ. Par pari referebant Athenienses. Imperabant & ipsi, vt Lacedæmonij vrbe expellerent eos, qui in Neptuni templo piaculum admiserant, abductis, atq; interemptis seruis, qui supplices eò confugerant. ταίναρον promontorium agri Laconici, Neptuno sacrum.

C Τὸν σεισμόν. Cùm Spartę omnia fere collapsa ædi-

A ficia, & Taygeti magna pars, quæ ad formã puppis prominebat, diuulsa eam ruina sua pressit. Plin.

Χαλκιοίκου. A templo æneo, vel κατ' ἄλλως condito à Chalcidensibus Eubϙæ, qui eò exules venerant. Paus. tertio Laconicorum eius ædificationẽ Tyndareus inchoauit, sed multis pòst annis Lacedæmonij absoluerunt, & Mineruæ delubrũ æneum & ipsum fecerunt.

Επειδὴ Παυσανίας. Summa istius loci illa est. Expellerent vrbe eos, qui tenebãtur piaculo propter

B Pausaniam fame enectum in Templo Mineruæ: Sed orditur altius à causis remotioribus: reuocatum ab imperio Pausaniam dixisse causam, & fuisse absolutum proditionis crimine vidimus antè. Iam narrat eum publicè posthac emissum non fuisse, sed sponte sua vrbe profectum venisse in Hellespontum: egisse cum Persarum rege per literas de subigendis Græcis: ea re audita Lacedæmoniorum Magistratus reuocasse iterum, & in carcerem primo coniecisse, deinde liberasse, postremò dete-

C cta palam proditione, voluisse illos quidem eum prehendere, sed Pausaniam re cognita in Mineruæ templum confugisse, in eo deinde muro circunseptum fame interiisse. Itaq; Lacedæmonios deæ templum polluisse, & piaculum in eam admisisse. Athenienses igitur hoc piaculum à Lacedæmoniis expiari iubebant.

Κριθείς. Reus factus, dicta causa. μὴ ἀδικεῖν, πλεονάζει.

Ερμιονίδα. ἰδία, ἑρμιονίδα, ἄνευ λακεδαιμονίων, suspi-

D ciones.

Τῷ μὲ λόγῳ. Vt ipse quidem iactabat: re autem vt D transigeret cum rege negotium.

Εὐεργεσίαν δέ. Causas explicat, quibus inductus 84. A Pausanias sperarit se voti compotem futurũ: quia beneficiũ in regẽ contulerat. κατέθετο. collocauerat.

Ερετριέων. ἐρέτρεια πόλις εὐβοίας, ἀπὸ ἐρετριέως τ̃ φαέθοντος ἑνὸς τῶν τιτάνων. Olim μελανηὶς, ἀπὸ μελανέως τ̃ εὐρύτου πατρός. ἔστι καὶ θεσσαλίας. Παυσανίας, λακωνικὴ βραχυλογία. ἔρρει τὰ καλὰ μίνδαρος.

E Παυσανίας. Conciliat sibi regem munificentia, & B captiuis, quos dono remittit: demonstrat facultatem præstandi promissa.

Παυσανίας. Hoc argumẽti pondus habet potius, quàm speciem, & insigne tituli.

Ο ἡγεμών. Facultas: Si Sparta Græcorum imperium obtinet, ego Spartæ, probabile est me posse præstare, quæ polliceor.

Δυνατός. Alter locus facultatis. μετὰ σοῦ. Communicatis tecum consiliis.

F Τοὺς λόγους πεποιῆσθαι. Rem transigemus. C

Ξέρξης δέ. Gratissimã fuisse Xerxi hãc epistolam scribit missumq; Artabatum ab eo in oram maritimam, qui adiuuaret Pausaniã ad rem transigendã.

Δασκυλῖτιν: Δασκύλιον πόλις Καρίας ἐπὶ τοῖς ὅροις τ̃ ἐφεσίας, καὶ λίμνη δασκυλῖτις, Ξενοφῶν.

Απαλλάξαντα. Abire iusso.

Αντεπιτίθει. Iniunxit, mandauit. A baiulis ἡ μεταφορά.

Τὴν σφραγῖδα. Signum, sigillum, quo erant ob-

G signatæ literæ, vt fideles haberentur.

Ωδε λέγει σημαίνεις. Agit gratias pro cognatis, & af- D finibus redditis: relaturũ etiam se pollicetur loco, ac tempore: Assentitur conditionibus oblatis, & hortatur Pausaniã, vt in hoc incumbat omni studio, & animi contentione, vt promissa præstet: se namq; nulla re ei defuturum. προοίμιον ἐπιστολῆς.

Βασιλεὺς. σεμνότης. Facit audientiam à dignitate eius, qui scribit.

Κεῖσται. Respondet τῷ κατέθετο εὐεργεσίας, quod paulo superius vidimus: ἡ μεταφορὰ à veste, & aliis id genus rebus pretiosis, quæ in arca reponuntur. manebit perpetua, & indelebilis: respicit ad morem regum Persarum. Αρέσκομαι ἀθλίως, probo quæ ad me scribis.

Καὶ σε μήτι. Nunquam desinas, nunquam remittas de diligentia.

Μὴ δὲ χρυσοῦ: Neque stet per sumptus.

85. A Αγαθοῦ: πιστοῦ.

Ὅπῃ κάλλιστα. Ex dignitate, atque vtilitate vtriusque nostrum.

Ταῦτα λαβών. Elatum his literis Pausaniam Narrat Thucydides: Itaque vitæ, & cultus rationem mutasse: insolentem, iracundum, & aditu, atque accessu difficilem factum fuisse dicit.

Ων καὶ πρότερον. αὐτὶ τοῦ τιμώμενος μάλα ὑπὸ τῶν ἑλλήνων, ἢ ὑπὸ μετὰ τῆς μηδικῆς αἰτίας, ὑπὸ πενίας οὐκ εὐεργετῶ.

Καθεστηκότι τρόπῳ. Patriis institutis, vt victu, & cultu corporis modesto, & frugali vteretur. τὰ καθεστηκότα genere neutro pro nomine appellatiuo mores recepti, & patrij, leges etiam & instituta ciuitatis significat, & τὰ καθεστηκότα πράγματα, præsens rerum status.

B Πορευόμενον. Mutauit figuram. δορυφόρουν: Stipabant eius latus: duplex ergo crimen erat: Alterum, quòd instar Tyranni circunduceret Satellites, qui latus stiparent, alterum, quòd Medi essent, & Ægyptij, id est, Barbari.

Τράπεζαί τε. Et mensa Medica ei apponebatur, id est, lauta, & opipara, non λιτή, & frugalis, vt erat Laconica.

Καὶ οὐκ ἔτι τὴν διάνοιαν. Denique continere se non poterat, quin daret signa rerum magnarum, quas animo conceperat.

Α ἔμελλε πράξειν μειζόνως, αὐτὶ τοῦ τὰ μεγάλα ἃ ἔμελλε πράξειν.

Εργοις βραχέσι. Paruis rebus, & leuibus.

Χαλεπῇ ὀργῇ. Graui, & non ferenda iracundia.

Ως τε μηδένα. Vt nemini pateret ad eum aditus.

C Καὶ ἐπειδή τε. Causas exponit cur Lacedæmonij iterum reuocauerint Pausaniam: eæ sunt, quòd iniussu eorum in Hellespontum venerit: quòd ab Atheniensibus propter vim & insolentiam Byzantio pulsus fuerit; quòd rumor dimanasset eũ cùm Persis facere, & res nouas moliri.

Κολωναῖς. Oppidum in agro Troiano, 20 millia passuum distans ab Ilio, Κολωναὶ, vt παγασαὶ, Θεσπιαί.

Ιδρυθεὶς. Sede posita, commoratus, moram ducens, nuntiabatur magistratibus eum posuisse sedem, &c.

Επράσσεν ἐς τοὺς βαρβάρους. Agitabat consilia cum barbaris, res nouas moliebatur.

Οὐκέτι ἐπέσχον. Non supersederunt amplius, non sunt cunctati.

D Μὴ λείπεσθαι. Ne discederet, id est, vt statim sequeretur.

Προαγορεύειν πόλεμον. Iudicare hostem Reipublicæ, & bellum indicere.

Διαλύσειν τὴν διαβολήν. Crimina diluturum, à se amoturum.

Εξεστι δὲ τοῖς ἐφόροις. Habent id iuris Ephori in regẽ.

86. A Διαπραξάμενος. Re transacta cum Magistratibus, ἢ χρήμασιν, ἢ λόγοις: ἢ cùm impetrasset à Magistratibus, eductus est ex carcere, ea tamen conditione, vt reus fieret, & quæstio de eo haberetur.

Καθίστησιν. καθιστάναι τινὰ ἐς κρίσιν. Facere reum aliquem, creare periculum alicui; Iam constituit se reum, & facit potestatem cuilibet sui coarguendi.

Οἱ ἐχθροὶ) (ἡ πᾶσα πόλις.

Επιμωρούντο. Sumerent supplicium.

Βασιλεῖς. Erat enim Cleombroti filius.

Λεωνίδου. Hic rex Lacedæmoniorum fuit, qui cum trecentis Spartanis impetum immensæ multitudinis sustinuit. Ηροδ. lib.7.

B Leonides } { Cleombrotus.
Πλείσαρχος Παυσανίας.

Παυσανίας. In Laconicis. lib.3.

Ανεψιὸς. Consobrinus. ἐπετρόπευεν, tutelam gesserat.

Τά τε ἄλλα. Inter alia, quæ crimini dabantur, illud etiam erat, quod victoriam de Persis sibi tantùm tribuisset Pausanias in disticho sequenti, quod curauerat inscribendum tripodi, quem dicauerat Apollini. B

C Ελεγεῖον. καταχρηστικῶς τὸ ἐπίγραμμα. ἐλεγεῖον enim propriè carmen lugubre, ac fletibus accommodatum dicitur.

Flebilis indignos Elegeïa solue capillos,

Flendus amor meus est : Elegeïa flebile carmen

Sappho. Ouid. Amorum lib.3. Eleg.8. Sed quoniam ex hexametro, & pentametro constabat, vsus deinde obtinuit, vt carmina quælibet hexametra, & pentametra ita vocarentur.

D Ακροθίνιον. Primitias manubiarum.

Ελλήνων ἀρχηγός. Quis esset qui tripodem dicasset: cui dicasset: & cur dicasset disticho hoc significabat Pausanias: videbatur omnino partæ victoriæ gloriam sibi vendicare, quæ vniuersis Græcis debebatur. Itaq; Lacedæmonij postea hoc emendarunt. Simonidis hoc fuit distichon: author Pausanias lib.3. τῶν λακωνικῶν. Pausanias lib.10. ἐν φωκικοῖς. Commune fuit Græcorum de Platæensi prœlio donum, aureus tripos ipsum sustinente æneo dracone: sed æs (inquit) adhuc manet ex eo donario

E integrum, auri quod fuit Phocensium duces amouerunt.

Εξεκόλαψαν. ἐκκολάπτω, scalpello excindo, erado, deleo. V. fabrile. C

Τοῦ μέν τοι Παυσανίου. Tamen hoc quoque crimini dabatur, inter crimina numerabatur.

Καὶ ἐπειγε δή. Confirmabatur autem suspicio cultu, victu, & insolentia, qua tunc, vel in præsentia vtebatur. L. V. ἐν τούτῳ in reatu.

F Πεπρᾶχθαι παρόμοιον. Consentaneum esse gestum fuisse eodem animo, profectum ab eodem animo.

Πράσσειν τι. Agitare nonnihil etiam cum seruis.

Ελευθέρωσιν. Et libertatem, & ciuitatem illis pollicebatur, si se adiuuissent, & summam rei secum transegissent.

Ανήκεστον. Grauius.

Νεώτερόν τι ποιεῖν. Noui quidpiam statuere. βουλεύσαί τι, &c.

G Αργίλιος. Θρᾷξ. ἄργιλος, στεφ. πόλις Θρᾴκης, ὡς θουκυδίδης. πρὸς τῷ στρυμόνι. ὁ μῦς ἄργιλος Θρᾳξὶν λέγεται. ἡ ἀργιλος. ὁ πολίτης, ἀργίλιος. 87. A

Παιδικά. Amasius.

Δείσας. Explicat quomodo id acciderit, vt famulus fidelissimus dominum prodiderit: Summa est illa: vt summã iniuriam sibi ab eo factam vlcisceretur. Sed latius res est explicanda.

Consue-

Consueuerat Pausanias, quoties ad Regem, vel ad eius ministros literas mittebat, per aliquẽ suorum addere illud in Epistolis, vt tabellarium interimerent, quò videlicet res non diuulgaretur: hoc ipsum etiam scripserat in epistola, quã erat allaturus eius Amasius. Is tamen suspicatus id, quod res erat, ex eo quòd neminem ex iis nuntiis, qui ante se ad Regem missi fuerãt redisse inde animaduertebat, aperit Epistolam: comperit mandari, vt ipse quoque interficiatur. Itaq; vt dominum perfidum vlcisceretur, rem defert ad Magistratus. Hæc iam narrat Thucydides.

Κατὰ ἐνθύμησιν ἵνα, αὐτὶ τῦ ἐνθυμηθεὶς, quia id ei venit in mentem.

Παραποιησάμενος. ὁμοίαν ποιησάμενος.

B Αὐτήκοοι γένοιτο. Id est, αὐτοὶ ἀκοῦσαι.

Βουλόμενοι δέ. Cunctatio Lacedæmoniorum subindicatur.

Ἀπὸ παρασκευῆς. Ex composito: mira βραχύτης.

Διπλῆν διαφράγματι. Duplex, disclusum septo interiecto, pariete interposito. Cic. Topic. 227. C

Αἰτιωμένου. Criminante illo, quòd nunquam à se in discrimen vocatus fuisset interea dum ei ministrabat, vltro, citroq; perferendis literis, & tamen eam referret gratiam, vt perinde, atque alij non ita fideles, pœna capitis afficeretur.

C Παραβάλλοιτο. Itaq; ingratum animum, & beneficiorum immemorem ei exprobrabat: Ego fidelissimè peregi meũ munus, quoties me ad Regem misisti, nunquam te prodidi, nullis periculis obieci: tu ingratissime, talia refers, vt me quasi abiectissimum, & nullius pretij seruum carnifici iugulandum obiicias? Ιλ. α.

Αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

Προτιμηθείη. προτιμᾶν. pluris æstimare, κυρίως. Iam dignus habitus fuisset.

Ξυνομολογοῦντος. Cùm assentiretur iis.

Οὐκ ἐῶντος. Non permittente, id est, iubente vt iram poneret, vel blanda oratione consolante, ac mitigante eius iracundiam, vel petente veniã, sed insinuatè.

Πίστιν διδόντος. Vt impunè surgeret.

Ἀκούσαντες. Res certas cùm audissent. ἀκριβῶς, planè, certè.

D Βεβαίως δ' ἤδη εἰδότες. Certiores autem iam facti.

Τὴν ξύλληψιν ἐποιοῦντο. Curabant eum cõprehendendum. eum comprehendere conabantur.

Λέγεται δ' αὐτὸν μέλλοντα. Fama erat Pausaniam cùm vidisset Ephoros ad se venire ex vnius vultu cognouisse sui prehendendi causa, eos accedere: fuisse etiam vnum ex illis, qui nutu clàm ei rem significarit: atque ita illum fuga in Mineruæ phanum se proripuisse: & in eo obsessum, fame tandem enectum fuisse. Hæc iam narrat Thucydides.

Τὸ πρόσωπον. Habet enim vultus magnas animi significationes: oculi in primis, & color sunt indices, & interpretes quidam animorum.

Νεύματι ἀφανεῖ. Id est, νεύσαντος κρύφα: nutu clandestino significare.

88. A Οἴκημα. ædicula.

Ὑπαίθριος. Ne sub dio agẽs nocturno aëre, & rore affligeretur. Erant enim templa Ethnicorũ detecta in medio propter fumum salientem ex mediis aris.

Σημαίνουσι, locum misericordiæ, à rerum inconstantia. qui enim paulo antè Græcorum dux, & Imperator fuerat: qui maxima erat authoritate

A apud barbaros etiam, ne dum apud Græcos: qui regnum totius Græciæ se adepturum sperabat, is momento temporis in eas delapsus est angustias, vt omnium rerũ inopia, & fame miserrimè sit extinctus. ταλαιπωροίη. Ne sub dio agens incommoda nocturna, diurnaque perferret.

Ἡσύχαζεν. In eo se continuit.

Ὑστερήσαντες τῇ διώξει. Qui eum insequebantur assequi non potuerunt. L. V. statimque qui insequebantur, adfuerunt.

B Οἰκήματος, Ædiculæ: nam templum medium (vt dictum est superius) erat detectum.

Τὸν ὄροφον ἀφεῖλον. Vt viderent an esset in ædicula.

Τὰς θύρας. Templi valuas obstruxerunt: mater Alcithea prima tulisse lapidem dicitur: vnde apparet, & magnitudo animi Spartani, & capitale in Tyrannos eorundem odium.

Καὶ μέλλοντος αὐτοῦ. Et cùm animam esset efflaturus. καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ἀποψύχειν ἐν τῷ οἰκήματι, αἰσθόμενοι ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ὥσπερ εἶχεν ἔτι ἔμπνουν ὄντα.

C Ὥσπερ εἶχεν. ἔμφασις: Locus misericordiæ subobscurus: quasi diceret maciè confectus erat, oculis languentibus, colore pallido, &c.

Ἐξάγουσιν: αὐτὶ τοῦ extrahunt, vel exportant. B

Καιάδαν. Σπήλαιον erat apud Lacedæmonios, in quo erat barathrũ, in quod sontes, & facinorosos homines præcipites dabant. Author Strabo, lib. 8.

Κατορύξαι. Defodere: effossa humo contegere.

Ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς. Admonitos oraculo postea Lacedæmonios narrat, vt ossa Pausaniæ transferrent in eum locũ vbi expirauerat: atq; ita illos paD ruisse oraculo: admonitos etiam vt Mineruæ duo corpora pro vno violato in eius tẽplo persoluerẽt: illos verò duas Pausaniæ statuas æneas fecisse, & eas in Mineruæ templo pro Pausania collocasse.

Ὁ γραφή. Quod lapides literis incisi declarant.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. Redit ad propositum. C

Τοῦ δὲ μηδισμοῦ. Noua digressio: Summa illa est: Lacedæmonios insimulasse Themistoclẽ eiusdem proditionis, ac per legatos contendisse, vt Athenienses eum supplicio afficerent. Porrò Themistoclem, qui tũ Argis exulabat, re cognita aufugisse, & ad Persarum regem peruenisse: à quo exceptus, & honorificentissimè tractatus fuit.

E Μηδισμός. Crimen, quod cùm Medis senserit: criminabantur per legatos etiã Themistoclem, quod & ipse cũ Medis senserat, queadmodũ fecerat Pausanias.

Ὠστρακισμένος. Extorris, pulsus patria per ostracismum.

F Ἐπιφοιτῶν δέ. Commeabat tamen etiam per reliquas Peloponnesi ciuitates.

Ὧν αὐτῶν εὐεργέτης. Post partam de Persis victoriam, agitatum est in Græcorum concilio, vt in eas quoq; ciuitates animaduerteretur, quæ belli sociæ aduersus barbaros non fuissent: in numero earum ciuitatum erant Corcyræi: Sed Themistocles eorum causa recepta rem dissuasit: ac docuit plus inde detrimenti Græciam accepturã, quàm si à barbaris bello victa, ac profligata fuisset, atq; ita belli tempestatem ab eis auertisse dicitur. D

G Δεδιέναι δὲ φασκόντων. Cùm illi vereri se dicerent, ne eius causa in odium, & inimicitias Atheniensium, Lacedæmoniorumque incurrerent, deducitur ab eis in oppositam continentem. 89. A

Καὶ διωκόμενος. Et insequentibus iis, quibus imperatum fuerat, vt quocunque ille iuisset, eum sequerentur, comprehenderent.

Κατὰ πίστιν. Ex fama, & auditione, vel sciscitantibus, ἀντὶ τ̃ πυνθανομένων.

Μολοσσῶν. Gens Epirotica.

Οντα ὐ φίλον. Miserat legatos olim Admetus petitum ab Atheniēsibus societatem, & amicitiam: ei Themistocles aduersatus fuisse dicitur. Hæc narratio retinet lectorum animos nouitate ipsa: nouum enim & inusitatum est ad inimicum confugere, &c. καταλῦσαι, κυρίως, ἐπὶ τῶν ὀχουμένων ἐπὶ ἀρμάτος, καταγεσθαι ἐπὶ νεώς.

Οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν. Aberat, peregri erat, domi non erat.

Ικέτης γενόμενος. Cui supplicē se præbuerat: quam supplex orauerat.

B Καθίζεσθαι. Ad lares sedere, de more supplicantiū.

Δηλοῖ. Indicat. Conciuncula obliqua, sed expressa paucis, ὁ δὲ ἀκούσας. Illuc vsq; pergit: φεύγοντα, profugum.

Καὶ γὰρ ἂν ὑπ' ἐκείνου. A turpi dissuadebat: magni, excelsiq; animi est inferiores nō oppugnare. Virgilius Æneid. 4. 192.

Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis,
Tuq; puerq; tuus, magnū, & memorabile numen:
Vna dolo diuūm si fœmina victa duorum est.

Υπ' ἐκείνου. Argumentum à persona.

Καὶ ἅμα αὐτὸ μέν. Altera ratio à maiori per collationem: ego te oppugnaui dū agebatur de re parua, non de tua salute: tu si me tradas hostibus me persequentibus, in apertū & capitis, & salutis meæ discrimen me conicies: hoc argumētum est à re: Mea in te iniuria leuis fuit, tua si me velis vlcisci, erit capitalis.

Χρείας τινός. Extenuatio, pro quodā cōmodo. κακῶς πάσχειν, se læsum iri.

C Μέγιστον. Grauissimum, supplicandi genus: σωτηρία τ̃ ψυχῆς, ἀντὶ τ̃ ζωή.

Επὶ τὰς θαλάσσης. Mare Ægeum.

Πολλὰ εἰποῦσιν. Longa oratione eum petentibus.

Πύδναν. Hodie Chitro, Αλεξάνδρου τ̃ φιλέλληνος ὀνομασθέντος.

D Η ὁλκάδος. Nouam rem, & admirandā adiicit superiori Thucydides: scribit Themistoclē naui delatum ad castra Atheniensium, qui Naxum oppugnabant: & in manus quodammodo eorum incidisse, quos summo studio fugiebat, & tamen felicitate quadā ereptum etiā ex eo periculo. Hæc res, hæ fortunæ vicissitudines permouent animos, & retinent lectores, præsertim cùm viri alicuius excellentis ancipites, variosq; casus legūt: eriguntur enim, & suspensi hæc admirantur, expectant, lætantur, molestiam, spem, timorem sentiunt: si verò exitu notabili concludantur, expletur animus iucundissimæ lectionis voluptate. In his artificiis excellit noster hic author.

Τὴν δὲ ἀσφάλειαν εἶναι. Laur. Val. remedium autem esse. F. P. periculum autem vitari posse: rem verò recte, ac feliciter casuram, si, &c.

Μέχρι πλοῦς γένηται. L. V. ante confectā nauigationem. F. P. donec idonea nauigandi tempestas ipsis se obtulisset.

90. A Χάριν ἀπομνήσεσθαι. Se gratiā ei pro meriti magnitudine relaturum. ξενοφῶν ἀπομνημόνευσιν αὐτῷ.

Αποσαλεύσας. Cùm in anchoris stetisset ad salum, vel in salo, in mari.

Εθεράπευσεν. Honorem illi habuit: liberaliter est prosequutus.

Χρημάτων δόσει. Largitus ei pecunias.

Τῶν κάτω. Iis, qui præerant oræ maritimæ.

Νεωστὶ βασιλεύοντα. Interfecto Xerxe per Mithridatem Eunuchū, impulsu Artabani. Legite Diod. lib. 11. 278. ξέρξου παῖδες, δαρεῖος, ἀρταξέρξης & ὑστάσπης.

Εσπέμπει. ἐμφατικῶς.

B Θεμιστοκλῆς ἥκω. Tituli speciem habet iam nomen Themistoclis, & insigne quoddā dignitatis, & authoritatis, potius quàm significationem nominis proprij: aucupatur ergo regis gratiam nominis celebritate, atq; fama: erat enim nomen Themistoclis plurimum vbiq; terrarum. Venio vt reposcam gratiam, quòd optimè sim meritus de patre tuo.

Ος κακά. Commendat se regi, & insinuat in eius gratiā, à potentia, & facultate, quam in se fuisse ait in vtramq; partem, siue in clade inferenda, hoste propulsando, & bello gerendo, siue in conferendis beneficiis in quemlibet hominem.

Οσυγχρόνου. Offendi facilè poterat rex, ꝓpter cladem, q̄ pater eius, & Persæ acceperāt: occurrit igitur, & purgat se iure, concessione, atq; necessitate: C vim vi repellere licet: necessitate impulsus, nō volūtate induct⁹ patrē tuū arma inferentē sum vltus: quare, quasi dicat, nō est ꝙ mihi ideo sis infensus.

Επιόντα ἐμοί. Adducit se ad dignitatē, quasi bellū illi vni illatū fuerit, & quasi ipse solus tempestatem illā sustinuerit. ἐν τῷ ἀσφαλεῖ: Postquàm ille cū periculo fugam arripuit, ego in tuto eram collocatus.

Τῆς ἀναχωρήσεως. Receptum intelligit Græcorum in Isthmum, & quasi fugam: non discessum regis. Ηροδ. lib. 8. per Sicinum seruum.

D Οὐ διάλυσιν. Quia ψευδῶς προσεποιήσατο. Quòd Græci victores nauali prœlio in animo haberēt ad Hellespontum nauigare, & pontes rescindere. G

Επισχών. L. V. subsidere. F. P. anno supersedens, vel anno interposito aduentus mei causam tibi significare volo.

Αὐτὸς δηλῶσαι. Coràm agere, atque significare.

Εθαύμασε. Quia profugus, & exul tamen cum authoritate agebat, ἐπέσχεν supersedit.

Κατανοήσας. Percepit.

E Καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων. Inter cætera, vt procidens regem veneraretur, instituta, mores.

Γίγνεται μέγας. Magnam apud eum authoritatem assecutus est. D

Ελλήνων. Ισαῖος, Ιππίας δημάρατος, & ἄλλοι: δημάρατος βασιλεὺς λακεδαιμονίων, ὃς ὑπὸ Κλεομένους κατεπολιτεύθη, & τ̃ βασιλείας ἐξηλάθη. Παυσ. 65. ἐν λακωνικοῖς.

F Ην γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς. Digressio & ἐγκώμιον. Laudatio ab ingenij præstantia: ex eo, ꝙ naturæ tantū munere, & domestica prudētia, nullis adiutus doctrinis adeò tamen excelleret, vt ad subitos casus præsentissimi (vt ita dicā) esset consilij: futura optimè coniiceret, quæ susciperet agenda, ea ad finē perduceret: quorum esset ignarus, ab iis cōmodè iudicandis nō esset alienus: & in rebus ambiguis bona præcipuè à malis discerneret, ex eo denique quòd ingenij bonitate, & mentis celeritate pro re, & causa diceret ex tempore optimè omnium. 91. A

Phil. Mel. Erat Themistocles firmissimo naturæ robore præditus: propter quod apud omnes G eximia admiratione meritò fuit, suopte enim ingenio, ꝙ doctrina, neq; exercuerat, neq; auxerat, præsentiū, & improuisarū rerū breuissima deliberatione egregius erat æstimator. futura autem nemo vnquam vel longius, vel certius prospexit: quę tenebat, inque manibus habebat, explicare potis erat. Incerta verò, & obscura donec deprehēdisset,

non

non acquiescebat. In rerum delectu, quo facto, quóve præterito opus esset, nullis indiciis erat oculatissimus. De quacunque re incidisset, dicebat naturæ bonitate, negligentissimè meditatus. Neque quisquam hunc extemporali in rebus necessariis vsu vnquam vicit.

Βεβαιότατα. Minimè dubiè: certissimè, sine vlla dubitatione. διαφερόντως. Quia præstabat. τι, auget nunc.

Θαυμάσαι. ἀντὶ τοῦ θαυμασθῆναι. οἰκεῖα γάρ. Amplificatio.

Προμαθών. Antequam Rempub. capesseret.

Επιμαθών. Postquam accessit ad Rempublicam.

Γνώμων. ἀντὶ τοῦ κριτής, Æstimator. Aliâs γνώμων normam significat, & stylum horas indicantem, id est, cuius vmbra internoscuntur horæ. γνώμονες etiam dentes iumentorum, ex quibus ætas eorum dignoscitur. εἰκαστής, coniector.

Τῶν παραχρῆμα. Rerum improuisarum.

Επιπλεῖστον, διόρθωσις. Dei est & omnia, & semper prospicere.

Α μὲν χεῖρας ἔχοι. Quæ tractabat, tenebat, nouerat.

Οὐκ ἀπήλλακτο. Non prius quiescebat, quàm ea didicisset, ac deprehendisset: vel ab iis commodè iudicandis non erat alienus.

Τό, τε ἄμεινον, ἢ χεῖρον. Quid melius, quídve deterius esset ante rerum euentum prospiciebat.

Καὶ τὸ ξύμπαν, vt vno verbo, vt paucis, & generatim, ac summatim dicam. μελέτης βρ. exigua deliberatione, ac commentatione.

Αὐτοσχεδιάζειν. Ex tẽpore statuere, vel dicere quæ ad rem facerent, & è re essent.

Λέγουσι δὲ καί. Clitarchus, & Stratocles: hausto sanguine Tauri, eum finisse vitam scripserunt. Author Cicero de Claris Oratoribus 168. quanquam Cicero eos reprehendit: nam (inquit) quem Thucydides, qui & Atheniẽsis erat, & summo loco natus, summusq; vir, & paulo ætate posterior, tãtum mortuum scripsit, & in Attica clam humatũ, addidit fuisse suspicionem veneno sibi cõsciuisse mortem: hũc isti aiunt, cùm taurum immolauisset, excepisse sanguinem patera, & eo poto, mortuum concidisse, rhetoricè, & tragicè mortẽ ornantes.

Μαγνησία. Magnesiam, Lampsacũ, & Myuntem tres istas ciuitates Themistocli à rege datas scribit Plutarchus, in panem, vinum, & opsonium.

Προσέφερε. πρόσοδος.

Λάμψακον. Ingentem vini copiam, & vini laudati ferebat oppidum in Hellesponto Abydo proximum.

Μυοῦντα. Ciuitas Ionica. Strabo, lib. 14. vna ex 12 Ionicis.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Redit eo vnde fuerat digressus. Καὶ πρῶτον μὲν πρέσβεις πέμψαντες οἱ λακεδαιμόνιοι, ἐκέλευον, &c.

Απανίστασθαι. Vt obsidere Potidæam desisterent. L. V. Iubent restitui Potidæatas, sed malè hunc locum vertit.

92. Εὐδηλότατα. Apertissimè, disertissimè.

Ψήφισμα. Videte Plutarchũ in Pericle, cùm per iocum Polyarces, dixisse fertur Pericli pertinaciter recusanti. Σὺ δὲ μὴ καθέλης, ἀλλὰ στρέψον εἴσω τὸ πινάκιον. οὐ γὰρ ἐστὶ νόμος ὁ τοῦτο κωλύων. Plut. in Pericle.

Καθελεῖν. Quia in loco edito fuerant propositæ tabellæ.

Επικαλοῦντες, ἀντὶ τοῦ ἐγκαλοῦντες, ξενοφῶν lib. I. ἑλλ. 253. εἰ δέ τις ἐπικαλοίη τι αὐτοῖς. λόγον ἔφασαν χιλίων δίδεναι. hinc ἐπίκλημα. σοφοκλ. οἰδ. τύρ. κ' εἰ μὲν φοβεῖται τοὐπίκλημ' ὑπεξελών.

Αορίστου. Qui nullo limite erat definitus: cui nullus erat dominus. erat enim sacer, dicatus Cereri.

Υποδοχῆ. ὅτι ὑπεδέχοντο: quia recipiebant.

Μελησίππου. τοῦ διακρίτου, ἄνδρα παρῆλθεν. 20.

Γνώμας. Dicendæ sententiæ potestatem omnibus fecerunt, consulendi potestatem fecerunt.

Καὶ ἔδοξε. Et placuit habita consultatione hac de summa rerum, respondere. ἅπαξ) (ἁπάντων.

Επ' ἀμφότερα. In vtramque partem sententiam dicebant.

Periclis concio.

Τῆς μὲν γνώμης. Adhortatio ad bellum est ista concio, si summam eius, & totum genus spectemus: & ad genus deliberatiuũ propterea meritò reuocanda: quanquam habet admixtum genus etiam iudiciale in ea parte, in qua accusat Lacedæmonios iniqua postulãtes, & instar dominorum imperantes. Est igitur adhortatio ad bellũ: sed in tres partes distribuitur. Prima pars habet accusationẽ Lacedæmoniorum, & de iure disceptationẽ. Secunda habet demonstrationem facultatis belli administrandi: extenuat opes aduersariorum, & multas, magnasq; difficultates in eorum rebus esse docet: contrà per collationem extollit, & amplificat facultates Atheniensium: & omnia ferè in illis superiora esse probat: ita vt efficiat non dubitandum esse de victoria. Tertia, & postrema pars habet sententiæ explicationem: qua docet quid respondendum sit Legatis Lacedæmoniorum. Argumenta, quæ in iis partibus tractantur ostendemus cùm singulas explicabimus.

Τῆς μὲν γνώμης. Procœmium est ex ipsis causæ visceribus ductum. Nam & perpetua oratione suadet: Pericles bellum, & censet nullas conditiones esse accipiendas, & in procœmio statim hoc ipsum facit: est enim author vt nulla in re cedatur Lacedæmoniis: hanc verò suam sententiam commendat ex eo, quòd docet non subitam esse, & extemporaneam, sed iampridem, & maturè cogitatam. Habet præterea hoc procœmium petitionem, vt si belli euentus ad votum non fuerint, eius rei culpam nolint Athenienses sibi vni tribuere, quæ publico omnium consensu fuerit suscepta.

Propositio. In eadem sententia semper permansi, non esse cedendum Peloponnesiis.

Aduersaria propositio. Quanquam noui homines non eodem animi impetu bella administrare, quo suscipiũt gerenda, sed pro rerum euentu sententiam mutare.

Conclusio. Quare eadem suadebo etiam hodie; quæ semper suasi, atque sensi.

Αξίωσις. Peto autem à vobis, qui meam authoritatem estis secuturi, vt siquid contra ac speramus, acciderit, eius culpam ne omnino mihi vni tribuatis.

Exornatio à loco contrariorum: quandoquidem famam, & gloriam eorum, quæ rectè, ac prosperè gesta fuerint, non mihi vni concedetis, sed eam vobis maxima ex parte vendicabitis.

Ratio exornationis, æquè enim sunt fallaces rerum, bellorumque exitus, atque opiniones hominum.

Ἔχομαι τῆς γνώμης. Hærere, perſtare in eadem ſententia.

Καὶ γὰρ εἰδώς. Pericles vir ſapiens, cui erat nota, & perſpecta leuitas popularis, & incõſtantia proſpiciebat id quod accidit: pœnitẽtiam ſcilicet vulgi: nouerat populum Athenienſem facilè bella decernere, ac ſuſcipere, ſed in ipſo belli ardore refrigeſcere, & langueſcere: itaque ſequebatur (vt in progreſſu eueniſſe videbimus) vt Athenienſes in eos, qui belli authores extitiſſent, culpam transferrent omnem, quaſi ipſi ſuis ſuffragiis idem non comprobaſſent. Hoc igitur intelligens Pericles, culpam iſtam deprecatur, vel potius reiicit à ſe crimen, & purgat ſe per occupationem, & ſi quid aduerſi in hoc bello acciderit, eius culpam fortunæ, non ſibi tribuendam eſſe dicit.

Ὀργῇ. Non eodem impetu animi, ſed longè diuerſo: quaſi dicat, facilè enim & alacriter bella ſuſcipiunt: ſed in ipſo belli ardore deinde ipſi refrigeſcunt. Planior fuiſſet oratio, ſi fuiſſet aliter enuntiata: id eſt, Quamuis intelligam homines non eodem animi ardore bella adminiſtrare, quo ea gerenda ſuſcipiunt: ſuſcipiunt enim alacriter & facilè, quaſi dicat, ſed vbi eius incommoda, & clades ſentire incipiunt, franguntur, ac debilitantur. Sic (inquam) oratio fuiſſet longè planior, ſed mos familiaris eſt Thucydidi per contrarios ſenſus res enuntiare.

Τὰς γνώμας τρεπομένους. Figura Gr. *caſuq; animum concuſſus amicus, Et deiectus caput.* Virg. Æn. 5. 242.

Ὁρῶ δέ. Concluſio: quare nunc quoq; eandem dicam ſententiam.

Ὅμοια καὶ παραπλήσια: ἐπιμονή.

Δικαιῶ. Petitio, ἀξιῶ, vel æquum cenſeo: in ſacris literis tueri ſignificat, & efficere vt quis ius ſuum obtineat, vt δικαιώσατε χήρας. Δικαιῶ βοηθεῖν, id eſt, νομίζω δεῖν βοηθεῖν.

Βοηθεῖν. Inſinuatio, id eſt, ne culpam omnem in me vnum transferatis, ſed vos etiam, qui mihi aſſentimini eandem culpam ſubeatis.

Ἢ μηδέ. A loco contrariorum exornatio, alioqui rerum rectè, ac proſperè geſtarum gloriam ne vobis vendicetis: ſed gloriam, quaſi diceret, eſtis vendicaturi. ergo culpam etiam minimè recuſetis. Locus ἀπὸ τοῦ δικαίου: æquum eſt, vt qui rei dubiæ, & incertæ ſe committit, is ſit particeps, & ſocius, non ſolùm ſecundarũ, ſed etiam aduerſarum rerum, quæ eueniunt.

Κατορθοῦντας. Re rectè, ac feliciter geſta: aliâs κατορθοῦν rectè, & ſecundum virtutem agere aliquid, vnde κατορθώματα officia, recta Cic.

Τῆς ξυνέσεως. Id eſt, laudem prudentiæ, καὶ περισσὴ φέρουσα ἐς μετὰ τοὺς πολλοὺς ἀρετήν.

Ἐνδέχεται γάρ. Licet: Probat bellum eſſe rem dubiam, & incertam, ratio ſumpta à belli natura, quæ varia & mutabilis eſt. Ὅμηρος. ξυνὸς ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα. vſu enim venire ſolet, vt belli euentus æquè fallaces ſint, ac hominum cogitationes, atque opiniones.

Ξυμφορὰς. Iam euentus, caſus, exitus: aliâs vitium. 15. 10. οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τελῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας, ἢ μαλακίας, ἢ ἀμελείας. Aliâs infortunium 15. 17. ὡς καὶ διὰ τὴν ἐκείνου ξυμφορὰν τὸ μέρος ἔσται ὁ πόλεμος.

Ἢ καὶ τὰς διανοίας. Confirmatio à maiori: ſi cogitationes hominum fallaces, &c.

Δι᾽ ὅπερ καὶ τὴν τύχην. Confirmat rem exemplo: Itaque ſolemus fortunæ tribuere, eamque culpare, ſi quid temerè accidit: paulo antè petiit, vt qui ſuæ authoritati aſſenſi fuerint hi ſi quid aduerſi accidat, culpæ participes, & ſocij eſſe non recuſent, hîc molitur artificioſè aliud quidpiam: petit enim vt fortunæ culpam cladis, ſi qua præter ſpem accipiatur, tribuant. quaſi dicat, ſi mecum culpam ſubire recuſatis, ſaltem fortunæ eam tribuite, & me ſimul, vosque ipſos hoc crimine liberate.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Ingreditur iam in cauſam: & de iure diſceptat aduerſus Lacedæmonios: ſed prius onerat eos inuidia; & fraudis, atque inſidiarum eos accuſat. Propoſitio: Cùm antea iampridem Lacedæmonij nobis inſidiati ſunt, tum vel maximè hoc tempore nobis inſidiantur, & per dolum, ac fraudem in ſeruitutem nos redigere conantur.

Πρότερόν τε. Themiſtoclis temporibus, cùm nolebant vrbem muniri mœnibus: exemplum.

Εἰρημένον γάρ. In tricennali fœdere. ratio. nam contra fœderum conditiones armis potius, quàm iure crimina volunt perſequi: Nam cùm diſertè ſit expreſſum in fœderis conditionibus, de rebus controuerſis iudicio viciſſim inter nos eſſe diſceptandum, interea vtriſque noſtrum retinenda ea, quæ obtinemus, tamen ipſi non iudicio, ſed armis ſuum ius perſequi malunt.

Πολέμῳ μᾶλλον. Immanitatem, ac feritatem latenter obiicit Lacedæmoniis. Belluæ enim eſt vi potius, quàm iure contendere.

Καὶ ἐπιτάσσοντες. Incrementum, rerum ſub aſpectum penè ſubiectio: verbis ipſis (quantum fieri poteſt) Tyranni perſonam ſub oculos conſtituit imperantem, & iugum ſeruitutis quodammodo imponentem.

Καθαιρεῖν. Reſcindere.

Προαγορεύουσιν. Præcipiunt, aliâs prædicere.

Ὑμῶν δὲ μηδείς. Reſiſtit nonnullorum opinioni. Occurrit ad illud: reſcindatur decretum, leuis eſt res, & nõ tanti facienda, vt propterea bellum grauiſſimum ſuſcipiatur. ἔνστασις: Non eſt res leuis, ſed grauiſſima. Probatio. In eo agitur veſtra libertas. nam ſi paruam iſtam rem, & leuem conceſſeritis, ſtatim maiora, atq; adeò grauiſſima imperabunt.

Προὔχονται. αὐτὶ τοῦ προϊσχόμενοι λέγουσιν. Prætexunt, quo ſuas inſidias prætexunt. Coniugium vocat. *Hoc prætexit nomine culpam.* Virg. 4. Æneid. 194.

Μηδ᾽ ἐν ὑμῖν αὐτοῖς. Ne querelæ aliquis locus apud vos ipſos relinquatur: ne aliquãdo queramini vos ipſi de nobis. ne aliquando vos pœniteat, & vos ipſos accuſetis.

Τὸ γὰρ βραχύ τι. Res enim iſta breuis, & exigua continet omne ſpecimen, & documentum veſtræ conſtantiæ. βραχύ. Hoc dicit ex plebis, & imperitorum opinione, quam eleuat & deridet.

Προσφερέσθαι: δεῖν δηλονότι.

Οἷς. λακεδαιμονίοις δηλονότι.

Ἀπισχυρισάμενοι. Acriter abnuentes, recuſantes.

Αὐτόθεν δή. Concluſio argumenti διλημματικῶς. Sic igitur ſtatuite vel imperata facere, antequàm belli clades experiamini, vel recuſare imperata, & bellum gerere, vt &c.

Ἢ εἰ πολεμήσομεν. Conſecutio erat, ἢ πολεμεῖν, καὶ μὴ εἴκειν. ſed quia de re incerta agit, hoc modo dixit.

Εἴξο-

Εἴξοντες. αὐτὶ τοῦ εἴξειν. καὶ εἴξοντες, αὐτὶ τοῦ εἴξειν. definitio quædam est τὸ μὴ εἴκειν. quasi diceret, quid est non cedere? est retinere tutò, ac sine metu ea, quę possidemus, nostram ditionem.

D Τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δούλωσιν. Κοινὸς τόπος. Nam siue magna, siue parua imperentur paribus, res ipsa vim eandē habet: & valet ad seruitutis iugum imponendum iis, qui parent, & imperata faciunt: vel eandem affert seruitutem obedientia. Qui imperata faciunt, siue magna, siue parua sint, seruiunt nihilominus iis, à quibus hæc imperantur.

Δικαίωσις. Postulata.

Πρὸ δίκης. Mouet inuidiam.

Τὰ δὲ τοῦ πολέμου. Hæc est secunda pars concionis: in qua demonstratur belli facultas: extenuantur opes aduersariorum: multæ, magnæque difficultates proponuntur, quibus illi premuntur: contrà per amplificationem extolluntur opes Atheniensium: & cùm omnia ferè superiora in illis demonstrentur, efficitur non dubitandū esse de victoria.

Ἀπόφασις αὐτὶ καταφάσεως. Belli autem apparatus, C & facultates, atque opes vtriusque nostrum iam singillatim cognoscite, & videatis quàm simus superiores.

Τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων. Vectigalia, copias vrbanas, & socias, arma, equos, &c.

94. A Αὐτουργοί. Exponit difficultates Peloponnesiorum: adeò sunt pauperes, vt cogantur opere quotidiano victum quærere. Itaque, quasi dicat, non poterunt diutius bellum sustinere. Αὐτουργοὶ dicuntur opifices, qui opere & manibus suis victū quæritant, inopes iam significat.

Χρονίων πολέμων. Altera difficultas: nō consueuerunt bella diuturna, & transmarina gerere: Itaq;, quasi dicat, simul atq; istud bellum attigerint, statim defessi satietate manus dabunt, ac cedent nobis.

Διὰ τὸ βραχέως αὐτοί. Quia ipsi inter se quæ bella gerunt intra Peloponnesum gerunt, & ad tempus exiguum. βραχέως) (χρονίων.

Καὶ οἱ τοιοῦτοι. Pauperes, inopes. πολλάκις. ἐπιδιόρθωσις.

Ἀπὸ τῶν ἰδίων. Confirmatio à damnis, & difficultatibus: ne deserant rem familiarem, quia nullum habent stipendium, quia maris imperium est nostrum, propterea neque classes mittere, neque exercitus ducere poterunt.

Θαλάσσης. Maris vsu.

Αἱ δὲ περιουσίαι. A contrariis: opes, & pecuniæ sunt belli nerui.

B Σώμασί τε. Commoratur in re eadem, & extenuat opes Peloponnesiorum: corporibus magis, quàm opibus bella gerunt inopes, quod, quasi diceret, illiberale, ac seruile opus.

Τὸ μὲν. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Πιστὸν ἔχοντες. Persuasum habentes, sperantes, id est, corpora seruari posse ex belli periculis sperantes, fortunas verò suas absumptum iri persuasum habentes. Hunc locum Laurentius Valla parum commodè videtur expressisse.

Μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ. Probat Peloponnesios ad bella G diuturna minus aptos esse.

Μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ. Confirmat quod paulo antè attigit, Peloponnesios non posse sustinere bellum diuturnum, à dissimilitudine apparatus: sed vt res sit probabilior, concedit illis prius nescio quid, vt postea hoc extorqueat.

A Μὴ πρὸς ὁμοίαν. Quia nos nautici, illi pedestres: nos classe quamlibet Peloponnesi partem infestabimus, illi vix tantùm Atticam. μὴ πρὸς ὁμοίαν, αὐτὶ τοῦ πρὸς ἀνομοίαν.

Ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ. Confirmat ex eo quòd occasionem arripere illis non licebit. cur ita? quia diuersæ, ac plures ciuitates sunt, & diuersa consilia agunt: Itaq; dum alij alio tempore deliberant, occasio præteruolat. nos, quasi diceret, vna curia, vnus cœtus, vno, eodemque tempore de rebus gerendis deliberamus, & eas exequimur. Belli administratio sita est in occasione: quam qui arripit, is meliore conditione est. Peloponnesiis hoc non licet: cur ita? quia, &c.

B

Ὅταν, ἐνδιαγηῇ, αὐτὶ τοῦ οἵ τινες. παράχρημα. è re nata.

Πάντες τε ἰσόψηφοι. Altera causa: quia ferendi suffragij ius par est omnibus: & cùm diuersę sint gentes, & tamen habeant ius par in suffragiis, alij alio distrahuntur, & suam quiq; rem agunt: gentis diuersitas facit, vt suis quique commodis seruiant: ἡ ἰσοψηφία præbet facultatem huius rei. C

Καὶ γὰρ οἱ μέν. Exemplo rem confirmat: Corinthios autem innuit.

Οἱ δέ. Ad quos non pertinent iniuriæ Corinthiorum.

Τὰ οἰκεῖα φθεῖραι. Id est, suos fines vastari hostium incursionibus. sed quia culpa eorum hoc futurum erat, ideo huiusmodi vastationem ipsismet tribuit.

Χρόνιοί τε. Alias affert difficultates Peloponnesiorum: rarò coëunt, & de republica deliberant, D & cùm coëunt exiguo temporis momento de republica consultant: reliquum tempus ponunt in curanda re priuata. χρόνιοι, διὰ χρόνου, longo temporis interuallo.

Καὶ ἕκαστος. Imprudentiam eorum carpit, qui putarent rempublicam nihil detrimenti posse accipere ex sua negligentia. Δημοσθ. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο ὅτι μελλόντων ὑμῶν, ἑτέρους τινὰς ἐλπιζόντων πράξειν, αἰτιωμένων ἀλλήλους, κρινόντων, πάλιν ἐλπιζόντων, σχεδὸν ταῦτα ἅπερ νυνὶ ποιούντων, ὁ χρόνος ἅπας διελήλυθεν. secunda Olynth.

E Μέλλειν δέ τινι. Sed putat esse aliū, qui curet rempublicam, & pro se ipso ei prospiciat. Describit suis coloribus ingenium negligentis.

Ὥστε τῷ αὐτῷ. Consequentia incommoda: Itaq; hac priuatorum omniū opinione vniuersa respublica collabitur.

Μέγιστον δέ. Repetit locum inopiæ, & eam diffi- D cultatem, qua maximè Peloponnesij premebantur: demonstrat eos nullam habituros facultatem belli administrādi, propter pecuniarum inopiam.

F ἐπιμονὴ μέγιστος, αὐτὶ τοῦ, μάλιστα. τῇ σπάνει, penuria.

Quod autem maximum est. πραζόμενοι, querentes, promentes, parantes. πόροι, vectigal, ratio parandæ pecuniæ. διαμέλλωσι, cunctabuntur.

Τοῦ δὲ πολέμου οἱ καιροί. Belli autem occasiones mo- 95. A ram, & cunctationem non ferunt. præteruolant, sunt præcipites. Δημοσθ. prima Philippica. οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ οὐ μένουσι τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα, καὶ ῥᾳθυμίαν, hic locus est petitus ex secundo de republica Platonis 386.32. οὐ γὰρ οἶμαι ἐθέλει τὸ πραττόμενον τὴν τοῦ πράττοντος σχολὴν, περιμένειν, ἀλλ᾽ ἀνάγκη τὸν πράττοντα τῷ πραττομένῳ ἐπακολουθεῖν ἐν τῷ παρέργου μέρει. καιρὸς autem est temporis articulus, quo res quæque opportunè geri potest: qui si negligatur, aut non ita commodè geri potest. est enim ὀξύς. Ἱπποκρ. ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς.

Καὶ μὴν οὐδ᾽ ἡ ἐπιτείχισις. Tollit nonnulla impedi-

menta causæ: & occurrit ad illud: poterūt nos terra, mariq; obsidere: λύσις κατ' ἔνστασιν à rei difficultate.

Επιτείχισις. Circūuallatio, munitionū extructio.

Φρούριον δὲ. Ad Deceleam respicit Thucydides, & compensat incommodum incommodo: extenuat suum: extollit hostium cladem.

Αντίπαλον. Vrbem, quę nostræ parem habeat potentiam.

Ηπου δή. Iam multo magis est difficile, & arduū. ἐν πολεμίᾳ, in hostico) (ἐν εἰρήνῃ, τὴν μὲν) (ἀντιπαρατεταγμένων. Αὐτομολίαις. transfugiis.

B Πλέον γὰρ ἡμεῖς. Facultatem proponit. non poterunt impedire nos propter imperitiā rerum nauticarum: exornat hanc sententiam κατ' σύγκρισιν: confert peritiam Pelopōnesiorum cum peritia Atheniensium, & fructus, quos vtrique ex ea re percipiunt: ac docet Athenienses antecellere, & longè superiores esse Peloponnesiis. ἐκ τῆς ναυτικοῦ: quod est longè difficilius.

Plus enim profecimus nos ad prœlia terrestria ex vsu rerum nauticarum, quàm illi ad prœlia maritima, ex vsu rerum terrestrium.

Τὸ δὲ τῆς θαλάσσης. Occurrit ad illud: poterunt ipsi quoq; rerum maritimarum scientiam cōsequi: negat κατ' ἔνστασιν. Probat exemplo suo. Locus à maiori ad minus. Nā ne vos quidem, qui ei rei operā studiosè datis à bello vsq; Medico, hanc rerum nauticarum scientiam absolutè, ac perfectè adepti estis. πῶς δὴ ἄνδρες. Conclusio argumenti.

Πρὸς μὲν γὰρ ὀλίγας. Loci expolitio ab euentis.

C Διακινδυνεύσαι. Periclitarētur: periculū subirent.

Θρασυνόμενοι. Cōfirmantes numero nauiū suam imperitiam.

Ησυχάσουσι. Supersedebunt. abstinebunt ab ista exercitatione.

Μελετῶντι. Participium pro nomine. ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ μὴ μελετᾶν.

Οκνηρότεροι. Cunctantiores, timidiores, minus audaces ad hoc.

Τὸ δὲ ναυτικόν. ἐνθύμημα: ars nautica colenda, vt cæteræ. Commoratio: τέχνης ἐστί. ad artem pertinet, quæ quasi diceret, nisi lōga, & assidua exercitatione disci non potest.

Εκ παρέργου. πάρεργον. Appendix, & id, quod additur operi instituto: vt, si inter explicandum Thucydidem locum aliquem vel Euripidis vel Sophoclis, vel Homeri explanemus, hoc est πάρεργον. vel si inter eundum aliquid negotij conficiamus. quod attingendū fuit: Cicero de Vniu. 200.26. ne in eo, quod attingendum fuit, quàm in eo, cuius causa id attigimus, lōgior ponatur oratio. opera succisiua.

Οὐκ ἐνδέχεται μελετᾶσθαι. Disci non potest succisiuis operis, & nō assidua exercitatione. ἀντιμεταβολή. Esse oportet, vt viuamus; non viuere, vt edamus.

Αλλὰ μᾶλλον μηδέν. Imo indiget toto animorū studio, vt illa, vna tantū exerceatur, nulla res alia præterea. Imò nullius alius rei studiū ad eam accedere oportet. non patitur societatem rei alius, quam quis meditetur, & exerceat.

Εἴ τε, καὶ κινήσαντες. Occurrit ad illud: Quamuis sint inopes, tamen poterunt vti pecuniis, & auro, atq; argento, quæ sunt Olympiæ, & Delphis: itaq; solicitabunt remigia, & milites classiarios, & maiore mercede persoluta nobis eos surripient. Occurrit igitur κατ' ἔνστασιν. At ne hoc quidem est nobis metuendum. nam nos ipsi, & inquilini naues cōscendemus, vt cæteri deficiant, prætereagubernatores nauium, & cæteri ministri plures nobis sunt, quàm cæteris Græcis vniuersis.

Κινήσαντες. κινεῖν dicitur εἰδικῶς de re quam non licet loco mouere, de re sacra, aut simili: vt κινεῖν τὰ καθεστηκότα, res nouas moliri, & iura, ac leges ciuitatis immutare. Sic Virg. lib. 2. Æn.

Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero. ———

Ολύμπια Ολυμπιάσιν.

Μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν. ἀντίθεσις. L. V. etiam si ipsi neque D hostes nobis essent, & cum suis incolis nauigarēt. F. P. huius loci hic est sensus: verendum hoc esset, nisi nos essemus aduersarij, qui & ipsi, & inquilini naues conscendere poterimus, & resistere ipsis. ἡμῶν, ἔμφασις. ὅπερ κράτιστον: & quod valet plurimum, quod præcipuum est, quod caput est.

Υπηρεσίαν, κελευστάς, περινεώτας &c. 96. A

—*Et qui requiemq; modumq;*
Voce dabat nautis animorū hortator Epopeus.

Ouid. lib. 3. Met. 40. 12.

Υπηρεσίαν. ἀντὶ τῆς ὑπηρέτας.

Αμείνους. Peritiores.

Καὶ ἐπὶ τῷ κινδύνῳ. βίαιον. Quinetiam ne peregrini quidē transibunt: prima ratio à periculo, ne cogātur propterea à sua quisq; patria exulare. secunda ratio: ne adiungant se partibus imbecillioribus ξένων: qui tamen essent in ditione Atheniensium.

Δέξαιτο. Acceperit cōditionē: in animū induxerit.

D Επὶ τῷ κινδύνῳ. Proposito isto periculo ὥστε φεύγειν.

Μετὰ τῆς ἥσσονος. Id est, cum partibus inferioribus, & quæ propterea minus spei habeāt de victoria, cum iis qui minus de victoria sperant.

Καὶ τὰ μὲν Πελοποννησίων. Epilogus alterius partis est, vt ad alteram collationis partē veniat. τοιαῦτα. Inopes, infirmæ. παραπλήσια. Correctio.

Τὰ δὲ ἡμέτερα. Nostræ autē res nō solùm iis vitiis, atq; iis difficultatibus carent, quibus laborant, & premuntur Peloponnesij, sed etiā habent præterea alia commoda potiora, ac superiora. ἀντὶ τοῦ ἡμῶν δ' ἐστί. Απηλλάχθαι. Carere illis, &c. Methodus modestiæ: vitat arrogantiam. Καὶ ἄλλα. ἔμφασις.

Ην τ' ἐπὶ τὴν χώραν. Compensat incōmoda maioribus incōmodis, & clades cladibus: si illi terra, nos mari eos infestabimus, & exscensionibus atq; incursionibus fines eorum populabimur: hîc docet Peloponnesios longè inferiores futuros. B

Καὶ οὐκέτι ἐκ τοῦ ὁμοίου. Απόστασις ἀντὶ καταφάσεως. Sic verò clades, & detrimentum non erit par, si pars Pelopōnesi vastetur, & noster totus ager, id est, multo maiorem cladem, grauioremq; accipiēt hostes, si pars Peloponnesi vastetur, quàm nos si tota Attica. Hinc verò apparet tacitè, fines Atticæ fuisse perangustos.

Οἱ μὲν γὰρ Ratio: Illi enim non habebunt alios fines, vnde fructus capere, ac sustentare se valeant, nisi fortè armis aliqua parte finium potiantur: nos verò, &c. κατ' σύγκρισιν.

Αντιλαβεῖν. Quam loco amissæ, ac vastatæ occupent.

Αμαχεί. Occurrit ad illud: Imò poterūt. At non sine pugna.

Σκέψασθε. Attendite: facit attentionem.

Εἰ γὰρ ἦμεν. ἐξ ὑποθέσεως.

Καὶ νῦν χρή. Suadet Pericles Atheniensibus, vt ædificia, & agros Atticos pro derelictis habeāt: & ita sibi C

ita sibi persuadeant, nulla prædia, nullos fundos, ac villas sibi esse in Attica. Intelligebat Pericles vir sapiens populũ Atheniensem ægerrimè laturum, si vidisset agrum vastari; ædificia incendi, ac dirui: erat enim mirificè excultus ager Atticus, & ædificiorum elegantia ornatus: quare docet parui esse facienda hæc, penitusque negligenda, & in belli summam incumbendum.

Διανοηθέντας. L. V. cui rei nunc animo proximè accedentes. F. P. suscepta quã simillima cogitatione, opinione. Id est, oportet nos concipere hoc ipsum animis, & quasi persuadere nobis ipsis, nos insulam incolere, nihil in continenti habere.

Αφεῖναι. Missa facere, pro derelictis habere.

Φυλακὴν ἔχειν. L. V. Custodiam habere. F. P. tueri præsidiis, & custodiis. ἀντὶ τοῦ φυλάσσειν τὴν πόλιν, καὶ τὴν θάλασσαν.

Καὶ πελοποννησίαν. Pericles refrænare studet populum Atheniẽsem, quem intelligebat (vt in progressu historiæ videbimus) impatientẽ fore, & cõtra hostem iturum. Itaq; deterret eum ab impetu temerario. Incommoda enim, & pericula ipsi proponit nisi rem prudenter aggrediatur. ὀργισθέντας: τὸ αἰσχρόν.

Κρατήσαντές τε. Δηλημμα: Vel secundũ, vel aduersum prœlium faciemus: Si secundũ, nihil profecerimus: Etenim posthac erit nobis iterũ confligendum cũ non inferiore hostiũ numero: sin aduersum, socij deficient, & ad florentẽ fortunam transibunt.

Σφαλῶμεν. Extenuatio.

Οθεν ἰσχύομεν. Per quos valemus, & firmi, ac potentes sumus: quibus nituntur opes nostræ, ac nostrum imperium.

Προσαπόλλυται. ἔμφασιν habet πρὸς, præter iacturam factam in prœlio.

Ησυχάζουσιν. In officio, & fide permanebunt, ac perstabunt.

Μὴ ἱκανῶν. Contemnent nostram fortunam afflictam.

Τὴν τε ὀλόφυρσιν. Supple χρή: non villæ, & agri, sed hominum corpora sunt deploranda.

Οὐ γὰρ τάδε τοὺς ἄνδρας. Aristoteles lib. I. Rhet. vbi de comparatione bonorum præcepta dat, καὶ τὸ ποιητικὸν μεῖζον ἀγαθόν.

Αλλ' οἱ ἄνδρες. ἀντιμεταβολή.

97. Καὶ εἰ ᾤμην. Ac si sperarem me vobis persuasurum, suaderẽ planè, vt ipsimet egressi vestras villas vastaretis. Hic sensus est: suadeo, & author sum, vt vos ipsi potius villas & ædificia vestra diruatis, ac demoliamini: sed quia hoc durius intelligebat esse, & difficile persuasu, ita loquitur, & fatetur τὸ πλημμα.

Καὶ δεῖξαι. Et planum facere Peloponnesiis, vos istarum rerum causa, nunquam illis esse obtemperaturos: ac declarare animi vestri altitudinem.

Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔχω. περιέλπισις amplificationi seruiens. Quanquam multa habeo præterea, quæ mẽ sustentant, & victoriam sperare cogunt.

Ην ἐθέλητε. Affert quasi exceptionem quandam: istis tamen cõditionibus, si ab imperio propagando interea abstineatis, dum bellum geritis. Hoc dictum à persona Thucydidis, qui cladem ingentem ab Atheniensibus in Sicilia acceptam sciebat. αὐθαιρέτους voluntaria, verùm quæ illa sint, planum fiet & aliâs dum bellum geretur.

Αλλ' ἐκεῖνα μέν. Transitio.

Νῦν δέ. Dicit iam sententiam, quid sit Legatis Lacedæmoniorum respondendum.

Αποπέμψωμεν. Cùm stomacho hoc dictum: Αποπέμπομεν eos, qui molesti nobis sunt. Itaque quasi diceret, nos ista molestia liberemus.

Ην καὶ Λακεδ. Par pari refert Pericles, & retinet dignitatem populi Atheniensis. Respondeamus (inquit) nos Megarẽsibus esse permissuros vsum mercatuum, & portuum, si et Lacedæmonij permittãt nobis, & sociis nostris vsum suæ ciuitatis. & nos missas facturos Græcas ciuitates, quæ liberæ erant cùm fœdus initum est: si ipsi etiam permittãt suis legibus vti eas ciuitates, quæ in ipsorum ditione sunt: dicamus paratos nos esse ad cõtrouersias iudicio dirimendas, & iure disceptandum, vt est in fœdere, nec bellum esse moturos: at lacessitos armis, vim propulsaturos. Hæc est summa responsi: quo Pericles par pari refert Lacedæmoniis, & aduersus eorum postulata, postulat & ipse, quæ idem valent.

Κωλύει. ἀργητικὸν, ἀντὶ παθητικοῦ: vt illud nõ cauetur in fœdere, ita etiam hoc de peregrinis exigendis. à contrario sensu: si ea sunt præstanda, quæ non cauẽtur in fœdere, & vos postulatis vt permittamus Megarensibus vsum, &c. postulamus nos etiam contrà, vt vsum ciuitatis vestræ permittatis nobis, & nostris sociis. idem enim ius est.

Εἰ καὶ αὐτονόμους. Sed non erant αὐτόνομοι cùm fœdus initum est, & tamẽ vos tum nihil de ea re questi estis. ergo nunc facitis, quasi dicat, iniuriam, qui talia iubeatis.

Αὐτονομεῖσθαι. Compositum pro simplici.

Δίκας δοῦναι. Iudicio sese offerre) (δίκας δέχεσθαι. Accipere, non recusare iudicium oblatum. Ταῦτα γάρ. ἐπίλογος. Hæc responsa sunt illis danda, hæc habent in se æquitatem, & dignitatem.

Εἰδέναι δὲ χρή. Bellum futurum omnino asseuerat Pericles. monet igitur Athenienses, vt libenter, & alacriter hoc suscipiant: proponit commoda secutura. fore enim ostendit si volentes, ac lubentes hoc suscipiant, vt minus graue, ac molestum sit, & maximam afferat gloriam, & dignitatem: exemplis etiam maiorũ eos mouet, qui paruis opibus non dubitauerint maxima subire pericula, atque ita imperium propagare.

Εχθροὺς μέν. Graues, infestos.

Εκ τε τῶν μεγίστων. πίνδαρος: ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι. ὑποστάντες μήδους. Sustinentes Medos.

Οὐκ ἀπὸ τοσῶνδε. Amplificatio per collationem: & ne tantum quidem imperium nacti, quantũ, quasi dicat, nos habemus.

Γνώμῃ. Consilio: quia vrbem deseruerunt: & in re nautica, & classe fortunas, & salutem suam omnino posuerunt.

Τύχῃ. Id est, opibus fortunæ.

Μὴ ἐλάσσω. Amplificatum, & auctum.

Παραινεῖν ἄριστα. Cùm maximè probassent eius sententiam. 98.

Αἰτίαι δὲ αὗται. ἐπίλογος narrationis, atque expositionis causarum huius belli.

Ακηρύκτως. Nã in bello sine caduceatore accessus ad hostem tutò non patebat, vt nostris temporibus sine tubicine, vel tympanista.

Πρόφασις. Materia belli.

FINIS PRIMI LIBRI.

98. A

LIBRI SECVNDI ARGVMENTVM.

ΑΡΧΕΤΑΙ ϑ ὁ πόλεμος. Superiore libro explicauit Thucydides belli istius causas: Iā narrare suscipit bellum ipsum, & res in eo gestas: sed statim in hoc principio libri notat, ac demōstrat, & quo tēpore, & qua occasione bellum exarserit: docet anno 15 fœderum tricennalium, quæ inita sunt post captam Eubœam, sexto mense post prœlium cōmissum ad Potidæam, vere ineunte, cœptum fuisse: occasionem eius illam extitisse, propterea quod Thebani Platæas oppidum Bœotiæ, pacatis adhuc rebus, occuparūt: sed quo tempore, quo modo, & quibus de causis hoc fecerint Thebani, fusius explicat, eaq; narrat, quæ comitata, & consecuta sunt conatum istum Thebanorum.

B

Præcipua capita rerum, quæ in hoc libro tractantur, illa sunt Platææ occupantur à Thebanis: ea res mouit palàm bellum. Explicatur belli apparatus, & irruptio Peloponnesiorum in fines Atticos. Confirmat Pericles Athenienses, & docet quas opes, quas facultates ad bellum ducendum habeant: itaque de victoria sperandum esse demonstrat. Digreditur autem hic Thucydides, & explicat peruetustum Atheniēsium statum, & receptum eorundem ex agris in vrbem, & angustias, quas primum sunt passi. Quæ gesserit Peloponnesiorum exercitus in agro Attico narratur, nec non quæ gesserint Athenienses classe circumuecti, & variis in partibus Peloponnesi expositis copiis. Exponitur societas, & amicitia Atheniensium inita cum Sitalce rege Thracum, & cum Perdicca rege Macedonum: aliæque res variæ, terra, marique gestæ ab iisdem. Reducitur Euarchus Acarnan in Astacum à Corinthiis. Habetur concio funebris à Pericle in eos, qui ceciderunt in prœlio equestri. Explicatur deinde diligentissimè grauissima pestilentia, quæ res Atheniensium valde afflixit. narratur præterea altera Peloponnesiorum irruptio in Atticam, & nauigatio Atheniensium infesta in Peloponnesum: his adiunguntur nōnullæ res gestæ ab Atheniensibus in Thracia: consolatur Pericles longa oratione populum Atheniēsem ægrè ferentem clades belli, & pestilentiæ. est præterea Lacedæmoniorum maritima expeditio aduersus Zacynthios. Capiuntur legati Lacedæmoniorum, & Aristeus, dum ad regem Persarum iter faciunt per Thraciam: & Athenas delati capitis supplicio afficiuntur. Ambraciotæ bellum inferunt Argiuis in Amphilochia, sed domum re infecta reuertuntur: quo in loco nonnulla alia gesta ab Atheniensibus narrantur, & Potidææ deditio certis conditionibus. Æstate insequēti Peloponnesij Platæensibus bellum inferūt, & eos recusantes vel ad suas trāsire partes, vel ab armis abstinere, vrbe circumuallata obsidēt. Eodem tempore Athenienses exercitum aduersus Chalcidēses Thraciæ miserunt: sed pugnatum aduersus eos minus prosperè: Explicatur præterea Lacedæmoniorū expeditio aduersus Acarnanas impulsu Ambraciotarum, & Chaonum: sed re infeliciter gesta, Cnemus dux exercitum inde reduxit. narratur præterea prœlium nauale secundum Phormionis ducis Atheniensium aduersus Lacedæmonios, in quo cum viginti nauibus 40, Peloponnesiorum naues superauit, & plerasque depressit. Reparatur noua classis à Peloponnesiis, & alterum prœlium nauale committitur ex quo etiam Phormion licet numero nauium esset longè inferior, tamen victoriam retulit. Sunt & alia quædam quæ suo quæque loco declarabuntur.

LIBER SECVNDVS.

Ἄρχεται δὲ. Ita connectendum est hoc principium cū fine superioris libri: Quamuis belli materiam, & causam quærerent Lacedæmonij, tamen habebāt adhuc sine caduceatore cōmercium cum Atheniensibus, & Athenienses vicissim cum illis, sed cœpto bello, vltro, citroque commeare neutris tutò licebat sine caduceatore: Accedit deinde Thucydides ad explicandum quomodo bellum hoc fuerit cœptum.

Ἄρχεται: δηλωτικὸν τῆ πραγματείας τὸ προοίμιον. Huc vsque, quasi diceret, belli causas narraui: Iam bellum ipsum explicabo.

Δι. αἰτία τῆς δή. ἐνθένδε. Ex hac occasione.

Καταστάντες. ἐνδιαγωγή. αἰτία τῆς καταστάσεως τοῦ πολέμου.

Γέγραπται δ᾽ ἑξῆς. Distributio rerum gestarum in duo anni tempora, quæ reliqua etiam duo complectuntur. Proponit se velle digerere res omnes gestas in duo tempora in æstates, atque hyemes, vt lectores admoneātur de ordine historiæ, quem secuturus est author.

Τέσσαρα μὲν γὰρ. πρὸς τὸ ἄρχεται δ᾽ ὁ πόλεμος.

Ἐπὶ Χρυσίδος. Argiui notabant annos à Sacerdotibus Iunonis, id est, à nomine Sacerdotum, & ab annis earum sacerdotij: Cùm Chrysis Sacerdos duodequinquagesimum sui sacerdotij annum Argis ageret. Hæc apposita lucerna ad coronas simulachri Iunonis somno correpta est: ac scintilla ex lucerna prosiliente, coronæ cōflagrarunt, & templum incensum. Itaq; sacerdos verita supplicium eadem nocte Phliuntem aufugit, vt in fine libri 4. declaratur.

Αἰνησίου ἐφόρου. Quamuis plures essent Ephori, tamen ab vno notabant annos Spartani, vt Athenienses ab vno nouemuirûm. Huius Æнesiæ facit mentionem Xenophon lib. 2. τῶν ἑλλην.

Ἔτι δύο μῆνας. Iam alterum mensem præsidente Athenis.

Τετρακοσίων. Ἡροδ. in Vrania 400 fuisse dicit.

Βοιωταρχοῦντες. Summus erat magistratus Thebis, οἱ βοιωτάρχαι. & erant XI viri.

Ἅμα. Statim, simul ac.

Περὶ πρῶτον ὕπνον. Virg. Æn. 2.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit: & dono diuum gratissima serpit.

Εὐρυμάχου. Hoc duce scribit Herodotus in Vrania 400 Thebanos Platæas occupasse.

Οὔσαν ἀθλωαίων. Causa cur eam occupauerint.

Ἐπηγάγοντο. Facultatem rei huius explicat. Induxerunt.

Προσποιῆσαι. Tradere, adiungere.

Προϊδόντες. Explicat quo consilio inducti Thebani hoc fecerint.

Τὴν πλάταιαν. ποιητικῶς, vt τὴν θέσπειαν, ὅμηρος.

Μήπω: μήπω ἴσως. Nondum moto palam bello, vel cœpto.

Θέμενοι. Positis armis, vt ex labore se reficerent, non

non προκείμενοι, vt χωλιάσης, vel dispositis præsidiis, & A occupatis faucibus viarum.

Ἐς τὴν ἀγοράν. Forum occupari solet: tum quia in media ciuitate plerunq; solet esse, vnde facilius si quid sit opus, possit prospici, tũ quia in eo cõmodius acies instrui potest, propter loci spatium.

Οὐκ ἐπείθοντο. L. V. non crediderunt. F. P. non paruerunt.

Ἐπιτηδείοις. Amicis.

D Οἱ δὲ πλαταιῆς. Narrat Platæenses primò nouitate rei perterritos, conditiones accepisse: cognita deinde hostium paucitate, eaque contempta, adortos eos fuisse.

Καταδείσαντες. ποιητικόν. Perterriti, νομίσαντες, suspicati.

100. A Οὐ βουλομένῳ ἦν. Salust. Iugurt. neque plebe militiam volente.

Ἐδόκει. Placuit igitur rem tentare.

Φανεροὶ ὦσιν. Se proderent. ξυνελέγοντο, coibant inter se.

B Ἐξήρτυον. Expediebant, arma, saxa, &c. vt disponerent in tectis, qui lapides iacularẽtur, in hostes, vt exitus viarũ occuparentur, portæ clauderentur.

Ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν. Constituta re pro facultate: comparatis pro facultate rebus aduersus hostes necessariis.

Ἐκ τῶν δυνατῶν. Pro facultate, quæ dabatur in tantis temporis angustiis, foro præsertim ciuitatis occupato: ὡς abundat.

Φυλάξαντες. Obseruata adhuc nocte, & ipso antelucano tempore.

Ἐχώρουν. Ex suis ædibus egressi eunt contra hostes.

Ὅπως μὴ κατὰ φῶς. Ne cum illis congrederentur, & in luce manus consererent: ratio cur νύκτα ἐφύλαξαν.

Θαρσαλεωτέροις. Confidentioribus, quoniam scilicet in luce rem gererent.

Καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου. Mutata figura, atque ita pari, & æqua conditione secum certarent.

Φοβερώτεροι. Ad Thebanos referendum: & est E passiuè positum τὸ ἐπιθέσθαι: quò magis perterrefacti nocturnis tenebris, deteriore cõditione secum dimicarent. noctu enim difficile, quid sit agẽdum, vbi consistendum, quò aufugiendum, si ita sit necesse, cerni potest, præsertim in terra ignota: omnino res bellica difficile noctu administratur.

Τῆς σφετέρας ἐμπειρίας: ἀντὶ τῶν σφῶν αὐτῶν τῶν ὄντων ἐμπείρων. Res pro personis essent inferiores vsu suo, & peritia vrbis.

C Προσέβαλον. Irrumpunt, confligunt itaq; statim, F & ad manus celeriter veniunt.

Οἱ δ' ὡς ἔγνωσαν. Explicat Thucydides Thebanos bis, térve summouisse, ac repulisse Platæenses: at extremum tamen terga vertere, & fugæ se dare coactos fuisse: fugam deinde ipsam latius describit: Et exitum illius hunc fuisse demonstrat, vt alij ex Thebanis cæsi, alij capti fuerint: perpauci effugerint.

Ξυνεστρέφοντο. Inter se ipsi conglobabantur: firmandæ aciei causa hoc solet fieri, vt densentur or- G dines, ne hostis facilè perrumpat.

Τὰς προσβολάς. Res pro personis, & hostes irrumpentes, qua ingruebant, repellebant: qua irruebant, propulsabant.

Καὶ ὑετῷ. Amplificationes.

D Διόδων. Viarum, quæ essent peruiæ.

Τελευτῶντος. Extremis mensis diebus. Exeunte mense: sub mensis finem.

Ἐμπείρους) (ἄπειροι. τοῦ μὴ ἐκφεύγειν. διώκοντας. vt eos assequerentur.

Τῶν δὲ πλαταιέων. Thucydides admirandam efficit narrationem nouitate casus: erant apertæ portæ ciuitatis, qua erant ingressi Thebani: & cùm claues non essent, quibus clauderentur, tamẽ Platæensis quidam reperit rationem obfirmandi eas, spiculo in seram iniecto loco pessuli.

B Βαλανῳ. Pessulus, qui claui ducitur, ac reducitur. 101. A

Στυράκιον. Cuspis hastæ posterior.

Μοχλόν. Vectem, nõ annulum, vectem in quem βαλανάγρα, ἢ βάλανος immittebatur.

Διωκόμενος δέ. Locus misericordiæ. διακόψαντες, exciso vecte.

Αἴσθησις. Rescitum enim fuit statim.

Ὃ ἦν τῷ τείχει: quod erat muro contiguum, cu- B ius fores erant apertæ.

C Ἀπειλημμένους. Conclusos.

Ἐμπρήσαντες. Incenso ædificio eos cõcremarent.

Οἱ μὲν δὴ ἐν τῇ πλαταίᾳ. Transit ad Thebanos, qui C cum exercitu erant venturi, vt suis ferrent subsidium: narrat eos serius venisse quàm oportuerat: re autem audita de suorum casu insidiatos illos quidem fuisse iis Platæensibus, qui erant in agris, sed tamen mutata sententia, domum se recepisse.

Ἀπέχει. Purgatio Theban. quasi dicat, Quamuis Thebæ non multum distarent à Platæis, tamen D imbris nocturni magnitudine, & fluminis Asopi incrementis impediti non potuerunt opportunè adesse.

Ἔτι τῆς νυκτός. Antequàm nox abiret, ante quàm dies illucesceret.

Σταδίους ἑβδομήκοντα. 9 millia passuum, & minus.

Ἐρρύη μέγας. Creuit pluuia mirum in modum. D multus fluxit.

Ἐν ὑετῷ. Dum pluit. ἐποίησεν. Eos est remorata.

Ὡς δ' ᾔσθοντο. Quid deliberauerint Thebani audito suorum casu explicat iam Thucydides: deliberasse eos docet, Platæenses, qui in agris erant, prehendere eo, scilicet consilio, vt si qui de suis superarant, eos recuperarent facta capitum permutatione. Sed Platæẽses id suspicatos, misso ad Thebanos caduceatore, impetrasse, vt sine iniuria, & maleficio Thebani se reciperent.

Ἐπεβούλευον. Id est, prehendere in animo habebant.

Κατασκευή. Iam supellex. 102. A

Οἷα ἀπροσδοκήτου. οἷα οὐ προσδοκοῦντες τοιοῦτο κακὸν ἐν εἰρήνῃ ἀναγαγῇ. Quia nihil tale rebus pacatis metuebant.

Δείσαντες. Soliciti de ciuibus, qui erant in agris.

Λέγοντες. Accusantes.

Ἔλεγον αὐτοῖς. Præcipiebant eis. mutata est figura. B

Τὰ ἔξω. Res pro personis, quæ extra vrbẽ erant. petebant, vt ab iniuria, & maleficio eorum, qui in agris erant, abstinerent, alioqui, &c.

Θηβαῖοι μὲν ταῦτα. Diuersos de hac re rumores fuisse significat Thucydides, Thebanos aliud, aliud Platæenses asseruisse. Thebanos affirmare quæ paulo antè exposuit, & addere præterea illud, Platæenses scilicet, iureiurando promissa confirmasse: sed Platæẽses hoc negare, illud asserere, se promisisse ea conditione se viros captos reddituros Thebanis, si conuenire inter se potuisset.

Λόγων γενομένων. Habito colloquio: disceptatione prius habita.

Κατὰ τάχος. Raptim omnia ex agris comportarunt.

Ἄγγελον ἔπεμπον. Et tamẽ miserant alterum etiam simul atque Thebani vrbem occuparant.

Τά τ' ἐν τῇ πόλει. Et res vrbanas pro presenti rerum statu constituebant arbitratu suo. nam postea bellum administratum est arbitratu Atheniensium.

Γεγενημένα. Quòd victis, & superatis Thebanis alios interfecissent, alios cepissent viuos.

103. A Οὕτω δὴ οὐκ εἰδότες. ἐπίλογος μερικός.

Στρατεύσαντες ἐς πλάταιαν. Aliâs significat inferre bellũ, vt στρατεύειν ἐπί τινα: Iam significat venire cum exercitu ad, &c.

Γεγενημένου δέ. Explicat iam Thucydides apparatum belli vtriusque gentis: docet vtrosque solicitasse legationibus diuersos potentatus, reges, & ciuitates, barbaros, & Græcos, vt eos ad suas vtrique partes traherent: & qui secuti fuerint vtrosq; explicat.

B Λαμπρῶς. Modò refertur ad splẽdorem, & magnificentiam. Modò significat vehementiam, vt λαμπρὸς ἄνεμος. Αἰγ. λύσαντες ἐκ μουνυχίας ἐσπέρας λαμπρῷ σφόδρα σκίρρωνι. Modò manifestũ, & apertum. Propriè dicitur de splendore lucis.

Ὡς πολεμήσοντες. L. V. tanquam bellum gesturi F. P. ἵνα πολεμήσωσιν.

Καὶ ὅσα τε ἐς τοὺς βαρβάρους: ἢ ἐς ἄλλους βαρβάρους. Thracas intelligit, & Epirotas.

Ὠφέλειαν· Auxilia. προσλήψεσθαι. Sibi adiuncturi.

Καὶ λακεδαιμονίοις. Lacedæmonij imperauerant magnum numerum nauium, & certam pecuniæ summam non solùm Græciæ ciuitatibus, sed etiam Italicis, & Siculis, quæ partes ipsorum sequebãtur.

Πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις Ναυσὶ δηλονότι.

Ἐξ Ἰταλίας Locri. σικελίας. Omnes Doricæ ciuitates præter Camarinam.

Λακεδαιμονίοις. αὐτὶ τοῦ παρὰ τῶν λακεδαιμονίων.

Τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις. πρὸς τὸ σημαινόμενον. ποιεῖσθαι: ὥστε ποιεῖσθαι, vt ædificarent.

C Κατὰ μέγεθος. Pro ciuitatum magnitudine: ita vt maiores maiorem numerum: minores minorem ædificarent.

Ὡς ἐς τὸ πᾶν. Ad summam quingentarum nauium.

Ἑτοιμάζειν. Expedirent, pararent, promerent.

Τά τ' ἄλλα. Arma, commeatus. post ἄλλα, distinctio videtur ponenda. quid enim quæso hoc significaret cæteris in rebus quiescentes?

Ἡσυχάζοντας. Ad ἑτοιμάζειν refer, ἡσυχάζοντας autem dixit, ne siquis motus fieret, cogerentur bellum ante tempus suscipere.

Μιᾷ νηΐ. Ne si pluribus venissent, eas per dolum occuparent.

104. A Ὑπάρχουσαν. Pristinos socios recensebant tũ vel accuratius.

Ὀλίγον τε ἐπενόουν. Belli amplificatio: magna, & ampla quædam versabant vtrique animis.

Ἔρρωντο. Intenti erant in bellum totis viribus: incumbebant in bellum.

Οὐκ ἀπεικότως. ἐπίκρισις.

Ἀρχόμενοι γὰρ γνώμη. Solent enim omnes mortales flagrantius, atque ardentius rerum initia capessere. ἀντιλαμβάνονται. L. V. se tuentur.

Τότε δὲ. δὴ αὐτὶ τοῦ δέ. Eo verò bellum capessebant maiore animorum ardore, quo apud vtrosq; magna erat iuuentutis copia, quę rerum adhuc imperitia solet temerè res gerendas suscipere.

Μετέωρος. Animis erecta. non solùm qui bello B interfuturi erant, commoti iam erant: sed etiam cæteri Græci.

Πολλὰ μὲν λόγια. Ab authoritate diuina: non solùm hominum iudicio, sed Deorum etiam authoritate significabatur bellum ingẽs, & grauissimum fore.

Δῆλος. A signis, & terræmotu, quæ solent portendere magni aliquid futurum.

B Πρότερον οὔπω. Amplificatio. Ergo portẽti aliquid suberat. In fabulis est Delum olim mobilem & vagam fuisse. Extat in eam elegantissimus Callimachi hymnus,

> Τὴν ἱερὴν ὦ θυμὲ τίνα χρόνον, ἢ πότ' ἀείσεις
> Δῆλον.———

Εἴ τέ τι ἄλλο. Vt Cometæ, & alia id genus signa, quæ multa persequitur Virgilius in mortem Cæsaris. Liuius est multus in sua historia dum passim ingerit huiusmodi signa.

C Ἀνεζητεῖτο. Vestigabantur. C

Ἡ δὲ εὔνοια. Diligenter, vt alia pleraq;, noster author notat qua essent gratia vtrique apud omnes homines: ac Lacedæmonios longè superiores ea re fuisse memorat, & multo gratiosiores. ἐποίει: Vergebat, inclinabat.

Ἔρρωτό τε πᾶς. ἰδιώτης καὶ πόλις ἐσπουδαίως, καὶ ῥωμαλέως κινεῖσθαι Repetit locum amplificationis: & priuati singuli: & ciuitates integræ totis incumbebant viribus in id bellum.

D Ἐν τούτῳ τε. Et in eo singuli moram rebus gerendis allatam arbitrabantur, si ipsimet rebus administrandis nõ interfuissent. Hinc apparet studium singulare, & ardor animorum, quo fiebat, vt singuli rebus gerẽdis interesse vellent. Consequens.

Κεκωλῦσθαι. Moram, & impedimentum passas esse.

Οὕτως ὀργῇ. ἐπιφώνημα. Ea erat indignatio hominum.

E Παρασκευῇ. Epilogus: hoc apparatu, atque his D animis ad bellum vtrinque ventum est. ὥρμηντο. Moti sunt.

Καθίσταντο. Bellum cœperunt.

Πελλήνης. πελλήνη, πόλις ἀχαΐας: μία τῶν ιβ τῆς ἀχαΐας 105. A πόλεων.

Ἀμπρακιῶται. Ἀμβρακία. ἢ καὶ ἀμπρακία. πόλις θεσπρωτίας ἀπὸ ἀμβρακος τοῦ παιδὸς θεσπρωτοῦ τοῦ λαοκόωντος, ἢ ἀπὸ ἀμβρακίας τῆς αὐγέως θυγατρός. στεφ. hodie *l' Arta.*

Λευκάδιοι. Λευκάς, λευκάδος: hodie *Santa Maura.*

F Ἀνακτόριοι. Ἀνακτόριον πόλις ἀκαρνανίας, hodie *Vonizza.*

Ἐντὸς πελοποννήσου. σχολ. distinguit, ac legit ἐκτὸς πελο- B ποννήσου, καὶ ἔσω κρήτης πρὸς ἥλιον. &c. vt intelligat κάρπαθον, Κᾶσον, χάλκην &c. Ego ita accipio ἐκτὸς πελοποννήσου, καὶ κρήτης, &c. Intelligit autem Sporadas, & Cycladas insulas.

Θήρας. μία τῶν σποράδων, κτίσμα μεμβλιάρου ἑνὸς τῶν μετὰ Κάδμου: ἐν ἧ τοὺς ἑπτὰ ἡ θνήσκοντας ἐπὶ ἱερέων, οὐδὲ τοὺς ζ'. ἔστι καὶ ῥόδου πόλις ταπεινή, καὶ ἄλλη κρήας.

G Οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι. Transit ad alia: narrat Lace- C dæmonios, statim post ea quæ ad Platæas gesta sunt, imperasse ciuitatibus sociis exercitum.

Περιήγγελον. Dimissis nuntiis imperabant.

Οἷα εἰκός. Qualem, quantumque parare debuerant ad longinquã expeditionem extra Peloponnesum faciendam.

Ἐπειδή

Ἐπειδὴ δέ. Quæ vbi ad præstitutam diem comparata fuerunt, ex singulis ciuitatibus duæ partes ad Isthmum venerunt. Tertia præsidij causa in suis finibus mansit.

ARCHIDAMI CONCIO.

Ἄνδρες πελοποννήσιοι. Archidamus modestiam, & disciplinam militarem in primis cōseruandam esse docet. Quare statim in ipso prooemio affert rationem huius rei: Quia aduersus potentissimos hostes imus: Confirmat hoc simul à magnitudine apparatus, & exercitus, fit enim verisimile hostem esse potentem, cui bellum infertur summis copiis. Sensus igitur est: Quamuis & maiores nostri, & nos qui saltem sumus ætate prouectiore bella gerenda susceperimus, tamen nullum bellum isto maius, vel grauius aut illi, aut nos vnquam suscepimus. Ratio. nam contra potentissimam ciuitatem arma mouemus; idque summo cum apparatu, & maximis copiis facimus.

Propositio est in illis verbis: Δίκαιον ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους. Id est, debemus imitari nostros maiores, & nostræ ipsorum pristinæ virtutis, atque modestiæ esse memores. Ratio: bellum enim grauissimum nobis susceptum est, & contra hostem potentissimum proficiscimur. Confirmatio. Summis enim copiis, & maximo apparatu bellum mouemus. Conclusio: ergo bellum grauissimum est: hic esset ordo directus, & naturalis, sed est inuersus. Incipit à conclusione: venit deinde ad confirmationem, mox ad rationem, postremo loco ad propositionem.

106. A Πλεῖστοι καὶ ἄριστοι. Amplificatio. Cùm maximo, & robustissimo exercitu bellum inferimus.

Δίκαιον οὖν. Propositio loco conclusionis: neque à maioribus nobis degenerandum est, neq; à nobis ipsis desciscendum. Id est, oportet nos & disciplinam militarem, & diligentiam atque attentionem, qua nostri maiores, & nos ipsi variis in bellis vsi sumus, conseruare.

Χείρους. Negligentiores tum in conseruanda disciplina rei militaris, tum in hoc vt nobis ab hoste caueamus.

Ἐνδεεστέρους τῆς δόξης. Inferiores ea fama, eaque gloria, quæ de nobis passim circumfertur.

Ἡ γὰρ ἑλλάς. Mouet ab expectatione, quam apud omnes Græcos de se cōcitarunt, & admonet dent operam, vt eam sustineant.

Προσέχει τὴν γνώμην. Attendit, animum aduertit.

Εὔνοιαν ἔχουσα. L. V. Vota facit. quid si legamus ἔννοιαν ἔχουσα? facilè potuit labi librarius: etenim magna similitudo inter ὖ & ἔ: & sensus erit multò aptior. Mouet enim ab expectatione totius Græciæ, quam propterea expectatione erectam dicit, quia sperat à nobis Athenienses debellatum iri. Quòd si retineamus illam lectionem, formula locutionis planè dura erit. nec memini me similem vidisse, εὔνοιαν ἔχουσα πρᾶξαι ἡμᾶς.

Οὔκουν χρή. Quare etsi maximo exercitu contra hostem imus, & persuasum habemus eum nobis obuiam prodire non ausurum, tamen non propterea temerè nobis, & incōsideratè progrediendum est. hic est sensus. detegit iam sententiā suam Archidamus.

Εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν. ἐνδιαλλαγὴ προσώπου. πλήθει. Magnis copiis, πρὸς τὸ πλεῖστον refer.

Καὶ ἀσφάλεια πολλή. Supple δοκεῖ: & certum ac persuasum est magnum esse prǽsidium & robur. Verba hoc sonant, cōstantia multa videtur esse. Id est, constanter, & minimè dubiè credimus. Ἀμελέστερον, Remissius, languidius, negligentius.

Χωρεῖν, καὶ διὰ μάχης, καὶ παρεσκευασμένους. Bis repetitur.

Τὸ καθ᾽ αὐτόν, πρᾶγμα, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν sub, vel quod ad se attinet.

Ἄδηλα γάρ. Anceps enim belli conditio est. Facit fidem à belli natura, quæ dubia, & incerta est.

Καὶ ἐξ ὀλίγου τὰ πολλά. L. V. Et ex paruo fiunt multa, & cum indignatione confligitur. F. P. Plerunque parua manus & acriùs, & ardentiùs confligit, quàm magnus exercitus. Quamuis igitur Athenienses numero longè inferiores nobis sint, tamen quia belli natura ita fert, poterunt nos longè superiores numero superare. περιπλοκή, αἱ ἐπιχειρήσεις γίνονται, τὰ πολλὰ ἐξ ὀλίγου, καὶ δι᾽ ὀργῆς.

Καὶ δι᾽ ὀργῆς. Probat: quia impetu, & vehementia animi conflictus fiunt.

Πολλάκις. Explicat locum. ἔλασσον πλῆθος, minor manus.

Ἀμύνοντο ἠμύνατο. Fortius propulsauit.

Δεδιότας. Cùm metu: cautos. εὐψυχότατοι: animis paratissimi.

Πρός τε τὸ ἐπιχειρεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις. Et aduersus hostium inuasionem, conatus, & impetum munitissimi, ac tutissimi.

Ἡμεῖς δὲ. βίαιον: πρὸς τὸ ἐξ ὀλίγου, καὶ τὸ ἔλασσον πλῆθος. Atqui nos non bellum inferimus hosti infirmo, & parum valido, sed ciuitati potentissimæ, & omnibus rebus instructissimæ: ergo multò diligentius, & cautius est nobis res gerenda.

Διὰ μάχης ἰέναι. Pugnam esse commissuros.

Ἐν ᾧ. πω χρ. F. P. refert ad χρόνῳ, quod subaudiendum est.

Πᾶσι γάρ. Facit fidem. Ira enim occupat animos eorum omnium, qui suarum rerum cladem subitam, & insolitam in suo conspectu cernunt. Ira enim inuadit omnes, &c. commouentur enim vehementer homines, si suas res cædi, & vastari impetu subito, & insperato videant.

Ἐν τοῖς ὄμμασι. Sensus enim oculorum est acerrimus. Prima causa.

Ἐν τῷ παραυτίκα. Secunda causa, casus repentini vehementius animos permouent.

Ὁρᾶν πάσχοντας. ἐνδιαλλαγή. ἀντὶ τοῦ ὁρῶσι πάσχειν, ἢ ὁρᾶν ἀντὶ τοῦ εἰ ὁρῶσιν.

Τὶ ἀνηθές. Tertia ratio.

Καὶ οἱ λογισμοί. Itaque non considerant pericula, sed illis sese facilè obiectant: hæc sententia supplenda, vt apparet ex his verbis, καὶ οἱ λογισμοί: quibus demonstrat quid referat, & quantum intersit ferri temerè & inconsideratè ad pericula: qui ita faciunt (inquit) maximo animi impetu capessunt prœlia. Itaque q.d. vis, & impetus, eorum sustineri non potest. θυμῷ πλεῖστα, id est, summo animi impetu.

Ἀθηναίους δέ. Incrementum. Quod eò magis sunt facturi Athenienses, quò magis dignos imperio se esse existimant, & indignos tali fortuna.

107. A Ὡς οὖν ἐπὶ τοσαύτην πόλιν. Epilogus: in quo hortatur, vt conseruata militari disciplina, & deposito contemptu hostium Imperatori pareant, sibi caueant, & iussa ad metum Imperatoris ipsius exequantur: mouet à necessario, & honesto.

Ἐπ' ἀμφότερα. In vtranque partem. Id est, vt dedecus etiam, & infamiam inde relaturi, sed more suo breuitati studet Thucydides, & qui agit, Spartanus, καὶ βραχυλόγος.

Ἐπειδὴ ὅτι: Seruate περιθαρχίαν.

Κόσμον. Ordinis conseruationem iam significat.

Φυλακὴν. Custodiam, vt sibi caueāt ab hostibus.

Ὀξέως δεχόμενοι. Ad nutum, & ad tempus administrantes.

Τοσαῦτα εἰπών. Moderatum, & grauem inducit Archidamum Thucydides. Itaque facit, vt priusquam castra moueat, Athenas mittat, qui tentaret populum, an esset concessurus postulata Lacedæmoniorum: sed frustra, &c.

Σπαρτιάτην. Id est, nobilem: vt ἄνδρα πρῶτον.

Ἐνδοῖεν. L. V. Si quid iam humilius sentiant: F. P. de pertinacia sua remitterent.

Ἐς τὴν πόλιν. L. V. neque in senatum, neq; in vrbem admittentes. τὸ κοινὸν: neque intra vrbem receperunt; neque ad conuentum publicum admiserunt. Id est, illum multò minus ad publicū conuentum admiserunt.

Ἐξεστρατευμένων. Si exercitū eduxissent Lacedæmonij.

Ξυμπέμπουσιν ἀγωγούς. Addunt, qui eum deducāt.

Ὅπως μηδενὶ ξυγγένηται. Ne cum quoquam congrederetur: colloqueretur.

Ὁρίοις. χολ. Intelligit Bœotiæ, & Atticæ, 21.3.

Ἔμελλε διαλύεσθαι. Digressurus ab iis, à quibus deducebatur.

Ὅτι ἤδη ἡμέρα. Attentionem facit à rei magnitudine.

Βοιωτοὶ δέ. Transit ad Bœotios: narrat eos cū reliquis copiis, quas sibi reseruauerant, venisse, & agrum Platæensem vastasse.

Ἔτι δὲ τῶν Πελοποννησίων. Transit ad Athenienses, docet Periclē interea dum copiæ Peloponnesiorum in Isthmum cogebātur, suspicatum fore vt Archidamus à suis prædiis vastandis abstineret: quo scilicet in suspicionem se, & inuidiam populi vocaret, admonuisse populum Atheniensem ea de re: addidisseque nisi sua prædia perinde, ac cætera vastata essent, se populo ea dono dare.

108. Μὴ πολλάκις. Vim habet argumēti: nam si semel, atq; iterum hoc fecisset, non ita fuisset suspectum.

Ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἑαυτοῦ. Vt sibi conflaret inuidiam: infamiam.

Καὶ μηδεμίαν οἱ ὑποψίαν. Propositio. Deprecabatur suspicionem omnem. De hac re Iustinus lib. 3.

Clara quidem hæc Periclis expeditio habita, sed multò clarior priuati patrimonij contemptus fuit. Huic agros in populatione cæterorū intactos hostes reliquerant, sperātes acquirere se illi posse, aut periculum ex inuidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. Quod antè prospiciens Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ impetum declinandum agros ipsos dono Reipub. dederat. atque ita vnde periculum quęsitum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Nec propterea vocādum sese esse in vllam suspicionem, vel inuidiam, vel infamiam.

Παρῄνει δὲ καὶ περὶ τῶν παρόντων. Addit Periclem perstitisse in eadem, qua erat antea, sententia: & eadem Atheniensibus suasisse vt ad bellum se appararent, pecus & supellectilem ex agris in vrbem comportarent: prœlium cum hoste ex vrbe egressi non consererent, vrbem tuerentur, classem instruerent: socios in officio, & fide continerent.

Διὰ χειρὸς ἔχειν. Manu tenerent, id est, cōtinerent.

Λέγων. Docens potentiam eorum sitam esse in vectigalibus, & stipendiis, quæ socij pendebant.

Τὰ δὲ πολλὰ τοῦ πολέμου. Et victoriam belli plerunque obtineri consilio, & pecunia. τὰ πολλά: plerasq; partes belli.

Ἑξακοσίων ταλάντων. Hæc tamen postea paulatim ad summam mille, & trecentorum excreuerunt, dum principes, & rectores reipublicæ populo gratificantes tributa grauiora sociis imponunt.

Τὰ γὰρ πλεῖστα. Maxima enim pecuniæ summa, quę erat in ærario erat, μύρια τάλαντα. Sed ex ea pars detracta in sumptus τῶν προπυλαίων, & in stipendium militum, qui Potidæam obsidebant. Ἀφ' ὧν, τριακοσίων δηλονότι, ἢ καὶ μυρίων.

Ἀκρόπολις. Hæc erat olim πόλις. huc vnicus patebat aditus. nam aliis ex partibus, aut præruptis rupibus, aut valido muro cingitur. Παυσ. libro primo. In posteriore autem parte templi Mineruæ πολιάδος erat ærarium. Aristophanes in Pluto.

> Ἱδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ', ἀλλὰ περίμενε
> Τὸν ὀπισθόδομον, ὅπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος,
> Τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ.

Vbi interpres ταμεῖον (inquit) καὶ θησαυροφυλάκιον ibi erat.

Ἐπισήμου) (ἀσήμου.

Ἀποδέοντα. Verbum istud detrahit partem summæ alicui, & toti. vsitatius est δέοντα.

Προπύλαια. Vestibulum vrbis, vel templi, vel regiæ, vt prothyrum in priuatis ædibus. Hæc è candido marmore habebant fastigia: quo sanè opere hac ipsa ætate inquit Pausan. nihil aut ornatu, aut lapidum magnitudine præstantius. Horum facit mentionem etiam Cicero in Officiis. Periclis tantam pecuniam in præclara illa propylæa coniecit.

Χωρὶς δὲ χρυσίου. Præterea demonstrabat auri non signati, & argenti, ad quingenta talenta esse in vrbe. Thucydides indicat clàm diligentiam Periclis, qui teneret etiā priuatas opes, & tacitè docet quod sit officium principis Reipub.

Ἰδίοις. Fana priuata intelligit.

Σκευή. Lebetas, tripodas, gutturnia, thuribula, &c. ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν: quæ non erant in vrbe.

Οὐκ ἐλάσσονος. Pretium significat.

Οἷς ἔλεγε supple.

Οὐκ ὀλίγα. Negatio. Valet plus iam, quàm affirmatio. περιπλοκή.

Καὶ ἦν πάνυ. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος, at non ferent hoc cæteri.

Ἢν πάνυ ἐξείργωνται. προδιόρθωσις. Si ad eam necessitatem ventum sit, vt nulla alia pecunia vti possint.

109. Χρυσίοις. Aurea ornamenta simulacro Mineruæ adhærentia: substantiuum est iam. περικειμένοις, circuniectis.

Ἄπεφθον. Purissimi. ἄπεφθον χρυσίον, aurum excoctum bene, & purgatum, obryzum. περιαιρετόν, tollendum, λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Χρησαμένους. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Ergo sacrilegas manus Mineruæ afferemus, mutuò, inquit, capiemus, restituturi αὖθις τὸ μέτρον.

Ὁπλίτας. Secundo loco demonstrabat quantas haberent copias.

Ἔπαλξις. Propugnaculum.

Ἐφύλασσον. Excubabant.

Τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ. Reddit rationem cur tantum militum excubaret, ratio est à magnitudine ambitus vrbis.

Φαληρι-

φαληρικοῦ. φάληρον δῆμος, καὶ ἐπίνειον τῆς ἀττικῆς: quod vnà cum aliis quibusdā ambitus vrbis postea complexus est.

Τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. Vt summam efficeret 78 stadiorum: quæ est 10 millia passuum duobus stadiis minus: hinc apparet magnitudo vrbis Athenarum.

Αφύλακτον. Propter muri firmitatem, & altitudinem.

Τοῦ μακροῦ. τῶν μακρῶν τειχῶν, ἃ καὶ σκέλη τοῦ πειραιέως, brachia. T.L.

C Πλωΐμους. Quæ agi poterant, quæ vtiles ad nauigandum erant.

Ελεγε δὲ καὶ ἄλλα. παράλληψις. differebat.

Οἷα περ εἰώθει. Tacitè commendat copiam dicendi, & eloquentiam Periclis.

D Ανεπείθοντο. Secuti sunt eius authoritatem.

Τὴν ξύλωσιν. Materiam. tigna.

Επικειμένας, ἐλένην, βελόνην, ἀγίναν, φυλάλην, σαλαμῖνα, φαρμακούσας, ἀταλάντην. Strabo lib. 9.

Χαλεπῶς. Hæc migratio permolesta ipsis accidit, propterea, quòd plerique eorum in agris ferè semper agere consueuerant. Longa autem & inueterata consuetudo altera ferè natura fit.

110. A Ξυνεβεβήκει δὲ. Digreditur Thucydides, vt peruetustum statum Atheniēsium explicet. cum partitur in duo tempora. vnū scilicet, dum Cecrops, & reges qui ei successerunt, rerum erant domini: alterum, quo Theseus regno potitus est: narrat igitur Thucydides ante Theseum regem, Athenienses disiectos in castella plura, vel oppidula vitam degere fuisse solitos: & suas singulos curias, suosque magistratus habuisse: sed postea in vnam ciuitatem omnes coactos fuisse, & vna curia, vnisque legibus, ac magistratibus vsos fuisse. Hæc digressio eò spectat, vt demonstret incrementa Reipub. Atheniensium.

Plutarchus in Theseo.

Τοῦτο: τὸ ἐν ἀγροῖς διαιτᾶσθαι.

Από τοῦ πάνυ ἀρχαίου. A peruetustis vsque temporibus.

Κέκροπος. Qui successit in regno Actæo, à quo ἀκτὴ, ἡ ἀττικὴ, à Cecrope Athenienses Cecropidæ. ᾠκεῖτο. Colebatur oppidatim, id est, habebat plura oppida, non vnam vrbem.

B Διεκόσμησεν. Constituit, excoluit, digessit. καταλύσας. Aboletis.

C Ξυνοίκια. Agunt diem festum Mineruæ ξυνοίκια, ei agentes gratias, quòd se conciliasset, & in vnam ciuitatem, vnumque cœtum, & concilium coëgisset. ξυνοίκια, vicus. Veneris popularis, & Suadelæ cultum induxit Theseus, cùm in vnam ciuitatem ex agris Athenienses compulit. Pauſ. lib. 1.

Τεκμήριον δὲ. Facit fidem à templis diuersorum Deorum, quæ erant partim in ipsa arce, partim extra arcem: argumentum est sumptum ab hominū consuetudine. Homines solent ædificare templa in vrbe potissimùm, quo commodius adire, & salutare, ac venerari numina liceat: & si extra vrbem aliqua ædificant, proximè tamen hoc faciunt: itaque hæc ratio hic facilè apparet. ἱερά. delubra.

Αλλων θεῶν. Præter Mineruam.

Τὸ πύθιον. Apollinis Pythij. τῆς γῆς nutricis puerōrum. erat & Cereris pubescentis templum. Libro primo Pauſ.

Τὰ ἀρχαιότερα. τὰ καὶ μικρά. Nam magna ineunte vere agebantur. Ὅτι (inquit Interpres Aristoph.

A ἐν Ἀχαρνεῦσιν) οἱ φόροι Ἀθήνησιν ἔφερον τῷ δευτέρον ἐν ἀγροῖς τὰ λήναια, καὶ ὁ ἐπὶ ληναίῳ ἀγὼν, ὅτι ξένοι οὐ παρῆσαν Ἀθήνησι.

Ιωνες. Qui duce Ione Xuthi filio in eam partem Asiæ venerunt, quæ postea Ionia vocata: & Ephesum, Miletum, Colophona, Prienem, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phoceam vrbes condiderunt.

Νομίζουσιν. Receptum habent moribus, solent.

Καὶ τῇ κρήνῃ. Significat fontē fuisse prope arcem, B qui olim Καλλιρρόη appellabatur, suis temporibus ἐννεάκρουνον. Hunc fontem vocatum fuisse dicit. Huius aqua vtebantur in sacris, & in nuptiis.

Τῶν τυράννων. Pisistrato, & eius filiis.

Εννεακρούνῳ. Nouem fistulas habente.

Τῶν πηγῶν: Venis, scaturiginibus. iii. A

Καὶ ἐς ἄλλα. Quia nuptiæ quoque sacræ.

Τῇ τε οὖν ἐπὶ πολὺ. ἐπίλογος, τοῦ χαλεπῶς δὲ ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο. Athenienses igitur & ante diu in agris suo iure, ac liberi vixerant. & postea quamuis à The- C seo in vnam ciuitatem fuissent compulsi, tamen in agris cum familiis vitam transegerunt. Itaq; ægrè, & molestè inde migrabant.

Οἰκήσει. αἱ τῶν οἰκούντων αὐτονόμοι.

Μετεῖχον Habebant commercium. αἱ πόλεις, σχολ. ἡ μετεῖχον τῶν ἀγρῶν.

Γενόμενοι. Nati. B

Αλλως τε καὶ. Confirmat rē signo: præsertim, quia dudum sarserunt damna, & detrimenta bello barbarico sibi illata, & nouā supellectilem parauerāt.

D Ανειληφότες. Refecerant.

Εκ τῆς κατὰ τὸ ἀρχαῖον πολιτείας. L.V. ritum vetustum. F.P. quæ perpetuò erant ipsis patria, à priscis vsq; temporibus, & statu suæ quorumque ciuitatis.

Οὐδὲν ἄλλο ἢ. Αριστ. ῥητ. lib. 1. οὐδὲν ἄλλο δεῖ πλὴν ἀποδεῖξαι. Verbum generale supplendū. Liuius Dec. primæ, lib. 2. ventrem in medio quietum nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui.

Επειδὴ δὲ ἀφίκοντο Pergit amplificare difficultatem migrandi, à causis: quia in vrbe non omnes, sed E perpauci habebant quò se reciperent.

Καταφυγή. Receptus quasi vitato periculo. C

Ηρῷα. Sacella, fana, quę viris illustribus, qui meruerant diuinos honores, dicabantur.

Βεβαίως. Bene, ac strenuè obseratum, bene clausum.

Τό, τε πελασγικόν. σχολ. οἱ πελασγοὶ αὐτὸ οἰκήσαντες, ἐπιβουλεύσαντες τοῖς ἀθηναίοις, ὡς δόξαντες πάλιν οἱ ἀθηναῖοι κατηράσαντο τὸν τόπον μὴ οἰκισθῆναι. Ego simpliciter accipio templum à Pelasgis cōditum fuisse: quod propter F religionem, & cultum Athenienses nolebant patere Prophanis: itaque diris execrationibus cauerunt, ne quis eò ingrederetur habitandi gratia.

Επάρατον. Quod habitare nefas erat. cautū erat diris, &c. Pauſ. lib. 1. τῶν ἀττικῶν: Arcem ipsam, præter eam partem quam Cimon Milciadis filius extruxit, muris cinxisse Pelasgos, homines tradunt, qui imam eius partem tenuerūt, Agrolam, & Hyperbium, &c. Hi fortasse templum quoque condiderunt, vel alij, &c.

G Καὶ τι καὶ πυθικοῦ. Non solùm diris hominū execrationibus, sed etiam oraculo Pythico vetabatur ne quis in eo templo habitaret, id est, ne pollueretur, & contaminaretur vsu prophanæ multitudinis.

Αργόν. Otiosum, id est, non cultum, non habitatum. ἀργὸς γῆ.

Καί μοι δοκεῖ. σημεῖον. Refutat obiter vulgi opi- D

nionem: erat opinio, Apollinem vetare nequis habitaret in Pelasgico: quod ni ita fieret, minari infortunium reipublicæ. refutat istam opinionem Thucyd. docet Apollinem vaticinatum bellũ fore, cuius causa cogerentur Athenienses vti Pelasgico: itaq; non propter vsum templi, sed propter bellum ipsum laturos damna, & detrimenta: bellum igitur (inquit) non vsus templi fuit causa malorum, ac detrimentorum.

Τὐναντίον ξυμβῆναι. Cõtrarium habuisse exitum, cõtrà accidisse, quàm sperabãt, ἡ ἀνάγκη. ἀντὶ τ μεταβολή.

Παράνομον. Contra ius. ἐκ ὀνομάζον, ἀντὶ πλαγιασμȣ̃.

112. A Κατεσκευάσαντο δέ. Redit ad narrationem: parant domicilia.

Καταγνεμάμενοι. Partiti inter se.

Αμα. Inter migrandum.

Επίπλȣν. Classem mittẽdam in Peloponnesum.

Καὶ οἱ μέν. Transit ad Peloponnesios.

B Οἰνόην. Castellum.

Ωςἐκαθέζοντο. Cũ subsedissent, castra posuissent.

Προσβολάς. Ad oppugnationem eius sese apparabant.

Αλλῳ τρόπῳ. Cuniculis, tormentis, &c.

Καταλάβοι. Ingrueret.

Ταῖς τε ὁδῶ. ἐπιλογος. Causas habet moræ.

Καὶ ἄλλως. Et aliis de causis, ὁ ῥ προσδεχόμενος, &c. paulo pòst explicat alteram causam: sperabat (inquit) Athenienses integris adhuc suis rebus, ne fines vastarentur, remissuros de pristina pertinacia: eam igitur ob causam cunctabatur, expectans, vt illi mutata sententia, &c.

Ενδιέτριψαν. Tempus triuerunt.

C Αἰτίαν. ἀντὶ τ διαβολήν. Pessimè audiuit, maximè suspectus fuit, in grauissimam, vel maximã suspicionem incidit. ἔχειν ἐν αἰτίᾳ τινά. & δι' αἰτίας.

Ξυναγωγῇ. In cogendis copiis, in euocandis auxiliis: vel in mouendo bello.

Μαλακός. Non acer, lentus. χολαιότης. Tarditas, ἐπίσχεσις, cunctatio, commoratio.

D Καὶ καθυφεῖσθαι. Neq; passuros esse. ὄκνος: ægritudo animi propter laborem imminentem; molestè laturos.

Πᾶσαν ἰδέαν. Omne genus oppugnationis.

113. A Τȣ̃ θέρȣς. Vigente iã æstate, & maturis frumẽtis.

Ελευσῖνα, ἀπὸ ἐλευσῖνος ἥρωος, qui Mercurij, & Dairæ filius fuisse dicitur, κτ' ἄλλȣς Ogygis.

Θριάσιον. θριὰς, ὁ καὶ θρίον: δῆμος τ οἰνηΐδος φυλῆς.

Ρείτȣς. Aluei quidã erant solo cursu, similes fluminibus: quorum aqua salsa erat. Paus. libro primo τῶ ἀττικῶν. 85.

Κεκροπείας. Portionem agri Attici fuisse mihi verisimile fit, datam honoris causa regi Cecropi. Atque inde nomen obtinuisse credo.

B Στρατόπεδον ἐποιήσαντο. Vallo se muniuerunt.

Γνώμη δέ. Quo consilio adductus Archidamus ad castellum istud exercitum continuerit, docet Thucydides. Sperabat (inquit) Athenienses obuiã venturos, & prœlium commissuros. Itaque superiora loca nactus eos expectabat, vt videlicet cum ipsis confligeret longè meliore conditione.

Ακμάζοντας. Confirmatio duplex.

C Πεῖραν ἐποιεῖτο. Tentabat, experiebatur. Cæsar libro tertio belli ciuilis: Tentandum existimauit, quidnam Pomp. propositi, aut voluntatis ad dimicandum haberet.

Ενστρατοπεδεῦσαι. Castris habendis.

Μέγα μένος. μέρος. οἱ τε ἀχαρνῆς.

Αλλ' ὁρμήσειν. Sed non solùm ipsi obuiam venturi, sed etiam impulsuri reliquos ad pugnam videbantur.

Εκείνη τῇ ἐσβολῇ. Hosti ingruenti: res pro personis.

Αδεέστερον. Tutius, facilius.

D Τȣ̃ς γὰρ ἀχαρνέας. Amissis enim suis rebus, pro alienis Acharnenses nõ ita facilè pericula adituros: atque ita discordiam in vrbe futuram.

Ανδραγαθοι δέ. Motum in vrbe factum, & dissensionem ortã narrat iam Thucydides: hanc dissensionem expectabat Archidamus: hæc euenit.

Μεμνημένοι καί. Exemplum.

114. A Οτι ἐσβαλών. Mutat figuram verborum.

Πεισθῆναι τὴν ἀναχώρησιν. ἀντὶ τȣ̃ ἀναχωρῆσαι πεισθέντα χρήμασιν. ἢ τὴν ἀναχώρησιν ποιῆσαι πεισθέντα χρήμασιν. ἔνδειγμα.

B Οὔπω. Cùm præsenti, & præterito verbi cõiungitur. ἐκέτι, cum futuro, ὄπω δὲ καιρὸς, ὄπω γέγονεν: plerunque: nam ἐκέτι ἀναχεῖν ἐποιοιῶντο suprà.

C Ως ἕκαστος ὥρμητο. Id est, vt quisque affectus erat animo, ita ea interpretabatur, vt quisque animo ferebatur.

C Ενῆγον τὴν ἔξοδον. Instabant, vrgebant, vt contra hostem iretur. vrgebant eruptionem.

Παντὶ τρόπῳ. ἐμφατικῶς. Opinionibus, dictis, factis. Ανηρέθισο. erat concitata.

Ων παρῄνεσε. Vt à prœlio abstinerent: agrum, & prædia negligerent, vrbem tuerentur, classem instruerent.

D Εκάκιζον. Carpebant vocibus.

Περικλῆς δέ. Demonstrat Thucydides, qua prudentia, & grauitate, atque patientia Pericles regeret leuitatem populi: perstabat ille quidem in pristina sententia, & ab ea abduci non poterat, simulque dabat operam ne populus per imprudentiam laberetur, ac præcipitanter aliquid faceret. Interea tamen vt eum deliniret, aliquid condonabat. emittebat equitatum, vt ab vrbe quàm longissimè fieri poterat, arceret hostem, ne vastaret suburbana prædia.

E Χαλεπαίνοντας. χαλεπαίνειν τινί. Succensere alicui. χαλεπαίνειν πρός τινα. Infensum esse alicui. χαλεπαίνοντα πρὸς τ̀ παρόντα. Iam præsenti rerum statu perturbari significat.

Τὰ ἄριστα φρονοῦντας. Id est, pessimè sentire.

Πιστεύων δέ. Persuasum autem habẽs se rectè sentire de, &c.

F Εκκλησίαν. Nulla comitia habebat: neque concilium cogebat. ἐπιμενή. vel ἐκκλησία referendum est ad legitima comitia. ξύλλογος, ad extraordinaria.

Οργῇ. Libidine, impetu animi.

D Εξαμαρτεῖν. Si sciuissent, ac plebiscitum fecissent educendas esse copias, & cũ hoste confligendum.

Εφύλασσε. Præsidiis muniebat, custodiebat. suprà ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐσελθόντας φυλάσσειν.

Δι' ἡσυχίας εἶχεν. Tranquillam, & pacatam regebat.

G Τȣ̃ μὴ προδρόμȣς. Ne equitatus hostium incursionibus vastaret prædia suburbana, vt tueretur suburbana ab excursionibus hostium. προδρόμȣς. Antecursores.

Εσπίπτοντας. Ingruentes.

Κακουργεῖν. Aliàs in dolo versari, malo dolo vti, cuius nomen κακουργία, dolosum maleficium) (ὕβρεις. iam iniuria & maleficio afficere.

Φρυγίοις. τόπος μεταξὺ βοιωτίας, καὶ ἀττικῆς.

Ουκ

115. A Οὐκ ἔλασσον. Non fuerunt inferiores, æquo marte pugnarunt) (πλέον ἔχω.

Τῶν ὁπλιτῶν. Agmen grauioris armaturæ.

Οἱ πολλοί. In versione L.V. est, aliquot desiderati sunt: adducor itaque facilè, vt credam codicem vnde vertebat Laurētius habuisse οὐ πολλοί. Sed magis mihi arridet ista lectio tum quia dixit antè προπὴ ἐγένετο, tum quia subiicit, ἀνῄλουν τὸ μὲν τοι, &c. quod vt facinus memorabile Atheniensium narrat: alioqui si pauci cecidissent, non ita memorabile fuisset: facile enim pauci suscipi poterant.

Ἀσπόνδως. Sine sequestra pace, sine confessione victoriæ, nullo pacto cum hostibus fœdere.

Η δὲ βοήθεια αὕτη. Digreditur Thucydides, & docet causas, quibus adducti Thessali miserint auxilia Atheniensibus. ἀντὶ τοῦ ἐβοήθησαν δὲ οἱ θεσσαλοί, &c.

Καὶ ἀφίκοντο. Consecutio.

Λαρισσαῖοι, ὅθεν λαρισσαῖος ἀχιλλεὺς, πρὸς τῷ πηνειῷ, Ιλιαδ. β.

B Παράσιοι. παῤῥασία πόλις ἀρκαδίας, σύμφηλόν τ' ἔχον, ἢ παῤῥασίην ἐνέμοντο, sed iā de Thessalica fit mentio.

Κρανώνιοι. κρανὼν πόλις τῆς θεσσαλίας, τῆς πελασγιώτιδος ἐν τοῖς τέμπεσιν. πειράσιοι. πειρασία πόλις μαγνησίας. στέφ.

Γυρτώνιοι. γύρτων πόλις τῆς θεσσαλίας, ἀπὸ γύρτωνος τοῦ φλεγύου ἀδελφοῦ, ὅστις αὐτὴν ἔκτισεν. στέφ. ἔστι καὶ περραιβίας.

Ἀπὸ τῆς στάσεως ἑκάτερος. Diuersæ vterque factionis.

Οἱ δὲ πελοποννήσιοι. Redit ad Peloponnesios, narrat eos mouisse castra, & propius vrbem accessisse, cædentes agrum, & vastantes.

Πάρνηθος. Αριστοφ. ἐν νεφ. βλέπε νυνὶ δευρὶ πρὸς τὴν πάρνηθα. λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, vt στέφ. ἐς κόρακας ἧξω φέρων τι δεῦρο τὸ πάρνηθα ὅλον.

Ὄντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ γῇ. Transit ad Atheniēses: docet eos interea dū Peloponnesij vastabant agrum Atticum, classem instructam misisse contra Peloponnesum: docet quis numerus nauiū fuerit, quæ copiæ, & qui earum duces. Naues Atheniensium erant 100, 50 Corcyræorū, & nonnullæ aliæ præterea sociorum. ὁπλῖται, ter mille, id est, militū grauiter armatorum tria millia. τοξόται 400. Prætores classis 3.

C Οἱ δὲ πελοποννήσιοι. Redit ad Peloponnesios docet eos quandiu commeatus ipsis suppetiit in agro Attico mansisse: deficiēte commeatu, domum se recepisse, & exercitum dimisisse.

D Βοιωτῶν. ἀντὶ τοῦ βοιωτίας.

Αναχωρησάντων. Demonstrat Thucydides nonnulla, quæ instituerunt Athenienses post discessum hostium, partim causa custodiæ suorū finium: partim subsidij causa ad extremos casus suæ reipublicæ. Præsidia igitur in diuersis finium suorum regionibus eos disposuisse docet: quæ durāte bello erant mansura. mille talenta ex ærario reposita fuisse, in sanctiore scilicet ęrario nō attingenda nisi extremo Reipub. tempore: & 100 item naues ad eundem vsum.

Ὡσπερ δή. ἐνδιαγὴ, ἅπερ δή.

Τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. ἑξακισχίλια τάλαντα erant.

Ἐξαίρετα ποιησαμένοις. Exemptis, ἐξελόμενοι.

Ἐπιψηφίσῃ. Decretum fecerit, propriè de consilij sententia, ἐπιψηφίζεσθαι, sciscere.

Κινεῖν. Attrectare, loco mouere, quasi de rebus sanctis, quas nefas esset attrectare. 17. εἴ τι καὶ κινήσαντες τῶν ὀλυμπιάσιν, ἢ Δελφοῖς χρημάτων.

116. A Νηίτῃ στρατῷ: Poëticè, id est, classe.

Τὰς βελτίστας. Celerrimas, quæ facillimè agi poterant.

A Ἀντιμηχανᾶσθαι. Repete ἔδοξεν.

Οἱ δ' ἐν ταῖς ρ ναυσὶν ἀθ. Transitio: explicat res gestas à copiis classiariis.

B Τῆς λακωνικῆς. μεθώνη, πόλις θρακίας, ὅμηρ. οἳ δ' ἄρα μηθώνην, καὶ θαυμακίην ἐνέμοντο. Dixit autem λακωνικῆς. nam erat alia in Thracia, alia in Macedonia.

Ἔτυχε δὲ περὶ τοὺς χώρους. Obiter celebrat Brasidam virum Spartanū, qui postea euectus est ad altum dignitatis gradum, & meruit vt exercitus Lacedæmoniorum duceret. Is erat cum præsidio quodam B in illis locis, vt tueretur oram maritimam agri Laconici: & interea dum Athenienses Methonem oppugnant, perrumpens per media illorum castra in vrbem ingressus est, & eam conseruauit: Itaque publicè primus meritò Spartæ fuit collaudatus.

C Ἐσπίπτει. Irrumpit.

D Χειμαζόμενοι. Cùm tempestate iactarentur.

Φειαί. Φειὰς παρ' τείχεσιν, Ιαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. Ομηρος. Ιλ. η. ἀρχὴ τῆς τριφυλίδος ἡ φειὰ κατ' ἐνίους. Strabo lib. 8. 149. στέφ. Si codex mendo caret, φέαν legit.

C Καὶ τῶν ἠλείων. Iamque ingentes Eleorum copiæ subsidio venerant.

117. A Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον. Narrat sub idem tempus Athenienses misisse alteram classem, quæ partim tueretur Eubœam ab incursionibus, & latrociniis Piratarum, partim popularetur oram maritimam Locrensium.

Θρόνιον. τάρφην τε, θρόνιόν τε βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Hom. Iliad. B.

Ανέστησαν. Æginetæ in primis vrgebant, & instaD bant, vt bellum moueretur. Libro octauo: αἰγινῆται δὲ φανερῶς μὲν οὐ πρεσβευόμενοι δεδιότες τοὺς Αθηναίους, κρύφα δὲ οὐχ ἥκιστα μετ' αὐτῶν ἐνῆγον τὸν πόλεμον, λέγοντες οὐκ εἶναι αὐτόνομοι κατὰ τὰς σπονδάς. Itaque Athenienses Ægina eos extruserunt, coëgeruntque vt sedes mutarent, & aliò migrarent.

B Επικαλέσαντες. ἀντὶ τοῦ ἐγκαλέσαντες, obiectantes, crimini dantes.

Καὶ τὴν αἴγιναν. Mutata figura. V. ἀντὶ τοῦ νομίσαντες.

E Επικειμένων. Ab opportunitate loci.

C Εἱλώτων τὴν ἐπανάστασιν. Et bello seruili, cùm serui facta coniuratione dominos sunt adorti. libro primo.

Ἐν ᾧ καὶ εἵλωτες αὐτοῖς, καὶ τῶν περιοίκων θουριᾶταί τε, καὶ αἰθεεῖς ἐς Ιθώμην ἀπέστησαν.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους. Defectum solis eadem æstate accidisse narrat. νουμηνία. νεομηνία. Calendis.

Κατὰ σελήνην. Id est, naturali cursu Lunæ: nam artificiali non semper accidit, vt primus dies mensis F sit Lunæ primus.

Μηνοειδής. Lunatus, *Ducit Amazonidas Lunatis agmina peltis*. Virg. libro primo Æneid. Sic falcatus, Corniculatus.

Ἐκφανέντων. Visis, conspicuis: Indicat solem obscuratum admodum: quod ni fiat, stellæ vix apparent.

Καὶ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει. Narrat Thucydides Atheniens. fecisse hospitem publicè Nymphodorum, qui erat aliâs hostis, eumque Athenas accersiuisse: atG que opera eius Sitalcen regem Thraciæ in amicitiam, & societatem sibi adiunxisse.

D Αβδηρίτην. Αβδηρα: πόλις θράκης: erat & Ιβηρίας. sed iam Thracem intelligit.

Οδρύσαι. ἔθνος θράκης. στραβ. 17. ὀδρύσα πόλις, id est, amplificauit regnum Odrysarum, ita, vt potentia cæteros reges Thracum superaret.

118. A Τηρεῖ δὲ τῷ. Digreditur Thucydides: & docet Tereum istum alium fuisse ab eo, qui Prognem duxit in matrimonium: hîc Thucydides inserit fabulam de Progne, vt lectores teneat: quanquã parcè admodum id facit.

Πανδίονος. Erichthonij fuit filius ex Pasithea Nympha, ipse ex Zeuxippe sorore matris Prognẽ, & Philomelã suscepit, & Butem, & Erechtheum. Apollod. 131. Ouidius Metam. libro sexto, 74. fusius rem docent.

Δαυλία. δαυλὶς πόλις φωκίδος. Ομηρ. Ιλ. β. κρίσαν τε ζαθέην, καὶ δαυλίδα, καὶ πανοπῆα.

Τῆς αὐτῆς Θρᾴκης. Quia paulo inferius, ἐν δαυλίᾳ τῆς φωκίδος ὑπὸ Θρᾳκῶν τότε οἰκουμένης.

Πολλοῖς δὲ καί. Ab authoritate poëtarum.

Εἰκὸς δὲ καί. A signo probabili ducto à loci vicinitate.

Τὸ κῆδος. Affinitatem filiæ iunxisse in tanto locorum interuallo, quàm in longè maiore. Id est, verisimilius est Pandionem contraxisse affinitatem cum eo, qui erat propinquus Atticæ, quàm cum eo, qui erat remotissimus: Confirmat hoc, ἐπ' ὠφελίᾳ, inquit, &c.

B Τήρης δέ. Non solùm locorum discrimine, sed etiam nomine, & moribus erat diuersus Teres.

Ξυνελεῖν. Adiungere, vnà cum illis capere. L.V. comparare.

C Ξυνεβίβασαν. Conciliauit. effecit, vt conueniret inter eos.

Θέρμην. Θεσσαλονίκη postea.

D Οἱ δὲ ἐν ταῖς ρ ναυσίν Transit ad alia, & narrat, quę gesserint Athenienses in Peloponneso.

Σόλλιον. Κορινθίων πολίχνιον. ὁ πολίτης σολλιεύς. in Acarnania erat.

Ἀστακόν. ἔστι καὶ πόλις βιθυνίας καὶ χώρα βυζαντίων. στέφ.

Κεφαλληνία τετράπολις. T. Liuius lib. octauo Dec. 4. Nesiotæ, Cranonij, Pallenses, & Samæi. Πρωναίους. Liui. appellat. Nesiotas.

119. A Περὶ δὲ τὸ φθινόπωρον. Irruptionem Atheniensium in agrum Megarensem autumni tempore factam nunc explicat Thucydides. Quia autem æstatem cum autumno, hyemem cum vere iungit, ideo sic est loquutus.

Καὶ οἱ περὶ Πελοπόννησον. Demonstrat classem Atheniensium eodem appulisse, id est, ad oram maritimam Megarensium: Et castra ea Atheniensium maxima omnium fuisse.

B Πανστρατιᾷ. πανδημεί. αὐτοί τε, καὶ οἱ μέτοικοι. ὁπλῖται, καὶ ψιλοί, &c.

Ξυνεμίχθησαν. Iunxerunt castra: in vnum coiuerunt.

Ἀκμαζούσης. Republica integra, & florente: cùm nondum oppressa esset.

Οὔπω νενοσηκυίας. προαναφώνησις τοῦ λοιμοῦ.

C Ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλαι ποιαί. Paulo superius demonstrauit Thucydides irruptionem factam in agrum Megarensem ab Atheniensibus: iam adiicit complures alias fuisse quotannis factas præter istam: hoc addit (meo quidem iudicio) ne in progressu historiæ cogatur eas memorare, & in rebus leuioribus, & paruis commorari.

Ἀταλάντη. ἡ ἐπὶ λοκροῖς. Vt distinguat ab altera, quę est prope Æginam. Strabo libro nono. τελευτῶντος, extrema.

D Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Narrat Euarchum qui Astaco pulsus fuerat impetrasse à Corinthiis, vt eò se reducerent: eosdem verò Acarnaniæ nonnulla A oppida expugnare conatos: sed re infecta inde discessisse: ac dum domum repetunt exscensione facta in Cephaleniam nonnullos de suis amisisse docet.

Ἐπικούρους. Milites mercenarios nonnullos conduxerat.

Πειρασάντες. Re tentata. 120. A

Ὡς οὐκ ἠδύναντο. Posteaquàm ipsis res non succedebat.

Ἀπέπλεον. Domum reuertebantur.

B Ἐξ ὁμολογίας. Per quandam pacis conditionem. deditionis specie.

Ἀπροσδοκήτως. Ex inopinato. repentè.

Βιαιότερον. Et coacti duriore conditione inde soluere, domum se receperunt.

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χειμῶνι. Narrat curatum publicè fuisse funus eorum, qui primi in hoc bello ceciderãt: & quoniam ratio istius funeris, & humationis erat honorifica, & memoratu digna, & à nullo historico fortasse tacta, eam ideo ipse oratione persequitur, ac describit. C

Δημοσίᾳ ταφάς. Publicè sepelierunt, vel humarunt, & debitis funeris honoribus eos ornarunt. τάφος, sepulchrum, ταφή, humatio.

Τὰ μὲν ὀστᾶ. Triduo antè quàm funus efferretur, tabernaculum faciebãt: sub eo ossa defunctorum collocabãt: licebat autem cuilibet afferre suis munera funebria, & inferias: cùm dies funeris efferendi venerat, (is autem erat quartus) plaustra adducebantur, quæ vehebant arcas ex cupresso tot numero, quot erant tribus: in arcis singulis singularum tribuum virorum ossa condebantur: atque ita efferebantur: Sequebatur etiam lectus stratus communis iis, qui reperiri non poterant. Comitabantur funus ciues, peregrini, mares, fœminæ: is denique cuicunque libuisset. In suburbio deinde eos sepeliebant, & sepultos oratione funebri ornabant. Hæc narrat Thucydides. D

Φυλήν. Olim quatuor, postea 10, mox plures fuerunt.

E Τῶν ἀφανῶν. Qui non extant, quorum corpora inter cæsos reperta non sunt.

Αἱ προσήκουσαι. Sanguine, vel affinitate coniunctæ.

Ὀλοφυρόμεναι, plorantes, eiulantes.

Καλλίστου προαστείου. Academiam intelligit, quæ olim fuit ager cuiusdam hominis, postea fuit Gymnasium celeberrimum. Pausan. ἐν τοῖς ἀττικοῖς. Seru. Sulpit. libro quarto fam. quod proximum fuit, vti in quo vellemus Gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserũt: nos in nobilissimo orbis terrarum Gymnasio Academiæ locum delegimus. F

ORATIO FVNEBRIS. 121. A

Οἱ μὲν πολλοὶ ἐπιτάφιος. Oratio funebris, quæ habetur in funere alicuius, in eius laudem: itaq; potest etiam dici funebris laudatio.

Nemini verò dubium est laudationes istiusmodi ad genus demonstratiuum reuocandas esse. In quo qui laudat, necesse est exponat bona animi, bona corporis, & bona fortunæ, quæ vulgo sic appellantur. Bona animi sunt interna. Bona corporis in solo corpore considerantur. Bona fortunæ, quòd nec in animo, nec in corpore cõsiderentur: sed extra vtrunque sint: ideo bona externa dicuntur: gẽtes verò fortunæ bona vocarunt, quòd hæc à fortuna hominibus dari putarent. Bona G

animi

animi ſunt omnes virtutes, bona corporis ſunt, vt A forma, valetudo ſecunda, celeritas, vires, & cætera huiuſmodi. Bona fortunæ, & externa ſunt, vt genus, opes, affinitates, amicitiæ, & cætera his ſimilia. Danda igitur opera eſt ex Rhetorũ præceptis, vt qui aliquem ſibi proponit laudandũ, is demonſtret eum, ſi habuerit hæc bona, bene his vſum, ſi non habuerit, ſapienter caruiſſe: ſi amiſerit, moderatè tuliſſe: oſtendet præterea quid ille ſapienter, quid liberaliter, quid fortiter, quid iuſtè, quid magnificè, quid piè, quid gratè, quid humaniter, B quid denique cum aliqua virtute, aut fecerit, aut tulerit: hæc generatim Rhetores præcipiunt, & in primis Cicero in libris oratoriis: ſed non omnia in vnum, aut alterum cadunt: eſt igitur iudicij, & prudẽtiæ ſcriptoris, vel actoris ea videre, quæ tantùm adſunt iis, quos laudãdos ſuſcipit, vt facit iam noſter Thucydides. Proponit enim ſibi laudandos eos, qui fortiter pugnantes pro patria in acie ceciderant: itaq; duo potiſſimùm in iis laudat charitatem ſcilicet, in patriam, & fortitudinem aduer- C ſus hoſtes: hæc (inquã) duo potiſſimùm in iis laudat: admiſcet tamen alias quoque laudes: atq; orditur primùm à nobilitate, antiquitateque patriæ, à maiorum virtute, à genere Politiæ, quo vtebantur; atque hîc vagatur latius, poſtremò accedit ad cauſam, & ad eos ornandos, qui in prœlio ceciderant: eorumque fortitudinem, & charitatem prędicat. reliquæ partes iſtius orationis duæ ſunt: altera eſt cohortatio Athenienſium, ad imitandam virtutem defunctorum: altera eſt neceſſariorum, D & affinium conſolatio: eſt igitur tripartita hæc oratio, id eſt, hæc laudatio mortuorum. Complectitur enim illorum, qui in prœlio pro patria pugnantes ceciderant, laudationem, reliquorum ciuium adhortationem ad virtutem ſectandam, & conſolationem illorum, qui defunctis erant neceſſarij. Sed hæc eſt ſumma, demonſtrat Pericles tam fortes viros, qui pro patria, & clariſſima republica pugnantes ceciderant, viuis imitandos eſſe. Sciendum autem funebres orationes, quatuor a- E pud Græcos inueniri, vnam apud Lyſiam, alteram apud Platonem, tertiã apud Demoſthenẽ, quanquam non eſt Demoſthenis, quartam iſtam Thucydidis. Illud etiam notandum eſt, Thucydidem præclara facta Athenieñſium, & bella geſta aduerſus barbaros, & Græcos præteriiſſe: Platonem ea longa, & copioſa oratione declaraſſe: Contra verò Platonem omiſiſſe eam orationem, quæ eſt de inſtitutis reipublicæ, Thucydidem hanc partem perſecutum diligenter fuiſſe. Hermog. author in F methodo grauitatis.

Procœmium eſt ductum à perſonis: vituperat Pericles eos, qui legem, & legiſlatorem probabant, quòd ſanxiſſet laudandos eſſe eos, qui in bello occubuiſſent.

Propoſitio. Verba faciam: diſſeram de iis, qui ſunt humati, deque eorum laudibus.

Ratio. Quia legibus ita conſtitutum eſt, & hic mos ciuitatis ab omnibus probatur, qui ex hoc ipſo loco orationem habent. G

Aduerſatiua: quanquam ego ab illis valde diſſentio, neque probo eorum opinionem.

Ratio: quia quorum virtus re, & factis declarata eſt, ij factis potius, quàm verbis, & oratione ſunt ornandi. Sequitur in Enthymemate confirmatio. Periculoſum enim eſt vni viro multorum

virtutes ornandas committere. Confirmationis ratio eſt petita ab auditoribus: auditores aut fauent animis, & ſunt beneuoli, aut non fauent, & ſunt inuidi. Itaque (inquit) is qui verba facit, neq; his, neque illis poterit dicendo ſatisfacere. iis, qui ſunt beneuoli, & fauent, quia laudem ampliorem, copioſioremque deſiderant: illis, qui non fauent, quia per inuidiam plus laudum tribui exiſtimant, quàm mortuorum dignitas poſtulat. Huius etiam rei aliæ confirmationes ſequuntur: quas mox oſtendemus.

Concluſio deinde procemij ſequitur, quæ eſt ipſa propoſitio.

Οἱ πολλοί. Non omnes complectitur: Excipit nonnullos, ne omnium, & fortaſſe amicorum voluntates offenderet. Sed quoniam (inquit) more maiorum ita cõſtitutum eſt, dabo operã vt quantum in me eſt veſtræ omnium voluntati opinionique ſatisfaciam. τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων. τῶν ῥητόρων. τὸν νομοθέτην. Solonem intelligit. προσθέντα τῷ νόμῳ. Qui lege ſanxit: ſed quaſi rem non neceſſariam ſanxerit legiſlator, ita vtitur verbo iſto προσθέντα, quod ſignificat additamentum.

Ὡς καλόν. Explicatio. Id eſt, qui lege ſanxit laudandos eſſe eos, qui in acie ceciderũt: cùm tamen, quaſi diceret, non ita ſit faciendum. Hoc indicant quæ ſequuntur. Αὐτόν. πλεονάζει.

Ἐμοὶ δ᾽ ἄν. Ego autem ſatis fore puto ſi, qui viri fortes re, & factis extiterunt, hos re, & factis pariter ornemus. Violenta, & durior ſententia videtur, & abhorrens à cõmuni hominum ſenſu, non eſſe ſcilicet oratione laudandos viros fortes.

Sed ſententię τῆς δεινότητος tales ſunt, αἱ παράδοξοι, αἱ βαθεῖαι, καὶ βίαιοι, καὶ παρανενοημέναι. Ἑρμογ. Itaque vt eam fulciat, affert plures rationes.

Sed maius quiddam, & amplius ſtruit latenter Thucydides: innuit enim virtutem iſtorum hominum ſingularem, & diuinam eſſe, ita, vt diuinos etiam honores mereatur, templa ſcilicet, ſimulácra, ſacrificia, dies feſtos ſolennes, non verba, & inanem eorum ſtrepitum. Huc ſpectant Periclis verba.

Οἷα καὶ νῦν. Exemplũ. παρασκευασθέντα, curatum.

Καὶ μὴ ἐν ἑνί. τὸ ἀπτον: docet non in vno viro periclitandum, nec vocandam in dubium virtutẽ plurimorum pro eo, ac ipſe bene aut malè dixerit: id eſt, non eſſe committendam exiſtimationem virtutis eorum vni tantùm viro, qui ſi pro dignitate defunctos laudauerit viri fortes exiſtimabuntur: ſin minus, ignaui, & gloria indigni. ἑνί) (πολλῶν.

Κινδυνεύω πιστευθῆναι: vix credor, vix mihi creditur, καὶ μὴ κινδυνεύεσθαι πιστευθῆναι: neque vocari in dubium.

Εὖ τε, καὶ χεῖρον. Ratio, vt perinde, atque ipſe dixerit, ſiue bene, ſiue male, ita ei fides habeatur, vel vt pro eo ac bene, maléve laudauerit, ita fides ei habeatur.

Πιστευθῆναι. In dubiæ fidei diſcrimen vocari.

Χαλεπὸν γάρ. Ab auditorum perſona difficile eſt, modum in dicendo tenere: & omnibus ſatisfacere, apud quos dicamus. Ω, ἐνικῶς, quia ſequitur ὁ ἀκροατής.

Ενω. ἀκροατῇ. In quo vix opinio veritatis cõſtat: B auditores pro eo ac vt amant, aut odio habent, ita credunt eum, qui laudatur minus, vel magis laudari: itaque veritatem non aſſequuntur. In quo veritatis opinio dubia, & incerta eſt. ἐπισκοτεῖ γὰρ τῇ

κρίνει τὸ ἴδιον ἡδὺ, ἢ λυπηρόν. Αριστ. ῥητ.4. ὥστε μηκέτι δύ- A ναςζ θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθές.

Μόλις. Vim habet negandi.

Αληθείας. Veritas est virtus, & vt cæteræ virtutes, habet sua extrema, exuperantiam scilicet, & defectum, ea igitur vitare arduum est. βεβαιῶτ, est certior.

Ο ξυνειδὼς. gnarus) (ἄπειρος.

Εὔνους) (διὰ φθόνον.

Ενδεεστέρως. ἔλλειψις. parcius. πρὸς ἃ βούλεται, voluntate, & opinione eius. Δηλῶσαι. Significari, & de- B clarari ignaris.

Πλεονάζειν. Largius tribui nonnulla: ad exuperantiam hoc referendum.

Φύσιν. Supra vires, & ingenium eius. Sallust. in procemio Catil. Quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit, supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.

Μέχρι γὰρ τοῦδε. Tamdiu enim alienas laudes æquis audimus auribus, & animis, quandiu nos etiã confidimus tale quidpiam facturos esse. περὶ ἑτέρων λε- C γόμενοι, quæ aliis tribuuntur.

Τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι. αἰτία τῇ ὑπερβολῇ. Exuperantiæ virtutis inuidia cõtinuò negat assensum, id est, vbi verò audimus aliquem maiora patrasse, quàm nos speramus à nobis posse præstari, tum acti inuidia dicenti nullam habemus fidem.

Ηδη. Statum negotij, vt νῦν, significat.

Επειδὴ δέ. ἡ ἀνταπόδοσις. καὶ ἡ ἀξίωσις.

Ταῦτα. καλῶς ἔχειν. ἐπεξήγησις. Attentionem facit, magna enim pollicetur.

Τυχεῖν. satisfacere.

Επιπλεῖστον. Quàm maximè potero.

C Αρξομαι δέ. πρόθεσις.

Εν τῷ τοιῷδε. In ista laudatione.

Δίκαιον. Vt nepotes maioribus, & filij parentibus gratiam referant, præsertim vbi laudandi sunt Athenienses. ἢ ἐν τῷ τοιῷδε, ἐν τῷ ἐπαίνῳ: vbi quasi diceret, verbis tantùm agitur.

Αεὶ οἱ αὐτοί. Cicero pro L. Flacco. quæ vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, & E eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur. De hac re pluribus Plato in suo Epitaphio: gloriabantur autem Athenienses eo potissimum nomine quòd essent αὐτόχθονες, ex eodem solo nati, in quo etiam, educati, & aucti fuissent: quæ summa erat nobilitas. Latini aborigines hos appellabant. Laudatio à generis nobilitate.

Διαδοχῇ. Succedentibus posteris, per vices.

Δι' ἀρετὴν non casu.

Καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι. Transit, per gradus quos- F dam descendit ad ætates subsecutas. Tres gradus facit τῶν προγόνων, τῶν πατέρων, ἑαυτῶν. Quamuis verò illi laudandi sint, tamen multò magis laudandi sunt parentes nostri, qui Rempub. & imperium nostrum ex paruis initiis propagarunt.

D Οἷς. προστάγμασι. δηλονότι, non ad ἀρχὴν referendum.

Ουκ ἀπόνως. Sic ego distinguo, vt hoc respondeat illi superiori, δι' ἀρετὴν παρέδοσαν.

Τὰ δὲ πλείω αὐτῆς. Descendit ad laudes suæ ætatis, G quæ longius propagauit fines imperij, debellata Samo, & Eubœa adiuncta duce ipso Pericle. ἐς πόλεμον, distributio. Hoc autem Thucydides dicit. Διὰ σάμον, καὶ τὴν εὔβοιαν, ἣν αὐτὸς ὁ περικλῆς προσεποιήσατο.

Οἱ δέ. δεικτικῶς, ἐπιμονή.

Εν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ. Designat se ipsum tacitè. 122.A Integra, matura ætate.

Επηυξήσαμεν. Propagauimus, ampliauimus.

Αὐταρκεστάτην. Absolutissimam, suis opibus contentissimam, instructissimam, ornatissimam. ἐς πόλεμον, copiis pedestribus, equestribus, classibus, pecuniis, tormentis bellicis, & aliis id genus rebus. ἐς εἰρήνην, legibus, vectigalibus, agris, ædificiis publicè & priuatim, &c. Αὐτάρκης est is, qui est totus aptus ex sese, quique in se vno sua ponit omnia, qui suis bonis, suisque opibus contentus est, neque indiget externis subsidiis: cui spes omnis, & ratio, & cogitatio non pendet aliunde: qui suis præsidiis munitus non eget ope alterius. αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Id est, Virtus sola sufficit ad bene, beateque viuendum.

Ων ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους. Proponit Pericles quæ sit laudaturus in Atheniensibus: dicit se non esse laudaturum ea quæ ipsi, vel maiores sui gesserint in bellis superioribus, & priscis, ne longior esse cogatur, & fastidium auditori afferat: sed esse celebraturum instituta ciuitatis, & disciplinam eam, qua factum est, vt talia bella gesserint. Ων. hoc ita intelligendum ὧν προγόνων, πατέρων, καὶ ἡμῶν αὐτῶν. ἕκαστα. Maiorum, patrumque memoria: nostra etiam ætate.

Hæc bella Plato longa oratione persequitur, Amazonum, Eumolpi, Eurysthei, aduersus Thebanos, cætera de disciplina publica, & institutis ciuitatis leuissimè attingit. παράλειψις.

Εἶπ. Pro εἴπω: ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἐποιήσαμεν. subaudi τὸ νικόν, deinde εἰ ἠμυνάμεθα (inquam) &c.

Βάρβαρον πόλεμον. αἰτιατὸς, πόλεμον πρὸς βαρβάρους. Ita ἕλληνα, πελοποννησίων. βοιωτῶν, τῶν συμμάχων.

Επιόντα. ἀπὸ τῶν ἐμψύχων.

Προθύμως, δι' ἀρετὴν, Alacriter, non ἀναγκαίως, alioqui hoc laudem non meretur. virtus enim in eo posita est, vt κατὰ προαίρεσιν agas.

Επιτηδεύσεως. αἰτιατόν, ἐπιτηδευμάτων, quibus studiis, institutis, qua disciplina, quibus artibus. Distributio totius laudationis.

Μεγάλα ἐγένετο. Auctum est imperium.

Νομίζων. Ratio, quia & dignitatem, & vtilitatem B habitura hæc ratio videtur.

Απρεπῆ. Sine dignitate. Existimans istam orationem non indecoram fore institutæ huic laudationi. Ομιλον. cœtum, conuentum.

Χρώμεθα γάρ. A laudibus Democratiæ orditur, & legum, quibus vtebantur Athenienses. Demonstrat Athenienses vti legibus absolutissimis, ita vt non egeant aliarum subsidio: sed potius alij indigeant iisdem. κατὰ σύγκρισιν, confert Athenienses cum Lacedæmoniis, qui legibus Cretẽsium vtebantur.

Τισίν. Qui erant in eorum ditione.

Δημοκρατία. Status popularis, nomine Democratia, re Aristocratia est.

Μέτεστι τὸ ἴσον. Iuris æquabilitate fruuntur.

Κατὰ τὴν ἀξίωσιν. Pro dignitate autem, vt quisque aliqua in re excellit, ita in republica virtutis ergo potius, quàm quod sit ciuis, anteponitur aliis. Hoc ad nobilitatem, & opes referendum. sequitur enim κατὰ πενίαν.

Ουκ ἀπὸ μέρους. Latenter carpit Lacedæmonios, C qui reges creabant eos tantùm, qui erant Heraclidæ,

clidæ, quamuis non ita virtutis spectatæ extitissent.

Οὐδ᾽ αὖ κατὰ πενίαν. Pauperes etiam non arceantur à reipublicæ administratione, modò valeant prodesse Reipub. Magnum igitur temperamentum demonstrat istius πολιτείας. πλάτων. τὰς δὲ ἀρχὰς δίδωσι, καὶ κράτος τοῖς ἀεὶ δόξασιν ἀρίστοις εἶναι: καὶ οὔτε ἀσθενείᾳ, οὔτε πενίᾳ, οὔτ᾽ ἀγνωσίᾳ πατέρων ἀπελήλαται οὐδείς, οὐδὲ τοῖς ἐναντίοις τετίμηται ὥσπερ ἐν ἄλλαις πόλεσι. Κατὰ πενίαν. τὸ κατὰ αἰτὶ τοῦ διά.

Ἀφανίᾳ. Quia nullam, aut obscuram haberet dignitatem.

Ἐλευθέρως δέ. Libertate fruimur, publicè, ac priuatim: hoc etiam respicit ad Lacedæmonios, qui dominatu paucorum vtebantur, ita vt viderentur reliqui ciues quasi seruire τοῖς ὀλιγάρχουσι. πολιτεύομεν. αἰτὶ τοῦ πολιτευόμεθα. viuimus.

Καὶ ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους. Transitio. Non solum publicè, sed priuatim etiam fruimur eadem libertate, nam licet cuique nostrum otiari, & indulgere sibi ipsi, nec propterea vel pœna, vel ignominia afficitur. Hoc autem loco tacitè carpit Lacedæmonios, qui seueriore disciplina vtebantur, & grauius animaduertebāt vel in eos, qui cessabant. Ξενοφῶν ἐν τῇ λακεδαιμ. πολιτείᾳ. Ὁ δὲ λυκοῦργος αἰτὶ μὲν τοῦ ἰδίᾳ ἑκάστοις παιδαγωγοὺς δούλους ἐφιστάναι ἄνδρα ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν, ἐξ ὧνπερ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται, ὃς δὴ καὶ παιδονόμος καλεῖται. τοῦτον δὲ κύριον ἐποίησε καὶ ἀθροίζειν τοὺς παῖδας, καὶ ἐπισκοποῦντα εἴ τις ῥᾳδιουργοίη ἰσχυρῶς κολάζειν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ καὶ τῶν ἡβώντων μαστιγοφόρους, ὅπως τιμωροῖεν ὅτε δέοι. Ῥᾳδιουργεῖν. cessare, otiari.

Ὑποψίαν ἐπιτηδευμάτων. In mutua suspicione quotidianæ vitæ: vt apud Latinos grauitas morbi, labes conscientiæ, sordes infamiæ, & alia id genus.

Δι᾽ ὀργῆς. ἔχειν ἐν ὀργῇ τινά. Pœna afficere, iam.

Εἰ καθ᾽ ἡδονήν. Si arbitratu suo gerat aliquid, non ex præscripto, quasi diceret, οὐ παιδονόμου, vt fit Spartæ. In versione Laurentij Vallæ perperam versum est illud τοὺς πέλας pro vicinis populis. versio etiam Gallica multò peius habet. δρᾶν τι καθ᾽ ἡδονήν. Agere aliquid ad voluntatem.

Οὐ δὲ ἀζημίους. Nullam omnino seueritatem inesse docet in disciplina ciuium Atheniensium: neque pœnam, neque ignominiam iis, qui animum remittunt, & interdum cessant à laboribus, vt illud efficiat, Athenienses non necessitate, sed voluntate; non seueritate disciplinæ, sed animi propensione virtutem colere. ζημία, ἡ τῆς ζωῆς μείωσις.

Ἀχθηδόνας. Contumelias, molestias. περίφρασις τῆς ὕβρεως.

Προστιθέμενοι. Quid si legamus περιτιθέμενοι? mihi certè hoc non displiceret: vt sit περιτιθέμενοι τῇ ὄψει, proponentes oculis aliorū, scilicet eos, quos contumelia publicè afficimus. τῇ ὄψει: ἐν τῷ φανερῷ. Ἀεὶ ἀεί. Si προστιθέμενοι retineas, hic erit sensus, verberibus cædentes, ita vt verbera ipsa moueant, & mœrore afficiant spectatores.

Ἀνεπαχθῶς δέ. Sine molestia. Redit ad publicam disciplinam breui transitione facta à priuatis institutis. Quamuis autem priuatim remissius agamus, tamen publicam disciplinam, & leges diligenter obseruamus. Qui solutius viuunt priuatim, ij paulatim prouecti, fiunt petulantes: atque ita neglecta disciplina publica, multa flagitiosè contra leges patrant. Itaque poterat quis obiicere, quid ais Pericles? tu prædicas tuos ciues indulgere genio, & dare operam voluptatibus, nec attendis, ac vides eiusmodi homines erumpere solere ad petulantiam, & legum contemptionem, & violationem? ad hoc igitur occurrit Pericles: minimè omnium (inquit) id nobis accidit. Quamuis enim remissum vitæ genus priuatim sequamur, tamen publica instituta, & leges diligentissimè obseruamus.

Ἀνεπαχθῶς. ταπεινῶς. Non dixit καθ᾽ ἡδονήν, sed minus, id est, sine molestia, & acerbitate. προσομιλοῦντες τὰ ἴδια. Priuatim agentes.

Οὐ παρανομοῦμεν μάλιστα. Id est, diligentissimè obseruamus. ἢ τὰ δημόσια μάλιστα.

Ἀκροάσει. αἰτὶ τοῦ ἀκροώμενοι: σεμνότης.

Ἐπ᾽ ὠφελείᾳ. Quæ latæ sunt, vt sint oppressis auxilio. in eo enim potissimum, quasi diceret, libertatis conseruatio sita est. Itaque nos libertatis studiosi eas diligenter obseruamus. Sunt enim aliæ præterea, quæ præmiis afficiunt, & augent dignitatem.

Καὶ ὅσοι ἄγραφοι. Neque solum scriptas, sed etiam non scriptas, quæ dedecus, & ignominiam afferunt iis, à quibus negliguntur. Vt illud superius salutem Reipublicæ continebat, ita hoc habet dignitatem & decus. ὁμολογουμένην. certam, & minimè dubiam.

Καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων. Redit ad remissum vitæ genus, quod publico etiam decreto constitutum ait: docet publicè instituta certamina, sacrificia, & ferias relaxandi animi causa, & recreandi, ac reficiendi à laboribus. Perbellè contexit Thucydides orationem Periclis sententiis modò seueris, modò contrariis: quæ ad Rempublicam pertinent, eiusq; administrationem, sunt seueræ: quæ de voluptuoso vitæ genere, de ludis, de feriis agunt, eæ sunt suaues, & animum delectant.

Iam verò ad animos relaxandos, & laboribus recreandos plurimas rationes excogitauimus, certamina, sacrificia, &c. per totum annum.

Ἀναπαύλας. Verbum potius poëticum, quàm solutæ orationis.

Διετησίοις. Nouatum à διά & ἔτος: νομίζοντες: receptis in morem certaminibus huiusmodi, & sacrificiis anniuersariis: vel ὁ βέλτιον νομίζονται τὰς ἀναπαύλας: agentes more patrio dies festos, vt sit περίφρασις τῆς ἑορτῆς ἡ ἀνάπαυλα.

Ἰδίαις. Non solùm publico sumptu, sed etiā quasi diceret priuato apparatu.

Λυπηρόν: αἰτὶ τοῦ τὰς λύπας, molestias, & curas adimunt.

Ἐκπλήσσει. Excutit.

Ἐπεισέρχεται δέ. Laudauit suprà genus Reipublicæ Atheniensis, à legum absolutione, à iuris æquabilitate, à libertate, à ratione disciplinæ, quam nec seueram, nec tetram, sed placidam, & commodam esse dixit: à legum obseruatione, à variis rationibus repertis, vt animi à laboribus, & curis quotidianis recrearentur. Iam laudat à maxima rerum copia, qua ciuitas affluebat. Ager Atticus malè audiebat propter soli exilitatem. Itaque videtur hic Pericles afferre hunc locum aduersus huiusmodi obtrectationes, quasi diceret, quamuis solum hic nobis exile, tamen mari omne rerum genus in vrbem importatur.

Ἐκ πάσης τὰ πάντα. Agnominatio.

Διὰ μέγεθος. Ratio: propter celebritatē vrbis,& frequentiam hominum, vbi enim multitudo, eò confluit rerum copia.

Καὶ ξυμβαίνει ἡμῖν. Consequentia: Itaq; fruimur perinde rebus alienis, ac nostris.

Μηδὲν οἰκειοτέρᾳ. Nō magis domestica, id est, propria. accidit, sequitur, vt nō magis natis hîc, & nostris, quàm externis, & alienis bonis perfruamur.

B Διαφέρομεν δέ. Hucusque Pericles egit de rebus ad pacem pertinentibus: & ab iis laudauit πολιτείαν Atheniensium: nunc suscipit laudandam eandem à rebus bellicis: in quibus eam demonstrat longè superiorem esse Lacedæmoniis.

Neq; solùm studiis pacis antecellimus, sed studiis etiā bellicis longè præstamus aduersariis. Orditur autem ab animi præstantia, & virtute ac sui fiducia. Propositio, πιστεύοντες. Ita fidimus nobis ipsis, & virtute, ac præstātia nostrorum animorum nitimur, vt omne genus hominum ad nostram vrbem admittamus, neminem abigamus, nemini interdicamus, ne ad nos veniat, & spectet, atque discat, quæ sunt spectanda in hac vrbe, ac discenda.

Παρέχομεν. Exhibemus communem.

Ξενηλασίαις: Hoc nomine malè audiebant Lacedæmonij: quanquam non eam ob causam, quam affert hîc Pericles hoc factitabant: sed ne mores ciuitatis corrumperentur.

Παρασκευαῖς. In malam partem iam: molitiones fraudulentas, & conatus insidiosos) (παράταξις, φανερά. παρασκευὴ, Coitio ad opprimendum aliquem, pro quo etiam κατασκευή. Αἰσχ. περὶ παραπρ. Καὶ τὰς τέχνας, ἃς τὰς κατασκευὰς τοῦ κατηγόρου, καὶ τὴν ὠμότητα. Idem Æsch. κατὰ κτησιφῶντος. τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε ὦ ἀθ. καὶ τὴν παράταξιν, ὅση γέγονε).

Τῷ εὐψύχῳ. ἀντὶ τῆς εὐψυχίας. Magnitudine, & fortitudine animi.

Ταῖς παιδείαις. Anteponit rursus disciplinam Atheniensium, & rationem instituēdi pueros, disciplinæ Lacedæmoniorū, & rationi, quam sequuntur illi in pueris instituendis, κατὰ σύγκρισιν.

C Τὸ ἀνδρεῖον. τὴν ἀνδρείαν. virtutem discunt.

Ἀνειμένως διαιτώμενοι. Suprà ἀνειμένη διαίτη ἐς τὸ τρυφερώτερον κατέστησαν.

Ἰσοπαλεῖς. Eadem adimus pericula, & non minus ardua.

Τεκμήριον δέ. Facit fidem, Athenienses æquè arduas res gerere, & paria pericula subire: nam (inquit) audemus bella inferre gētibus remotis à nostris finibus: & collatis signis in alieno agro, victoria plerumque potimur: Lacedæmonij non ita: à signo per collationem: cui sunt admixta argumenta à pari, & à maiori.

Καθ' ἑκάστους. ἀντὶ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς) (μετὰ πάντων.

Οὐ χαλεπῶς. Ergo maiorem laudem meremur.

Τοὺς περὶ τῶν οἰκείων. Eos qui sua tuentur.

Τὰ πλείω. ἀξιοπιστία, κρατοῦμεν, superamus.

Ἀθρόᾳ τε τῇ δυνάμει. Ad illud occurrit: atqui victi, & cæsi iam fuistis à Lacedæmoniis. Extenuat victoriam: particula, & portiuncula quædam nostrum hoc passa est. Nullus hostis congressus vnquam cum frequentibus nostris copiis. Nullique ad hunc diem hostes in nostras copias frequentes inciderunt.

Διὰ τὴν τοῦ ναυτικοῦ. Αἰτιολογία: quia distinemur: & partim rebus maritimis partim pedestribus damus operam, idque diuersis locis. Sed σημνότης.

D Ἡμῶν. Vt discrimen faceret ἀπὸ τοῦ ξενικοῦ.

A Ἤν δέ που. Eleuat victoriam Lacedæmoniorum, & leuitatis eos arguit, & vanæ iactantiæ.

Καὶ νικηθέντες. Ἀντιμεταβολή. 124. A

Καί τοι εἰ ῥαθυμίᾳ. Efficit Athenienses longè præstare Lacedæmoniis virtute, & animi præsentia ad subeunda pericula, & ad res magnas, & arduas gerendas. sed sunt immixtæ rationes.

Ῥαθυμίᾳ. Διὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἁβροδίαιτον. ἀνειμένη διαίτη: Otio, quiete) (laborum tolerantia, studio, & exercitatione in laboribus.

B Μετὰ νόμων. Quia Lacedæmonij legibus cogebantur.

Ἐθέλοιμεν. Quia non semper volebant: latentem continet Atheniensium purgationem. quasi diceret, si aliquando vincimur, hoc fit, quia nolumus alacriter pericula subire.

Περιγίγνεται. Contingit nobis, vt ærumnis antequàm veniant non defatigemur, hoc commodo præstamus, id est, contingit nobis vt incommoda, quæ sunt, vitemus. Commoda adipiscamur. Ἀγαθὸν, ἡ κακῶν ἀποβολὴ, ὡς ἡ ἀγαθῶν λῆψις. Meliore sumus conditione, quòd incommoda vitamus & acerbitates, commoda adipiscimur.

C Καὶ ἔν τε τούτοις. Transit ad alias virtutes reipub. Atheniensis, ad splendorem, & magnificentiam, ac liberalitatem: paulò antè fortitudinem laudauit, iam liberalitatem & magnificentiam celebrat.

Φιλοκαλοῦμεν. Elegantiæ studemus: ita tamen vt ad eam luxum non adhibeamus. ὁ περὶ βούλει τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον. Isocrates πρὸς Δημόνικον.

D Πλούτῳ τε. Et diuitiis loco, ac tempore potius vtimur, quàm ad inanem ostentationē, & verborum iactantiam. κόμπος, κρότος ποιὸς ἐκ τῶν ὀρχουμένων ἀποπλήμενος. κυρίως δὲ κόμπος ἦχος ποιὸς τῶν σιαγόνων ἀγρίου συὸς ὅτε θυμούμενος θήγει τοὺς ὀδόντας.

Ἔργου μᾶλλον καιρῷ. Magis cùm res hoc postulat, quàm ad inanem verborum iactantiam. καιρὸς ἔργου. facti opportunitas) (κόμπος λόγου, verborum iactantia. B

E Καὶ τὸ πένεσθαι. Neq; paupertatem in rerum turpium numero ponimus, neque diuitias improbamus: hoc ita dicit, quia Lacedæmonij diuitias, & pecuniam detestabantur, quasi capitalem hostem: euentus ipse opinionem eorum confirmauit: nam post Athenas captas, & aurum inde Spartam auectum, cœpit luxus paulatim serpere, & mores ciuitatis hoc modo tandem sunt corrupti.

F Ἔνι τε τοῖς αὐτοῖς. Iidem & rempublicam, & rem priuatam accuratè administramus: vel rustici non rudes, nec imperiti sunt administrandæ reipublicæ. Hæc omnia opponit Lacedæmoniis, qui dediti studio rei militaris rem priuatam negligebant: agros colendos seruis relinquebant.

Ἔργα. Agriculturam. ἔργα, καὶ ἡμέραι Ἡσιόδου. L.V. qui rebus agendis incumbunt.

Ἐνδεῶς. Deterius, parcius.

Μόνοι γάρ. Ratio ἀπὸ τοῦ ἀδόξου. Quia nullius vsus esse ducimus eum, qui rerum istarum imperitus est.

G Οὐκ ἀπράγμονα. Non otiosum. ἀργὸς καὶ ἄεργος) (πολυπράγμων.

Καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομεν. Lacedæmonij contemnebant eloquentiam: & vitio vertebant Atheniensibus loquacitatem nimiam, inanem strepitū verborum eos sequi dictitantes: ipsi gloriabantur, quòd remota verborum volubilitate acutè cogitarent

tarent res ipsas dignoscerent, ac rectè iudicarent. Hanc Lacedæmoniorum opinionem refutat hoc loco Pericles: docet tantum abesse, vt in rebus dignoscendis, & rectè iudicandis noceat eloquentia, vt potius plurimum conferat, & iuuet nos ad hoc ipsum assequendum. Itaque demonstrat Athenienses hoc nomine præstare Lacedæmoniis, quòd eloquentia adhibita res longè melius iudicent. (Cic. Offic.) Ob eam etiam causam eloqui copiosè (modò prudenter) melius est, quàm vel acutissimè sine eloquentia cogitare, quòd cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia verò complectitur eos, quibus cum communitate iuncti sumus.

Ενθυμούμεθα. Animo concipimus, excogitamus.

Κρίνομεν. Cogitata, adhibita disputatione, & συλλογιζόμενοι.

Διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν. In definitione fortitudinis est, considerata periculorum susceptio: hanc laudem Atheniẽsibus tribuit iam Pericles: & videtur eã opponere obtrectatoribus Lacedæmoniis, qui appellabant Athenienses nimiũ audaces, ἐν τῇ δημηγορίᾳ τῶν Κορινθ. αὖθις δὲ οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ, καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες. Quamuis igitur (inquit) audaces simus, tamen cautè, consideratéque id facimus.

Ο τοῖς ἄλλοις. σύλληψις: ὃ τοῖς ἄλλοις, quod aliis, quasi diceret, solet obesse, vel φέρει βλάβην. sed breuiloquentia Thucydidis multa in pauca contraxit. ἀμαθία. ἐπαινοῦσι ad τόλμαν, λογισμὸς, ad ἐκλογίζεσθαι.

Κράτιστοι δ' ἄν. Conclusio totius argumẽtationis: ergo longè præstant fortitudine ij, qui quamuis dura, & mollia commoda, & incommoda cognoscant, & eorum delectum habeant, tamen pericula nihilominus adeunt, ac subeunt. Δεινὰ res asperæ, res duræ) (ἡδέα, otium, tranquillitas.

Καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν. Beneficentiam eorum iam laudat. Aliâs ἀρετὴ ἡ εὐδοξία. Κερκυραίων δημηγ.

Βεβαιότερος δέ. Certior amicus est, qui dat beneficium, quàm, &c.

125. A Αμβλύτερος. Obtusior, id est, non ita acer, non ita vehemens in amando. Ab acie cultri obtusa sumpta est metaphora.

Καὶ μόνοι. Qui spe quæstus beneficiũ conferunt, hi mercaturam facere quodammodo videtur: itaque hoc genus sordidum, & illiberale habetur: ergo eius contrarium coniunctum cum virtute existimandum est. Gratis itaq;, & sine spe gratiæ referendæ conferimus beneficia (inquit) χάρις δεῖ καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται ὑπουργεῖν δεομένῳ μὴ ἀντί τινος, μηδ' ἵνα τι αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ' ἵνα ἐκείνῳ τι. Αριστ. ῥητ. β. 7ς.

Η καὶ ἄλλως. Nos conferimus liberè beneficia in quemlibet, quia liberi sumus, nec metuimus quẽquam, ita vt ab eo nobis timeamus si beneficio eũ afficiamus, quẽ ipse minimè vult affici beneficio. Hic sensus mihi quidẽ magis probatur. Vt carpat tacitè Lacedæmonios, qui ὀλιγαρχίᾳ vtebantur, atq; ita quodammodo eorum pleriq; seruiebant, ita, vt si aliquando cõferre beneficium voluissent in aliquẽ qui non ita gratus esset magistratibus, desinerẽt cõferre, ne voluntatẽ magistratuũ offenderẽt.

Ξυνελών τε λέγω. Efficit summatim rempublicam Atheniensium esse ludum quendã, vel doctorem, vnde præcepta petant cæteri Græci, & singulos ciues esse aptos ad diuersa rerum genera, non ad vnum tantùm, quasi diceret, studiũ militare, vt Lacedæmonij. Hæc referenda sunt ad illud, οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα δὲ αὐτοὶ, &c.

Παίδευσιν. Magisterium, doctorem.

Επὶ πλεῖστα εἴδη. Ad reipublicę administrationem, ad rei priuatæ, ad colendos agros, & alia id genus studia, & artificia, in quibus scitè & venustè Athenienses versabantur.

Καὶ ὡς οὐ λόγων. A posteriori, & à magnitudine potentiæ partæ his moribus facit fidem.

Λόγων κόμπος. Inanis verborum iactantia. λόγων) (ἔργων: κόμπος) (ἀλήθεια.

Κρείσσων ἀκοῆς. Famam superans.

Ες πεῖραν ἔρχεται. Cognoscitur, cernitur, sui documentum dat. ἀπὸ τῶν ἐμψύχων.

Καὶ μόνη. Amplificationes. Iudicio hostiũ, & testimonio, quod longè omnium grauissimum est, confirmat rem ita se habere. δεινότης. Sola nostra potẽtia propter magnitudinẽ non affert hostibus indignationem, quasi ab inferioribus premantur. Qui à maioribus, & præstantioribus dignitate, atque opibus læduntur, hi æquiore animo ferunt offensionem. Contrà qui offenduntur ab inferioribus, indignè eam rem ferunt. Dicunt enim, En à quo contemnor? quis me offendit? &c. Hoc igitur est, quod dicit Pericles, adeò magna est nostra potentia, vt hostis ipse iudicans se dignum habere aduersarium, hoc non ita ægrè ferat. sed δεινὴ εὔνοια.

Υφ' οἵων κακοπαθεῖ: ὑπ' ἀναξίων δηλονότι. ἀπολογίας, sed μετὰ θαυμασμοῦ, καὶ ἀγανακτήσεως. L. V. Sola, quæ nec hosti occurrens irascitur ob acceptam ab illo cladem, neque à subiectis malè audit.

Μετὰ μεγάλων δὲ σημείων. Magna est potentia: ergo admirabilis, & hominibus ætatis nostræ, & omnibus posteris: Locus amplificationis à consequentibus. παραγόμενοι. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Τοῖς τε νῦν, θαυμασθησόμεθα supple, sed est figura σύλληψις.

Μεγάλων σημείων. Exercituũ, classium, trophæorum.

Αμάρτυρον. Carentem testibus, id est, trophæis, hostibus victis.

Καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι. Commoratio: ita erimus orbi terrarum admirationi, vt nullius Poëtæ testimonium simus desideraturi.

Οστις ἔπεσι μέν. Qui suis carminibus in præsentia animos demulceat, rerum autem gestarũ opinionem veritas lædat. Id est, sed apud posteros sit nobis obfuturus: quomodo? cùm veritas emergens rem aliter accidisse indicabit. Sed ὑπαλλαγὴ, ἀντὶ τοῦ βλάψει δὲ τὴν τῶν ἔργων ὑπόνοιαν τὴν ἀλήθειαν.

Αλλὰ πᾶσαν μὲν γῆν. Explicat iam signa magnitudinis Atheniensis potẽtiæ, omnia maria, omnes terras patere nobis coëgimus, & vbique trophæa, ac monumenta rerũ à nobis gestarũ cernuntur. ὑπερβολὴ apta laudationibus. ἐσβατὸν, vt κληθεῖς ἐπὶ δεῖπνον.

Περὶ τοιαύτης οὖν. Trãsit ad laudationem eorum, qui sepulti fuerant: & simul iacit fundamenta secundæ partis huius concionis: nẽpe adhortationis.

Τῶν λειπομένων. Eorum qui sunt reliqui, qui remanent in vita, qui supersunt.

Κάμνειν. contendere. πάντα τινα: quemlibet.

Διὸ δὴ καὶ ἐμήκυνα. Deprecatio, & purgatio. Vt docerem qualis, & quanta sit nostra respublica, vtq; hanc totis viribus defendendam demonstrarem.

Περὶ ἴσου ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα. Non esse par certamen. Δημοσθ. ἀγωνίζεσθαι περὶ τῶν ἴσων, ἐν τῷ περὶ στεφ. Non eadem præmia proposita nobis, atq; cæteris, qui non habent talem rempub.

Ὁμοίως. Qualitas.

Σημείοις. Ipso genere reipublicæ, & disciplinæ publicæ, ac priuatæ.

126. A Α γὰρ τὴν πόλιν ὕμνησα. Ingreditur in laudationem defunctorũ. Laudes enim quas reipublicæ tribuit, per istos eorumq; similes partæ sunt. Ornamenta enim nostræ reipublicæ, quæ celebrata à me sunt, per istos, eorumq;, similes tributa illi sunt: vel, virtutes enim istorum, & similium istis ornarunt ciuitatem iis rebus, quas ego laudaui.

Καὶ οὐκ ἂν πολλοῖς. Neque multis Græcorum contingat par rerum gestarum laudatio. Id est, pauci autem Græci sunt promeriti tales laudes ob res à se gestas, quales isti. ἔπαινος à raritate.

Δοκεῖ δέ μοι δηλοῦν. A genere mortis laudatio: pro patria fortiter, ac strenuè pugnantes ceciderunt: quo quid gloriosius? Hinc argumentatur κατὰ τὸ εἰκὸς vitam etiam honestam fuisse: à posteriori, quasi diceret, qui honestè moritur, eum verisimile est honestè etiam vixisse.

Si Pericles singulas actiones illustres singulorum ciuiũ, qui in prœlio ciciderant, persequi oratione voluisset, infinitũ opus suscepisset, ad quod ne tota quidẽ ætas poterat sufficere quodammodo. quis enim tot hominum singula præclara facta cognoscat facilè? Quare expedit se per bella ratione, dum à posteriori, & ab ipso obitu argumentatur. Cicero pro Quint. Etenim mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. πρώτη μηνύουσα. Id est, perpetuo, certissimoq; testimonio. Sed est προσωποποιΐα. Inducitur quasi testis quidam Obitus ciuium, qui dicat testimonium de eorum virtute, idq; pluribus ratum faciat, & comprobet.

Καὶ γὰρ. Inserit breuem adhortationem, qua cæteros ciues, hortatur, vt horum exemplum secuti pro patria pugnare, & honestè occumbere velint. καὶ γὰρ αὐτὴ τῶν τι γάρ.

Τοῖς τ' ἄλλα χείροσι. Qui aliis virtutibus destituti sunt: qui aliis rebus obscuri sunt, eos par est sibi proponere virtutem bellicam pro patria, id est, qui aliis rebus non excellunt, ij saltem patriæ propugnatione, ac defensione emineant cæteris, id est, tueantur, & defendant patriam. προτίθεσθαι, anteponere.

Ἀφανίσαντες. Obruentes, delentes.

B Ἢ ἐκ τῶν ἰδίων. Quàm sua morte: vel quàm vitiis suis.

Τῶνδε δέ. Laudat defunctos, quòd neque commodorum fruitione, neque incommodorum vitandorum causa pericula recusauerint.

Οὔτε πενίας ἐλπίδι. αὐτῇ τῇ ἐλπίδι τοῦ διαφυγεῖν τὴν πενίαν. Neq; spe paupertatis in diuitias commutādæ.

Ἀνεβάλετο. Subtraxit se periculis.

Τὴν δὲ τῶν ἐναντίων. Pergit laudare eos, quòd vlciscendi hostes causa neglexerint, vel cõmoda quibus fruebātur, opes scilicet, & diuitias, vel incommoda, vt aliquando commodis potirentur.

Αὐτῶν. τοῦ πλούτου, καὶ τοῦ φυγεῖν τὴν πενίαν.

Μετ' αὐτοῦ. τοῦ κινδύνου, δηλονότι.

Τῶν δέ. τοῦ πλούτου, καὶ τοῦ φυγεῖν τὴν πενίαν.

C Ἐλπίδι μέν. Commoratio: sperantes id, quod incertum erat, se consequuturos: cætera in virtute sua reponentes.

Τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν. Incertum prœlij euẽtum, τὸ ἄδηλον, & obscurum.

Ὁρωμένου) (τὸ ἀφανές.

A Ἐπιβιώσαντες. A pecunia credita προσωποποιΐα. σημείωσαι genus orationis ἐγκωμιαστικὸν, quod est fusum, & tractum, & cum lenitate quadam æquabili perfluẽs sine vlla iudiciali asperitate, & forensium sententiarum aculeis.

Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι. Ad rei euentum peruenit iam Pericles, ad interitum scilicet eorum, qui laudantur: quem ornat ex eo, quòd saluti mortem anteposuerint, vt hostem propulsarent, & ei minimè cederent, atque ita rei eius infamiam vitarent.

B Καὶ δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης. Cõcludit mortem beatam illis contigisse: extinctos enim esse breuissimo momento temporis summa cum gloria, nulla cum ignominia.

Ἀπηλλάγησαν. De vita decesserunt.

Καὶ οἵδε μέν. Transit ad secundam partem: Id est, ad cohortationẽ. Hortatur ciues reliquos, vt istorum exemplum sequuti acerrimos propugnatores patriæ se præbeant, adducti cùm aliis rationibus,

C tum ea, vt maiestatẽ tanti imperij conseruent, quæ parta est laboribus ferendis, & periculis subeundis à viris fortibus.

Τοὺς δὲ λοιπούς. Reliquis verò optanda quidem est fortuna, & euẽtus lætior, sed virtus eadem ostendenda.

Ἀσφαλεστέραν. Magis munitum ab hostium iniuriis, & magis tectum, tutiorem: id est, non ita obnoxium casibus: id est, optandus illis est euentus prœliorum secundus, non aduersus, quemadmo-

D dum istis accidit, sed virtus, & animi præsentia eadem præstanda est. Hoc non tam propriè cohæret cum verbo διανοίας, quàm τὸ ἀτολμοτέραν.

Σκοποῦντας. Non propositis sibi iis commodis, quæ quis oratione longa demõstrare posset, quæque posita sunt in patriæ defensione, & propulsandis hostibus, sed potius proposita sibi ante oculos potentia ciuitatis.

Μηκύνοι λόγῳ μόνῳ. Prolixa oratione tantùm persequatur.

E Οὐδὲν χεῖρον εἰδότας. Artificiosa occupatio, & sui D purgatio, cur eam orationem omittat.

Θεωμένους. Contemplantes. Metaphora sumpta 127. A à muliere, quæ est forma eximia, & ad quam spectandam plures concurrunt amatores. Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστι πρὸς τὸ ἔρωτα. Propert. lib. 2. Eleg. xv. *Si nescis, oculi sunt in amore duces.*

Καὶ ἐραστὰς γιγνομένους. Eiusq; amatores effectos: eiusque amore incensos, vel correptos.

F Καὶ ὅταν ὑμῖν μεγάλη δόξῃ εἶναι. Quid cogitandum, constituendumq; illis sit inter contemplandum, docet: illud (inquit) cogitate, viros fortes, & gratos erga patriam, & honestatis, ac bonæ famæ studiosos talem potentiam comparasse: qui cùm opus erat vitam pro republica profundere non dubitabant.

Ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι. In prœliis erubescentes, id est, qui bonam famam, & existimationem saluti anteponebāt. In bono milite hæc desiderantur: τὸ ἐθέλειν, τὸ αἰσχύνεσθαι, τὸ πειθαρχεῖν.

G Καὶ ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλεῖεν. Et si quando inter tentandum aliquid, res ex voto non cessisset, non propterea Rempublicam fraudādam sua virtute iudicarunt.

Σφαλεῖεν. στερεῖσθαι τινός. Non assequi aliquid. σφάλλεσθαι τῆς ἐλπίδος, deiici spe. κατὰ περίπλοκην, cecidissent, cæsi fuissent significat, vt sit sensus: & si inter propa-

propagandum imperium, & amplificandam ciuitatis potentiam, cadebant, tamen cadebant strenuè, ac fortiter pugnantes, & pietatem debitã erga patriam declarantes: vt ipsemet se explicat paulo post.

Προϊέμενοι. Largientes, profundẽtes ἐκτήσαντο αὐτά, prolixo, & lubenti animo largientes.

Ἔρανον. ἔρανος collecta, Athen. lib. 8. ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλομένων εἰσαγωγαί, ἀπὸ τοῦ συνφέρειν, καὶ συμφέρειν ἕκαστον, ὃ καὶ θιάσος. ἐρανισταί, καὶ συνθιασῶται. ὅμηρος Ὀδυσ. λ. ἢ γάμος, ἠὲ ἔρανος, ἠὲ εἰλαπίνη ἢ θαλίη. tria genera epularum opiparatum. εἰλαπίνη ἢ γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν. nunc metaphoricè officiũ patriæ præstitum à suis ciuibus significat.

Κοινῇ γάρ. Reddit rationẽ, cur eiusmodi officium patriæ persolutum sit pulcherrimum, & honestissimum: quia gloriam illis immortalem affert, sed καθ' σύγκρισιν: amittunt corpora mortalia, gloriã immortalem consequuntur. κοινῇ) (ἰδίᾳ. σώματα) (ἀγήρως ἔπαινος. διδόναι) (λαμβάνειν.

Καὶ τὸν τάφον. Verum, & maximè insigne monumentum virorũ fortium, & eorum qui pro patria vitam profundunt, ipsum terrarum orbem esse, in quo viuit, & viget eorum gloria. Enthymema est ductum à definitione quadã gloriæ defunctorum. Quasi diceret, Quid est gloria mortui pro patria? est memoria virtutum illius, quæ viuit & viget in animis hominum.

B Παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεί. In qualibet occasione rerum vel dicendarum, vel agendarum. λόγου: quia in dicendis sententiis, in adhortationibus vel dehortationibus, in laudationibus, vel vituperationibus fieri solet mentio virorum fortium, & illustrium, vt exemplo eorum animi auditorũ incendantur: idem etiam fit in agendis administrandisque rebus.

Οὓς νῦν ὑμεῖς. Epilogus est. hortatur Athenienses, vt imitẽtur maiores, vt pericula eadem pro patria conseruanda adeant: Ita enim & viros claros fore, & libertatem retenturos, & felicitatem denique adepturos demonstrat.

Τὸ εὔδαιμον. τὴν εὐδαιμονίαν. Ita etiam τὸ ἐλεύθερον, & τὸ εὔψυχον. σχῆμα κλιμακωτόν. Att. lib. 2. 38. Si dormis, expergiscere; si stas, ingredere; si ingrederis, curre; si curris, aduola.

C Οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες. Ἀπολογία, cur adeunda sint pericula? vita non est adeò contemnenda miseris, vt est iis, qui in summo fœlicitatis gradu videntur collocati. Δεινότης.

Καὶ ἐν οἷς μάλιστα. Præsertim si viri sint illustres, in quibus propter splendorem facilè apparent minima quæque delicta.

Κινδυνεύεται. Timenda est.

Μεγάλα τὰ διαφέροντα. Magnum est discrimen, delictorum scilicet. ipsorum enim delicta, quia sunt illustres, sunt insigniora: hominum humilium, & abiectorum sunt obscuriora.

Ἀλγεινοτέρα γάρ. ἀπολογία. Vita enim cum turpitudine coniuncta, est acerbior viris magnanimis, quàm mors honesta.

Κάκωσις. Vita turpis, & ignaua. Vexatio, corporis afflictio: causæ seruiens vitam sic vocauit, vt Athenienses deterreat ab eo vitæ genere.

Μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι. Causa pro effecto, verbum pro nomine, turpitudinem habet verbum, de mulieribus enim potius, quàm de viris dici solet: mollitiem animi significat. Grauissima sententia argumentum hoc conclusit.

A Διόπερ καί. Ad tertiam, & postremam causæ partem venit iam Pericles: id est, ad consolationem: consolatur eorum parentes, liberos, fratres, & vxores: parentes consolatur à mortis genere pulcherrimo, atq; honestissimo, quo filij eorum occiderunt. Ex eo quòd alios procreabũt, & in defunctorum locum sufficient: quòd si ætate sunt prouectiore, à vitæ breuitate, qua sensuri sunt dolorem, & à successu vitæ actæ, & gloria istorum, qui sunt defuncti: liberos consolatur, & fratres ab exemplo domestico, quod sunt illustre habituri: vxores deniq; consolatur à pudicitia, quam sunt seruaturæ viris orbatæ suis.

B Διόπερ καί. Quia honestissimè ceciderunt.

D Ἐν πολυτρόποις γάρ. Nam cùm multa & varia genera mortis impendeant hominibus, id genus, quod est pulcherrimum vestris obtigit liberis.

Τὸ εὐτυχὲς ἡ εὐτυχία. Illi autem felicitatem adepti sunt, quibus obtigit tale mortis genus, quale, &c.

C ἔλαχον supple.

Καὶ ἐν οἷς ἐνευδαιμονῆσαι. Et quorũ mors æquè beata fuit, atque acta vita.

128. A Χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα. Quamuis verò id factu difficile esse intelligam, vt vos scilicet recenti isto vulnere accepto, idque peracerbo, consolationem capiatis, tamen ferendum æquo animo est cum spe futuræ prolis alterius, tum gloria istorum, quos amisistis. προδιόρθωσις, καὶ συγχώρησις πρὸς τὰ κεκρατηκότα πάθη.

D Ἐν ἄλλων εὐτυχίαις. Apud aliorum res florentes liberorum scilicet copia.

Καὶ λύπη. αὐτὶ τὸ λυπηρόν. Virgilius Æneidos lib. 1. *Non metus: officio nec te certasse priorem Pœniteat.* Cautio Ter. ἔθας, συνήθης.

Οὐ γὰρ οἷόν τε. Necessitatem procreãdi liberos demonstrat: qui non habent liberos, quos periculis pro patria obiiciant perinde, atque isti fecerunt, hi recta consilia, & tuta non æquè præbent in publicis consultationibus: videtur autem tacitè ocE currere iis, qui poterant recusare istud consilium, & dicere nolo procreare liberos amplius, nolo nouam doloris materiam mihi parare, &c. Iis igitur occurrit, & docet necesse esse, &c.

B Οἱ ἄν. Sensus est: qui & ipsi pericula pro patria adeunt, & filios iisdem periculis obiiciunt, ij recta, & fidelia præbent consilia, cùm consultatione opus est: qui non ita, neque ipsi adeunt pericula, neque liberos pro patria periculis obiiciunt, hi neque rectè, neque fideliter suæ patriæ consuF lunt: neque boni ciues esse possunt: cur ita? quia, quasi diceret, res eorum non ita agitur, cùm ipsi, & liberi periculis non intersunt, itaque non curant vtrum bonum, an malum dederint consilium, &c.

Παρηβήκατε Iam ætate decrepita estis, summa senectute, confecti senio estis: lucrum ducite vitam actam, quæ fuit multo longior: & hanc quæ reliqua est, breuem fore existimate: ita, quasi diceret, vt si acerbitas aliqua ferenda vobis sit propter aG missos liberos, ea non sit futura diuturnior.

Κουφίζεσθε. Leuamini, id est, leuate dolorem gloria istorum: consolationem capite. A ponderibus metaphora.

Τὸ γὰρ φιλότιμον. Honoris enim studiũ est immortale, non lucrum, & quæstus: & propterea est expetendum. τὸ φιλότιμον, gloria.

Τὸ κερδαίνειν. Quia senes malè audiunt hoc nomine.

Ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας. Rem probat: ætas effecta est: ad quid igitur, quasi diceret, prodest congerere diuitias, & facere quæstum!

Παισὶ δὲ αὖ. Liberis, & fratribus magnum esse propositum certamen video: nam si parentes, aut fratres superaturi estis, quasi diceret, necesse est neruos omnes contendatis, & vires animi, atque corporis adhibeatis: & affert rationes: mortuos quilibet laudat, nemo est, qui ipsis inuideat: omnes eos amant, itaque laudibus eos extollunt. vos, qui viuitis, non ita: quia non desunt, qui vobis inuideant, nō desunt aliquot inimici: ergo non ab omnibus æquè laudabimini. Est igitur consolatio cum adhortatione.

Consolatur, cùm diuinam quodammodo virtutem parentum, & fratrum fuisse significat, & cùm eorum exemplum singulare demonstrat: adhortatur proposito domestico exempli splēdore.

Τὸν οὐκ ὄντα. Qui fato funct⁹ est: qui vita excessit.

Υπερβολὴν ἀρετῆς. Virtutis præstantia, exuperantia. Id est, summa virtute, magna virtute: vix paulo inferiores illis, ne dum pares iudicemini.

Ἀντίπαλον. Inter æmulos, & pares.

Τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν. Οἱ μὴ ὄντες, quia nullum habent aduersarium, æmulum, & inuidentem, amantur, & coluntur.

Εἰ δέ με δεῖ. Consolatur iam mulieres futuras viduas à gloria, quam sunt consequuturæ, si pudicè vitam agant, atq; ita æuum transigant, vt inter mares nulli rumores siue de factis, siue de dictis eatum disseminentur. Sed quoniā hanc mentionem mulierum parum necessariam existimabat, ideo dicit εἰ δέ με δεῖ. Cur ita? quia οἷς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι. &c. vt ipsemet paulo pòst dicit.

Γυναικείας ἀρετῆς. αὐτὶ τῆς γυναικῶν ἀρετῆς.

Βραχείᾳ παραινέσει. Breui oratione summā complectar.

Τῆς γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως. Cōseruare pristinam pudicitiam, neque à vobis ipsis desciscere, ingens gloria est. ἢ καὶ ἄλλως. Ingens gloria est, si à mulierum instituto non desciscatis, id est, si mulierum rectum institutum sequamini: quod est, si domi vos contineatis, pudicè, & honestè vitam agatis: & si nulli rumores de vobis in bonam, vel in malam partem inter mares disseminentur.

Καὶ οἷς ἂν. Ob eas res, ob quas minimum rumoris, & famæ fit inter mares de laude, siue vituperatione vestra. ψόγου. μετωνυμία.

Εἴρηται. Conclusio. Ornati sunt defuncti, & à me oratione, & à ciuitate partim nūc funere, partim præmiis paulo pòst in eorum liberos cōferendis. εἴρηται λόγῳ: ἀπλικισμός.

Πρόσφορα: τὰ χρήσιμα. Quæ ad rem facere videbantur, & ad causam erant accommodata, lib. 1. ἐκποιεῖ δὲ ἐδόκει ἑκάστοις ἃ προσφορα ἦν, ὅ μὴ ἔτι μέλλησιν.

Ἔργῳ. Monumento amplissimo, atque ornatissimo.

Μέχρις ἥβης. Ad quartū vsq;, & decimū annum.

Ὠφέλιμον. Quia inuitat ad virtutem, & fortitudinem, & ad defensionem patriæ.

Στέφανον, ἐπιφώνημα. Ornamentum, honorem, ἢ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀθλητῶν.

Τῶν τοιῶνδε. Bellicorum, vt distinguat à ludicris certaminibus.

Ἆθλα γὰρ. αἰτιολογία. Cur proponat maximos honores, & amplissima præmia, vt habeat ciues optimos, & fortissimos, sed τῷ μὲν κέρδος μετ' σημόνησις.

Νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι. Dimittit iam populum.

Καὶ διῆλθον αὐτῷ. Notat diligenter tempus, & primum belli istius annum, vt faciet etiam in reliqua historia.

Τὰ δύο μέρη. Tertia enim pars domi manebat, vt finibus esset præsidio. ξυνῄεσαν τὰ β. μέρη ἀπὸ πόλεως ἑκάστης ἐς τὸν ἰσθμόν.

Καὶ ὄντων αὐτῶν. Pestilētiam Athenis ortam narraturus Thucydides, tempus primum notat: hoc fuisse ostendit ineunte æstate, paulo pòst aduentum hostium. Describit autem diligētissimè hanc pestilentiam. Quærit τὰ αἴτια τὰ προκαταρκτικά. Docet vnde vrbem inuaserit, quàm vehemens, & atrox fuerit, quæ signa morbum antecederēt, quæ eundem comitarentur, effecta deniq; eius, & sæuitiem, & quæ confusio, omniumque rerum perturbatio in ciuitate fuerit ob eam causam. Hic autem locus est maximè insignis inter cæteros, qui sunt illustres in hac historia: itaque iure optimo Lucretius in fine sui poëmatos eum exprimere conatus est.

Λεγόμενον μέν: αὐτὶ τῆς λεγομένης. Liuius, liberas religione mētes turbauit rursus nuntiatum, Frusinone infantem natum esse quadriēnio parem: id est, cùm nuntiatum fuisset.

Ἐγκατασκῆψαι. Incubuisse, à fulmine metaphora ducta.

Οὐ μέντοι. Veruntamen neque tantum pestilentiæ, neq; tantus interitus vspiam accidisse memorabatur.

Οὔτε γὰρ ἰατροί. Affert rationem, cur tantus fuerit interitus: quia nulli medici, nulla ars, nulla remedia ægrotos iuuare poterant. Lucret.

——Mussabat tacito medicina timore,
Nec ratio remedij communis certa dabatur.
Nam quod ali dederat vitales aëris auras,
Voluere in ore licere; & cœli templa tueri;
Hoc aliis erat exitio; letumq; parabat.

Ἤρκουν. Opem ferebant, remediū reperiebant.

Ἀλλ' αὐτοὶ μάλιστα. Locus misericordiæ, ex eo, quod ij, vnde salutis aliqua spes esse poterat, primi, & ante omnes morbo opprimerentur. Μάλιστα, supple τό.

Ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς. Amplificatio: ne diuinum quidem auxilium apparebat: nam deorum supplicationes, oracula petita, & aliaid genus remedia, quę peti solebant, vt cognita causa pestilentiæ, ira deorum placaretur, hæc omnia nihil proderant.

Ἢ μαντείοις. ἢ ὅσα ἐχρήσαντο μαντείαις, opera qua vsi fuerant in sciscitandis oraculis.

Καὶ τοῖς τοιούτοις. Alia genera diuinandi intelligit: Sortilegia, somniorum interpretationes, ignispicia, extispicia, &c. μαντεῖον enim significat oraculū.

Τελευτῶντες τε. Tandem victi mali magnitudine de salute sua desperare cœperunt.

Αὐτῶν ἀπέστησαν. Ea solicitare destiterunt: missa fecerunt.

Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ αἰγύπτου. Orientalem intelligit: & ideo addit τῆς ὑπὲρ αἰγύπτου. nam est etiam occidentalis. Ὅμηρος Ὀδυσ. lib. 1:

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.
Τοὶ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Λιβύα. Epaphi, καὶ μέμφιος τῆς νείλου filia, nomen dedit Aphricæ. Apollod. libro 2. peperit geminos filios, Agenorem & Belum.

Ἦψατο.

Ἥψατο. Tentauit, attigit, leuiter, & parcè primùm, &c. Κηρῆναι γὰρ. παρέκβασις.

D Πολλῷ μᾶλλον. Longè plures, id est, καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἤδη μᾶλλον ὄντες.

Λεγέτω μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ. Non vult scrutari causas pestilentiæ Thucydides, ne philosophum, aut medicũ historicus ipse agat, atq; ita in aliquas ineptias labatur: itaq; artificiosa occupatione se causas istas dicit omissurũ, & medicis, & philosophis relicturũ, signa aũt, & symptomata morbi declaraturum.

Ἰδιώτης) (ἰατρὸς. περὶ αὐτοῦ: πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἱκανάς. Idoneas, quæ ad tãtam mutationem vim haberent.

Ἐς τὸ μεταστῆσαι. Vt ab optima in deterrimam valetudinem traheret.

Ἐγὼ δὲ. Ego verò cuiusmodi fuerit, referam.

Καὶ ἀφ' ὧν, ταῦτα δηλώσω. Et quæ sibi quisq; proponens, si quando iterum ingruat, iam prædoctus, habeat aliquid pręcipuè, ex quo eam cognoscat, ea nunc aperiam.

130. A Αὐτός τε νοσήσας. Fidẽ quærit suę narrationi, authoritate sua interposita. αὐτός τε, καὶ αὐτός, ἐμφατικῶς.

Τὸ μὲν γὰρ ἔτος ὡς ὡμολογεῖτο. Antè quàm ad causam aggrediatur, locũ amplificationis tractat, ductum à tẽpore: docet annũ illum caruisse maximè cæteris morborũ generibus: ita, vt ob hanc rationẽ annus videretur saluberrimus: & tamen ob hanc vnã grauissimè laborasse: id quod magnã in se admirationẽ habet, & valet plurimũ ad amplificandum.

Ὡμολογεῖτο. Constabat.

Ἐκ πάντων τῶν ἐτῶν. ἐς τὰς ἄλλας, hoc respectum iam significat, vt barbari loquuntur.

Ἀπεκρίθη. Redacti sunt, cesserũt, conuertebãtur, terminabãtur. à cõcretione resolui Bud. Διὰ τὸ μηδὲ ἐλλιπῶς πω, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αἰτίαν λαβὸν, εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι.

Ἀλλ' ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας. ἐλάμβανε, corripiebat. Cõferam locos Lucretij singulos singulis huius narrationis locis respondentes, quò res planior fiat, & dilucidior.

Principiò caput incensum feruore gerebant:
Et duplices oculos suffusa luce rubentes.

Θέρμαι. Feruores acres, & oculorum rubores, & inflammatio.

Καὶ τὰ ἐντός. Et viscera, intestina, fauces, & lingua, cõtinuò cruenta erant, vel sanguinis speciem præ se ferebant, vel cruore manabant.

Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & vlceribus vocis via septa coibat.
Atq; animi interpres manabat lingua cruore
Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.

Primùm descripsit signa externa, quę oculis & sensibus prima sese offerunt: deinde tradit interna, quæ non ita cerni, ac sentiri poterant.

Λάρυγξ. Summa pars asperæ arteriæ, ἢ τοῦ βρόγχου, gutturis.

B Φάρυγξ. Summa gula, fauces. Iul. Pol. στομάχου ἀρχὴ, ὡς λάρυγξ βρόγχου.

Αἱματώδη. Cruenta, figuratè genus neutrum cõplectitur masculeum, & fœmineum. Aristot. νοῦς μὲν ἤδη, καὶ αἴσθησις ἀπ' ἀλλήλων διακρίνονται. Nomina in ωδης imaginem, & similitudinẽ sępe significant, ξυλώδης, σαρκώδης, αἱματώδης, & idem valent ac ξυλοειδής, σαρκοειδής, αἱματοειδής. propensionem interdũ naturæ, vt θυμώδης, ἐκ καὶ θυμοειδής.

Εὐθύς. Ergo morbus acutus, & letalis, qui tantã haberet vim, vt maximam valetudinis commutationem faceret.

Καὶ πνεῦμα ἄτοπον. Et halitũ tetrũ, & graue olentẽ

Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.

ἠφίει. voluebat foras.

Ἔπειτα ἐξ αὐτῶν. Ordinem notat. τὸ ἐξ αὐτῶν. Inde verò sternutatio, & raucitas sequebatur. hoc non ita est expressum in Lucretio.

Βράγχος. Raucitas. Cùm guttur, & arteria catarrho occupantur.

B Καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ. Neq; multò post dolor in pectus descendebat cũ vehementi tussi: vbi verò in in corde & stomacho hæserat, cùm ipsum torquebat, tum bilis vomitiones diuersorum generũ, quę à medicis variè nominantur, consequebantur.

Στηρίξαι. Constitisset, hæsisset.

Inde vbi per fauces pectus complerat, & ipsum
Morbida vis in cor mæstum confluxerat ægris,
Omnia tum verò vitai claustra lababant.

Ἀνέστρεφε. Subuertebat, euertebat, id est, torqbat.

Ἀποκαθάρσεις. Exiectiones. ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν. διόρθωσις.

C Ταλαιπωρίας. Cùm magno cruciatu.

Intolerabilibusq; malis erat anxius angor
Assiduè comes, & gemitu commista querela;
Singultusq; frequens noctem persæpè, diemq;
Corripere assiduè neruos, & membra coactans.
Dissoluebat eos defessos antè fatigans.

Λωφήσαντα. Qui sedabatur in nonnullis mox. C

Καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν. Redit ad externas notas, quibus admiscet etiam internas: & corporis quidẽ summa cutis nõ erat admodũ tactu calida, neq; pallida, sed D subrubra, liuida, paruis pustulis, & vlceribus efflorescens, internæ autẽ partes ita flagrabant, vt nullum stragulum quantumuis leue, vel linteum iniectum sustinere possent.

Ἀπτομένῳ, ἀπολύτως. ἐπιδαμινός ἐπὶ πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι ἐς τὸν ἰόνιον κόλπον.

Ἢ γυμνόν. τὸ supple: vel præter nuditatẽ. Res ista etiam habet admirationem, & seruit amplificationi. non flagrare enim summa cute, & tamen ferre non posse ne subtilissimum quidem linteum iniectum, hoc verò habet admirationem.

E L. ——— *Aduentum, & frigora semper:*

Nec nimio cuiquam posses ardore tueri,
Corporis in summo summam feruescere partem,
Sed potius tepidum manibus proponere tactum:
Et simul vlceribus quasi inustis omne rubere
Corpus, vt est per membra sacer cùm diditur ignis.
Intima pars hominum verò flagrabat ad ossa:
Flagrabat stomacho flamma, vt fornacibus, intus,
Nil adeò posset cuiquam leue, tenueq; membris
Vertere in vtilitatem.

F Ἥδιστά τε ἄν. Vt libẽtissimè in aquas gelidas cupe-rẽt se cõiicere. id quod magna pars hominũ, qbus custodes deerãt, fecerunt ardẽtissima, perpetuaq; siti correpti. ξυνεχόμενοι, obsessi. ἀπαύστῳ, insedabili.

In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudũ iacientes corpus in vndas.
Multi præcipites lymphis putealibus altè
Inciderunt ipso venientes ore patente,
G *Insedabiliter sitis arida corpora morsans,*
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

αὔξησις.

Καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ. Perinde erat multum, atq; parum D libere, καθίστατο ἐν τῷ ὁμοίῳ, æquari aliquid.

Καὶ ἡ ἀπορία. Et corporis vexatio, &c. *quietis ademptafacultas: Nec requies erat vlla mali: defessa iacebant Corpora.*

Τῷ μὴ. Abundat μὴ. ἡσυχάζειν, ἡσυχίας.

Καὶ ἡ ἀγρυπνία. Et perpetuæ vigiliæ vrgebant.

Quippe potentia cùm totas ardentia noctes
Lumina versarent oculorum expertia somni.

Καὶ τὸ σῶμα ὅσον περ χρόνον. παράδοξον. Corpus etiam quandiu morbus vigebat, ipsum non languebat. αὔξησις. quandiu morbus crescebat.

Ὥστε ἢ διεφθείροντο. Effecta. Itaq; pleriq; intra nonũ aut etiam septimum diem ardore interno interibant, aut si, &c. paulò pòst idem faciebant.

Ὥστε ἢ διεφθείροντο. Itaq; vel nona, aut etiã septima die interibant, vel si non tam cito, tamẽ paulò pòst id ipsum patiebantur: quia morbus in ventrem inferiorem delabebatur, efficiebatq; tetra vlcera, aluiq; immoderatum profluuium afferebat.

Ἑβδομαῖοι. Lucæ octauo, Dies septimus medicis criticus est. ἑλκώσεως, αὐτὶ τῆ ἑλκῶν.

131. A Ἔχοντές τι δυνάμεως. Ad ἐναταῖοι, & ἑβδομαῖοι.

Octauoq; ferè candenti lumine solis,
Aut etiam nona reddebant lampade vitam.
Quorum si quis (vt est) vitarat funera leti,
Vlceribus tetris, & nigra proluuie alui,
Posterius tamen hunc tabes, letumq; manebat.

Καὶ διεξῄει γὰρ. Quia dixit ad aluũ vsq; solitũ descẽdere morbum, & vlcera, profluuiumq; vẽtris efficere, ideo iam, ne mirũ illud videretur, addit morbũ nõ solùm aluũ, sed etiã totum hominis corpus occupare solitũ. est igitur πάθος, & αὔξησις mira, ex eo, quòd nulla pars corporis esset immunis tanti mali.

Καὶ διεξῄει γὰρ. ὑπερβαίνον, αὐτὶ τῆ, καὶ γὰρ διεξῄει.

Καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων: κινδύνων δηλονότι. Aut statim vi morbi oppressi ægrotantes interibant, aut non multò pòst: iam addit nouum πάθος, aut si non interibant, capti tamen vel manibus, vel pedibus, vel genitalibus euadebant.

Ἀντίληψις. Læsio. Κατέσκηπτεν. Impetum faciebat.

Αἰδοῖα. Partes genitales. Διέφευγον. mortem effugiebant.

Profluuium porrò qui tetri sanguinis acre
Exierat, tamen in neruos huic morbus, & artus
Ibat, & in partes genitales corporis ipsas,
Et grauiter partim metuentes limina leti,
Viuebant ferro priuati parte virili. (Variat hic Lucre.)
Et manibus sine nonnulli pedibusq; manebant
In vita tamen, & perdebant lumina partim:
Vsq; adeò mortis metus his incesserat acer:
Atq; etiam quosdam cepere obliuia rerum
Cunctarum, neq; se possent cognoscere vt ipsi.

B Γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου. Aliam affert notam, qua indicat vim, & magnitudinem pestilentiæ: alites, & quadrupedes, quæ ab humanis carnibus nõ abstinent, cadauera, quæ passim inhumata iacebant, vel attingere nõ audebant, vel si attigissent, statim & ipsæ interibãt. Sed præmittit locũ amplificationis, & ait genus pestilentiæ nouum, & inusitatum fuisse, ita vt oratione vix possit exprimi.

Τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως. Et grauius, atq; acerbius, quàm soleat hominibus accidere, quàm vt humana natura ferre possit, singulos inuadebat, cùm aliis signis, atq; indiciis, tum eo, &c.

Κατὰ. Qualitatẽ iam significat, quàm quales accidere solent hominibus.

Ἄλλο τι. Portentosum scilicet, & insolitum. ξυντρόφων. familiarium.

Multaq; humi cùm inhumata corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus, atq; ferarum
Aut procul absiliebat, vt acrem exiret odorem,

A *Aut vbi gustarat, languebat morte propinqua:*
Nec tamen omninò temerè illis solibus vlla
Comparebat auis, nec noctibu' sæcla ferarum
Exibant syluis. ——————

Ἐπίλειψις. Penuria manifesta, αὐτὶ τῆ οἱ τοιοῦτοι ὄρνιθες C σαφῶς ἐπέλιπον. defecerant omninò.

Οἱ δὲ κύνες. In canibus verò facilius id perspici poterat: id est, rei euẽtus, & pestilentiæ sæuitia, atq; atrocitas: Canes autẽ facilius præbebant documentum huius rei, significationem dabant euentus.

B Διὰ τὸ ξυνδιαιτᾶσθαι. Propter consuetudinem.

Τὸ μὲν οὖν νόσημα. A notis, & signis pestilẽtiæ ad effecta eius transiturus Thucydides concludit superiora, & parat sibi aditũ ad ea quæ sequũtur. Summa. Talis fuit pestilentia, & eius anni status talis fuit, vt cæteris careret morbis, & si qui erant, hi omnes in vnam istam pestem conuerterentur.

Τὸ μὲν οὖν νόσημα, &c. τοιοῦτον ἦν. ἐγὼ δὲ οἷόν τι ἐγίνετο, λέξω. Τὴν ἰδέαν, τὸ εἶδος, superius.

Παραλιπόντι. Absolutus casus, vt ἀπιομένῳ, & ἰσαλίοντι, vt prætermittat quis multa alia dura, & insolita, C quæ alia alij vel grauius, vel leuius accidebãt, ὑπόληψις suspiciosa, καὶ αὔξητική. Ἄλλο οὐδὲν, νόσημα δηλοῦν.

Ἐτελεύτα. Desinebat, vertebatur, supra, εἰ δέ τις καὶ D προέκαμνέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη.

Ἔθνησκον δέ. Effecta eius iam persequitur: interibant alij penuria eorum, qui curarent, alij etiam optimè, diligentissimeq; curati.

Τό γε τῆς ξυνεστηκέν. αὔξησις.

Nam quod aliis dederat vitales aëris auras
D *Voluere in ore licere, & cœli templa tueri,*
Hoc aliis erat exitio, letumq; parabat.

Σῶμά τε αὔταρκες. Nullũq; corpus siue firmæ, siue infirmæ valetudinis esset, tanti mali violentiæ resistere potuit, vim, & impetum eius pestilentiæ vitare potuit.

Αὔταρκες. Quod suis bonis, suisq; præsidiis instructum, & munitum non indiget ope alterius.

Προσφέροντας ὠφελεῖν. ἐναλλαγή, αὐτὶ τῆ προσφέρειν ὠφελοῦντας.

E Ἰσχύος πέρι. Quod ad firmam, vel infirmam pertinet valetudinem.

Διαίτῃ. Victus ratione. 132. A

Δεινότατον δὲ. Illud autẽ erat grauissimũ malorũ omniũ, & maximè miserãdum, quòd simul atq; aliqs se morbo correptũ sentiebat, animo cõsternabatur, & mœrebat, & de salute sua penitus desperabat.

Τὸ ἀνέλπιστον. τὴν ἀνελπιστίαν.

Προΐεντο. Proiiciebãt se ipsos, id est, negligebant, B non cauebant sibi, non quærebant remedia.

F Καὶ ὅτι ἕτερος. ὑπὸ ἀθυμίας, καὶ ὅτι ἕτερος, & quod alter cũ altero curationis causa assiduè habebat cõsuetudinẽ, ita vt, quasi diceret, morbi cõtagiũ cresceret.

Illud in his rebus miserandũ, & magnopere vnum
Ærumnabile erat, quod vbi se quisq; videbat
Implicitum morbo, morti damnatus vt esset,
Deficiens animo mœsto cum corde iacebat,
Funera respectans, animam mittebat ibidem.

Καὶ τὸν πλεῖστον φθόρον. Atq; hoc quamplurimis interitum afferebat.

G *Idq; vel in primis cumulabat funere funus.*
Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
Ex aliis alios auidi contagia morbi.

Εἴτε γὰρ. Sequitur locus amplificationis à contrariis: paulo antè dixit maximam stragem factam propter nimium hominum commercium, & promiscuam eorũ consuetudinem, qui curabãt ægrotos:

tos: nunc affert eius rei cōtrarium, destitutionem scilicet & derelictionem ægrotantium. Siue noluissent metu deterriti mutuò se inuisere, deserti interibant: multæque familiæ propterea exhaustæ sunt, inopia videlicet hominum, qui ægrotos curarent.

Εἴτε γὰρ μὴ θέλοιεν. Est dilemma, aut (inquit) alij alios adibant, & ad eos accedebant, aut alij ad alios accedere nolebant metu deterriti, qui ad ægrotos accedebant, confestim contagio infecti peribant; qui ad eos non accedebant efficiebant vt ægroti omnium auxilio destituti perirent. quare vtroque modò semper maxima strages fiebat.

Nam quicunque suos fugitabant, visere ad ægros,
Vitai nimium cupidi, mortisq; timentes,
Pœnibat paulo pòst turpi morte, malaq;
Desertos, opis expertes incuria mactans
Lanigeras tanquam pecudes, & bucera secla.

Εἴτε προσίοιεν.

Qui fuerant autem præsto, contagibus ibant,
Atque labore, pudor quem tum cogebat obire,
Blandaq; lassorum vox mista voce querelæ.
Optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.

Οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι. Affectus. Qui virtutem, officiumq; colebant, qui virtutis erant studiosi.

Ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις. Supple πρὸς. Insignis amplificationis locus: affert rationem, cur optimi quiq; viri inuiserent ægrotos, atq; ita contracto morbo, etiã ipsi interirent, quia (inquit) ægroti deserebantur à familiaribus, & necessariis ita, vt ad eorum querelas miserabiles minimè mouerentur. Hunc locũ Lucretius vertit paulò aliter ac est apud Thucydidem.

Ἐξέκαμνον. Erant iã lassi, defessi, id est, non commouebantur miserandis eorum querelis.

Πολλοῦ τοῦ μεγάλου. Timor misericordiam excutit.

Ἐπιπλέον δ' ὅμως. Ij tamen, qui morbi vim euaserant præcipuè, ac magis tum moriẽtes, tum laborantes miserabantur, quia erant mali non ignari, & de sua ipsi salute tum non dubitabant necessarij, & familiares non miserabantur. Hic locus à Lucretio prætermissus est.

Διὰ τὸ προειδέναι. Experti id iam antea.

Θαρσαλέῳ. Tuto.

Δὶς γὰρ: αἰτιολογία τοῦ θαρσαλέῳ.

Ὥστε καὶ κτείνειν. Ita, vt eũ extingueret, interimeret.

Καὶ ἐμακαρίζοντο. Consequentia.

Ἐπίεσε δ' αὐτοὺς μᾶλλον. Αὔξησις. Affert causam qua pestilentiam adiutam docet vt grauius populum Atheniensem afflixerit. ea fuit cõcursus in vrbem agricolarum. pressit autem eos magis cõcursus, & multitudo agricolarũ, qui ex agris in vrbem confluxerant.

Πρὸς τῷ ὑπάρχοντι πόνῳ. Preter laborem ingruentem, id est, malum, quo laborabant.

Ξυγκομιδή. De rebus inanimis propriè: Sed iam etiam de animatis. Concursus.

Οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν. Nã cùm pleriq; domos non haberent, cogebãtur in peranguſtis agere tuguriolis: atq; ita fœda hominum strages nullo ordine edebatur & moribundi moribundis accumulati aceruatim iacebant.

Πνιγηραῖς. Æstuosis: itaq; æstus augebatur loci angustiis anni tempore, & morbi vehementia.

Οὐδενὶ κόσμῳ. Paulò pòst ostendet, quam habeant vim hæc verba, cadauera cadaueribus accumulabantur. In viis moribundi volutabantur: ad fontes semimortui cernebantur, &c.

Nec minimum partim ex agris ægroris in vrbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia conueniens ex omni morbida parte.
Omnia complebant loca, tectaq; quo mage eos tum
Confertos ita aceruatim mors accumulabat.

Ἀποθνήσκοντες. Correctio, & πάθος.

Τά τε ἱερά.

Omnia deniq; sancta deûm delubra replerat
Corporibus mors exanimis, onerataq; passim
Cuncta cadaueribus cœlestum templa manebant,
Hospitibus loca, quæ complerant ædituentes.

Ὑπερβιαζομένου. Quæ rerum omniũ confusio fuerit consecuta, iam explicat.

Nec iam religio diuûm, nec numina magni
Pendebantur enim: præsens dolor exuperabat.

Οὐκ ἔχοντες ὅ, τι γένωνται. Non habẽtes quid agerent, aut quò se verterent, id est, quasi alienati à mente, sui non compotes.

Ἱερῶν, καὶ ὁσίων. Æquè sancta, & sacra, ac profana negligebant. 133. A

Νόμοι τε πάντες.

Nec mos ille sepulturæ remanebat in vrbe,
Quo prius hic populus semper consuerat humari.

Οἷς ἐχρῶντο πρότερον. Vt vnusquisq; ciuis suum cadauer suo rogo cremãdum imponeret, & ossa, atque cineres in suo monumento conderet.

Καὶ πολλοί. Multiq; conuersi sunt ad aliena sepulchra facultatum penuria, id est, sepelire ausi sunt suos in sepulchris alienis.

Ἀναισχύντους. Audacia poëtica: μετωνυμία.

Διὰ τὸ πολλάς. In quorum funeribus absumpserãt pecuniolæ quicquid habebant. Locus insignis misericordiæ.

Νήσαντες. νήσω τὸ σωρεύω. ὑφῆπτον: succendebant, subdebant faces.

Multaq; vis subita, & paupertas horrida suasit.
Nanque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper extructa ingenti clamore locabant,
Subdebantq; faces multo cum sanguine sæpe
Rixantes potiùs, quàm corpora desererentur.

Πρῶτόν τε ἦρξε. Pergit demonstrare Thucydides quantum licentiæ inuexerit pestilentia, quantamque legum, & honesti contemptionem. Fuit initium, & origo maioris improbitatis ciuitati aliis quoque in rebus, nedum in ista.

Ῥᾷον γὰρ ἐτόλμα. Quæ aliàs pudore clàm, & secreto agebantur, ea tum palàm, & in publico admittebantur. Licentia, & impudentia.

Ἀπεκρύπτετο. Dissimulabant.

Ἀγχίστροφον τὴν μεταβολήν. Quia videbant repentinã, & maximam rerum mutationem fieri, ita, vt beati & fortunati miserè morerentur, inopes, & mendici ditescerent.

Τὴν μεταβολὴν τῶν εὐδαιμόνων. fortunæ commutationem in beatis.

Εὐδαιμόνων) (οὐδὲν πρότερον κεκτημένων.

Αἰφνιδίως θνησκόντων) (εὐθὺς δὲ τἀκείνων ἐχόντων.

Ὥστε ταχείας. Itaq; censebant bonis illis nõ parcendum esse, sed perfruendum, & dandam esse operam voluptatibus. Consilia.

Ἐφήμερα. caduca, fragilia: quia existimabãt & corpora, & bona diuturna nõ esse. ἐφήμερα vnius diei.

Καὶ τὸ μὲν προσταλαιπωρεῖν. E contrario: ad licentiã, ad libidines, flagitia, & turpitudines erãt procliues omnes) (nulli ad honestatem & virtutem, nulli ad laborum, incommodorumq; tolerantiam honesti

gratia. Atq; pleriq; in voces huiusmodi prorũpebant. Quid ego famẽ, sitim, æstus, frigora, vigilias, & alia id genus incommoda perferam, vt continẽtiæ laudem quæram? quid à gula, ventre, & Venere abstineã, vt abstinentiæ nomen inueniam? &c.

Ει διαφθαρήσεται. Si esset intereundum.

Ο, τι δὲ ἤδη τε ἡδύ. Quod autẽ sibi iucundũ, & voluptuosum fore intelligebat, & quod quęstuosum, id est, vtile sibi futurum existimabat, hoc, &c.

Ηδύ. Insinuatè intelligit libidinum voluptates, & rapinas.

Πανταχόθεν. ἐμφατικῶς. Subindicat stupra, & rapinas nefarias. παροιμία, κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν.

Καλὸν. In morem receptum est.

Θεῶν δὲ φόβος. αὔξησις, religio.

Τὸ μὲν κρίνοντες. ἀπολογία. Deos perinde esse non colere, atq; colere iudicabant, quòd res humanas nõ curarent, leges autẽ nulla supplicia sumpturas de illis, qui paulò post interituri essent.

Πολὺ δὲ μείζω. Conclusio. Itaq; efficiebãt perfruendum esse vitæ commodis, & voluptatibus, prius quàm extinguerentur pestilentia illa, quam destinatam sibi esse pœnam, & supplicium ineuitabile interpretabantur. Est autem hoc loco σύγκρισις: Illa incerta, hæc certissima; illa grauis, hæc multò grauior, atq; adeo grauissima omnium est.

Επικρεμασθῆναι. Alludit ad fabulã de Tantalo, quẽ Pindarus, & Euripides fingunt hoc genere supplicij pœnas luere. Impendere enim eius capiti saxũ ingens tradunt, cuius casum perpetuò ille timeat. Hæc postrema pars à Lucretio prætermissa est.

Περιπεσόντες. De rebus repentinis dicitur. ἐς δὲ τὴν ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε. supra.

Εν δὲ τῷ κακῷ. Canebatur olim carmen passim Athenis huiusmodi, ἥξει, &c. Itaq; Atheniẽses admoniti rerum præsentium euentu, interpretabantur deum hanc ipsam cladem carmine illo prædixisse: Hoc obiter iã narrat Thucydides: quãquam addit ortam fuisse inter plerosq; ea de re cõtrouersiam: alios enim pestem, alios famem intellexisse: eos tamen vicisse, atq; obtinuisse, qui pestilentiam interpretabantur, quia res ipsa faciebat fidem, & eos adiuuabat. Æ. P. Ex hoc vno loco satis apparet non temerè damnandos eos, qui nunc diphthongos ita pronunciant, vt inter has & alias simplices vocales nullũ manifestum auribus discrimen percipiatur.

Οἷα εἰκός. Quia homines dum premuntur malis, solẽt memoria repetere quicquid actum, dictumve antea fuit, quod significaret, ac portenderet calamitatem illam in qua sunt.

134. Εἰκότως. Quia facta verbis respondebant.

Εποιοῦντο τὴν μνήμην. Memorabant, accommodabant carminis mentionem.

Ην δέ γε οἶμαι. Facit fidem à tempore futuro. ἐξ ὑποθέσεως. idem facturi posthac si bello, & fame premantur.

Μνήμη δὲ ἐγένετο. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοῖς, ὡς λέγεται κατὰ κράτος πολεμοῦσιν νίκην ἔσεσθαι. ἁμέραι δ᾽ ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι, inquit Πίνδαρος, rerũ exitus certissimus testis: homines enim euentu ipso admoniti ratiocinantur ita: hoc illud erat, quod à deo significabatur, &c.

Περὶ μὲν οὖν τὸ χρηστήριον. ἐπίλογος. Atq; ea, quæ tum eueniebant, cũ oraculo ipso cõuenire coniiciebãt.

Ες βεβληκότων δὲ. Redit ad pestilentiam, & repetit tempus, quo cœpit grassari: deinde docet eam non inuasisse Peloponnesum, &c.

Ιππαγωγοῖς. Hippaginibus L. V. Sed νῆες ἱππαγωγοὶ dicuntur naues, quæ vehunt equos.

135. Επίδαυρον. Quæ est in sinu Sarronico, erat enim & altera in sinu Argolico, & ipsa in Peloponneso, nã extra Pelopõnesum erat alia, quæ hodie Ragusi, Hom. Il. B. τροιζῆν᾽ ἠιόνας τε, καὶ ἀμπελόεντ᾽ ἐπίδαυρον.

Αλιάδα: ἁλιεῖς oppidum.

Ερμιονίδα. ἕρμιον, καὶ ἑρμιόνη, quasi ὅρμιον, ἢ ὁρμιόνη, quòd Iupiter, & Iuno è Creta venientes portum ceperint. Auctor est Stephanus.

Τοὺς δὲ πελοποννησίους. Non offenderunt Peloponnesios in Attica.

Αλλά. συλληπτικῶς. supple ἤδοντο, vel aliud tale: absentes enim non offenderunt: neq; genus hoc loquendi proprium est.

Οσον δὲ χρόνον. Redit ad mentionem pestilentiæ: qua pressos docet Athenienses quandiu hostes in finibus Atticis fuerunt, & quandiu ipsi Athenienses bellum hostibus intulerãt, itaq; domi, atq; militiæ eos pessimè habitos ostendit.

Ως τε καὶ ἐλέχθη. Itaq; aiunt Peloponnesios cõtagium veritos citius, quàm statuerãt, inde discessisse. ᾐσθάνοντο. Cernebant, eminus tamen. Scholiorũ author quærit hoc loco: si cernebant (inquit) cur impetum in eos non faciebant? λύσις: quia (inquit) impium habebatur facere vim iis, qui suos sepelirent. addi tamen potest & altera λύσις, quia nõ poterant. possumus enim eos cernere, quos tamen minimè adire, ac lædere licet; Si quis in turri alta, & benè munita sit, eum licebit cernere, sed nõ etiam violare.

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ θέρους. Nouam expeditionem Atheniensiũ aduersus Chalcidenses explicat iã Thucydides. docet Agnonẽ Niciæ filiũ, & Cleopompum Clinię collegas Periclis pręfuisse ei expeditioni, & duxisse classem, quæ in Peloponnesum, missa fuerat: sed parum & ferè nihil profecisse.

Ηπερ ἐκεῖνος. centumquinquaginta erant naues præter eas, quæ vehebant equos.

Παντὶ τρόπῳ. Omni ope nitebantur.

Η αἵρεσις τῆς πόλεως. Vrbis oppugnatio.

Αξίως τῆς παρασκευῆς. Pro magnitudine apparatus: pro eo, ac debuerat præstari à tanto apparatu.

Νοσῆσαι. Morbum contraxerint contagio ex nouis copiis.

Φορμίων. Is fuerat reuocatus, & erat Athenis: mittitur (vt videbimus postea) in Acarnaniam cum nauibus triginta.

136. Μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐσβολήν. Explicat iam Thucydides, quo essent animo Athenienses erga Periclẽ belli huius authorẽ: pessimo scilicet, quia euenta eius erant calamitosa. itaq; vulgus, & imperita multitudo quæ solet res ab euentu iudicare, culpam omnem malorum, atq; funerum ei vni tribuebat.

Ωρμηντο ξυγχωρεῖν. Ad compositionẽ spectabant.

Απρακτοι ἐγίγνοντο. Nihil impetrare potuerunt.

Απόροι καθεστῶτες. Inopes consilij, in maxima dubitatione constituti.

Ξύλλογον ποιήσας. Coacta concione.

Καὶ ἀπαγαγεῖν τὸ ὀργιζόμενον. Et sedata ira, mitigare, & placare eos, omnemq; metum adimere.

PERICLIS CONCIO.

Καὶ προσδεχομένῳ μοι. Cõcio hæc habet duas partes: altera est expostulatio; altera cohortatio, & amicorum confirmatio: Expostulat Pericles cum populo, quòd immerito sibi iratus esset, seq; premeret

meret inuidia: cohortatur & confirmat eum multis, variisq; rationibus ad hostibus fortiter, & constanter resistendum.

Ac primo loco castigat Athenienses, quòd priuatis incommodis fracti inuictas, & amplissimas opes Reipub. prodant, ac deserant: quo in loco amplificat ciuitatis potentiam, & per collationem docet non esse tanta priuata incommoda, vt opes publicæ non sint longè maiores: eas itaque, neglectis calamitatibus priuatis, tuendas esse totis viribus, & conseruandas, neque animos ob præsentes casus abiiciendos esse demonstrat.

Exprobrat illis mollitiem, & leuitatem, atq; inconstantiam: exprobrat etiam ingratum animum, qui talem gratiam referrent sibi viro, & dignitate præstantissimo, & optimè de Republica merito: atque hic aliquantum commoratus prædicat suas laudes.

Primo loco hæc agit. Secundo, confirmat eos à magnitudine imperij, in qua amplificanda multus est: itaque efficit non esse cur cedant hostibus, & agri vastatione moueantur: sed docet resistendum potius enixè, atque adeò contemnendas eorum opes esse: Docet præterea eodem in loco retinendum esse necessariò huiusmodi imperium, vitandę seruitutis causa: non audiendos esse eos dicit, qui de compositione agendum censebant: homines enim istiusmodi libertatem oppugnare, & rempub. euertere. Concludit deniq; non esse causam cur sibi sint irati, qui honestissimã, & maximè salutarem ciuitati rem suaserit, omnium ciuiũ præsertim comprobatione, & consensu. Docet cum Lacedæmoniis de pace minimè agendum esse: ac minimè dandam significationem animi mollis, & fracti malis præsentibus.

Procœmium habet actoris ipsius cõmendationem, & significationem sapientiæ, & naturæ quodammodo diuinæ, qua præsenserit, ac diuinauerit omnia, quæ tunc gererentur: odia scilicet & indignationem populi aduersus se. Est autem perbreue procœmiũ propterea, quòd Pericles animo perturbato & ipse ad causam agendam venit: itaque non moratur in apparatu aliquo procœmij, sed accedit statim ad causam, vt ingratũ populum continuò castigaret, atque grauiter accusaret.

Non inexpectata, minimeque opinata mihi accidit vestra in me indignatio, id est, persuasissimũ mihi iampridem erat, vos mihi iratos, & infestos fore si quid in isto bello non ex voto, & sententia vestra cecidisset: & propterea coëgi concionem, vt vos vestri facti, atque consensus in bello suscipiendo commonefacerem, & vobiscum expostularem de eo, quod mihi nullo meo merito irascamini, & animis fracti in ipso quasi belli ingressu iam succumbatis.

Oratio est plena authoritatis, & grauitatis: non summittit se populo Pericles, nõ purgat, non fatetur se opinionis errore lapsum non rectè consuluisse: non petit propterea veniam, vt cæteri, qui postea ad voluntatem populi agebant omnia: sed perstans in pristino proposito accusat leuitatem, inconstantiam, & ingratum populi animum.

Καὶ προσδεχομένῳ μοι Pathetica est oratio, præcisa, & imperfecta: postulat enim καὶ particula alteram sententiam, quæ ab animo commoto, & irato non est expressa, & diuinanti, vel præsentienti, vel intelligẽti, &c. Pertinet hęc figura ἐμφάσεως ad eam formam, quam Hermogenes vocat ἀληθινὸν, καὶ ἐνδιάθετον, καὶ ἔμψυχον λόγον. Id est, orationem, quæ habet veritatem, affectus, & sensus, & propterea est valde probabilis.

Propositio: propterea coëgi concionem vt vos partim ὑπομνήσω, partim, &c. Ratio: quia audio vos mihi esse iratos, & premere me inuidia, atque criminibus. Id autem ita futurũ ego diuinaueram, & speraueram. Hic est ordo directus sententiarum, sed est inuersus κατὰ μέθοδον περιβολῆς.

Αἰσθάνομαι γὰρ. Ratio cur coëgerit concionem. Conuenit verbum αἰσθάνεσθαι superiori orationi, in qua sibi assumpsit vaticinium. τὰ τῆς ὀργῆς, ἡ ὀργή.

Ὅπως ὑπομνήσω. Vestri consensus in bello suscipiendo. Distributio totius causæ: vt expostulem vobiscum, qui mihi estis irati nullo meo merito: vt vos castigem, qui malis statim succumbatis, nec fortiter resistatis: δηλωτικὸν τὸ πράγματος, καὶ παθητικὸν τὸ προοίμιον.

Ταῖς ξυμφοραῖς. Rebus aduersis.

Ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι. Placet mihi sensa Thucydidis simpliciter, & pingui (vt aiunt) Minerua vobis proponere, vt res fiat planior, & perceptu facilior.

Propositio: Iniquè agitis, qui ob priuatam calamitatem publicam salutem deseratis, & mihi qui eam tueor, irati sitis. Ratio; quia stante Republica, priuati etiam ciues salui esse possunt: at euersa Republica ne ipsi quidem ciues salui esse possunt.

Confirmatio: nam si priuati floreant, respub. occidat, necesse est, & ipsi intereant vna cum Republica. Expolitio à loco contrariorum: Si respublica floreat, res priuata aliquo modo affligatur, tamen salua republica, etiam res priuata conseruatur. Hic erat ordo naturalis, sed est inuersus.

Ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι. Interponit suum iudicium quasi doctor, & præceptor. σημείωσις, σύγκρισις.

Ξύμπασαν) (καθ' ἕκαστον: ὀρθουμένην) (σφαλλομένην, lapsam.

Πολλῷ μᾶλλον. Quàm scilicet conseruetur euersa republica.

Ὁπότε οὖν πόλις. Assumit, vt concludat: Quum igitur Respublica floret, & viget, vt sustinere valeat calamitatem priuatorum, priuati autem nequeunt ferre illius incõmoda, relinquitur, vt priuati digni accusatione videantur, qui deserant, & prodant suam Rempublicam.

Πῶς οὐ χρὴ πάντας. Conclusio erat, desertores eius, proditoresque sunt iudicandi. Sed quia sententia erat asperior, eam methodo modestiæ molliuit.

Καὶ μή. Supple δρᾶν.

Ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις. Domesticis iacturis.

Ἐκπεπληγμένοι. Animis cõsternati, stupentes, pauentes.

Καὶ ὑμᾶς αὐτούς. Populum Atheniensem vocat in partẽ culpæ artificiosè: quasi diceret, Si culpa est, eius participes vos estis.

Καὶ τοι ἐμοί. Iniquitatis arguit populum prædicatione dignitatis, suarumque virtutum: is enim (inquit) sum, quem minimè vos criminari deberetis propter summam dignitatem.

Videtur autem hic Thucydides 4 illas virtutes in principe, ac rectore Reipublicæ desiderare. Prudentiam scilicet, eloquentiam, charitatem erga patriam, & integritatem. Aristoteles etiam 2. Rhet. in bono Consultore tria desiderat. prudentiam, probitatem, & beneuolentiam. nam (inquit) Si prudentia adsit, probitas absit, nunquã improbi

recte consulent: si vtraque autem adsit, absit beneuolentia, nunquam optima dabunt consilia.

Plutarchus facit mentionem huius loci in opusculo περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως: & addit non solùm carere vitio, & inuidia huiusmodi prædicationem laudum, sed potius afferre, atq; adiungere splendorem Pericli, & ostendere in eo virtutem, animique magnitudinem.

137. A Γνῶναί τε. In cognoscendis, quæ facto opus sunt.

Ἑρμηνεῦσαι. Fuit enim eloquentissimus, ita vt Poetæ in eius labris suadelam, & leporem sessitauisse scripserint.

Χρημάτων κρείσσων. Integer & incorruptus) (ἥσσων, qui corruptelæ opportunus, & obnoxius est.

Ὅ,τε γὰρ γνούς. Docet necessarias in rectore Reipublicæ virtutis se tenere. ἱκανῶς.

Ὥστ' ἐμοί. Quare si me authore sequuti estis in bello hoc suscipiendo, rati has virtutes vel mediocriter in me esse, nedū excellere, atq; eminere, iniquè agitis, qui me iam criminemini. ἐξ ὑποθέσεως.

B Καὶ γάρ. Affert rationē, cur rectè fecerint, quum suam authoritatem sunt secuti: quia seruitus nobis imminebat. Sed ἀντιθετικῶς rem tractat. nam si nullo imminente periculo, pacatis, & tranquillis nostris rebus bellum tamen potius, quàm pacem secuti estis, stulti fuistis: Sed vt vitaret offensionē populi mutauit personam. Sin autem necesse erat, vel cedendo imperata facere, & iugum seruitutis subire, vel pericula subeundo libertatē nostrā tueri, ac defendere, profectò magis sunt vituperandi, qui pericula vitarunt, quàm ij qui ea subierunt.

Οἷς τ' ἄλλα εὐτυχοῦσι. Id est, quibus periculum libertatis amittendæ in posterum nullum imminet: qui cæteris rebus florentes: qui tranquillis suis rebus. αἵρεσις γένηται, ἀντὶ τοῦ αἱρεῖσθαι πολεμῆσαι: tamen bellum paci anteponunt, quibus optio data est vtrum bellum an pacem sequerentur.

Πολλὴ ἄνοια. Ingens stultitia est, id est, valde stulti sunt.

Περιγενέσθαι. Libertatem tueri, ac defendere, retinere, sed per amplificationem seruari dixit.

Ὁ φυγὼν τὸν κίνδυνον. ἐνδιάθετη περίστασιν.

Καὶ ἐγὼ μὲν Docet quinam essent illi qui pericula fugiebant, & libertatem prodebant, quinam etiam essent, qui eam tuebantur ac defendebant, vt ad erubescentiam inuitet populum.

Ἐγώ. Vnus, κατὰ σύγκρισιν: qui facilè, quasi diceret, vel metu, vel gratia possum deduci de sententia: confert autem se vnum cum toto populo, vt populus rubore suffundatur.

Ἐξίσταμαι. ἐξίστασθαι mutari in peius. ἐξεστηκὸς οἶνος, vinum fugiens: ἐξίστασθαι ἑαυτοῦ, exire è potestate suæ mentis, mentis compotem nō esse. Nunc verò significat sententiam mutare.

Ἐπειδὴ ξυνέβη. Accidit enim vobis, vt integris rebus bellū susciperetis meam secuti sententiā, belli deinde incommoda experti sententiā mutaretis, meamq; authoritatē vestris sentētiis damnaretis.

Ἀκεραίοις. μετωνυμία) (κακουμένοις. Calamitate affectis.

C Ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης. Imbecillitate sententiarum, id est, sentētiis perperam de rerum veritate iudicantibus.

Διότι τὸ μὲν λυποῦν. Affert probabilē rationem, cur à pristina sententia facilè ipsi recesserint: quia (inquit) damna, & detrimenta sunt præsentia; cōmoda, & fructus ex isto bello percipiēdi, sunt remoti.

A Τὸ λυποῦν. Quod offendit, & molestia afficit: agri vastatio: iactura rerum rusticarum.

Ἔχει αἴσθησιν ἑκάστῳ. Sentitur ab vnoquoq; vestrū.

Τῆς δὲ ὠφελείας. Communis verò vtilitas, quæ est remota, nondum patet.

Καὶ μεταβολῆς μεγάλης. Itaq; fractus, debilitatusq; vester animus ingenti præsertim, & repentina rerum mutatione, in suscepto consilio permanere non potuit.

Δουλοῖ γάρ. γνώμην. Deiicit enim, & sternit animos.

B Ὅμως δὲ πόλιν. Admonet eos, vt erecto animo, & celso res aduersas perferant, nec hostibus cedant; eam enim esse demōstrat ciuitatis amplitudinem, imperij maiestatem, disciplinam, & mores, in quibus educati sunt, vt extrema potius omnia perferenda, perpetiendaq; videātur, quàm vt his omnibus indignum quippiam admittatur. D

Ὑφίστασθαι. Sustinere, tolerare grauissimos casus, καὶ μὴ τῇ αἰφνιδίῳ ὑποστῆναι τὴν ἀρχὴν τῶν ὄντων.

C Καὶ τὴν ἀξίωσιν. Et dignitatē, ac splendorem publicum, & priuatum non obscurare.

Ἐν ἤθεσιν. Et in institutis ei paribus educatos, ita scilicet, vt magno, & excelso animo sitis, pro vt magna, & excelsa est ciuitas, quam incolitis.

Ἐν ἴσῳ γὰρ οἱ ἄνθρωποι. Perinde enim homines damnare solēt eos, qui per ignauiā deserunt pristinam gloriam, atq; odisse eos, qui temeritatē alienam sibi arrogant: mouet ab hominum existimatione.

Ὑπαρχούσης. Insitam, suam) (μὴ προσηκούσης.

158. A Ἀντιλαμβάνεσθαι. Succurrere.

D Τὸν δὲ πόνον. Ad alterā causæ partem iam venit Pericles. Confirmat, & cohortatur Athenienses ad permanēdum in suscepto consilio: vt perseuerent in bello gerendo: agri vastatione non ita moueantur, hostiū opes non solùm nō timeant, sed etiam contemnant: dignitatem deniq; Reipublicæ, ac libertatem retineant. Loci argumentorū sunt à magnitudine imperij: à breuitate laborum: à magnitudine commodorum, & fructuum percipiendorum, ab euitatione ingentium malorum, ab honeste, & ab aliis id genus, quæ singulatim inter explicandum indicabimus.

E

Quòd autem ad laborem belli attinet, & ad vestram dubitationē, qua ipsum suspicamini diuturnum fore, & tamen victoriā incertam, quamuis aliâs quoq; docuerim errare eos, qui ita suspicātur, tamen illud nunc proferā, quod neq; vos animaduertitis, & à me aliâs fuit prætermissum: de magnitudine (inquam) nostri imperij.

F Τὸν δὲ πόνον. ἀντὶ τοῦ περὶ δὲ τοῦ πόνου. ἐς οὐδὲν μᾶλλον. ἀντὶ τοῦ κενός.

Ἀρκείτω. προκατάληψις.

Οὐδ' αὖ νῦν. Purgatio, cur non fecerit aliâs huius rei mentionem, iam verò faciat: quia ea oratio inanem iactantiam, & gloriationem habere videbatur.

Ἐχρησάμην τούτῳ τῷ λόγῳ.

Κομπωδεστέρας. vel ἀντὶ τοῦ θετικοῦ: vel speciē habere iactantiæ. Κόμπος (vt iam alibi dictū) κυρίως, crepitus dentium apri, cùm iratus maxillas stringit, ἐκ τροπῆς

G ποιὸς ἦχος τῶν ἐρχομένων ἀποπληττόμενος. ἡ ἀλαζονικὴ φλυαρία. εὐσταθ.

B Τὴν προσποίησιν. τὸ προσποιεῖσθαι.

Οἴεσθε μὲν γάρ. In errore versari Athenienses ait Pericles, nec cognoscere suas opes, & magnitudinem sui imperij. putare enim sui imperij maritimi fines esse angustiores, & intra sociorum tantummodo ditio-

ditionem, qui tamen latissimè, longissimeque per orbem terrarum pateant: erroris itaque falsæque opinionis eos arguit.

Αποφαίνω. Pronuntio.

Δυο μερῶν. Elementa intelligit, terrā, & aquam: appellat partes, quia ex his, & aëre, & igni, & cæteris orbibus constat sphæra mundi.

Τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν. Quæ ad hominū vsum patent: quia superiora elementa, aër, & ignis non ita sensibus percipiuntur, nec eorum vsus hominibus ita est manifestus.

Τῦ ἐπὶ πλεῖον ὑμᾶς. Alteram in vestra potestate omnino esse.

Νέμεσθε. Tenetis, cùm eius portionis, quā nunc tenetis, tum etiam amplioris, si ampliorem appetiueritis.

Καὶ οὐκ ἔστιν. Rationem explicat.

Τῶν ἐν τῷ παρόντι. Quæ hoc æuo viuunt. Correctio quædam, quæ seruit probabilitati.

Ὥστε οὐ κατὰ ... δῆλον ὅτι. Itaque ista, potentia est longè pluris facienda, quàm ædificia, & rura quæ vastauit hostis.

Μεγάλων. Quasi magna quædam sint, cum parua, & leuia existimanda sint, si conferantur cum magnitudine maritimi imperij.

Οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς. Neq; potius iniquo, quàm sedato, & placato animo eiusmodi iactura ferenda est. Codices H.St. probāt magis lectionem ἢ οὐ κήπιον: quàm alteram ἢ οὐκ ἧττον, quare vertemus, Sed ornamentum leue diuitiarum existimantes, id negligere. à κῆπος hortus. εὐσταθ. in μ, Ιλιαδ. κῆπος, etiam καλλωπισμὸς κόμης, καὶ πυρᾶς δέδεται τῷ ἐν κεφαλῇ τριχῶν. Θουκυδίδης ὁ κήπιον φησί.

Ἡ οὐ. αὐτὴ τ, ἀλλὰ κήπιον, καὶ ἐγκαλλώπισμα. ἐξηγητὴς ἐν τοῖς ἢ οὐ κήπιον.

Καὶ γνῶναι. εἰκὸς δηλονότι. Proponit cōmoda futura, si fortiter in bello perseuerent, & libertatē retineant: præter bona (inquit) & commoda, quæ retinebimus, hæc etiam, quæ amissa iam putamus, recuperabimus. στάσις πραγματική.

Τῶν δὲ πατέρων. Mouet ab exemplo maiorum, qui magnis laboribus imperiū pepererunt, & partum conseruatumq; posteris tradiderunt. εἰκὸς repete.

Αἴσχιον δέ. A turpitudine mouet κατ' σύγκρισιν. Turpius est parta amittere, quā vinci, & superari dum res quæruntur.

Ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς. Hortatur vt aduersus hostes nō solùm cum animi fiducia, sed etiam cum contemptione quadam eant.

Αὔχημα μὲν γὰρ. ἀπολογία. Gloriatio, & iactantia etiam in ignauum cadit. Ignaui enim, & vecordes secundo rerum successu temerè interdū gloriantur: viri verò fortes, & magnanimi cōtemnunt aduersarium, cùm excellere, atque præstare longè se eo confidunt. καὶ γνώμῃ. Ne dum fortuna.

Καὶ τὴν τόλμαν. Iidem etiam audaciores propter animi celsitudinem, præsertim si prudentiam coniunctam habeant, & pari sint fortuna.

Ἀπὸ τ ὁμοίας τύχης. Qui enim humili loco, ac fortuna natus est, non ita facilè audet aggredi eos, qui fortuna, & opibus longè superant.

Ἐλπίδι τε ἧσσον πιστεύει. Pergit explicare bona, quæ sunt in viris magnanimis: minus sperant, plus confidunt: spes enim in dubio est: fiducia nō ita, quia nititur prudentia, quæ suas opes cognoscit, itaque non dubitat. ἡ ἰσχύς: vires.

Ὑπαρχόντων πραγμάτων δηλονότι. commoda, facultates, quæ adsunt.

Ἡ διάνοια. ἡ ἰσχύς. βεβαιοτέρα) (ἐν τῷ ὑπόρω.

Τῆς τε πόλεως: τ τι πατέρων, &c. Dignitas tanti imperij tuenda vobis est, nullique labores propterea declinandi.

Τῷ τιμωμένῳ. τῷ ἀξιώματι. τῇ τιμῇ.

Ἢ μὴ δὲ πὰς ὑμᾶς. A repugnantibus: repugnant inter se hæc duo, id est, honorem, & dignitatem expetere, labores, & pericula, quibus paratur honor, recusare.

Μὴ δὲ νομίσαι. Confirmat eandē rem à magnitudine periculi impēdentis: nō solùm agitur de dignitate, sed etiam de libertate, de imperio amittendo, denique de vita, & salute omnium nostrum.

Καὶ κινδύνου ὧν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπήχθεσθε. Si licet pronuntiare quid de hoc loco sentiam, non dubitauerim affirmare hîc desiderari, τ δοῦναι τιμωρίαν, vel aliquid huiusmodi. nam ita vt se iā habet locus, nullū ex eo sensum elicias commodum. Quod si cui hæc nostra coniectura placet, hæc ita erunt legenda, & intelligenda, καὶ περὶ κινδύνου τ δοῦναι τιμωρίαν ὧν, &c. αὐτὶ τ ἐκείνων ὧν ἕνεκεν, &c. περιπλοκή.

Ὧν ἐν τῇ ἀρχῇ. Intelligit grauissima tributa imposita, agri priuationem, & cætera id genus.

Ἧς οὐδ' ἐκστῆναι. Imò non licet nobis, neque integrum iam est imperio cedere. Pugnam quærit Pericles cum eo genere hominum, qui securi erant, & de belli huius euentu ita secum ratiocinabantur, de principatu bellum inter nos, & Lacedæmonios geritur: qui vicerint, illis alteri parebunt: nihil præterea mali, ac detrimenti sensuri sunt: itaque si illis cedamus principatu, nostris deinde rebus quietè, & pacatè fruemur molestiis bellorum liberati: aduersus hoc genus hominum opponit se Pericles: non est integrum nobis (inquit) cedere imperio, & principatu: Longè fallimini si de ea re tantummodo agi putatis: agitur enim de salute, de vita, & sanguine, ne dum de libertate, & imperio, atque principatu.

Ἐν τῷ παρόντι δεδιώς. Quamuis in præsentia timeat: quid si addamus particulam οὐ, τῷ δεδιὼς participio? Sensus erit melior. δεδιὼς enim, & ἀνδραγαθίζεσθαι, inter se non bene conueniunt. ἀνδραγαθίζεσθαι τινὶ, niti aliqua re, confidere. ἀνδραγαθίζεσθαι τι. Strenuè agere, vel dicere aliquid, & habet εἰρωνείαν. Ignaui enim, non viri fortis, & strenui est aliis cedere imperio, & sequi otium.

Ἀπραγμοσύνη. Propter vitæ tranquillitatem, quam sperat se impetraturum, vel quam cupit.

Ὡς τυραννίδα γάρ. A vi, & natura dominatus ducit argumentum ad fidem faciendam: & sumit exemplum à forma, quæ sub eodem genere est. dominatus enim aut est vnius, aut plurium, si vnius est aut rex, aut tyrannus est. si plures, aut δημοκρατία, aut ἀριστοκρατία, aut ὀλιγαρχία. Instar tyrannidis tenetis hoc imperium: vt tyranni, qui iniustè occupant tyrannidem, quia sine salutis periculo deponere eam nequeunt, ideo mordicus retinent, ita etiam vos nō potestis cedere imperio sine summo vestrum periculo.

Ἄδικον. Ad tyrannum hoc referendum, & est notatu digna authoris prudentia. nam quæ offendere poterant Atheniensem populum, ea tyrannis tribuit: offendere autem poterant, si dixisset imperium iniustè partum ab ipso.

Τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι. Inuehitur iam apertius in pacis authores: rapit eos in inuidiam, & eos ci-

ues perniciosos publicè ac priuatim appellat.

Τὸ γὰρ ἄπραγμον. Res pro personis: quietis, tranquillitatis, & pacis studiosi.

Δουλεύειν: ὥστε δουλεύειν ἀσφαλῶς.

Ὑμεῖς δέ. ἐπίλογος. Hortatur Athenienses, vt suasores istos auersentur.

Τοιῶνδε. ἐμφατικῶς potius, quàm ἀναφορικῶς.

Μήτε ἐμέ. Sensus, & in mea sententia, & authoritate perstate, sed methodo ἐπιεικείας vtitur. ἐπαναφορά, μήτε.

Ὡ καὶ αὐτοί. Causa cur irasci ei non debeant.

Ἐδῃώσαν ἄπερ εἰκὸς ἦν. περιπλοκή. Vastarunt agrum, incenderunt ædificia, &c.

Ἐπεὶ γεγένηται. Translatio criminis.

Οὐ δικαίως. ἐπίκρισις.

Εἰ μὴ καὶ ὅτ' ἄν. A contrariis facit fidem, si rerum successus, & prosperos belli euentus non mihi estis largituri, sed vobis ipsis arrogaturi: ergo ne aduersas quidem res mihi vni tribuere debetis. εἰ μὴ καί. βαρύτης.

Φέρειν τε χρή. Ferendæ sunt æquo animo, & forti res aduersæ, siue diuinitus accidant, siue ab hostibus proficiscantur.

Ἀναγκαίως. Causa pro effectis: æquo animo: aduersus enim necessitatem quid agat quis?

Ταῦτα γὰρ ἐν ἔθει. Mouet ab instituto pristino ciuitatis.

Κωλυθῇ. Prohibeantur. fiant irrita.

Γνῶτε δέ. A gloria, quam adepturi sunt, incendit eorum animos.

Ἢν καὶ νῦν ὑπενδῶμεν. Auguratur quodammodo Pericles vir sapiens: vel potius Thucydides facit eum diuinantem belli huius exitum.

Πάντα γὰρ πέφυκε. Natura enim comparatum est, vt omnia orta, & aucta, occidant, & decrescant.

Ἑλλήνων. Quòd Græci Græcorum plurimorum imperium obtinuerimus, quæ maxima gloria futura est: ei videlicet præfuisse genti, quæ aliis præesse consueuerit, & libertatem sibi perpetuò vendicauerit, & grauissima bella contra vniuersos, & singulos constituerimus: hæc est fama, & memoria, quæ apud posteros erat permansura, & quæ ad nostra vsque tempora permanet. ξύμπαντας. ὑπερβολικῶς. in Encomiis habet locum ἡ ὑπερβολή.

Ἕλληνες. Non barbari, hîc vnus gradus amplificationis: secundus ἑλλήνων. παρωνομασία, & πολυπλείστων. Tertius πλείστων.

Πόλιν τε. Præterea, quòd vrbē opulentissimam, omnique rerum copia instructissimā, & frequentissimam coluerimus.

Καίτοι ταῦτα. Amplificat hæc bona hominum iudicio: eorum (inquam) hominum, qui virtuti dediti, agendi semper aliquid studio, non in desidia, & otio marcescunt: quanquam his adiungit etiam eos homines, qui otio delectantur, & eos, qui eiusmodi bonorum expertes sunt: & dicit otiosos improbare ac vituperare bona eiusmodi: expertes inuidere. Ἀνακεφαλαίωσις, αὔξησις.

Ταῦτα. τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν δύναμιν, &c.

Ὁ μὲν ἀπράγμων. Iners, deses: Collectione τῶν ἀπραγμόνων, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων vtitur, vt premat vtrosque inuidia. ὁ δρᾶν τι βουλόμενος, ὁ δραστήριος.

Τὸ δὲ μισεῖσθαι. Superius dixerat, καὶ κινδύνου, &c. & ὡς τυραννίδα ἔχετε αὐτήν. Itaque quia hæc oratio solicitudinem populo afferre poterat, confirmat eum obiter, & ait non esse hoc curandum: nec moueri oportere eum, si odio sit sociis. natura enim ita cōparatum esse dicit, vt qui alterius imperio parent, eum cui parent, odio habeant. Sed compensandum esse hoc incommodum imperij maiestate, & magnitudine potentiæ.

Τὸ ἐπίφθονον. Subit inuidiam.

Καλῶς βουλεύεται. Rectè suis rebus consulit.

Οὐκ ἐπὶ πολύ. Propter æui breuitatem, & humani generis infirmitatem. σύγκρισις.

Ὑμεῖς δέ. Superiora colligit iam, vt finem dicendi faciat, & sententiam dicat. Quare vos vtrumq; hoc prospiciētes, & futurum decus, & vitationem dedecoris, vtrunque iam alacres animis amplectamini. ἢ, αὐτὶ τε δή. προγνόντες, προϊδόντες.

Βαρυνόμενοι. Et demonstrate vos præsentibus laboribus non premi.

Ὡς οἵτινες. γνώμη.

Παραλύειν τῆς ὀργῆς. Liberare ira. συνεκδοχικὴ φράσις. Iram minuere, ducta metaphora à vinculis.

Δεινῶν. Formidine.

Ὡρμηντο μᾶλλον. Impēsius animis incumbebant, incitati ferebantur.

Ἐλυποῦντο. Premebantur.

Ὁ μὲν δῆμος. συνεκδοχή. partium enumeratio.

Ὁρμώμενος. Bellum ingressus fortunis tenuibus.

Ἐζημίωσαν χρήμασιν. Quia dicitur etiam ζημιοῦν θανάτῳ.

Ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν. Libro quarto, οἷα ὄχλος φιλεῖ ποιεῖν: tacitè carpit populi leuitatem, & inconstantiam.

Ἀμβλύτεροι. μετωνυμία. Αἰτιολογία. Lenito iam dolore domestici luctus, & iacturæ, quam priuatim fecerant. Dies enim ipsa solet si non penitus tollere, saltem magna ex parte minuere dolorem, minus iam sentientes.

Ὧν δὲ ἡ ξύμπασα. Consilio autem longè cæteros ciues anteire eum existimantes.

Ὅσον τε γὰρ χρόνον. Digreditur parumper hîc Thucydides, & laudes Periclis prædicat, eas distribuit in duas partes: in bellum, & in pacem: pacis tempore modestum ciuem, & bonum gubernatorem, amplificatoremque Reipublicæ: in bello prouidum, & sapientem rectorem ciuitatis fuisse dicit.

Ἡσυχάζοντες. A cæteris bellis abstinentes, vel intra muros se continentes hosti obuiam non prodeuntes.

Θεραπεύοντας. Rem nauticam curantes, in eam incumbentes, ei operam nauantes: colentes, ἀπὸ τοῦ ἐμψύχου.

Τῇ πόλει κινδυνεύοντας. Neque Rempublicam in discrimen vocantes.

Ἔξω τοῦ πολέμου. Expeditionem in Siciliam intelligit, & bellum Syracusanis illatum, & alia, quæ ad hoc bellum pertinere non videbantur.

Ἰδίας φιλοτιμίας, καὶ ἴδια κέρδη. Alcibiadem in primis subindicat, qui & ob iuuentutē, quæ ætas honoris cupiditate flagrat; & ob generis nobilitatē, quæ inflare solet; & ob luxum, quia profusus erat, necesse habebat parare vnde ingentes sumptus faceret: itaque author in primis fuit belli Siciliæ inferendi. hoc apparet libro quarto huius historiæ.

Κακῶς ἔς τε σφᾶς αὐτούς. Perperam & suam Rempublicam, & sociorum res administrauerunt.

Ἃ κατορθούμενα μέν. Facit fidem eos perperam res administrasse: si succedebant ea, quæ gerenda suscipiebant, dignitas, & fructus nō ad Rempub. sed ad priuatos veniebat: si non succedebant, calamitas, & decus in Rempublicam recidebat.

Αἴτιον

Αἴτιον δὲ ἦν. Αἰτιολογία. Quia ille pollebat cùm dignitate, tum consilio: adde etiam, quòd minimè omnium pecunia expugnari poterat. Itaq; plebem in officio liberaliter continebat, neq; ex eius voluntate pendebat, sed eam ipse regebat, & parere sibi cogebat: Nam cùm bonis artibus potentiam adeptus esset, nihil erat cur assentaretur multitudini: imò eam sæpe castigabat, eiq; pro sua authoritate refragabatur. Proinde si quando quid temerè audere eam animaduertebat, metu incusso, dicendo reprimebat. Contrà stultè formidantibus animum restituebat. Quare summa rerũ verbo quidem penes populum, sed re ipsa penes vnum Periclem erat.

D Ἴσον. Dignitate, non principes, vt erat Pericles.

Καθ' ἡδονάς. Vt ei assentarentur, & ad eius voluntatem loquerentur, quam morum corruptelã exagitat his verbis Demosthenes in 3. Olynth. ἐξ οὗ δὲ οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες, τί βούλεσθε, τί γράψω, τί ὑμῖν χαρίσωμαι, προπέποται τῆς παραυτίκα ἡδονῆς, καὶ χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ τοιαῦτα συμβαίνει, καὶ τὰ μὲν τούτων καλῶς ἔχει, τὰ δὲ ὑμέτερα αἰσχρῶς.

Καὶ τὰ πράγματα. Vel rempublicam libidini populi permittere.

142. A Ἐξ ὧν ἄλλα τε πολλά. Vnde cùm multis aliis in rebus peccatum est, tum in suscipienda expeditione aduersus Siculos.

Ἐν μεγάλῃ. Quia in ampla Republica multa geruntur.

Ἀρχὴν ἐχούσῃ. Nam quæ non habet, necesse est velit, nolit pareat imperio illius, in cuius ditione est: quæ habet, necesse est sustineat curam regendi eos, qui subiecti sunt imperio. Itaq; si rectè eos regat: res benè cedit, sin perperam, malè.

Ὃς οὐ τοσοῦτον. Quæ suscepta est non tam culpa eorum, qui auxilia accersiuerunt (Leontinos intelligit, & Egestæos) quàm ipsorum Atheniensium, & eorum qui miserant eos apparatus.

Οὐ τὰ πρόσφορα. Qui non consulebant iis, qui eò profecti sunt: qui non sentiebant quę expediebant illis.

Ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας διαφοράς. Sed propter priuatas simultates, & factiones exercitum debilitabant, & statum ciuitatis conturbabant.

Σφαλέντες δὲ ἐν Σικελίᾳ. Tantam fuisse potentiam Atheniensium docet, vt quamuis ingenti clade accepta in Sicilia, & magnis copiis, magnaq; classe amissa, seditione domi laborarent, tamen post tot incommoda triennium adhuc restiterint non solùm superioribus hostibus, sed etiam Siculis adiunctis.

Σφαλέντες. Re infeliciter gesta: amissis in Sicilia tot viris, & tot nauibus, & tanto apparatu.

B Ἐν στάσει ὄντες. Seditione laborantes.

Κύρῳ. De hoc agitur 1. lib. ἑλληνικῶν.

C Τοσοῦτον τῷ Περικλεῖ. ἐπιφώνημα. Tanta fuit in Pericle prudentia, & prouidentia, qua prospexit, &c. ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν. supra.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Narrat Lacedæmonios eadem æstate bellum Zacynthiis intulisse: sed re infecta domum rediisse.

Ζάκυνθον. ὑλήεσσαν Ὅμηρος, *nemorosa Zacynthus.* Virgil.

D Καὶ τοῦ αὐτοῦ θέρους. Eadem æstate iam extrema. Explicat iam Thucydides legatos quosdam Peloponnesiorum interceptos fuisse, dum ad Regem Persarum proficiscerentur, & delatos Athenas.

Τὸ μέρος. Ex parte, quantum ad ipsum attinebat, qui videlicet cùm posset impedire, tamen non impediuerit, id est, culpa eius ex parte, sed παρέπλεξεν. 143. B

Κακουργῇ. Infestaret. afficeret maleficio, & Thraciam. C

Τὰ τῆς Ποτιδαίας. Quæ ad Potidæam acciderant: incommoda, & longam obsidionem, & sumptus maximos.

Δικαιοῦντες. Parem gratiam referendam esse existimantes Lacedęmoniis, qui bello cœpto omnes Athenienses, qui in eorum manus incidissent, interimebant. Lacedęmonios crudelitatis, & immanitatis accusat, qui vel innocentissimos capitis supplicio afficerent.

Τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι. Locutio media.

D Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Ambraciotarum expeditionem aduersus Argiuos, & Amphilochos explicat iam Thucydides: demonstrat causas inimicitiarum, originem ciuitatis, & gentis τῶν ἀμφιλόχων, progressum, & incrementa, exitum denique earum rerum: narrat Amphilochum Amphiarai filium post bellum Troianum Argos Amphilochicum condidisse, & genti Amphilochorum nomen dedisse. Floruisse autem ciuitatem, & gentem eam ad multa secula, & potentem admodum fuisse: sed postea debilitatam, & afflictam in ciuitatis societatem Ambraciotas finitimos accersiuisse: ac illos pulsis Argiuis ciuitatem occupasse. Amphilochos verò pulsos vrbe Acarnanibus se adiunxisse: atque ita vtrosque petiisse auxilia ab Atheniensibus: Athenienses misisse illis Phormionem, & naues triginta.

Βαρβάρων. Chaonas, & alios intelligit.

Ἐποιήσαντο τὴν ἔχθραν. Susceperunt inimicitias. 144. C

D Τοῦ δὲ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Narrat iam Thucydides Atheniẽses ineunte hyeme misisse Phormionem ducem cum 20 nauibus, vt infestaret Peloponnesum, & mare Corinthiacum, sinumq; Crisæum, ne importari, exportarive quicquam posset: itaque Phormionem cum classe Naupacti stationem obtinuisse, & diligenter, ac industriè rem administrasse: missas præterea nonnullas naues docet in Cariam, & Lyciam duce Melesandro, vt pecuniam exigerent, & mare illud pacatũ à piratis redderent: Sed Melesandrũ re gesta infeliciter, cũ ipsum interiisse, tum partem eius copiarum.

145. A Ὁρμώμενος. Mouens sese, quasi ex belli sede.

Ταῦτά τε πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Φασηλίδος. πόλις παμφυλίας, ἡ πρότερον πιτυοῦσα καὶ ὕστερον φαρόσαλος. Hinc erat Theodectes Aristandri filius, forma egregia, Aristotelis amicus: ad quem scripsit ῥητορικά. Ipse quoque Theodectes scripsit Rhetorica: fecit Tragœdias quinquaginta, & alia quædam. ἡρωδιανὸς φησὶ νησίον εἶναι.

B Τοῦ δὲ αὐτοῦ χειμῶνος. Redit ad Potidæam Thucydides. docet Potidæatas non potuisse tolerare diutius obsidionẽ pressos rerũ omnium inopia: ita, vt inuenti fuerint, qui vel ab humanarũ carnium esu non abstinuerint: itaq; certis conditionibus factã deditionem. ἐπειδή. Causas & difficultates, quibus coacti Potidæatæ venerunt in deditionẽ, prius explicat. Hæ sunt diuturna & grauis obsidio: desperatio futuræ liberationis: summa frumenti, & cæterarum rerum necessariarum inopia.

Ἀπανίστασαν. Reuocabant: obsidione liberabant.

Καὶ ἄλλα τε πολλά. Et cùm alia multa in vrbe acci-

derant pro victu necessario, tum inueti sunt etiam nonnulli, qui à carnibus humanis nō abstinerent: Ἄλλα τὰ πόμα: fortasse significat, equos, iumenta cæsa, quorum carnibus vescerentur: mures etiam, canes, felesq; nostris temporibus, herbas, & alia id genus milites in obsidione cōmederunt, pressi rerum aliarum inopia.

Ἐγνῶον. Rem tetram, & immanem obscurè, & leuiter attigit, quasi detestaretur vel mentionem eius, vt rei nefariæ. Hoc autem dixit, vt ἀπὸ τῶν ἱερῶν χρημάτων.

Προσφέρουσι λόγους. Veniunt in colloquium.

Ἐπὶ σφίσιν τεταγμένοις. Quibus erat mandata ea cura.

C Ὁρῶντες μὲν τῆς στρατιᾶς. Purgat duces.

Δισχίλια τάλαντα. Mouebantur etiam magnitudine sumptus publici.

D Ἐπῃτιάσαντο. Dederunt crimini, quòd iniussu populi ita cum hoste conuenissent.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Explicat iam Thucydides Peloponnesios hac æstate in agrum Atticum non irrupisse, sed conuertisse omnes suas copias aduersus Platęenses. Hanc expeditionem susceperunt in gratiam Thebanorum, vt iniurias eorū, & cædem suorum vlciscerentur.

146. A Ἀρχίδαμε καὶ λ. Expostulant legati Platæensium cū Archidamo rege, & Lacedæmoniis: queruntur bellum illatum sibi contra fœdus, & religionē iurisiurādi, quo Pausanias eorum dux olim sese obstrinxerat: petunt deniq; cum graui deorum obtestatione, vt ab agro vastando abstineant, neq; suos fines populentur, quos sui maiores cōseruatos, & auctos libertate, honoribus, & præmiis voluerūt. Hæc κατὰ σύγκρισιν dicuntur.

Παυσανίας γὰρ. Facit fidem contra ius, & dignitatē eos facere. Pausanias amissos fines, & ciuitatem, libertatemq; simul nobis restituit: & iureiurando se obstrinxit, fore vt conseruaret ea nobis, & à vi, & iniuria quorūlibet nos defenderet, vos res concessas, restitutas, & conseruatas iam eripitis, & rescinditis, atq; irrita facitis acta vestrorū maiorum: hoc igitur & iniquum, & turpe.

Τῶν ἐθελησάντων. Nam Thebani, & alij cum Medis senserunt: alij neutros adiuuerunt.

B Μάρτυρας ποιούμενοι. Contestati.

C Δίκαια λέγετε. Refutat Archidamus legatos: negat eos libertatē traditam à Pausania retinere, qui seruiant Atheniēsibus: hortatur itaq;, vt ad se vindices libertatis transeant, & suam libertatem retineant, cæterosq; Græcos à seruitute Atheniensiū liberent: vel certè vtrisq; pariter amici sint, à bello & armis ipsi abstineant. Status causæ iuridicialis est: Legati Platæenses aiunt iniuriam sibi fieri: Archidamus negat: Quæstio est, fiat nec ne iniuria Platæensibus? docet Archidamus non fieri: vtitur definitione: tum fieret iniuria si tradita libertate eriperetur: sed cum ereptam vobis restitutam cupiamus, nullam vobis facimus iniuriam.

Δίκαια λέγετε. Ἀπὸ διαβολῆς. Æqua esset vestra oratio si facta verbis responderent: Sed cùm minimè, quasi diceret, respondeant, sequitur eam esse iniquam. διάλογος.

147. A Παῖδες γὰρ σφῶν τὸ ἀναγκαῖον.

Δεδιέναι δὲ. δεύτερον ἀναγκαῖον. Ἀδικα περὶ ξανθῷ μενελάῳ ὅμηρος.

B Οἱ δ' ἀκούσαντες. In magna rerum ambiguitate cōstituti Platæenses rationē explicare non poterant: hinc mouebat eos iactura præsens agri, & finium vastatio, & vrbis imminens obsidio: indę mouebat officium, & amicitia Atheniensium: in primis verò pignora, quæ apud eos deposuerant, liberi & vxores. Itaq; quò se verterent, quidve agerent nesciebant. Vicit tamen deniq; ea sententia, vt amicitiam Atheniensium conseruarent, agrū, & fines negligerent, fortunā, & pericula quæuis subirent. Interea tamen relatis Archidami conditionibus ad populum rem communicandam cum Atheniensi-B bus censuerunt: & tantisper dum legati inde redirent, inducias petierunt.

Ὅτι βούλονται ἃ προκαλεῖται. Se velle oblatas conditiones ab eo cum Atheniensibus communicare: quibus si probauerint, paratos se esse ad eas accipiendas.

C Σπείσασθαι σφίσιν. Inducias secum pacisceretur. faceret.

Μὴ δῃοῦν. Ab agro vastando temperare.

Ἐσπείσατο. Pactus est inducias tot dierum, intra C quot erat consentaneum responsum Athenis afferri posse.

Οὔτ' ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ. Adhortabatur populus Atheniēsis Platæenses, vt in officio, & amicitia permanerent: de cætero non dubitarent: se nanq;, vt antea nullo tempore defuerant, ita etiam tunc adfuturos illis: neq; causam eorum neglecturos promittebant.

Οὔτ' ἐν τῷ. Exemplum petitum à tempore superiore.

D Προέσθαι. Destituisse.

Πρὸς τῶν ὅρκων. μέγεθος, καὶ λαμπρότης.

Μηδὲν νεωτερίζειν Nec nouas quęrerent amicitias.

Μὴ προδιδόναι. Non deficere ab eorum amicitia.

Καὶ γῆν τεμνομένην ὁρῶντας. Et agrum vastari vel se ipsis inspectantibus, si ita necesse esset, id est, in suo conspectu.

Καὶ ἄλλο πάσχοντας. Et quamlibet aliam fortunam subeūdam sibi esse iudicarunt, id est, obsidionem, vrbis oppugnationem, famem, &c. ὅ, τι ἂν ξυμβαίνῃ, E Quodcunque casus tulisset.

Ἀδύνατα σφίσι. Sibi non licere accipere conditiones oblatas à Lacedæmoniis.

E Ἐς ἐπιμαρτυρίαν κατέστη. Cœpit cōtestari deos, &c. vt illis videlicet se purgaret, ac probaret id, quod erat facturus, atq; adeò quod fecerat: quòd scilicet, arma iam intulisset ipsis, & quòd agrum vastaturus, vrbem oppugnaturus esset.

148. A Θεοί. Deos tutelares intelligit, & pręsides vrbis, & agri, quare subiicit ὅσοι, &c.

F Καὶ ἥρωες. Nam isti quoq; in numerum deorum relati suos tueri existimabantur, à quibus colebantur.

Οὔτε τὴν ἀρχὴν. Neq; primùm) (ἐπιγνῶ.

Ἐκλιπόντων. ἀπολογία, cur non ἀδίκως bellum intulerint. hi enim priores fœdus violarunt.

Ἐν ᾗ. In qua patres nostri cùm vota vobis nuncupassent, Medos superarunt, vestraq; ope feliciter pugnarunt aduersus barbaros: hæc eò spectāt, vt doceant Lacedæmonii se nunquam arma illa-G turos fuisse, nisi fuissent prouocati à Platęensibus.

Παρέσχετε αὐτὴν εὐμενῆ. Γλυκύτης, præbuistis, præstitistis benignam, & amicam.

Ἐναγωνίσασθαι. Et in ea decernerēt, ac dimicarent.

Προκαλεσάμενοι γὰρ. oblatis enim multis, æquisq; conditionibus, eas omnes recusarunt.

Ξυγγνώμονες δὲ ἔστε. Conclusio. Testes igitur estote, si

te, si qui nos prouocarunt, pœnas dederint, nos verò parati ad vlciscendum, de illis pœnas sumpserimus. δὲ, αὐτὶ τῆ δὴ. ξυγγνώμονές ἐστε, αὐτὶ τῶ ξύγγνωτε.

Plena grauitatis est hæc oratio cùm sententiarum pondere, & orationis ipsius granditate, tum personarum ratione habita: rex est, qui loquitur, deos, atque heroas alloquitur. Similes apud Liuium plus quàm semel, atque iterum reperiuntur vt in primo libro, vbi Romulus precatur Iouem statorem: vt in sexto etiam, vbi Marcus Furius Camillus Dictator verba facit ad Apollinem, & Iunonem in oppugnatione Veiorum.

Tuo ductu Pythice Apollo, tuoque numine instructus pergo, &c.

B Ἐπιθειάσας. Ἀπολύτως interdum ponitur, & significat diuino afflatu corripi: Iam transitiuè, deos affatur his verbis.

Καθίστη. Aciem ad prœlium instruxit: vt si qua eruptio fieret, occupatis in opere, atque in circumuallatione militibus, instructę, & paratę essent copiæ ad hostem reiiciendum.

Περιεσταύρωσεν. σταυρὸς, vallum significat, aliâs crucem: qua significatione inuenitur sæpissimè in sacris literis: nec non pro ærumnis, & miseriis, quas pij homines, & Christi sectatores perferunt.

Δενδρέσιν, ποιητικῶς.

Ἐλπίζοντες. Sperantes se propediem eam expugnaturos.

Ξυλαμένου. Vnde materia comportaretur significat.

Παρῳκοδόμουν. L. V. Supra vrbis ędificia extruũt. F. P. aggeribus adhibebant, ne scilicet humus diffunderetur.

Φορμηδὸν. Instar storeæ, vel sportæ, id est, directa & transuersa tigna admouentes, ita enim texuntur storeæ, &c.

Ὕλην. Virgulta, cespites, & alia id genus ingerebant.

C Μέλλοι αἰρήσειν. Erat absoluturũ, id est, ad iustã altitudinẽ aggerem excitaturũ, ξυνεχῶς, continenter. Γῆν, ad materiam, χῶμα, ad formam refer.

Διῃρημένοι. Ita partiti inter se opus, vt alij quiescerẽt, alij cibũ caperent, alij in opere essent occupati.

Οἱ δὲ Πλαταιῆς. Quid cõtra conatus hostium Platæenses fecerint, iam explicat: murum (inquit) ligneum muris lapideis vrbis imposuerunt: cui deinde addiderunt murum lateritium: muro ligneo deinde coria, & centones præfixerunt: prætexuerunt. ξυνδέσμους, compago.

D Τὸ μὴ ὑψηλόν. Ne succrescens ædificium labasceret, vel ne esset infirmius.

Δέρρεις. Coria, pelles, vestimenta etiam densa.

Διφθέρας. Vestes crassas, & viliores, pastoritias, &c.

Προκαλύμματα. Munimẽta obiecta, q̃ protegerẽt.

Ὥς τε τοὺς ἐργαζομένους. Quæ protegerẽt & murum, & eos qui in opere versabantur.

Πυρφόροις. Missilibus igniferis.

149.A Διελόντες. Interciso vrbis muro, qua agger extruebatur.

Ταρσοῖς. Fiscellis, vel cratibus arundineis. aliâs sic vocatur palma pedis, palmula remi: ala, &c.

Ἐνείλλοντες. Inuoluentes, id est, obstruẽtes rimas cratium.

Ἐσέβαλον. Obstruxerunt.

Οἱ δὲ, ταύτῃ ἀποκλειόμενοι. Nouum commentum Platæensium explicat: Cuniculos scilicet actos, quibus aggerem subducebant in vrbem.

Ταύτῃ. Ea ratione, eo commento exclusi, id est, cùm nihil ea iam proficerent.

Τοῦτο μὲν ἐπέσχον ἀπὸ τοῦ ἐμφύχον. Ab eo agendo destiterunt.

Τιτύσκεσθαι ὅμηρος, collineare, de sagittariis. à corpore ad animum.

Ξυντεκμηράμενοι. Coniectura eos dirigentes sub aggerem.

B Ἐπὶ τὸ κενούμενον. In eam partem, quæ hauriebatur, euacuabatur.

Δεδιότες δὲ. Narrat Platæenses intra priores muros vrbis ædificasse alteros, vt si priores ab hoste capti fuissent, alteri vrbem tuerentur, & nouus labor hostibus relinqueretur.

Δεδιότες. ἀπολογία. Quo consilio adducti id fecerint. metuentes suam paucitatem, hostium multitudinem.

Μηνοειδές. Lunatum, falcatum, curuum.

C Ἐν ἀμφιβόλῳ. Et in maiore periculo constituti, ratione nõ affert apertè: sed ea est posita in verbo μηνοειδές.

Ἅμα δὲ τῇ χώσει. Interea dum iaciunt aggerẽ, admouent etiam machinas.

Ἅμα δὲ τῇ χώσει. Quid prętérea moliti fuerint Peloponesij, explicat Thucydides: iactũ aggerẽ superius vidimus ab illis: à Platæẽsibus humũ subductã disiecta parte muri: à Pelopõnesiis cratibus arũdineis eam obstructã: ab illis actos cuniculos, & alterum murum interius falcatum ædificatũ, ab his D iam docet machinas, dum agger iaceretur vrbi admotas: & quassatos ita muros, vt Platæenses vehemẽter perterriti fuerint. Est igitur totus hic locus collatio quędã conatuũ, tum eorũ, quibus vtebantur Peloponnesij ad vrbẽ oppugnandã, tum eorũ, quibus vtebantur Platæenses, vt se defenderent.

Ἀνέκλων. Reflectebant, subuertebant.

Ἀπὸ τῆς τομῆς ἑκατέρωθεν. Ab vtroq; capite.

D Μέλλοι περιπεσεῖσθαι. Erat ictu petitura, verba sonãt, quoties machina aliquã in partem erat casura.

E Ἐμβολεῖς, αὐτὶ τῶ ἐμβολῆς.

Μετὰ δὲ τοῦτο. Mutatam rationem oppugnãdæ vrbis demõstrat: ratio, quia Peloponnesij intelligebant vi vrbem capi nõ posse, vt fame saltẽ eam expugnarẽt diuturna obsidione: tentasse tamen eos prius ostendit, an incendio quicquã posset profici.

150.A Ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν. Hoc genere oppugnationis, L. V. At F. P. inter tot impedimenta: præsenti formidine. πνεύματος γενομένου, coorto vento.

F Πᾶσαν γὰρ δὴ ἰδέαν. Nullum genus oppugnationis prætermittebant, vt sine sumptu grauiore, & longa obsidione eam expugnarent.

Ἰδέαν. Oppugnandi scilicet.

Προσαχθείη σφίσιν. Sibi adiungeretur.

Φοροῦντες οὖν. Comportãtes itaq; materię, ac virgultorum fasciculos, in fossas coniecerunt.

Ἀπὸ τοῦ χώματος. Ex aggere. L. V. intelligit fasciculos ex aggere petitos, sed res non ita habet. Thucydides enim docet iactos fasciculos in eam partem, quæ erat intra aggerem, & murum vrbis inferio-G rem, vt sit περίφραξις τῆς τάφρου. Vel certè eius spatij, quod erat intra murum, & aggerem.

B Πλήρους γενομένου, αὐτὶ τῶ πληρωθέντος.

Ἐπιπαρένησαν. Congesserunt materiam, & virgulta etiam in alias plerasq; partes vrbis, quas occupare de loco superiore poterãt. ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἄλλης πόλεως: ergo nõ in omnes partes materiam iecerunt.

Ἀπὸ τοῦ μετεώρου. Quo videlicet facilius flamma dilata vento vrbem, & ædificia incenderet.

Ξὺν θείῳ, καὶ πίσσῃ. Quæ adiuuarent incendium.

Ὄζον, πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Χειροποίητον. quasi diceret, nam non cõfero cum iis incendiis, quæ casu, & vi ventorum in syluis fieri consueuerunt. arbores enim in syluis ita interdũ agitantur, vt mutuo concursu, & impetu ignem excudant.

Ἀπὸ ταὐτομάτου. Sic ego distinguo, τὸ αὐτόματον, casus, quem Christiana pietas nullo modo admittit, persuasa de summa Dei nostri prouidentia, & rerum omnium moderatione.

Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ σημαινόμενον. τὸ πρᾶγμα, τὸ πῦρ.

Ἐπίφορον. Secundus, qui vrbem versus flammam differret.

Οὐκ ἂν διέφυγον. Actum vtiq; de illis fuisset.

Καὶ τὸ δὲ. Non solùm illud incommodum non accidit; sed id cõmodi contigit. vt magna vis aquæ cum tonitruis de cœlo effusa flammam restrinxerit, & periculo Platæenses liberauerit.

Οἱ δὲ πελοποννήσιοι. Narrat Pelopõnesios eo etiam conatu frustratos, & spe deiectos, dedisse se ad vrbem circumuallandam.

Διελόμενοι κατὰ πόλεις. Distributo ambitu inter ciuitates singulas.

Τάφρος δὲ. Murum lateritium fuisse significat. vnde verò lateres effecerint, docet: ex duplici fossa (inquit) interna, & externa. βραχυλογία.

Περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς. Arcturus oritur à Canicula ferè post diem quinquagesimum, Nonis Septembris ortu cosmico, vt vocant Astrologi, vel etiam Heliaco, qui Cosmicum paulo pòst sequitur.

Πλαταιῆς δέ. Quis fuerit numerus eorũ, qui obsidebantur, docet. 400 Platæenses, 80 Athenienses, 110 mulieres, quæ panem facerent.

Παῖδας μέν. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Τῶν πλαταιέων. Passiuè positus iam casus patrius: simul atque Peloponnesij bellum intulerunt Platæensibus.

Ἀκμάζοντος. Frumentis iam maturis.

Τέλος. Præter ἰσίδωρον ἀριστοκλέους, καὶ φανόμαχον τὸν Καλλιμάχου.

Ἐδόκει δέ. Erat opinio ciuitatem ad Athenienses defecturam, opera quorundam ciuium. προσχωρήσειν, factura deditionem.

Προπεμψάντων: προπέμπειν, aliâs prosequi.

Ἐς μάχην καθίστανται. Ineunt prœlium.

Εἶχον δέ τινας. οἱ χαλκιδεῖς scilicet.

Κρουσίδος: κρουσίδος. στεφα. μοῖρα τῆς μυγδονίας, ἀπὸ Κρούσεως τοῦ μύγδονος υἱοῦ.

Ὄλυνθος, πόλις θρᾴκης.

Ἄρτι δὲ τῆς μάχης γεγενημένης. Quamuis equitatus Atheniensis, & leuis armatura ab equitatu, & leui armatura Chalcidensium victi, & superati fuissent, tamen non ita magnum incommodum acceperant: sed paulò post factum prœlium noua manus cetratorum, quam Olynthij subsidio suis miserant, addidit animos iis, qui paulò ante victores fuerant: itaque omnes aggressi denuo Athenienses, fundunt eos, fugantq;, & cædunt 400 & 30, & omnes duces. Hoc igitur Atheniensium incommodum iam explicat Thucydides.

Τοῖς τε προσγιγνομένοις. Tum eorũ accessione, nouo subsidio.

Ἐπῄεσαν. Infestis armis procurrebant.

Ἠ δόκει. Quà videbatur, id est, secuti opportunitatem loci, id est, à latere aperto.

Οὐχ ἥκιστα φοβηθέντες. Maximè perculsos.

Τῷ περιόντι. Cum reliquiis.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους. Redit ad Ambraciotas: quorum inimicitias aduersus Argiuos, Amphilochos, & Acarnanas, & bellum cœperat explicare in hoc ipso libro. Narrat eos hac ipsa æstate bellum grauissimum Acarnanibus intulisse: huius belli apparatũ, copias, & consilia primùm explicat. Consilia, & causę huius expeditionis fuerunt, quia Ambraciotæ, & Chaones venerant in spem subigendæ totius Acarnaniæ. Magnitudo apparatus illa fuit, quia pedestribus, maritimisq; copiis, & opibus nõ solùm suis, sed etiam Peloponnesiorũ hoc bellum susceperunt: itaque magnas fuisse vtrorumq; copias ostendit. docet etiam quibus rationibus persuaserint Peloponnesiis, vt belli huius socios se adderent: futurum demõstrabant, vt Acarnania potiti, facilè potirentur etiam insulis adiacentibus, Zacyntho scilicet, & Cephalenia: quibus subactis, fore vt Atheniensibus facultas oppugnandæ Peloponnesi eriperetur.

Χάονες. Gens Epirotica: in Epiro 14 erant gentes Theopompo authore, quarum maximè illustres duę istę erant, Chaones, & Molotti, Strabo, lib. 7.

Βουλόμενοι. consilia.

Λέγοντες ὅτι. Mouebant eos commodis futuris. Potiemini Acarnania, potiemini Zacyntho, & Cephalenia: eripietis hosti facultates oppugnandæ Peloponnesi. fortasse etiam Naupactum capietis.

Καὶ ὁ περίπλους: & Athenienses non ita postea infestaturos classe Peloponnesum. ἀντὶ τοῦ οἱ ἀθηναῖοι οὐκέτι ὁμοίως περιπλεύσουσι τὴν πελοπόννησον. εὐθὺς, E vestigio.

Τῷ δὲ ναυτικῷ. Id est, Sociis verò præceperunt circummissis nuntiis, vt classem expedirent, eamque primo quoq; tempore mitterent Leucadem. παραγγέλλειν, Imperare circummissis nuntiis.

Ἦσαν δὲ Κορίνθιοι. Corinthij erãt propensis admodũ ad bellũ illud animis, & fauebant Ambraciotis.

Ξυμπροθυμούμενοι. Adiuuabant maximè studium Ambrociotarum. ἀντὶ τοῦ ξυνεπροθυμοῦντο.

Ἐν παρασκευῇ ἦν. Instruebatur: παρεσκευάζετο.

Ἀνακτόριον. πόλις ἀκαρνανίας, ἄποικος Κορινθίων, hodie Vonizza.

Ἐπ' ἐτησίῳ. ἐπετησίῳ legendum vnâ. annuo magistratu.

Ἀρχικοῦ γένους. Ex familia, cui ad magistratus patebat aditus.

Ἀντιτάνας. Strabo libro 7. legit Ἀτιντάνας, si codex mendo caret.

Παραυαίους, παρὰ τὸ παρὰ τὸν αὖον ποταμὸν, οἰκεῖσθαι. τινὲς δὲ παραυαίοις, καὶ ἀμύμονας ἀμφαλινὰς. ὅμηρος ἐν ὀδυσσ.

Ὀρέσται. Strabo, lib. 7. 143. 6. Λέγεται δὲ τὴν ὀρεστιάδα κατασχεῖν ποτε ὀρέστης φεύγοντα τὸν τῆς μητρὸς φόνον, καὶ καταλιπεῖν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν χώραν, κτίσαι δὲ καὶ πόλιν, καλεῖσθαι δ' αὐτὴν ἄργος ὀρεστικόν.

Περδίκκας. Perfidiæ arguit Perdiccam, qui cùm socius, & amicus esset Atheniensium, tamẽ hostes eorum adiuuaret. οὕτω μὲν σιτάλκης τε ὁ τήρεω θρᾳκῶν βασιλεὺς. ξύμμαχος ἐγένετο ἀθηναίοις, καὶ περδίκκας ὁ Ἀλεξάνδρου μακεδόνων βασιλεὺς. supra.

Οὐ περιμεῖνας. Improbat latenter Cnemi consilium, qui noluerit expectare classem, qua manus Acarnanũ facilè distineri poterat. στράτος, ἡ, καὶ βαρυτόνως, ὁ πολίτης στράτιος.

Νομί-

Νομίζοντες. Quo consilio eius oppugnationem instituerint, aperit.

Ακαρνᾶνες δέ. Nulla venisse auxilia Stratiis à ciuitatibus maritimis docet Thucydides. Singulæ enim ciuitates sibi metuebant à classe, quæ ventura erat: itaque suos quæque fines tuebatur.

Ερήμων. Sine præsidio.

Οἱ δὲ μέσον. Qui medium agmen duceret, qui extrema, demonstrat nunc Thucydides; Chaones (inquit) mediũ agmen ducebant: à dextra eorum Leucadij, & Anactorij, ad læuam Cnemus erat, Peloponnesij, & Ambraciotæ.

Καὶ ἦσαν ὅτι. Quantum inter se distarent acies, declarat Thucydides. Tantum distabãt, vt interdum agmen ab alio non posset conspici. Damnat Thucydides temeritatem, & imprudentiam barbarorum, qui à robore exercitus, & à duce ipso, id est, à Cnemo, & Peloponnesiis se disiungerent.

Διὰ φυλακῆς ἔχοντες. ἑαυτοὺς δηλονότι, καὶ τὰ λ. Cautè, & exploratis itineribus.

Οὔτ' ἐπέσχον. Neque passi sunt locum deligere castris.

Ρώμη. Robore, ἡ ῥύμη, ὃ καὶ βέλτιον.

154. Αὐτοβοεί. Ipso clamore tantùm, συνωδὸν ἐπίρρημα.

Γνόντες δ' αὐτοὺς. Demonstrat insidias factas barbaris à Stratiis, itaque Chaonas fusos, & fugatos fuisse: cæsos etiam non paucos.

Μεμονωμένων. A cæteris seiunctos.

Ανελάμβανον. Ad se recipiebant.

Κεκρατῆσθαι. Eo genere pugnæ excellere.

Αναπν. ἦν καὶ σικελίας. Θεοκρ. εἰδυλ. α.

> Οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἶχετ' ἀνάπω,
> Οὐδ' αἴτνας σκοπιάν, οὐδ' ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.

Οἰνιάδαι. στεφ. πόλις ἀκαρνανίας, ἡ δὲ ἐρισύχη. ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς οἰταίας.

Κομίζεται. Impetrat per inducias cæsos in acie sepeliendos.

Ξυμπαραγενομένων. Cùm illi se adiunxissent per amicitiam.

Τὸ δ' ἐκ τῆς Κορίνθου. Trãsit ad classem Peloponnesiorum, quæ huic expeditioni erat interfutura, sed nõ potuit adesse propter nimiã Cnemi festinationem: Demonstrat itaq; Thucydides, causam cur nõ licuerit ei adesse: Docet coactã eam fuisse certare nauali prœlio aduersus Phormionẽ, & naues Atticas. Hoc prœliũ diligẽter explicat. Erat Phormio numero nauium longè inferior: nam 20 tantum naues ipse habebat: naues hostium erant 40, & 7: artificio tamen, & rerum nauticarum peritia victoriam est cõsecutus, & insignem adeptus gloriam. Est igitur hic locus quasi encomium quoddam Phormionis.

Τῶν ἄλλων ξυμμάχων. Αἰγίου, αἰγείρας, σικυῶνος, &c.

Κελσαίου, ἀπὸ Κελσης πόλεως φωκίδος.

Ηναγκάσθησαν. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sic est infrà, παραπλέοντας αὐτοὺς, τοὺς ἐν ταῖς ναυσὶ δηλονότι αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ, αὐταῖς ταῖς παραπλεούσας ναῦς.

Ὁ γὰρ φορμίων. Qua ratione prœliũ fuerit gestum, diligenter iã explicat, ostendit primo loco consiliũ Phormionis, quo loco classem hostiũ expectauerit, & qua de causa. Narrat eũ obseruasse diligẽter hostes aduentantes, vt cùm in apertũ, & patẽs mare peruenissent, eos aggrederetur: sperabat enim se scientia rerũ maritimarum, & beneficio venti, qui certis horis quotidie ex sinu Crisæo flabat, elusurum hostes, atq; superaturũ, id, quod accidit.

Παραπλέοντας. Terram legentes. κομίζεσθαι παρὰ γῆν.

Εὐρυχωρία. Aperto, & patenti mari.

Ὡς οὐκ ἐπὶ ναυμαχίᾳ. Non eo animo, vt &c. de nauali prœlio nihil cogitantes: qui enim ad pugnam progrediuntur, hi expediti, sine impedimentis veniunt: carpit imprudentiam, & imperitiam Peloponnesiorum. vel quia cõtemnebant paucitatem nauium oppositarum.

155. Στρατιωτικώτερον. More peditum, id est, impediti, & cum suis quique sarcinis.

Επειδὴ μέντοι. Sed conspicati eos venientes contra, ita demum cogũtur nauali certare prœlio: describit locum, in quo pugnatum est: locum in quo vtraq; erat classis, cùm in conspectum venit mutuum. Classem Peloponnesiorũ ita nauigasse docet, vt oram Peloponnesi maritimam legeret, quæ est ad Patras, & Dymen, traiectura in Acarnaniã. Classem Atheniensium ex Chalcide, & fluuio Eueno infestis signis contra Peloponnesios venisse: Commissum prœlium in medio freto ante fauces, & ostia sinus Corinthiaci.

Αντιπαραπλέοντας. Infesta classe cõtra se nauigãtes.

Χαλκίδος. Plures erant eodem nomine: quarum clarissima Euboica erat: sed iam Ætolicam intelligit. Διονύσ.

> Τῇ δ' ἐπὶ νηεακίης Ἰθάκης ἕδος ἐστήρικται,
> Νήσων τ' ἀλλάων, ὅσσας τ' ἀπὸ χαλκίδος ἕρπων
> Δίνης ἀργυρέης ἀχελώϊος ἀμφιελίσσει

Εὐστάθ. ὄρος αἰτωλίας ἡ χαλκίς φησί.

Καὶ οὐκ ἔλαθον. Et quamuis noctu proximè clàm portum cepissent (vt videlicet eos inopinantes opprimerent) tamẽ Peloponnesij hoc nõ ignorabãt.

Κατὰ πόλεις. Oppidatim.

Καὶ οἱ πελοποννήσιοι. Quomodo instruxerint vtriq; aciem, demonstrat: Peloponnesij orbẽ fecerunt suarum nauiũ ita, vt proræ essent hosti oppositæ: intra orbẽ parua nauigiola, quæ secum habebant, receperũt, & quinq; naues celeritate præstãtes, vt si quæ premerentur, laborantibus ferrent subsidium, Athenienses suas in seriẽ longiorẽ disposuerunt, ita vt singulæ singulas deinceps sequerentur.

Ὡς μέγιστον οἷοί τ' ἦσαν. ἀντὶ τοῦ ὡς μέγιστον ἐδύναντο.

Διέκπλουν μὴ διδόντες. ναυτικὴ φράσις. Non permittentes, vt hostiũ naues per mediam suam classem transcurrerent, percurrerent.

Λεπτὰ πλοῖα. Minora nauigia.

Διὰ βραχέος. Per interuallum, quod exiguũ propterea reliquerant: ad eum vsum scilicet. παραγιγνόμενοι. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Κατὰ μίαν ναῦν. Producta acie nauiũ singulatim.

Ξυνῆγον ἐς ὀλίγον. In angustum contrahebant, vt scilicet salo maris, & venti flatu colliderentur, & ordo earum turbaretur.

Εν χρῷ ἀεί. Proximè prætereuecti, radentes proras nauium hostiliũ, ἡ μεταφορὰ à tonsoribus. Virgil. lib. 7. in principio.

Proxima Circeæ raduntur littora terræ.

Αὐτίκα. Iam iam irrumpendi, inuadendi.

Προείρητο δ' αὐτοῖς. Sed cautum fuerat à Phormione, ac præceptum antea ne hostem aggrederentur, nisi ipse dedisset signum.

Ηλπιζε γάρ. Sperabat enim illum ordinem nõ ita permansurum, vt in pedestri pugna.

Ξυμπεσεῖσθαι. Concursuras.

Παρέξειν ταραχήν. Perturbationem allatura.

Οὐδένα χρόνον. Atq; ita ppetuò eos trepidaturos.

Τὴν ἐπιχείρησιν. Conferendæ pugnæ tempus, &

hostem aggrediendi penes se fore existimabat: qui enim celeriores habēt naues, hi, & vitare impetus hostiū, & eos fugiētes arbitratu suo insequi possūt.

156. A Ὡς δὲ τό, τὸ πνεῦμα κατῄει. Vt instruxerint aciem vtrique docuit superius Thucydides. Et quo consilio Phormion aciem suarum nauium produxerit: iam describit prœlium commissum: & primo loco demonstrat euenisse id, quod animo præceperat Phormion, vt flante vento naues hostium perturbarentur & inter se colliderentur. Itaq; commendat tacitè Phormionis prouidentiam.

Κατῄει. Vel ad situm regionis referēdum est, vel ad damnum allatum Peloponnesiis.

Προσκειμένων. Nauibus incumbentibus ita vt earum haberetur ratio, ne colliderentur. Ἐπαραξόντων. supra, καὶ τὰ πλοῖα ταραχὴν παρέξειν.

Προσέπιπτε. Concurrebat.

Κοντοῖς. Inter arma nautica numerabatur contus (erat autem hasta longior, & ferrea cuspide munita) quo nautæ loca nauibus opportuna explorabant. Virg. lib. 6. Æn.

Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat

Lib. 9. *— Ac duris detrudere contis.*

Διεωθοῦντο. Repellebāt. Ἀντιφυλακῇ. vitatione mutua.

Βοῇ τε χρώμενοι. Quæ rerum confusio fuerit consecuta describit: non poterant (inquit) audire iussa ducum, neque præfectorum.

Κελευστῶν. ναύαρχος, ἢ τριήραρχος, κελευστής, κυβερνήτης, ναύτης, ἢ ἐρέτης.

— Et qui requiemq; modumq;
Voce dabat nautis animorum hortator Epopeus.

Ouid. Meta. 3. 40.

Ἀπειθεστέρας. Minus obtemperantes. γλυκύτης.

B Ἐς ἀλκήν. Ad resistendum, ποιητικὴ λέξις. Ἀλκὴ ἡ ἀνδρεία. ἀλκῆς μιμνήσκεσθαι) (ἐπιλαθέσθαι.

Μολύκρειον. ἢ Μολυκρία. στέφ. 12. πόλις αἰτωλίας.

Τῷ ῥίῳ. Intelligit τὸ μολυκρικόν, alterū .n. τὸ ἀχαϊκόν.

Τῷ ποσειδῶνι. Cuius erat maris imperium, & cui acceptam referebant victoriam.

C Ἃς ἔδει αὐτὰς ξυμμῖξαι. Quas cum his antea coniunctas oportuerat.

D Ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς. Noua enim, & inopinata res ea videbatur, à 20 scilicet nauibus 47 superatas.

157. B Νικίας γὰρ κρής. Erat bellum inter Polichnitas, & Cydoniatas finitimos. Nicias Gortynius hospes Atheniensium fauebat Polichnitis: itaque impetrat auxilia ab Atheniensibus aduersus Cydoniatas. Hæc narrat iam Thucydides.

Πολεμίας. τῶν ἀθηναίων δηλονότι, nā si referatur aut ad Niciam, aut ad Cydoniatas, res non ita constabit.

Πολίχνη. πόλις κρήτης. ὁ πολίτης πολιχνίτης, τὸ καὶ βοάδος ἄλλη, inquit στέφ. ὁ πολίτης πολιχναῖος.

Ἐπετύχον. Vt in rem duram.

Οἱ δ᾽ ἐν τῇ κυλλήνῃ. Suscipit iam explicandum secundum prœlium: hoc etiam, vt superius diligentissimè describit. narrationē huius loci in tria tempora distribuit: in tempus ante prœliū. in tempus prœlij, & in tempus, quod consecutū est prœlium. Docet igitur quæ gesserit vtraq; classis tribus istis temporibus: vnde progressæ: quò venerint, quid egerint ante prœlium: quæ in ipso prœlio, & quæ finita pugna: ante prœliū progressos Peloponnesios Cyllene ad Panormum portū venisse significat, prope Rhium Achaicum. Phormionem naupacto prodisse ad Rhium oppositum extra sinum Crissæū. & sex, septémve dies aduersas stationes, & castra opposita classem vtramq; habuisse: suas copias vtranq; exercuisse, & ad pugnā cōfirmasse, ancipiti deinde pugnatū prœlio: ita tamē vt victoria penes Athenieſes potius fuerit, à prœlio vtrosque trophæum statuisse, sed tamē Peloponnesios sua confessione victoriā Atheniensibus cōcessisse. Hæc narrat, & more suo explicat iam Thucydides.

C Πάνορμος. στέφ. πόλις σικελίας, ἢ λιμὴν ἐν μέσοις τοῖς κεραυνίοις ὄρεσιν. Strabo lib. 7. Iam portus Achaiæ.

D Γνώμην ἔχοντες. Constitutū habentes, eo animo, ea mente, Quo cōsilio vtraq; classis teneret ea loca, easq; stationes docet Thucydides.

E Νομίζοντες. Rati pro illis hoc facere, vt in angustiis certamen committeretur.

158. A Ἔπειτα ὁ Κνῆμος. Qua deniq; causa inducti duces Lacedæmoniorum prœlium non differendū amplius esse censuerint, demōstrat iam Thucydides: quia verebantur ne classis altera subsidio veniret Athenis Phormioni: Quare conuocato concilio milites propter superiorum dierum incōmodum perterritos, cōfirmant, & ad pugnam cohortātur.

C CNEMI CONCIO.

Ἡ μὲν γενομένη ναυμαχία. Qui cōfirmaturus est militem perterritū, necesse est adimat ei metū, & timorem, addat animos, & contemptionē hostium: iam quib. rationibus hoc vtrumq; præstari possit, videamus. Tollitur metus, & timor, si demonstremus opes nostras esse magnas, ingētes copias, corpora militum robusta, animos fortes, & rei militaris peritos, deniq; si bona corporis, animi, externa etiā iis, quos cohortamur, adesse doceamus: Hanc D igitur rationem secutus Cnemus adimit suis copiis timorem: ostendit numerum nauium quadruplo ferè maiorem classe hostium, militum manū longè numerosiorem, robustiorem, & animis fortiorem, & ad omnes casus subeundos longè audaciorem: Et quoniā milites accepto ante detrimēto erant perterriti, eleuat huiusmodi incōmodum, ac demonstrat quibus caussis offensum iam fuerit, iis sublatis, de victoria nō esse dubitādum, præsertim aucto, & duplicato numero nauiū. Quare bono, E & fidenti animo eos esse iubet, & demonstrat de victoria bene sperandum. πραγματικὴ ἡ στάσις.

Ducitur τὸ προοίμιον à re ipsa, de qua agitur, agitur de prœlio cōmittendo, & quia superiore aduerso prœlio territi videbātur milites, eos admonet statim in ipso vestibulo causæ, nō esse cur terreantur. Siquis vestrûm ô milites prœlium futurum reformidat ob incōmodum superioribus diebus acceptum, is non rectè neque iure formidat.

B Οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν. Non habet iustā coniecturā. ἐνδιαγή, αἰτία δ᾽, εἴ τις ὑμῶν φοβεῖται, &c. οὐχὶ δικαίως F φοβεῖται τοῦτο τεκμαιρόμενος. Insinuatio. Id est, non est cur perterriti sitis ô milites, propter superius prœlium, coniecturam inde facientes etiā de futuro.

Τῇ τε γὰρ παρασκευῇ. Plures affert causas: defuit numerus nauiū: defuit ratio in instruenda acie: fortuna fuit aduersa: defuit etiā peritia rerū maritimarum: itaque non est mirandum si offendimus.

Ἐνδεής. Prœlium nauale exiguo apparatu: id est, exiguo numero nauium commissum est.

G Ἐπὶ στρατείαν. στρατιωτικώτερον, ad terrestrem expeditionem.

Τὰ ἀπὸ τῆς τύχης. Fortunæ incōmoda, ob ventum, concursum, & conflictationē nauium, & quòd nō statim impetum in hostes fecerimus, sed orbe facto eorum impetum sustinuerimus, nō pauca nobis aduersa cecidere, fortuna ita volente.

Ἐσφήλημεν. Imperitia lapsi sumus.

Ὥστε οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν. Itaq; nō ignauia, & vitio nostro victi sumus, sed, quasi dicat, vel fortunæ culpa, vel aliqua imprudentia, sed nō ignauia, &c.

Οὐδὲ δίκαιον τῆς γνώμης. Neque debent animi, qui victi, & superati nō sunt, sed habent aliquas rationes, quibus causam suā probent, propter rem malè gestam consternari.

Τινὰ ἀντιλογίαν. Aliquas rationes, quas obiiciat, & quibus sese purget.

C Ἀμβλύνεσθαι. Retundi, debilitari, frāgi, ab acie gladiorum ducta metaphora, aduerso prœlij exitu. τῷ ἀποβάντι τῆς ξυμφορᾶς: τῇ ἀποβάσῃ ξυμφορᾷ.

Νομίσαι δέ. Existimandum autem homines posse labi fortunæ culpa, virtute animi stare, & erectos semper esse: neq; ob imperitiam, (modò virtus animi, non absit) ignauos esse existimandos.

Τῶν δὲ ἡ ἀπειρία. Compensat imperitiā animi præsentia, & audacia per collationem. ἐνάλλαγη, ἀντὶ τοῦ λείπεσθε ὑμεῖς τοσοῦτον τῇ ἀπειρίᾳ. Concessio, ἀντιπαράστασις.

Τῶν δὲ ἡ ἐπιστήμη. A contrariis.

Ἀνδρείαν μὲν ἔχουσα: Cum fortitudine coniuncta.

Ἐπιτελεῖν. Ad præstāda quæ didicit, ad peragēda.

D Πρὸς μὲν οὖν τὸ ἐμπειρότερον. Tradit præcepta, & remedia aduersus scientiam rerum maritimarum, & artificium Atheniensium.

Πρὸς δὲ τὴν ἧσσαν. Aduersus incommodum acceptum, diligentiam præsentem in instruenda acie: id quod non adfuit cùm superati estis.

159. A Περιγίγνεται. Confirmat magis, magisq;, adest insuper vobis, &c.

Οἰκείας γῆς. Vt si superemur, quasi diceret, excendere, & ad amicos liceat confugere.

Ὥστε. Efficit victoriam omnino à se fore.

Σφαλλομένους ἄν. Offendere posse.

Καὶ ὅσα ἡμάρτομεν. Adde (inquit) quòd superiora errata erūt quasi quidam monitores, vt caueamus diligenter ne denuo offendamus: itaq; incommoda in commoda vertentur: τὰ παθήματα μαθήματα. Cæs. lib. 3. Belli ciuilis, satis esse magna vtrinque incommoda accepta, quæ pro disciplina, & præceptis habere possent, vt reliquos casus timerent.

Προσγιγνόμενα. Adiuncta, ἀπὸ τῶν ἐμψύχων.

Θαρσοῦντες. Ἐπίλογος. Quare bono, & fidenti animo omnes vestrum ducem sequimini, locum, & ordines seruetis.

Τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστος. Pro se quisque.

Προσταχθῇ. Tenere iussus fuerit, qui vnicuiq; vestrum assignatus fuerit.

C Τῶν δὲ πρότερον. De officio militum egit iam, nunc de officio Imperatoris agit: pollicetur se tempus aggrediendi hostis demonstraturum.

Οὐ χεῖρον. Prudenter non accusat alios, neque se ipsum arroganter extollit.

Ἢν δέ τις ἄρα καὶ βουληθῇ: adhibet etiam minas.

Ὀρρωδίαν. Formidinem.

Ξυνιστάμενος. Concilia seorsùm habentes.

Πρότερον μὲν γὰρ ἀεί. Ἀπολογία. Nam (inquit) quamuis eos antea confirmasset, docuissetq; nullam Peloponnesiorum classem, nullū nauium numerum quantumuis ingētem Atheniensibus extimescendum esse, tamen quia intelligebat eos iam perterritos præsentia hostium, & classis, voluit eos commonefacere suorum præceptorum, & opinionis, quam ipsimet sumpserant.

Ἔλεγε. Præcipiebat. Monebat.

A Τὴν ἀξίωσιν. Expauescere, sed consequens: nulli autem multitudini cedendum esse dicit.

Πρὸς τὴν παροῦσαν ὄψιν: Quia in conspectu erat hostis, & classis è regione cerni poterat: hoc autem animos mouet vehementer. D

PHORMIONIS CONCIO.

Ὁρῶν ὑμᾶς. Ista concio superiori est contraria. nā quamuis vtraq; militum animos cōfirmet, tamen diuersa ratione hoc ipsum vtraq; assequitur. In illa B enim extollitur fortitudo, extenuatur, ac deprimitur artificiū & vsus rerum maritimarū: in hac contra ars, & scientia rerū nauticarum extollitur, extenuantur vires corporis, & fortitudo: Itaq; habemus hîc duos locos cōmunes, id est, pro artificio, & contra artificiū: & pro fortitudine, & cōtra fortitudinem: & hoc est illud artificiū, quod Aristoteles in primis docebat, & in quo suos auditores exercebat, vt de qualibet re proposita in vtramq; partē exercitationis causa dissererēt. Hoc enim a- C lit viros eloquentiæ, & est hoc genus pernecessarium adolescētibus, qui ad dicendi laudē feruntur. Sed nos ad rem, & ad causam propositam.

Confirmat suos milites Phormio, & dat operā, vt metum illis adimat: renouat memoriā rerum, quas animis illi præceperant. & docet nō esse formidandam manū, & classem hostium: pluribus argumētis id probat: quòd magno nauium numero hostes contrà venerint, hoc ipsum ait indicare eos suis rebus diffidere: nam ni diffiderent, nunquam D tantum nauium numerum eos fuisse comparaturos. Quod autem freti pedestris pugnę artificio, & viriū robore ad certamen veniant, hoc si prœlium pedestre futurū esset, momenti aliquid allaturum fuisse: iam verò cùm prœlium nauale futurum sit, in quo non tam vires, & robur, quàm vsus, & artificium rerū maritimarum requiritur, quo ipsi longè antecellunt Peloponnesiis, de victoria nō esse dubitandum: prætereà copias hostium plerasque inuitas ad certamen accedere: quod & ipsum ma- E gnum habet pōdus. multum enim interest vtrum inuitus, an volens, & ardēs studio suscipias aliquid agendum. Itaq; non esse efficit, cur hostes formident: esse autē cur eos contemnant maximè: tum quòd eos fuderint, fugauerintq; antea, tum quòd intelligant eos diffidere suis opibus demissè de se ipsis sentire, de aduersariis verò magnificētissimè. tum etiam quòd sæpe vsu venire soleat, vt magnæ copiæ à parua, & exigua manu superētur. Pollicetur Phormio, quod ad se ducē attinet, curaturum, F vt æquo loco dimicetur, id est, in aperto, & patenti mari, non in angustiis sinus, & in ipsis faucibus. Hortatur itaque milites, vt diligenter seruent suos quique ordines, vt imperatis pareant ad nutum, & celeriter vt rerum maritimarum ratio postulat: vt cum silentio, & modestia omnia administrent: vt deniq; pristinæ virtutis, & victoriæ memores pro rerum gestarum dignitate obuiam hosti veniant: postremo loco proponit amplitudinem præmiorum, & rei obtinendæ facultatem, atque facilita- G tem.

Τὸ προοίμιον à re ipsa de qua agitur.

Οὐκ ἀξιῶν. Quia non censeo vobis extimescenda esse, quæ minimè sunt horrenda.

Οὗτοι γὰρ ἀθλωμένοι μέν. Hi enim, quia victi à nobis antè sunt, propterea magnum nauium numerum cōpararunt. Argumenta cōtraria suæ causæ Phor-

mio artificiosè retorquet, & facit, vt seruiant suæ causæ. Peloponnesij nitebantur, & freti erāt multitudine nauium: Phormio retorquet hoc argumentum, & ait signum, & indiciū esse domesticarum virium diffidentiæ: illi bene sperabant de victoria, quia pedestris pugnæ scientia præstabant: hanc scientiam, & hunc vsum Phormio in rebus maritimis nihil valere dicit: falli igitur hostes, qui propterea bene de victoria sperent, &c.

160. A Προσέρχονται. Aduersus nos tendunt.

Κατορθοῦντες. Victoriam obtinentes: pleraque bella feliciter, & prosperè gerentes.

Τὸ δ' ἐκ τῆς δικαίου. Hoc autem meritò magis nobis adfuturum est, si altera illa facultas illis adest, id est, hac verò facultate nos longè superiores meritò futuri sumus, si illi altera illa pedestris pugnæ superant. ἐν ἐκείνῳ: ἐν τῷ πεζῷ δηλονότι.

Επεὶ εὐψυχίᾳ. λύσις τῆς ἀντιπίπτοντος. κατ' ἔνστασιν.

Λακεδαιμόνιοι. Tertium argumentum: Socij sequuntur inuiti Lacedæmonios ad hoc bellum: itaque non acriter pugnabunt.

Σφετέραν. De vobis: vestram: quia vos in rebus maritimis inuictos putant. L. V. suæ gloriæ gratia. sed malè. Ησίοδος ἔργα καὶ ἡμέραι.

Μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι:

Δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.

B Επεὶ οὐκ αὖ ποτε. Cōfirmat inuitos duci socios opinione quadā, & coniectura. nam nisi cogerentur (inquit) nunquā ipsi sponte sua, qui paulo antè victi sunt, nouā tentassent pugnam. ἄκοντας) (sponte sua, quod continetur in illo ἐνεχείρησαν.

Μὴ δὴ αὐτῶν. Quare non est cur formidetis, est cur hostes contemnatis.

Καὶ ὅτι οὐκ αὖ ἡγοῦνται. Quia existimāt nos cum tam exiguo numero nauiū nunquam staturos fuisse contra se, nisi aliquid essetis gesturi valde memorabile.

Αξιον τῆς παρὰ πολύ. Multi faciendum.

Καὶ ἅμα οὐκ ἀναγκαζόμενοι. Vt socij Lacedæmon.

Μέγα τι τῆς διανοίας τὸ βέβαιον. Ingentem quandam animi præsentiam habentes.

C Ταῖς οὐκ εἰκότι. ἀντὶ τῆς τῇ οὐ κατὰ λόγον παρασκευῇ: nō iusto apparatu.

Εἶναι. Abundat Atticè.

Πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα. Facit animos militibus ab euentis, id est, ab iis, quæ solent interdum euenire, vt magni exercitus parua manu superentur. ἥσσων. Profligati sunt.

Ων οὐδέτερον. A quo vtroque vitio τῆς ἀπειρίας, καὶ τῆς ἀτολμίας nos longè absumus.

Τὸν δὲ ἀγῶνα. Spōdet se suū mun⁹ prestiturū, & diligēter curaturū, vt æquo loco prœliū cōmittatur.

Ορῶ γὰρ ὅτι. Angustiæ enim hosti opportunæ: nobis apertum, & patens mare opportunius.

Εμπείρως. Propter scientiam, & artificiū gubernatorum.

D Επιπλεύσειν. Incitauerit, impetum fecerit.

Ως χρή: ἐμπείρως: ἐς ἐμβολὴν, vt rostro feriat.

Μὴ ἔχων τῆς πρόσοψιν. Nisi hostē in cōspectu habeat

Διέκπλοι τε οὐκ εἰσίν. Neq; datur locus per mediam classem percurrendi, aut recurrendi.

161. A Αλλ' ἀνάγκη αὖ εἰ. Sed necesse fuerit ex nauali prœlio pedestre fieri.

Καὶ ἐν τούτῳ. Consequens incommodum.

Εξω τῆς πρόνοιαν. Curabo, operam prouidè dabo, vt horum curam prouidè geram.

Υμεῖς δὲ εὔτακτοι. Hortatur iā milites vt suos quiq; seruent ordines. εὐταξία) (ἀταξία. vt imperatis pa-

A reant ad nutū, & celeriter: vt cū silentio, & modestia omnia administrēt: vt deniq; pristinæ virtutis, & victoriæ memores nō minuant partā gloriam, sed pro eo, ac decet res ab ipsis gestas, hostem propulsent. μένειν εὐτάκτους, conseruare ordinem.

Αλλως τε καί. Monet ab exiguitate temporis, & parua locorū distantia: vt doceat non fore sibi facultatem ad docēdos eos pluribus, præsertim cùm hostium stationes non absint longius.

Κόσμον. Disciplinam, modestiam.

B Ωσπερ τὰ πολλά. Vt rei militaris ratio, & res maritimæ in primis postulant.

Αξίως. Pro eo, ac decet.

Ο δ' ἀγών. Proponit præmia si fortiter, & strenuè pugnauerint: incommoda si secus rem gesserint. Magna de re iam agitur: vtrū vos Peloponnesiis spem adipiscēdi maritimi imperij omnino eripiatis, an Athenienses de ea re dubitare cogatis.

Τὸν φόβον. προσποιοῦντα. B

Αναμιμνήσκω. In memoriā reuoco. Inculcat iterū

C victoriam suis, vt animis erecti, & ingenti spe, atq; fiducia descendant ad certamen.

Ηττημένων δὲ ἀνδρῶν. γνώμη. Sententiam mira grauitate concludit: animi semel victi non audent eosdem subire casus, vel strenui esse nequeunt aduersus eos, à quibus victi sunt.

Οἱ δὲ πελοποννήσιοι. Stratagema Peloponnesiorum iam explicat. Cùm animaduerterēt (inquit) Athenienses nō posse elici, vt fauces, & sinum ingrederentur, simularunt se Naupactū petere. Itaq; in si-

D nū instructa acie ingressi sunt: at Phormio timens oppido, quod erat sine præsidio, ita demū cogitur & ipse contra propositū in sinum ingredi: atq; ita prœlium fit intra sinus ostium, cuius ancipitem exitum more suo diligenter Thucydides describit.

Επὶ τεσσάρων. Ita vt singuli ordines quaternas haberent naues. C

Οπως εἰ ἄρα. Detegit hostiū consiliū, vt intercluderent agmen Atheniensiū, eiq; facultatē regrediendi, & apertū, patensq; mare petendi eriperēt.

E Επὶ κέρως. Nō quadrato, nec lunato agmine, nec alia quapiam forma, sed longa serie, ita, vt singulæ singulas naues sequerentur. Hoc est ἐπὶ κέρως, cùm vnico cornu ducitur agmen: in cornu autem poterat constitui, & vna tantùm nauis, & plures, vt in cornu Peloponnesiorum. D

162. A Μετωπηδόν. Aduersis proris.

Επιστροφήν. Conuersionem.

Εξέωσαν πρὸς τὴν γῆν. Ad terram compulerunt, ad littus compulerunt.

F Τὰς δέ τινας. Nōnullas recuperatas ait à Messeniis, qui cùm naues cōscendissent in mare progressi, & strenuè pugnātes ex tabulatis eas iā remulco tractas hosti eripuerūt. Hi sunt Messenij, quorū fecit mentionem lib. 1. qui facta rebellione à Lacedæmoniis per decenniū in arce Ithome obsessi, tandē iis cōditionibus dimissi, vt Peloponneso cederent, & eò nunquā reuerterentur: qui reuertisset, & captus fuisset, is seruiret ei, à quo captus fuisset. Sed Athenienses Lacedæmoniorum odio eos recepe- B

G runt, & Naupactū illis incolendam concesserunt.

Επιβαίνοντες. In aquam progressi.

Ταύτη μὲν οὖν. Epilogus alterius partis prœlij.

Απὸ τῆς δεξιᾶς. Quæ dextrum fuerāt secutæ cornu: hoc enim ordinem interdum significat.

Τὴν ἐπιστροφήν. Cōuersionem. Id est, naues, quæ circumire, ac circumuenire eas volebant. ἐνδιαγηγ. C

ἴσχουσαι.

Ἰσχόντων. Cùm appulissent ad Apollinis fanum. A

Οἱ δὲ παραγινόμενοι ὕστερον. Docet Peloponnesios, qui hostem sequebantur, paulo pòst aduenisse, & lætitiæ suæ ob partam victoriam, significationem dedisse: sed paulo pòst perterritos vnius nauis casu, quæ ab vna Attica depressa fuit, & perculsos aliis quibusdam rebus, in fugam se dedisse, atq; ita victoria potitos Athenienses. Ἀμυνόμενοι, πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἐπαιάνιζον. *Lætum pæana canebant:* lætitiæ significationem dabant. B

Τὴν ὑπόλοιπον. πλὴν μιᾶς νεώς.

Ἔτυχε δὲ ὁλκάς. Euentum rei, quo perterrita classis Peloponnesiorum est, describit diligenter.

D Φθάσασα. Ad quam cùm prior peruenisset, & circum eam se egisset.

Τοῖς μὲν οὖν πελοποννησίοις. Euenta.

Ἀτάκτως. Non seruatis ordinibus.

163. A Ἀξύμφορον δρῶντες. Carpit latenter Peloponnesios, & imperitiam rerum nauticarum, quæ erat in ipsis aperte demonstrat. C

Βραχέα. Breuia. —— *Treis Eurus ab alto*
In breuia, & Syrtes vrget (miserabile visu,)
Illiditq́; vadis. Virg. 1. Æn.

C Τροπαῖον τῆς τροπῆς: ἢ τροπαῖον τῆς νίκης, ἢ ἕνεκα τῆς ῥοπῆς. ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν, αἳ τῇ, τῶν νεῶν, ἅς. Sic Terentius, Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.

Ἀνέθεσαν. τῷ ποσειδῶνι δηλονότι.

Ἐπὶ τὸ ῥίον τὸ ἀχαϊκόν. Vbi erat Neptuni templum. Author est Strabo, lib. 8. ἔστι δὲ τὸ μὲν ῥίον τῶν ἀχαιῶν ἀλιτενὴς ἄκρα, δρεπανοειδῆ τινα ἐπιστροφὴν εἰς τὸ ἐντὸς ἔχουσα. ὃ δὴ καλεῖται δρέπανον. κεῖται δὲ μεταξὺ πατρῶν, καὶ αἰγίου, ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα. D

Ὑπὸ νύκτα. Tempus fugæ aptum delegerunt, quo scilicet & hostes latere poterant, & fugæ ignominiam, & dedecus celare.

Τῶν λευκαδίων. His enim non erat necesse, vt sinum ingrederentur, si erant domum reuersuri. Leucas enim extra sinum est.

D Ἔδει παραγινέσθαι. Tacitè carpit Athenienses, qui occasionem rei bene gerendæ, & profligandæ classis hostium neglexerint: nam si 20 tantum naues victoria potitæ sunt, quid fecissent 40? αἷς, πρὸς τὸ ναυσίν. E

Πρὶν δὲ διαλύσαι. Conatum, & facinus audax Peloponnesiorum suscipit explicandum iam Thucydides: narrat copias istas nauales ex mari Ionio in mare Ægeum traductas, per Isthmum Corinthiacum: singulos verò remiges remum, puluinum, quem transtro substernunt, & funiculum, quo remi scalmo alligatur, secum comportasse, Nisæam ad Megarensium naualia venisse: deduxisse naues 40, Piræum versus portum Athen. contendisse, sed impeditos aduerso vento, & magnitudine periculi deterritos incœpto destitisse, Salamina tantùm insulam appulisse, abduxisse inde tres naueis, quæ erant præsidij causa, diripuisse insulam: sed ignibus facta significatione, Athenienses rem cognouisse, classem deduxisse, contra hostem venisse: sed Peloponnesios Megara, & Nisæam sese recepisse. Huius autem conatus authores, & impulsores fuere Megarenses. F

Ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. Autumni tempore.

Ἀποπειρᾶσαι. Tentare: facere periculum eius occupandi.

Ἦν δὲ ἀφύλακτος. Facultas: præsidio nudatus erat.

154. A Ἐς τὴν πρὸς ἀθήνας θάλασσαν. Mare Ægeũ intelligit. G

Ναυτικὸν προφυλάσσον. Classis, quæ pro portu erat in statione, quæ agebat excubias.

Ἐπιπλεύσαι. Inuaderent.

Ἐπεὶ οὐδ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς. Confirmat nullam fuisse suspicionẽ Athenis de aduentu hostium: nam (inquit) neque aperte, & palàm eos ausuros esse existimabant: neque se ignoraturos, si quicquam tale hostes induxissent in animum. ἀπὸ τῶν προσώπων.

Ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς. Re igitur probata, & constituta iter ex templo sunt ingressi. B

Ἀπροσδοκήτοις. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ex improuiso adorti. C

Ἐς δὲ τὰς ἀθήνας. A Salaminis significationem factam ignibus docet iam Thucydides, hostes adesse: subsidium Athenis mittendum esse: & vehementer in vrbe trepidatum significat.

Φρυκτοί. Faces. facũlis autẽ & ignibus noctu fiebat significatio: fumo interdiu: Illud etiam sciendũ φιλίους, καὶ πολεμίους φρυκτοὺς fuisse: ignes amici manebant stabiles. inimici circumferebantur, & huc, atque illuc raptabantur, vt vim, & impetum hostilem indicarent.

Ἔκπληξις. Pauor, ingens timor.

Πανδημεί. Frequentes, ex omni ordine, atque ætate. D

Οὐδὲν στέγουσαι. A contrario. 165. A
—— *Laxis laterum compagibus omnes*
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq́; fatiscunt.
Virg. Æn. 1. 115. Erat verendum & ne aquæ vi deprimerentur naues, & ne eadem re tardiores factę ab hostibus opprimerentur.

Ἐπιμέλεια. φυλακή. B

Ὑπό: tempus. Cæsar. dies cõtinuos 30, sub brumam esse noctem.

Ἀλέξανδρος. Hic est ille Alexander, qui à Mardonio Athenas fuit missus cum mandatis, vt populum certis conditionibus alliceret: eius filius nomen gerebat Perdiccæ illius, qui Macedonum imperium constituit: à quo septimus erat Alexander pater. περδίκκας. Ἀργαῖος. Φίλιππος. Ἀέροπος. Ἀλκέτης. Ἀμύντας. Ἀλέξανδρος. Ἡροδ. lib. 8.

Ἀναπράξαι. Reposcere. Ἀποδοῦναι, persoluere.

Ἀπεδέξατο. Quæ spoponderat, non persoluit. C

Ὡμολογήκει. Pactus fuerat.

Ἀνίστησιν οὖν. Explicat quas gentes secum adduxerit: Odrysas, & Thracas, qui intra Æmum montem, & Rhodopen sedes habebant, ad mare vsque Ponticum, & Hellespontiacum. D

Αἵμου. Huius ex vertice erat opinio mare Adriaticum, & Euxinum posse discerni: Itaque Philippus Demetrij filius Maced. rex id experturus eum conscendit non sine magno negotio: tandẽ cùm ad culmen peruenisset, comperit omnia contecta nebulis: itaque frustratus opinione, duas aras, alteram Ioui, alteram Soli statuit in vertice, & facto sacrificio inde descendit.

Ῥοδόπη. Mons Thraciæ, in ditione Mygdonum, sacris Liberi patris, & cœtu Mænadum Orpheo initiante celebris.

Ἴστρου. Qui & Danubius: maximus omnium fluuiorũ Europæ. Oritur in iugis Noriæ montis Germaniæ: erumpit tandem in mare Euxinum.

Ὁμόσκευοι. Cultu similes.

Μαχαιροφόρων. A magnitudine ensium. E

Οὗτοι: οἱ ἀγριαῖοι: Nomen ipsum feritatem gentis subindicat. 166. A

Τοῦ στρυμόνος. Flumen prope Amphipolin præter-

fluit: Rem γεωγραφικῶς describit Thucydides. Geographi enim distinguunt regiones, & genteis maribus, montibus, & fluminibus in primis.

Οὗ ὡρίζετο. Vbi erat terminus eius Imperij, ab ea parte, quæ, &c.

Αὐτονόμοις ἤδη. A Philippo Macedone postea victi, & in ditionem Macedonum postea redacti.

Εγένετο δὲ. De magnitudine Imperij τῶν ὀδρυσῶν iam agit. Describit fineis à regione tam maritima, quàm mediterranea. Fines maritimos ab vrbe Abderis ad flumen Istrum patuisse dicit itinere quatuor dierum, totidemque noctium naui onerariæ ventum à puppi nactæ. Pedestri autē itinere, qua compendiosissimum est, viatorem expeditum 11 dierū itinere posse ad Istrum Abderis peruenire. Per loca verò mediterranea viatorē expeditum 13 dierum itinere ad Leœos Byzantio posse venire.

Αὕτη ἡ γῆ. Hęc ora, qua datur cursus compendiosissimus ambiri potest.

Ταύτης γὰρ διὰ πλείστου. Hinc enim lōgissimus à mari tractus est.

Μάλιστα. Ferè. ἀργυρίου, ἀργύρεον, pecuniam: ἄργυρος, materiam significat.

Δυνάμεις. Æstimatio. ἁ, πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Οσον προσῆξαν. διόρθωσις. Hæc summa non fuerat regnante Sitalce, sed post eū, cùm Senthes rerum potitus est: qui auxit vectigalia.

Υφαντὰ) (λεῖα, vt ταχὺ) (λεῖον.

Η ἄλλη κατασκευή. Tapetas, lebetas, crateras, &c. supellex.

Τοῖς παραδυναστεύουσι. Nobilibus viris, & authoritate pollentibus.

Κατεστήσαντο γάρ. In Laurentij versione hoc verbum iungitur cum superiore clausula perperam. Quæ non modò ipsi, sed etiam proceribus, & nobilibus Odrysarum stata erant. At F.P. Condiderunt enim legem longè aliam, quàm apud Persas est.

167. Καὶ αἴσχιον ἦν αἰτηθέντα. Et turpius erat si quis rogatus non dedisset, quàm si quis quod petiisset non impetrasset. αἰτημαβολή.

Ομως δὲ κατὰ τὸ δύνασθαι. Vsi tamen ea lege, eoque instituto sunt ad longum tempus propter potentiam. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Debuerat parum durare, quia odia hominū, & inimicitias comparabat: sicuti contrarium eius, id est, beneficentia conciliat amorem, & beneuolentiam. λύσις, potētia eorum factum est, & metu, &c.

Επιπλέον. L.V. Plerunque imperiosè eo vtebantur. F.P. Amplius, vel magis, quàm alij Thraces, vel etiam diutius hac lege sunt vsi.

Κατὰ τὸ δύνασθαι. διὰ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν τῆς δυναστείας ἰσχύν.

Οὐ γὰρ ἦν πρᾶξαι. αἰτιολογία. Cur vsi sunt hac lege? quia hoc erat quæstuosum. nihil enim sine muneribus poterat impetrari.

Ωστε. Itaque regnum ad magnam creuit potentiam.

Τῶν γὰρ ἐν τῇ εὐρώπῃ. Confert hoc regnum cum cæteris Europæ regnis, ac docet longè opulentius cæteris fuisse, vectigalibus scilicet, & copia rerum omnium.

Εν τῇ εὐρώπῃ. Quia in Asia regnū Persarum longè erat opulentius.

Μεταξὺ τοῦ Ιονίου κόλπου. Vt distinguat ab iis regnis Europæ, quæ erant vltra sinum Ionicum, Galliæ, scilicet, Hispaniarum.

Τοῦ εὐξείνου. Vt distinguat ab iis, quæ erant vltra Euxinum.

Ισχύι δὲ μάχης. Digressiuncula. Docet quo robore hoc regnum ad certandum fuerit, & quo numero exercitus. Collatio. Hoc tamen regnum, Scytharum potentia longè fuit inferius.

Αδύνατα ἐξισοῦσθαι. Æquari nequeunt.

Εθνος ἓν πρὸς ἕν. Correctio.

Οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐς τὴν ἄλλην εὐβουλίαν. Robore Scythis inferiorem gentem Thracum fuisse docuit: Iam verò prudentia aliis etiam gentibus, ne dum Scythis inferiorem fuisse docet.

Σιτάλκης μὲν οὖν. Redit ad propositum, vnde digressus est, vt doceret opes, & regni amplitudinem Sitalcæ.

Επειδὴ αὐτῷ ἑτοῖμα ἦν. Iamque comparatis omnibus rebus ad expeditionem necessariis, mouet castra, & iter ingreditur.

Σιντοί. σιντία πόλις μακεδονίας, οἱ οἰκοῦντες σιντοί: σίντιες οἱ λήμνιοι, Ομηρ. Ιλιαδ. α.

Ενθά με σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα.

Επορεύετο δέ. Rem memoratu dignam obiter tangit. Sitalcem bellum olim Pæonibus intulisse: & quia per montes ei erat faciendum iter, ingentem succidisse materiam, & viam exercitui strauisse.

μαίδοις. ἔθνος θράκης.

Πορευομένῳ δὲ αὐτῷ. Incrementa quotidiana exercitus Thracum narrat.

Απεγίγνετο. Minuebatur, decedebat) (accedebat.

Εφ᾽ ἁρπαγήν. Ad prædam.

Οἱ μαχαιροφόροι. Qui Δῖοι appellabantur.

Ομιλος. Turba, ξύμμικτος, colluuies ex variis, diuersisq; gentibus permixta, vel non distincta, sed confusa, ὁ καὶ βέλτιον.

168. Κατὰ κορυφήν. A superiore Macedonia.

Τημενίδαι. Legite 8 librum Herodoti. τήμενος Aristomachi filius. Pauf. libro 2, Corinth. & libro 4, Messeniacorum, gesta eius declarat: Digressiuncula.

Πιερίας. Regione, in qua regnauit Pierus, pater virginum quæ de cantu cum musis cōtenderunt. Ouid. lib. 5. Metam.

Πάγγαιον, ὄρος θράκης, In quo erant aureæ secturæ. Xenophon ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς, lib. 5. facit huius mentionem in concione Cligenis Acanthij apud Lacedæmonios, contra Olynthios.

Φάγρητα. πόλις θράκης.

Αξιον ποταμόν. Ομηρος Ιλιαδ. β.

Αὐτὰρ πυραίχμης ἄγε παίονας ἀγκυλοτόξους
Τηλόθεν ἐξ ἀμυδῶνος ἀπ᾽ ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος,
Αξίου οὗ κάλλιστον ὕδωρ, ἐπικίδναται αἶαν.

Στρυμόνος. ποταμὸς, qui Amphipolin præterlabitur, diuidit Thraciam, & Macedoniam.

Ηδωνάς. Απὸ ἠδωνοῦ τοῦ μυγδόνος ἀδελφοῦ. μεταπλασμῷ τινὲς ἠδωνοὺς ἠδῶνας λέγει.

Εορδοις. Populi mediterranei.

Φύσκαν. πόλις μακεδονίας. Φύσκον, στεφ.

Αλμωπίας. χώρα μακεδονίας, στεφ. λυκόφρων, ὅκ δ᾽ ἀλμωπίας παλιμπλανῆτιν δέξεται πυρσωνία. Æneam intelligit. Απὸ ἄλμωπος γίγαντος τοῦ ποσειδῶνος, καὶ ἕλλης τῆς ἀθάμαντος, στεφ.

Ανθεμοῦντα. πόλις μακεδονίας, ἀπὸ ἀνθεμοῦντος. καὶ συνείας δήη, ὁ πολίτης ἀνθεμούσιος, ἀνθεμουσία. στεφ.

Γρηστωνίαν. χώρα θράκης πρὸς τῇ μακεδονίᾳ.

Βισαλτίαν. πόλις, καὶ χώρα μακεδονίας, ἀπὸ βισάλτου τοῦ ἡλίου, καὶ γῆς. In qua lepores habent bina iecinora, Stepha-

Stephanus refert ex Theopompo, & Phauorino.

Καὶ μακεδόνων αὐτῶν. Qui mediterranea loca tenebant.

Πολλήν. Magnā partem, τῆς ἄνω μακεδονίας scilicet.

Καὶ οἱ μὲν μακεδόνες ἔπι. Docet Macedonas territos ingenti multitudine copiarum hostilium, non ausos fuisse in campum prodire, & iusto prœlio contendere, sed intra loca munita sese recepisse, equitatum tamen emisisse, qui hostem prohiberet rapinis & populationibus: sed cùm ille etiam conatus minus feliciter cederet, incœpto destitisse.

Ἀδυνατοῦντες ἀμύνεσθαι. Cū resistere non possent.

Τὰ καρτερά. Loca natura, & situ ipso munita.

Τὰ τείχη. Munitiones manu factas.

Ἦν δὲ οὐ πολλά. Digressio.

Ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε. Vias direxit. Commoditati, & ornamento seruiens.

Καὶ τ' ἄλλα διεκόσμησεν. Et cætera digessit, quæ scilicet antea erant confusa, & rudia; ipse distinxit, & ornauit.

Τά τε κατὰ τὸν πόλεμον. Et rem militarem instruxit, atque ornauit equitatu, armis, & reliquis belli instrumentis multò melius, quàm octo reges, qui eum antecesserant.

169. A Ὁ δὲ στρατός. Quò primùm irruperit exercitus, & quæ loca vi ceperit, quæ per deditionem acceperit, iam docet Thucydides.

Εὐρωπόν. πόλις μακεδονίας. ἀπὸ εὐρώπου τοῦ μακεδόνος, ἢ θρᾳκῆς τῆς κέκροπος, καὶ ἄλλης χαρείας. στφ.

Μυγδονίας. μοῖρα μακεδονίας.

Οἱ δὲ μακεδόνες. Quo vsi fuerint consilio Macedones aduersus tantum hostium numerum, demonstrat: equitatu (inquit) obuiam venerunt, vt rapinis & populationibus eum prohiberent: nam peditatu non poterant cū illis confligere cùm numero longè inferiores ipsi essent.

Προσμεταπεμψάμενοι. Accito equitatu.

Ὧν ἕνεκα. Agebat cum eo, vt seruaret promissa: itaque socordiam, & ignauiam indicabat: qui enim vim afferre poterat, is de compositione agebat.

Μέρος τι τοῦ στρατοῦ. Causa cur grauius non vexauerit Macedonas, & cum omnibus copiis, illa fuit, quia Athenienses non venerunt cum classe: causa cur Chalcidenses, & Bottiæos oppugnauerit, fuit, quia Athenienses miserant ad eum munera, & legatos.

Τειχήρεις. Cùm eos intra muros cōpulisset, cùm eos recipere se coëgisset.

Καθημένου. Cùm haberet statiua castra. Maximum terrorem attulisse variis gentibus aduentum Sitalcæ cum tanto apparatu significat. Thessalis inprimis, qui erant finitimi Macedonibus, & omnes in armis fuisse: Thracas etiam, qui erant, trans flumen Strymonem dubitasse vehementer de tanto motu: nec defuisse suspicionem Atheniensium opera, & studio adduci hunc exercitum contra Peloponnesum, & tamen omnem istum terrorem euanuisse demonstrat, & tantum exercitum re infecta domum rediisse: eleuat itaque latenter Thucydides irritum conatum Barbari, qui temerè susceperit tantam expeditionem.

Ὑπήκοοι θεσσαλῶν. Perrhæbos intelligit, &c.

Παρέσχε δὲ λόγον. Emanauit etiam rumor: vel præbuit occasionem suspicionis: rumorem sparsit.

170. A Καὶ ὑπὸ χειμῶνος ἐταλαιπώρει. Et frigore tentabatur, vexabatur.

Τὸν δὲ πείθει. A quo inductus Seuthes hoc persuaserit Sitalcæ docet: à Perdicca (inquit) qui sororem in matrimonium cum ingenti dote se ei daturum promisit.

Τὰ μὲν οὖν. ἐπίλογος, & transitio.

Οἱ δὲ ἐν ναυπάκτῳ ἀθ. Narrat Athenienses qui erant Naupacti eadem hyeme in Acarnaniam venisse, & expositis copiis, adiunctisque sociorum auxiliis, nonnullos, qui contrariarum erant partium ex sociis ciuitatibus eiecisse. Cynetem autem quendam, qui aduersa factione in exilium pulsus fuerat, in oppidum Corontem reduxisse. Ἀστακός. πόλις ἀκαρνανίας. ἔστι καὶ βιθυνίας.

Ἐς γὰρ οἰνιάδας. Occurrit ad illud, cur se receperint tam citò, cur OEniadas inimicam Acarnaniæ ciuitatem non oppugnauerint: quia (inquit) ἀδύνατον ἦν.

Οἰνιάδαι. ἡ καὶ ἐρυσίχη, πόλις ἀκαρνανίας πρὸς τῷ ἀχελώῳ. ἡ χώρα οἰνιάς. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις τῆς οἰταίας οἰνειάδαι. σχολ. οἰνιὰς ἡ νῦν δραγαμέστη.

Πίνδου. Mons Thessaliæ ad plagam occidentalem: ad orientalem enim Pelion, & Ossa: ad septentrionalem Olympus: ad australem, Othrys. Herodotus lib. 7.

Δολοπίας. δόλοπες gens proxima Thessaliæ. ἀπὸ δόλοπος. σχολ. ἡ νῦν καλουμένη αἲ ἴβλαχα.

Ἀγραῶν: ἀγραῖοι στφ. ἔθνος πλησίον ἀκαρνάνων, τὸ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας ἀγραία, λέγεται δὲ καὶ ἀγραεῖς.

Περιλιμνάζων. Restagnans.

171. A Τό, τε γὰρ ῥεῦμα. Nam & cursus fluminis est rapidus, & multus, & sabulosus, & insulæ crebræ, ita vt iungerentur aliæ aliis limo congesto, qui diffundi non poterat, quia insulæ alternatim, & ordine transuerso, non autem directa serie sitæ erant, ita, vt non præberent aquis rectum exitum in mare.

Γίγνονται σύνδεσμοι ἀλλήλαις τῆς προσχώσεως. Fiunt sua frequentia retinacula humi, & limi aggesti, qui dissipari, & in altum differri non potest, propter scilicet, insulas oppositas à quibus retinetur. ἀλλήλαις. Aliæ aliis iunguntur.

Παραλλάξ. Gradatim, & transuerso ordine. Spatium discrimina fallit. Echinades ex Nymphis insulæ. Ouid. Met. lib. 8. 103.

Λέγεται δὲ καὶ ἀλκμαίωνι. Ouid. Met. lib. 9. 115.

——— *vultuq; parente parentem*
Natus erit facto pius, & sceleratus eodem.
Attonitusq; malis, exul mentisq; domusq;
Vultibus Eumenidum, matrisq; agitabitur vmbris.

Τῆς μητρὸς. ἐριφύλης, quæ accepto monili aureo à Polynice maritum recusantem ad bellum Thebanum proficisci indicauit, & prodidit. lib. 6. Æneid.

His Phædrā, Procrimq; locis, mœstamq; Eriphylem
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Ὑπειπόντα. Obscurè significantem.

Τὴν πρόσχωσιν. Alluuionem, id est, has insulas, quæ ex aggesto limo, & fluminis alluuione sunt factæ.

Καὶ ἐδόκει αὐτῷ. Iudicabat id soli extitisse ex eo tēpore, quo matrem interfecerat: erant autem complures anni: Itaque id satis amplum fore existimabat, in quo sedes poneret.

Ἱκανὴ δίαιτα. Satis soli, satis loci, δίαιτα præter alias significationes, quas habet, significat etiam sedes, domicilium, in quo quis degit, consuetudinem etiam, & διατριβήν.

τῷ σώματι, id est, sibi ipsi.

Καθιμένοις: Sede posita, & collocata.

Ακαρνᾶνος. Nam antea Κουρῆτες appellabantur. Κουρῆτες τ' ἐμάχοντο, καὶ αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

C Τοιαῦτα λεγόμενα. Hunc in modum tradita à maioribus accepimus.

Οἱ δ' ἀθηναῖοι. Redit ad propositum: narrat Athenienses ex Acarnania Naupactum rediisse, inde verò ineunte vere Athenas sese recepisse: captiuos adduxisse: factaque permutatione per capita illos dimisisse.

FINIS SECVNDI LIBRI.

172. A

LIBRI TERTII ARGVMENTVM.

TERTIVS hic liber continet res ab Atheniensibus, & Peloponnesiis in Græcia gestas. Defectionē Mitylenæorum, eorum oppugnationem, & deditionem: fugam ex obsidione Platæensium, quanquam non omnium. Deditionem & supplicium eorum, qui in oppido remanserunt. Seditionem Corcyræorum, & calamitosum exitum. Auxilia Atheniensium missa in Siciliam Leontinis, & res nōnullas ibi gestas. Pestilentiam, qua iterum Athenienses tentati sunt. Bellum Ætolis illatum ab Atheniensibus, & infaustum eius exitum. Deli insulæ lustrationem. Ambraciotarum interitum ferè ad internecionem totius ciuitatis, & gentis. Hæc sunt ferè capita rerum illustriū, quæ in hoc libro continentur: quæ autem maximè insignes sunt, eæ sunt Mitylenæorum rebellio, & exitus illius rebellionis, & Seditio Corcyræorum. Extant duæ conciones pulcherrimæ inter se aduersariæ in rebellione Mitylenæorum, altera Cleonis, altera Diodoti: in quibus loci communes grauissimi tractātur inter se contrarij, de peccatis hominum seuerè puniendis, & non puniendis. Cleon contendit rebellionem Mitylenæorum seuerè, grauiterq; esse puniendam: cōtra Diodotus dissuadet: negat vlla supplicij magnitudine, atque acerbitate homines deterreri ab admittendis flagitiis, sed spe semper inductos vel fallendi, vel euadendi periculi audere, ac suscipere facinora: itaque efficit non esse adhibendam seueritatem in repetēdis pœnis defectionis: sed humanitate potius populum esse retinendum: & in eos tantùm animaduertendum, qui defectionis authores extiterunt. Hæ duæ conciones sunt grauissimæ, & artificiosissimæ: habemus præterea in seditione Corcyræorum exemplum maximè illustre rerum humanarum inconstantiæ, & commutationis variæ. nam quæ ciuitas paulo antè erat omnibus rebus florentissima, ea seditione ciuili orta adeò afflicta est, vt ex libera serua, ex ōpulenta inops, ex frequētissima deserta propemodum fuerit, ac destituta numero ciuium. Hæc & alia præclara continet hic liber, quæ singulatim suo quodque loco explicabimus.

Αμα τῷ σίτῳ. Vt frumenta succiderent, & hostibus nocerent, & equitatui pabulum non deesset.

Οπῃ παρείκοι. πρὸς τὸ σημαινόμενον. quâ dabatur facultas, sed quid si dicamus τὸ στράτευμα, ἢ ὁ στρατός? quâ laxabatur agmen, qua dabat viam irrumpen-

A di. hoc certè longè commodius.

Τὸ μὴ. εἰς τὸ μὴ, non διὰ τὸ μὴ vt schol. B

Προεξιόντας τ' ὅπλων. Libro primo, pag. 35. in Cod. H. St. καὶ τ' μ' γῆς ἐκράτουν, ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ τ' ὅπλων. οἱ γὰρ ἱππεῖς τῶν θεσσαλῶν εἶργον. Discedere longius ab agmine legionum. χρόνον δ'. Tantum temporis, quantum commeatus ipsis suppetiit.

Μετὰ δ' τὴν ἐσβολὴν. Defectionem Lesbiorum ab Atheniensibus iam explicandam suscipit: narrat statim eam factam post Peloponnesiorum in Atticam irruptionem: voluisse tamen eos significat etiam multò antè ab Atheniensibus deficere: sed nondum habuisse cōparatas res ad bellum gerendum necessarias: docet itaque qua re coacti maturauerint: ea res fuit, quia detecta fuit coniuratio, & defectio per nōnullos indicata Atheniensibus: qui statim missis 40, nauibus iusserunt, vt mœnia vrbis demolirentur, & naues traderent: sed cùm illi facere imperata recusarēt, ita demum cœptum est geri bellum. τ' λιμένων τὴν χῶσιν, portus obstrui, C τῶν π γὰρ λιμένων. αἰπολογία, τ' πρότερον, ἢ διενοοῦντο.

Βουληθέντες. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Πόντου. ἰδικῶς ὁ εὔξεινος. C

Καὶ α. τὸ ἀόριστον.

Τενέδιον γὰρ. Explicat causam properationis, καὶ τ' ἀναγκασθέντες.

Ξυνοικίζουσι βίᾳ. Vi commigrare cogūt in vrbem, 173. A potentiæ scilicet causa: hæc sunt crimina.

Καὶ τὴν παρασκευὴν ἅπασαν ἐπείγον). Et omnem apparatum vrgent cum L. & B. defectionis faciendæ D causa.

Ξυγγενῶν. Ad Bœotios tantūmodo referendum, qui & ipsi erant Æolenses.

Καὶ εἰ μὴ τις προκαταλήψεται. Periculum proponebant. incertum pro certo. hinc dicta προκατάληψις figura.

Οἱ δ' ἀθηναῖοι. Declarat Thucydides Athenienses primùm non ita facilè dedisse aureis criminationibus, & indiciis, tum quia opibus fractos se esse intelligebant vi pestilentiæ, tum quia res ardua, E & perdifficilis proponebatur tantam insulam, & adeò classe potentem, atque integris viribus à se alienare: sed postea missis legatis, cùm ab illis impetrare nequiuissent, vt apparatus belli dimitterent, de bello & ipsos cogitasse.

Εργον. Rem difficilem, Latini etiam opus in eandem significationem accipiunt. *Hoc opus, hic labor.* Virg. 6. Æn.

Τεταλαιπωρημένοι. Fracti, debilitati, afflicti. πῶρος, πάθος, miseriæ.

F Αρτι καθισταμένη. causa est τ' ἀκμάζοντος. Id est, quod quamuis nuper cœptum esset, tamen vigebat, & erat acre, vel quod erat acre, quia modò cœptum. In ipsis enim initiis sumus ardentiores.

Προσπολεμώσασθαι. Nouos hostes sibi adiungere. ἐκπολεμῶσαι) (προσπολεμῶσαι. Δημοσθ. prima Olynth. Νυνὶ γὰρ ὃ πάντες ἐθρύλλει πως ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον.

Οὐκ ἀπεδέχοντο πρότερον. Non admittebant, id est, B criminibus non habebant fidem. ἀποδέχεσθαι λόγους, G ἀποδέχεσθαι αἰτίαν, assentiri, habere fidem. ἀποδέχομαι τ' τρόπον τινός, probo mores alicuius, interdum cum genitiuo, ἀποδέχεσθαι τινός.

Αποδέκται. Quæstores vrbani Athenis, qui τοὺς τε φόρους, καὶ τὰς εἰσφορὰς, καὶ τὰ τέλη ἀπεδέχοντο, καὶ τὰ περὶ τούτων ἀμφισβητήσιμα ἐδίκαζον, εἰ δὲ τι μεῖζον εἴη, εἰσῆγον εἰς τὸ δικαστήριον. Libro 8. I. P.

Μεῖζον

Μεῖζον μέρος νέμοντες. ἀντὶ τοῦ μᾶλλον. Mirum & notatu dignum est hoc inter cætera, quæ in hoc authore maximè elucent. Thucydides est breuitatis studiosissimus, ita, vt sæpenumero dum breuis esse laborat, obscurus fiat, & tamen in hac mira breuitate ita interdum se diffundit oratione, vt ex verbis simplicibus formulas locutionum, & integram orationem constituat, & (quod maius est) ex particulis ipsis orationis formet locutiones, vt nunc facit ex particula μᾶλλον, μεῖζον μέρος νέμειν.

A

Επειδὴ μέντοι ὁ πέμψαντες. Demonstrat Athenienses tandē coactos fuisse suis rebus cōsulere, ac dare operam, vt eorum conatus anteuerterent: misisse igitur 40, naueis clàm, quæ ex improuiso aggrederentur, & opprimerent Mitylenæos, sin minus res ex voto cessisset, apertè bellum gererent.

B

Εσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς. Facultas. renuntiatum enim eis fuit, Mitylenæos frequentes diem festum agere extra vrbem: itaque, quasi diceret, deserta vrbe, in spem venerant eius occupandæ: facileque Mitylenæos opprimi posse sperabant.

C

C Μαλόεις ἀπόλλων. ἀπὸ τῆς μήλας τῆς μαντοῦς ἐν λέσβῳ colebatur. στφ. Ex Hellanico, ἡ μαλία promontorium australe Lesbi, ab eo itaq; Apollo Malois, qui maximè colebatur apud Æglenses.

Ελπίδα. ἀντὶ τῆς ἐλπισίου: vt cautio, pro cauendum, metus, pro metuendum apud Latinos.

Καὶ ἢν μὴ ξυμβῇ. Cicero in fam. lib. 14. si perficitis quod agitis, me ad vos venire oportet: sin autem, sed nihil est opus reliqua scribere. Ιλιάδ. α.

D

> Αλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοὶ
> Αρσαντες κατὰ θυμὸν ὅπως ἀντάξιον ἔσαι:
> Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.

Κατὰ τὸ ξυμμαχικόν. Ex iure, & conuento fœderis, ac societatis.

Τοῖς δὲ μιτυληναίοις. Docet iam Thucydides indicatā rem Lesbiis. itaq; eos neq; diē festum egisse, & custodias in vrbe, atq; in omni portu collocasse.

174. A Γεραιστόν. κώμη ἐν ᾗ ἱερὸν ποσειδῶνος, ἀπὸ γεραίστου τοῦ Διός, nobilis ibi portus. Titus Liui. lib. 1. Dec. 4. 62.

Πλοῦ. ἀντὶ τῆς εὐπλοίας. Idonea nauigandi tempestate.

E

Περὶ τὰ ἡμιτέλεστα. Mœnia quæ inchoata, sed nondum absoluta erant. περιφραξάμενοι τὰ ἡμιτέλεστα.

Παρασκευασάμενοι δέ. Docet Mitylenæos portu progressos illos quidem fuisse, prœlij cōmittendi gratia, sed reiectos ab Atheniensibus, atq; in portum fuisse compulsos.

B Παρασκευασάμενοι. Imparati, ἀπολογία.

Καταδιωχθέντες. In fugam præcipitem dati, καταδιώκειν, fugere præcipitem hoste insequente.

F

Λόγους ἤδη προσέφερον) (ἀποδέχεσθαι λόγους.

Βουλόμενοι. Quo consilio id fecerint, iam declaratur.

Επιεικῆ. Æqua conditione. L. V. mitì.

Καὶ αὐτοὶ φοβούμενοι. Consilium Atheniensium aperit.

C Τῶν τε διαβαλόντων. Ex iis, qui detulerant indiciū.

Ως σφῶν οὐδέν. Se enim nihil rerum nouarum molituros.

G

Εν τούτῳ δέ. Docet Mitylenæos interea dū agunt per legatos, vt ab Atheniensibus impetrarent obsidionis liberationem, egisse simul cū Lacedæmoniis, vt auxilia sibi mitterent, in quo carpit latenter eos author, quòd bona fide non egerint.

Ου γὰρ ἐπίστευον. ἀπολογία, cur miserint Mitylenæi Spartam legatos petitum auxilia: desperabant se impetraturos ab Atheniēsibus, quæ cōtendebant.

A

Προχωρήσειν. Rem ex voto cessuram.

Καὶ οἱ μέν. Transitio.

E Καὶ ἔξοδον. Docet Mityleneos egressos vrbe cum copiis quas habebant, commisisse cum Atheniensibus pedestre prœlium: & quamuis victoria anceps fuisset, tamen non ausos fuisse castra metari extra vrbem.

175. A Επηυλίσαντο. Propè hostium castra posuerunt castra, pernoctarunt. ἔπαυλις. caula, stabulum, &c.

Επίστευσαν. Extra vrbem pernoctare nō sunt ausi, suis opibus, & copiis non fidentes, diffidentes suis viribus.

Καὶ γὰρ αὐτοῖς. In spem enim auxiliorum venerāt.

B Οἱ δὲ ἀθηναῖοι. Demonstrat Athenienses otio Mitylenæorū magis, ac magis confirmatos, dedisse se ad oppugnandā, circumuallandamq; Mitylenem.

Ορῶντες οὐδὲν ἰσχυρόν. Quia intelligebāt res Lesbiorum esse infirmas.

B

Περιορμισάμενοι. Dispositis præsidiis nauium circumcirca, circundata, & quasi circumuallata parte australi vrbis.

Ετείχισαν. Munierunt.

Τοὺς ἐφόρμους ἐποιοῦντο. Faciebant incursiones maritimas: vel, quod longè cōmodius, & ad vtrunq; portum stationes proximas habebant. L. V. Et in vtroque portu ingressum nauibus muniunt.

C Τὸ δὲ περὶ στρατόπεδα: μέρος τῆς γῆς supple.

Ναύσταθμον δὲ μᾶλλον. Malea promontorium erat potius, naualia, & locus mercatus, quàm portus scilicet.

Καὶ τὰ μὲν περὶ μιτυλήνην. Ac Mitylene quidē hunc in modum oppugnabatur, ac bellum ad Mitylenen ita gerebatur.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον. Narrat Athenienses misisse cōtra Peloponnesios 30 naues duce Asopio Phormionis filio: eas verò maritima nōnulla Peloponnesi oppida diripuisse: plerasq; deinde dimissas domum rediisse: ipsum ducē Asopium cum 12 Naupactum venisse, & coactis Acarnanum copiis Æniadis bellum intulisse, sed re infecta, copias dimisisse: & profectum Leucadem, expositisque suis copiis ad Nericum, cęsum ipsum dum se recipit, & partem eius copiarum.

D Ακαρνάνων. Qui virtutem, & militarē Phormionis prudentiam admirati, & beneficiis eius deuincti, ei, eiusque generi fauebant.

Ανασήσας. Euocatis Acarnanum copiis frequentibus.

176. A Επλευσεν. Inuectus est flumine Acheloo.

Νήρικον. πόλις ἀκαρνανίας. εὐσταθ. ἡ ὕστερον λευκὰς, μέρος τι παράλιον τῆς ἀντιπέραν ἰθάκης ἠπείρου.

Υπὸ τῶν αὐτόθεν. A loci incolis, qui auxilij gratia confluxerant.

Αποπλεύσαντες ἐκομίσαντο. ἐναλλαγὴ, ἀντὶ τοῦ κομισάμενοι ἀπέπλευσαν.

B Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς προτέρας νεώς. Redit ad Mitylenæorum legatos, qui primùm missi Spartam venerāt. Hos iussu Lacedæmoniorum Olympiam venisse narrat: atque ibi post ludos Olympiacos actos in conuentu Peloponnesiorum ita, vt est paulò infra disseruisse.

Ολυμπίαζε. ὀλυμπία ἡ πρότερον πίσα λεγομένη, πόλις πελοποννήσου: ad quam celebrabantur ludi illi celeberrimi, qui quinto quoque anno instaurabantur: qui ab Eleis instituti traduntur in Iouis honorem, author est Strabo, lib. 8.

Ὀλυμπιάς. Lustrum: spacium annorum 4, cum initio quinti, à ludis istis ita vocatum.

Δωριεὺς. Diagoræ filius. hic Rhodius erat. Xenophon lib. 1. τῶν ἑλληνικῶν. A victoribus ludorum notabantur tempora. Κατέστησαν εἰς λόγους. ad colloquium ventum est: vel, inter ipsos cœptum est colloquium.

MITYLENÆORVM CONCIO.

Τὸ μὲν καθεστὼς τοῖς ἕλλησι νόμιμον. Petunt auxilium Mitylenæi à Lacedæmoniis, & sociis: proponunt facultatem, & rei vtilitatem: docent eos & posse facilè, & debere sibi succurrere: demonstrant opes Atheniensium ita esse attritas pestilētia, & exhaustas pecuniis, vt quamuis resistāt, facilè tamen possint superari: præterea declarāt quàm vtilis futura sit hæc res Pelopōnesiis. Hostes enim eorum Atheniēses priuatum iri vectigalibus magnis, quæ belli sunt nerui, amissa Lesbo: priuatum etiam iri classe non contemnenda Mitylenæorum: qua adiuncta viribus Peloponnesiorum, sperandam esse facilè victoriam. Hæc sunt capita argumentorum, quibus docent legati Peloponnesios & posse, & debere sibi ferre auxilium: sed quoniā ciuitas, quæ petit auxilium, fecit defectionem à prioribus amicis, & sociis, ita, vt suam fidem vocauerit in suspicionem, & causam turpem habeat, ideo legati primo loco suam ciuitatem purgant, & probāt se fecisse iure optimo, quod fecerint. Imò maiorē partem huius dictionis in eo ponunt, vt doceant se iure optimo ab Atheniensibus defecisse.

Est igitur bipartita hæc concio: Altera pars est purgatio, quæ nititur constitutione iuridiciali, altera est petitio, qua petitur auxilium.

Procemium est ductum ab opinione hominum malè sentientium de iis, qui defectionem faciunt: huic opinioni opponunt se legati, & docēt ita meritò esse sentiendum de illis, qui deficiunt, si sine iusta causa deficiant: sed si habeant plures, & iustas causas, non esse cur in eandem hominum opinionem, atque offensionem incurrant.

Τὸ καθεστὼς νόμιμον. Institutum. τὰ καθεστῶτα suprà.

Ἐν ἡδονῇ ἔχουσιν. ἀντὶ τοῦ ἥδονται.

Καὶ οὐκ ἀδίκως. Ingreditur in causam, & resistit huic opinioni, atque hæc opinio est iusta.

Προδότας. Ἀντίγονος ἔφη προδιδόντας μὲν φιλεῖν, προδεδωκότας δὲ μισεῖν. Cæsar, προδοσίαν μὲν φιλεῖ, προδότην δὲ μισεῖν.

Ἴσοι μὲν. Argumentorum est distributio, quibus docent se meritò ab Atheniensibus defecisse: quia Athenienses nō parem voluntatem in amore declarabant: quia longè potentiores erant; quia materiam defectionis sibi dederāt. quasi diceret, quia in amore non respondebant, æquum erat, vt eos odio prosequerētur, quia longè potentiores erāt, iure eos metuebant. Docent igitur legati sibi operam fuisse dandam ne oppressi hostium dominatu illis seruirent ipsi quoque, vt cæteri socij: & quia materiam defectionis faciendæ sibi dederant, nō esse mirandum, neque sibi vertendum vitio, quòd ab illis defecerint.

Ἀντίπαλοι. Iam ἴσοι, cùm opes pares, ita, vt, quasi diceret, si fides & beneuolentia absit, tamē metus contineat vtrosque in officio: ne dum dare infortunium alter alteri vult, id ipse accipiat.

Πρόφασις ἐπιεικής. Quæ erat, quia Athenienses ab oppugnandis barbaris arma conuerterant in Græcos, & amicos, & socios in seruitutem redigebant ita, vt Mitylenæis esset verendum ne ipsis quoque aliquando idem eueniret. λύσις τῆς ἀντιπίπτοντος, cur ante bellum motum nō defecistis? Voluimus: sed vos noluistis nos recipere.

Μηδέ τῳ χείρους. Conclusio. Ergo ne improbitatis crimine damnemur, & perfidiæ, atque proditionis, si qui ab Atheniensibus rebus pacatis honorificè tractabamur, moto iam bello ab iis deficimus.

Χείρους. δειλικῶς, ἀντὶ τοῦ κακοί. Improbi, & proditores.

Τοῖς δεινοῖς. In periculis, rebus eorum asperis, ἐν τῷ πολέμῳ.

Περὶ γὰρ τῆς δικαίας. Legatus Mitylenæorum affert rationem, cur non improbi, perfidi, & proditores sint existimandi: sed pollicetur se fusius de hac re disputaturum, idque inprimis probaturum, se neque improbitate, neque perfidia, & vitio proditionis, sed iustissimis de causis, atque maximè vrgentibus ab Atheniensibus defecisse.

Τῆς δικαίας. De iure. Iure, an iniuria defecerimus ab Atheniensibus. Quia societate inita cum Atheniensibus, vt barbarorum iniurias vindicaremus, & eorum arma à Græcis propulsaremus, id tamen multò aliter accidit: nam Athenienses abutebantur nostris opibus, nostraque societate ad Græcos, & socios, atque amicos subigendos, & ad vos oppugnandos.

Ἄλλως τε, καὶ ξυμμαχίας δεόμενοι. Præsertim postulantes vt in societatem, & amicitiam recipiamur, in qua videlicet requiritur in primis fides, & apertus, & simplex animus.

Εἰδότες. Persuasi nullas neque priuatim, neque publicè amicitias, societatesque constantes fieri, si fides, probitas, & animi candor absit, & nisi inter se qui amicitiam ineunt, moribus, & reliqua vita consentiant.

Γίγνοιντο. φίλοι δηλονότι. καὶ κοινωνοί.

Δοκούσης. Nō simulata, & ficta, sed vera, & certa.

Καὶ τ' ἄλλα. Indicat præter probitatem, fidem, & simplicitatem requiri alias quoque virtutes, si amicitia firma, & stabilis futura sit: beneficentiam, & liberalitatem, temperantiam, modestiam, & alias id genus, quibus & conseruantur & augentur amicitiæ: & quarum contrariis facilè labefactantur.

Ἐν γὰρ τῷ διαλλάσσοντι. Nam si dissentiant, necesse est, vt vincula societatis, & amicitiæ facilè dissoluantur.

Τὸ διαλλάσσον τῆς γνώμης. ἡ διαφορὰ τῆς γνώμης, ἀντὶ τοῦ διάφορος γνώμη, discors sententia, & animus, sed elegantius positum est participium pro nomine. sic τὸ σοφὸν, τὸ αἰσχύνου τοῦ ἀνδρός. duo substantiua pro substantiuo, & adiectiuo ponuntur. ex diuersis causis effecta diuersa.

Τὸ διαλλάσσον τῆς γνώμης) (αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων, diuersa facta.

Ἡμῖν δὲ καὶ ἀθηναίοις. ὁ ἀγὼν. Argumentatio: vel expositio coniuncta cum argumentatione. Inita est societas inter nos, & Athenienses: quo tempore? bello Medico, pulsis barbaris: qua de causa? quia vos rebus præesse noluistis: quo consilio? vt barbaros vlcisceremur, atque arceremus, Græcos defenderemus, non vt Græcos ipsos opprimeremus. Hæc historia extat lib. 1.

Ἀπολιπόντων. Propter Pausaniæ tyrannicos conatus, & quia defessi bello ad otium iam animū conuerte-

uerterant. Est autem hic antiqua, ac subobscura A accusatio Lacedæmoniorum, qui noluerunt Belli reliquias persequi, sed discesserunt, atq; ita materiam dederunt Athenienſibus opprimendi paulatim Græcos. Ἀπολιπόντων, δηλονότι ἡμᾶς. ὀκ τ, post, à.

B Οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει. τὸ πλῆκον. Non vt Græcos Athenienſibus ſubigeremus, vel, in Athenienſium poteſtatem redigeremus. τὸ μήδου. συνεκδοχή.

Καὶ μέχρι μὲν ἀπὸ τ ἴσου. Progreſſus ſocietatis explicat: ſecuti tamen eos libenter ſumus, quandiu ex æquo rebus præfuerũt: vbi verò arma cõtra Græcos conuertere à barbaris cœperunt, tum verò etiam de nobis ipſis dubitare cœpimus.

Τὴν μὲν τ μήδου ἔχθραν. Hoc criminosè, & inuidiosè dictum. Legati enim inuidia premũt Athenienſes: qui odium, quo debuerant eſſe contra barbaros, conuerterint in Græcos.

Ἀνιέντας. à fidibus metaphora) (ἐπιτείνειν.

Τὴν δὲ τ ξυμμάχων. ἀντὶ τ, τοῖς δὲ ξυμμάχοις δούλωσιν ἐπαγομένοις, ſociis verò iugum ſeruitutis imponere.

Οὐκ ἀδεεῖς. Hoc plus quàm affirmatio valet,

Ne verò Alciden me ſum lætatus euntem
Accepiſſe lacu. Virg. lib. 6.

Ἀδύνατοι δὲ ὄντες. Ordine pergit oſtẽdere progreſſus ſocietatis: atq; ita paulatim ſocij redacti in ſeruitutem. λύσις τ ἀντιπίπτοντος, Cur non deſerebatis eos? quia timebamus eorum potentiam.

Καθ' ἓν γενόμενοι. In vnum coëuntes.

Διὰ πολυψηφίαν. Propter multitudinem eorũ, qui de hac re erant deliberaturi.

C Ἡμεῖς δέ. πάθος. Ex eo, quòd inuiti, & repugnante conſciẽtia, metu tamen cogerentur Athenienſes adiuuare.

Τῷ ὀνόματι. Nomine tenus.

Καὶ πιστοί. Inde cœpit creſcere ſuſpicio.

Τοῖς προγιγνομένοις. Rebus ante actis.

Οὐ γὰρ εἰκὸς ἦν. Et meritò ſuſpecti nobis erant, A ſimili. nam ſi cæteros ſocios ſubegerant, veriſimile erat idem facturos eſſe etiam aliis.

Καὶ εἰ μὲν αὐτόνομοι. Confirmat ſuperiorem rationẽ cauſa probabili: niſi pleriq; ſocij ſubacti eſſent, fortaſſe nõ ita eſſet nobis timendum, ſed cùm, &c. ergo non ſine cauſa nobis metuimus. ἀντιθετικῶς. Itaque metuere cœpimus ne in ſeruitutem redigemur, ratio, quia cęteris ſociis hoc iam accidit. Hinc oritur ἀντίθεσις, per ſenſum contrarium.

Βεβαιότεροι: Minus eſſent ſuſpecti: plus fidei ipſis haberemus, minus eſſet dubitandum de eorũ fide.

D Ἡμῖν δὲ ἀπὸ τ ἴσου. Nobiſcum autem agentes ęquo iure.

Εἰκότως. Iniquiore animo (vt eſt veriſimile) ferrent, ſi pleriſq; ſociis ſeruientibus nos ſoli ipſis exæquari, liberi, & pares ipſis eſſe vellemus. vel, Grauius nimirum tuliſſent, ſi pleriſq; ſociis ſeruientibus nos ſoli ipſis pares eſſe voluiſſemus.

178. A Τὸ πλέον. ἀντὶ τ τῶν πλειόνων ἤδη ὑπηκόων ὄντων: πρὸς μὲν ἀιτιατικῆς, comparationem ſæpe ſignificat.

Τὸ ἡμέτερον. ἀντὶ τ ἡμῶν. ἀντισουμένου. pari iure agentibus.

Ἄλλως τε καί. Præſertim creſcẽte quotidie potentia eorum. ſolent enim incrementa potentiæ, & opum afferre faſtum, & inflare homines. A vi imperij ductum argumentum.

Αὐτοὶ αὐτῶν. Hoc οὐ πρὸς τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ πρὸς τὴν δύναμιν eſt referendum. Ita etiam ἄριστα ἑαυτῶν διακεῖσθαι, &c.

Καὶ ἡμεῖς ἐρημότεροι. Confirmatio à contrariis: opes, & incrementa inflant: rerum iactura demittit animos, & ſpiritus: altera confirmatio.

Τὸ δὲ ἀντίπαλον δέος. Sola autem rerum æqualitas, ſolet cõſeruare amicitias, & ſocietates, id eſt, ſocietas enim & amicitia nulla alia re conſeruatur certius, q̃ metu mutuo eorũ, qui inter ſe ſunt ęquales, hoc illud eſt, ἀντίπαλοι δὲ τῇ παρασκευῇ, καὶ τῇ δυνάμει. τὸ δὲ ἀντίπαλον, ἀντὶ τ οἱ ξύμμαχοι οἱ ἀλλήλους φοβούμενοι, πιστοί.

Ὁ γὰρ παραβαίνειν. Nam qui tranſire ius, & violare ſocietatem vult, is tamen quia non poteſt, deſinit B audere, quæ præſtare non poteſt. ἀπὸ τ χαλεποῦ, καὶ τ ἀδυνάτου.

Μὴ προέχων. Quia non præſtat viribus, vel ὑπαλλαγὴ τῷ μὴ προέχειν ἂν ἐπελθών.

Ἀποτρέπεται ἐπελθεῖν. ἀντὶ τ ἀποτρέπεται τ ἐπελθεῖν: deterretur ab inuadendo altero, vel ab inuadendo altero deſiſtit.

Αὐτόνομοί τε ἐλείφθημεν: ad illud occurrit: quid igitur non ſubegerunt vos quoq;, vt cæteros ſocios? λύσις. quia ſummã rerum Græcarum ſe obtenturos C ita facilius ſperabãt honeſta iſta præſcriptione, atque titulo libertatis conceſſæ nobis: putabãt enim homines nunquã fuiſſe iudicaturos cæteros ſocios per iniuriam ſubigi nobis Athenienſes adiuuantibus, & arma vnà inferentibus: & ſimul fiebat, vt Athenienſes facilius cùm alios ſocios ſuperarent, tum viam ſibi ſternerent ad reliquos, id eſt, nos ipſos, qui ſoli deſerebamur, ſubigendos.

Ἐς τὴν ἀρχήν. Ad quærendum imperium, parandam potentiam.

D Εὐπρεπείᾳ, λόγου. ἀντὶ τ εὐπρεπεῖ λόγῳ, ſpecioſa præſcriptione: ſpecioſa oratione.

Καὶ γνώμης μᾶλλον ἐφόδῳ. Et dolo potius, quàm vi. ἔφοδος γνώμης: Conſilij aggreſſio. ἔφοδος ἰσχύος, vt εὐπρεπεῖα λόγου, obiter carpit aſtutiam Athenienſium.

Ἅμα μὲν γάρ. Explicat ſe ipſum: nitebantur eo ar- B gumento: homines nunquã credituros, niſi ij, quibus bellũ inferebatur, peccaſſent, cæteros ſocios, qui æquo iure eſſent, illis arma illaturos fuiſſe.

Ἐν τῷ αὐτῷ δέ. Et ſimul firmiſſimos quoſque ſo- E cios ſecum adducentes contra infirmiores, facilè, & ſine negotio eos ſubigebant. Aſtum Athenienſium indicat.

Τὰ κράτιστα. ἀντὶ τ, τοὺς κρατίστους nos, Chios, &c.

Τῶν ἄλλων περιῃρημένων: ἀντὶ τ τῶν ἄλλων. περιαιρεῖν. Circuncidere. Metaphora ducta à Carpentariis, qui circuncidũt ea, quæ rubrica notarũt.

Ἀσθενέστερα. Oppreſſũ faciliores. opportuniores iniuriæ.

Εἰ δὲ ἀφ' ἡμῶν. Expolitio à contrariis.

F Πρὸς ὅ, τι χρὴ στῆναι. Ad quos confugerent, & apud quos conſiſterent.

Τό, τε ναυτικόν. Altera cauſa probabilis, cur Athenienſes à ſubigendis Mytilenęis initium non fecerint. Verebãtur (inquit) ne noſtra claſſis, quæ non eſt cõtemnenda, aut vobis, aut aliis ſe adiungeret, & periculum ſibi crearet.

Τὰ δὲ καὶ ἀπὸ θεραπείας. Nouam affert rationẽ, cur C liberi, & ſui iuris adhuc ipſi remaneãt: quia perpetuò colimus populũ, & principes Reipublicę. περιεγιγνόμεθα, ſuperſtites ſumus: ſed præteritũ imperfe- G ctum, vt ſubindicet eos verſari in periculo.

Οὐ μέντοι ἐπὶ πολύ. λύσις τ ἀντιπίπτοντος. Ergo eadem 179. A ratione gratiã eorum cõſeruare poteratis, & in eadẽ libertate permanere: negant itaq;, & aiunt niſi hoc bellũ ortum eſſet, tamen & ſic ſe in eandẽ ſeruitutem venturos fuiſſe. Exemplum à ſimili.

Δυνηθῆναι αὕτη ἡ φιλία. Conclusio per conquestionem,& exaggerationem: ergo neque amicitia fidelis, neque certa libertas erat nobis. ἡ φιλία πιστή, ἡ ἐλευθερία πιστή.

Παρὰ γνώμην. Probatio, alienis animis alteri alteros recipiebamus.

Ο,τι τοῖς ἄλλοις. Et quod aliis confirmat amicitias, & fidem, beneuolentia (inquam) eius loco timor, & metus hoc ipsum confirmabat. πίστιν, τὸ πιστεύειν ἀλλήλοις. Metus dominorum,& tyrannorum est. Sed ipsa fides paratur beneuolentia, nō metu: iam verò metu. παράδοξον.

B Καὶ ὁποτέροις θᾶσσον. Et vtris prius impunè frangere fœdus licuisset, ij prius hoc facturi erant.

Καὶ ὁποτέροις. Qui timent sibi ab alio, obseruant occasionem, & facultatem eius opprimendi: hoc est, quod dicit Thucydides: ij priores erāt oppressuri alteros, quibus tutò, & impunè id audere licuisset.

Ωστε εἴτῳ δοκοῦμεν. Quare si qui nos cōdemnant, quòd antè defecerimus, quàm certum, & exploratum haberemus Athenienses infesto, & hostili esse in nos animo, & velle nos subigere, vt cæteros, hi sunt iudices iniqui, nec boni rerum æstimatores.

Μέλλησιν τ᾽ ἐς ἡμᾶς δεινῶν. Propter dilationem cladis, qua illi nos erāt affecturi: vel quia illi nondum aggressi nos fuerant, nondum nos subigere conati fuerant, vel, quia illi nondum periculum nobis intentauerant.

Αὐτοὶ οὐκ ἀνταναμείναντες: Quia illi nondum nobis bellum intulerant, nos tantisper expectare voluimus, dum certi de ea re essemus.

Εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν. Ratio ab opum,& potentiæ inæqualitate, si pares potentia essemus, non sequeremur eorum auspicia, neque in eorum potestate essemus. Dubium argumentum, pro concesso. Ἀπὸ τ᾽ ἀναγκαίου.

Αντεπιβουλεῦσαι. Et insidiosè eos aggredi, hoc referendum ad illud ἐφόδῳ γνώμης.

C Αντεπιμελλῆσαι. Et in aliud tempus differre. V. factum Thucyd.

Τί ἔδει ἡμᾶς. Cur in eorū potestate essemus, qui pares videremur? A repugnantibus: hæc repugnant parere alteri, & esse ei parem. ἐλεγκτικὸν σχῆμα τὸ ἐρωτηματικόν.

Επ᾽ ἐκείνοις δ᾽ ὄντος. Conclusio: quare cùm penes illos sit facultas aggrediēdi, decet etiam penes nos esse maturè vitandi periculi facultatem.

Τοιαύτας ἔχοντες. ὁ ἐπίλογος. Hæ sunt causæ, quę nos, vt deficeremus, coēgerūt, amplificationes cognitu faciles, acerbæ, atque graues: σαφεῖς, μετωνυμία.

Ασφάλειάν τινα. Aliquod præsidium.

Βουλομένους μέν. λύσις τῶ ἀντιπίπτοντος, & purgatio.

D Κωλυθέντας. Mutata figura. τὸ ἑξῆς τοῦτο, βουλομένοις μὲν, κωλυθέντας δέ. πῶς; ὑμῶν οὐ προσδεξαμένων.

Βοιωτοί. Per Hermæondam Thebanum, & alios antea κατὰ τὸ εἰκός.

Καὶ ἐνομίζομεν. Nouam affert purgationem defectionis. Non tam defecimus ab Atheniensibus, quàm à Græcis oppugnandis, & in seruitutem adducendis vnà cum Atheniensibus.

180. A Διπλῆν ἀπόστασιν. δριμύτης.

Ξυνελευθεροῦν. μεθ᾽ ὑμῶν δηλονότι.

Προποιῆσαι. ἢ πρότεροι διαφθεῖραι ἐκείνους μεθ᾽ ὑμῶν, ἢ κατὰ τ᾽ χολ. πρότερον ποιῆσαι, ἤ, ἀποστῆναι.

Η μέντοι ἀπόστασις. Ad alteram causæ partem iam A accedit, petit, vt se recipiant in societatem, & amicitiam: proponit rei facultatem: opes Atheniensium sunt attritæ. Copiæ exhaustæ partim pestilentia, partim impēsis, & sumptibus, classis distracta, &c. Sed docet prius succurrendum esse rebus laborantibus necessariò, & primo quoq; tempore: quia imparati defecerunt: ostendunt magnitudinem imminentis periculi.

Καιρός. Ab occasione: quæ est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non B faciendi opportunitatem.

Εφθάρατ). ὑπερβολή. Attriti, debilitatique sunt. B

Αλλ᾽ ἢ ὑμᾶς. Partitur vtilitatem: aut vobis resistere non poterunt, atque ita facilè Athenis potiemini, aut suas classes domum reuocabunt.

Νομίσῃ τι μηδείς. Ad tacitas auditorū opiniones, cogitationesque occurrit: Quid nos pericula pro aliis subeamus, & pro iis, qui à nostris finibus remoti sunt? λύσις. Quamuis procul absit Lesbos à vestris finibus, tamen vtilitas, quam inde capietis, C erit proxima, & præsens.

Οὐ γὰρ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Bellum quod in Attica geritis, C ad Lesbum geretis: nam dum in Attica bellum administrabitis, adimetis hostibus vectigalia, quibus ab eis oppugnamini.

Αλλὰ δι᾽ ἣν. Id est, in Lesbo: quo modo? si eam conseruetis, ita, vt vectigalia ea hostibus adimatis. Δεινότης, ἔννοια παράδοξος.

Καὶ ἔτι μεῖζον ἔσαι. Terret eos à magnitudine periculi imminentis.

D Πάθοιμεν τ᾽ ἂν δεινότερα. Mouet affectus à fortuna, & misera conditione, in qua futuri sunt si in Atheniensium potestatem veniant.

Οἱ πρὶν δουλεύοντες. Non qui ante nos seruiebant, sed qui seruiebant nulla defectione facta. σχολ.

Βοηθησάντων δ᾽ ὑμῶν. Quæ commoda sint consequuturi iā proponit, sicuti paulò superius demonstrauit quæ commoda essent adempturi hostibus.

Τὴν τε αἰτίαν ἀποφεύξεσθε. Cunctatores existima- D E bantur Lacedæmonij, & tardi ad bella suscipienda, & ferendam opem Græcis laborantibus: eaq; de re malè audiebant: itaque (inquit) notam istam infamiæ delebitis.

Τὸ κράτος τ᾽ πολέμου. Firmissimum in bello robur 181. A habebitis.

Αἰσχυνθέντες οὖν. ὁ ἐπίλογος. Mouet Lacedæmonios, & Peloponnesios ab infamia futura, si spem frustrentur Græcorū, qui versantes in periculo suam spem in eorum auxiliis ponebant. A Iouis religione, qui præest supplicibus, & cuius in templo ea a- F gebantur: ab vtilitate quam sunt percepturi, si Mitylenæis succurrāt; à damnis, & incommodis, quæ sunt laturi nisi ipsis succurrant: ab honestate denique, & gloria, quam sunt consequuturi si viros agant, & fortiter eos protegant.

Παραβαλομένους ἴδιον κίνδυνον τῶν σωμάτων ἐνδιαγωγή. αἱ τ᾽ παραβαλομένους τὰ σώματα ἰδίῳ κινδύνῳ.

Μὴ πεισθέντων ὑμῶν. Non persuasis vobis, non flexis, non exoratis, non impetrata re.

Εἰ σφαλησόμεθα. Si labamur, si subigamur, si fru- G strēmur expectatione nostra, nec impetremus, quod petiimus.

Οἵους περ. Fortissimi scilicet. B

Προσδεξάμενοι. Comprobata eorum petitione.

Τὸ ἡμέτερον δέος. Id est, nos, qui in metu sumus constituti.

Ολκούς. Instrumēta, quibus naues subducuntur.

Cæsar

Cæsar libro 3. Bel. Ciuil. de Cnæo Pompeio filio. Quatuor biremes subiectis scutulis impulsas vectibus in interiorem partem traduxit, &c. 323.

C Επιόντες. Inuasuri.

Καὶ ἀρρωστίᾳ τῆς στρατιᾶς. Et tædio militiæ affecti erant.

Αἰσθόμενοι δ' αὐτούς. Transitio. Narrat Athenienses præter superiorem classem, 100 naues deduxisse: atque iis instructis ad Isthmũ venisse, suasq; ostentasse opes: sed causæ præponuntur. παραβολή.

Καταγνῶσιν ἀσθενείας. Propter opinionem imbecillitatis.

Οὐκ ὀρθῶς ἐγνώκασι. Falluntur opinione.

D Αμύνασθαι. Resistere.

Πεντακοσιομεδίμνων. δ. τιμήματα. πεντακοσιομέδιμνοι, οἱ ἐκ τῆς πεντακοσιομεδίμνου μέτρου ὑγρά, & ξηρὰ ποιεῖν κληθέντες: ἀνήλισκον εἰς τὸ δημόσιον τάλαντον. ἱππεῖς οἱ ἐκ τῆς δύνασθαι τρέφειν ἵππους: ἐποίουν μέτρα τριακόσια· ἀνήλισκον ἡμιτάλαντον. ζευγῖται, ἀπὸ διακοσίων μέτρων, ἀνήλισκον δέκα μνᾶς, θῆτες οὐδεμίαν ἀρχὴν ἦρχον. οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν.

Περὶ τὴν ἰσθμόν. ἐποιοῦντο ἐπίδειξιν. Faciebant ostentationem suæ potentiæ: suæ potentiæ vires ostentabant, quasi dicerent, vbi sunt, qui putant nos ita fractos, & debilitatos vel pestilentia, vel belli sumptibus, vt prædæ loco nos futuros existiment.

182. A Οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι. Narrat Lacedæmonios animis consternatos incœpto apparatu destitisse, & domum se se recepisse.

Τὸν παράλογον. Rei euentum longè alium, quàm ipsi opinabantur, & quã Mitylenæi dixerant. longè aliter accidere, quàm &c.

Καὶ ἄπορα νομίζοντες. Et factu difficile existimantes, se scilicet, posse opprimere Athenienses. ἄπορα. ἀντὶ τοῦ ἄπορον.

Κατὰ πόλεις. Singulis imperabant ciuitatibus ratam scilicet portionem.

Ἐπήγγελον. Imperabant, denuntiabant. ἐπαγγέλλειν πόλεμον, denuntiare bellum, indicere: aliâs deferre aliquem: verbum forense.

B Προσέταξαν. Assignarunt, destinarunt.

Καὶ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον. Digreditur Thucydides: docet eo tempore Athenienses maximam classem, ornatissimam, omnibusq; rebus instructissimam habuisse: aliquanto etiam maiorem belli istius initio: eamque rem pecunias absumpsisse, vnà cum diuturna obsidione Potideæ.

Ἐν τοῖς. ἐν τούτοις τοῖς πράγμασι δηλονότι.

Ἅμα. συνάπτει οὕτω, ἅμα κάλλει ἐξῆψον τοῦ αὐτοῖς.

Ἐνεργοί. In opere occupatæ, id est, vsum nauigandi præstantes.

Τὴν τε γὰρ ἀντίκλυ. Ratiocinatio.

Αἱ περὶ Ποτίδαιαν. 40 erant.

C Προαπῆλθον. Ante expugnationem discesserunt.

D Μιτυληναῖοι δέ. Redit ad Mitylenæos: docet eos eodem tempore venisse cum exercitu ad Methymnen accitos à nonnullis, qui dedenda vrbe egerant: sed re infecta, abiisse: & confirmatis Antissa, Pyra, & Ereso, domum se recepisse.

Ὡς προδιδομένην. Quasi proderetur, id est, à nonnullis inuitati, qui proditionẽ moliebantur, quamuis res non cesserit feliciter.

183. A Πληγέντες. Accepta clade, id est, ingẽti detrimento, & incommodo.

Τῆς γῆς κρατοῦντας. Terra potiri: & suos milites non posse illos prohibere.

B Αὐτηρέται. Verbum Thucyd. Propugnatores, & remiges.

A Ἀπετείχισαν. Nam Peloponnesij, qui Platæas circumuallauerant, duplici muro id fecerant.

Φρούρια δ' ἔστιν οἷ. Et nonnullis in locis, qui natura erant munitiores, castella excitant. Καὶ ἡ μιτυλήνη. Transitio.

Κατὰ κράτος εἴργετο. αὐτὴ τῆς ἐπολιορκεῖτο. Obsidione premebatur: acriter obsidebatur.

C Καὶ ὁ χειμών. Vt hyems ingruebat.

Προσδεόμενοι δὲ οἱ ἀθηναῖοι. Cœperant iam deficere pecuniẹ propter ingentes belli sumptus. Itaque A-

B thenienses coacti sunt pecunias in publicos vsus conferre: collata sunt 200 talenta.

Καὶ αὐτοί. Nam aliâs cogebant socios hoc facere, distinguo ego sic, καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες τότε πρῶτον εἰσφορὰν.

Ὁ δ' ἄλλα τε ἀργυρολόγοι. Narrat obiter cladem acceptam à Lysicle in Caria, dum cogeret pecunias à sociis.

Μυοῦντος. Ioniæ vrbs, vna ex 12. supra libr. 1. Hec pro opsonio data Themistocli fuit à Persarum re-

C ge; Magnesia, pro pane; Lampsacum, pro vino.

Μαιάνδρου πεδίου. Intelligit campum ita vocatum in Caria; μαίανδρος aliâs, flumen quod Cariam, & Lydiam disterminat. Strabo libr. 12. 252.

Αναιϊτῶν. Ἀναία ἡ πόλις: στφ. facit mentionẽ hui⁹ loci.

D Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος. Obsidionem Platæarum, eiusque oppidi circunuallationem superiore libro vidimus: iam Thucydides redit ad eam partem historiæ, ordinem temporum secutus: Narrat Platæenses primùm omnes vnà cum Atheniensibus,

D qui secũ obsidebantur tentasse eruptionem: postea dimidiam fere eorum partem veritam periculi magnitudinem incœpto destitisse, reliquos in suscepto conatu perstitisse, & paratis scalis hostium munitiones superasse, & Athenas aufugisse. Hæc iam explicat Thucydides diligentissimè notatis rei circunstantiis, vt Rhetores loquuntur.

Ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ. Causas pponit: quia res frumentaria eos defecerat, & de subsidio iam desperabãt.

Τῷ σίτῳ ἐπιλιπόντι. αἰτὶ τῆς ἐνδείᾳ σίτου penuria frumẽti.

E Οὐδὲ ἄλλη σωτηρία. Neque alia salutis ratio, & via ostendebatur.

Ἐπιβουλεύουσιν. Ineunt consilium.

Ἐσηγησαμένων. Thucyd. docet qui fuerint eius conatus authores. Authoribus huius conatus.

Ἔπειτα οἱ μὲν ἡμίσεις. Dimidia deinde pars incœpto destitit territa magnitudine periculi: hic etiam cognosci licuit quantum sit hominibus præsidij in animi fortitudine. Qui enim periculũ veriti in oppido manserunt, hi paulo pòst expugnati, & mise-

F rè necati fuerunt: qui in cõsilio capto fortiter perstiterunt, ii omnes fere salui, & incolumes Athenas peruenerunt.

Πως. Particula remissionem significans.

184. A Τρόπῳ τοιῷδε. Describit modum, & rationẽ quam Platæenses secuti munitiones hostium superarũt: cõpararunt sibi scalas iustæ altitudinis: & obseruato tẽpore ad rem aggrediendã opportuno, admotis sensim scalis muro hostium, superant munitiones, atq; ita effugiunt: sed describit diligenter quã

Descriptio poëtis familiaris.

G ratione scalarũ altitudinem parem munitionum altitudini efficere potuerint: quales essent munitiones hostium: & quibus difficultatibus vsi, tandem euaserint.

Ἴσας τῷ τείχει. Ad altitudinem munitionum. ταῖς πλίνθοις ταῖς ἐπιβεβλημέναις, Id est, tot sunt lateres tantæ altitudinis, &c.

Ξυνεμετρήσαντο. Contemplati sunt, æstimarunt, emensi sunt.

Ταῖς ἐπιβολαῖς. Lateribus commissis inuicem, & coagmentatis.

Οὐκ ἐξαληλιμμένου. Tectorio carebat: nam si tectorio obducta fuisset munitio, non potuisset cerni laterum coagmentatio, facultas à situ munitionum, & à modo, ac genere ædificationis.

Ηριθμοῦντο. Numerabant lateres commissos.

Καὶ ἔμελλον. Et fortasse nonnulli quidem horum à vera ratiocinatione aberrarunt, pleriq; verò eam sunt assequuti.

Λογισμοῦ. Veram ratiocinationem, veram commensionem.

Αλλως τε καί. Facultas à diligentia, & loci propinquitate.

B Τὴν μὲν οὖν ξυμμέτρησιν. ἐπίλογος. Tali fere ratione Marcellus cepit Syracusas: Liuius Dec. tertiæ lib. 5. vbi Liuius videtur adumbrasse istum locum.

Ξυμμέτρησιν. Mensuram, & altitudinem.

Εἰκάσαντες. Mensuram assecuti coniectura.

Εἶχε μὲν δύο τοὺς περιβόλους. Munitiones Peloponnesiorũ, & murum, quo circumuallauerant Platæas, describit iam diligenter Thucydides: demonstrat qua esset forma, & firmitudine: duplicem eius ambitum fuisse memorat: alterũ Platæas versus contra eruptiones hostium, alterum cõtra Athenienses si fortè subsidio Platæensibus venissent: addit alterum ambitum ab altero, 16 pedum interuallo disiũctum fuisse: in eo interuallo milites tabernacula perpetua habuisse, ita inter se contigua, vt duo muri vnicus tantùm, & solidus esse viderentur; ad decimam quamq; murorum pinnam turrim hinc inde excitatam: ita tamen vt ad eas aditus nullus esset, sed per medias tantùm transitus pateret: ibi milites consueuisse noctu agere excubias, si forte imbres essent, aut cœlum grauius, &c.

Εἶχε δύο. Simili fere ratione Cæsar Alexiam oppidum Mandubiorum circumuallauit, duplici scilicet, munitione. lib. 7.

Εκκαίδεκα πόδας. Pes continet tres palmos, vncias 12, digitos 16.

D Επειδὴ παρεσκεύαστο. Απαρεσκευάστως. re comparata.

Χειμέριον. Turbidam imbre, & vento, & lunæ lumine carentem. προσέμιξαν, succedunt muro hostium.

185. A Οὐ καταχουσάντων. Ne audire quidem potuerunt duas ob causas, tum quia venti stridor superabat strepitum, si quis à Platæensibus factus esset: tum quia ipsi Platæenses accedebant dedita opera, rari, & aliquo interuallo inter se distantes, ne ex concursu sonum ederent.

Εὐσταλεῖς. Succincti, leuiter armati, & expediti, vt essent agiliores.

Καὶ τὸν ἀριστερόν. Sinistro tantum pede calceati, ne in luto laberentur, vt in luto firmius consisterent.

Κατὰ οὖν μεταπύργιον. Ordine progreditur, & exponit quam ad partem muri scalas admouerint.

Μεταπύργιον. τὸ διάκενον. In fine quarti. θουκυδίδειον. Interuallum inter duas turres.

B Οἱ ἑπόμενοι. Hîc distinguo.

Οπότε εἴησαν πρὸς τοῖς πολεμίοις. Cùm prope hostes ventum esset.

C Καὶ αὐτίκα βοὴ ἦν. Et statim clamor sublatus est. ἐπαναστροφή.

Καὶ τὸ στρατόπεδον ἐπὶ τὸ τεῖχος. Et exercit⁹ ad muros concurrit. ἐπὶ τὸ τεῖχος. Sed non ad eam partem in qua hostes erant.

Καὶ ἅμα οἱ ἐν τῇ πόλει. Stratagema Platæensium, qui in oppido remanserant, memorat: egressos vrbe dicit oppugnasse munitiones hostium à parte, quę opposita erat illi, qua sui erant trãsituri, vt manum hostium videlicet, aliò diuerterent.

Οπως ἥκιστα. Vt mentem ad illos minimè aduerterent.

D Παρανίσχον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως. Significabant ignibus Peloponnesij Thebanis hostile aliquid sibi accidisse, & vim sibi fieri, itaque succurrendum esse rebus. Hæc paulo antè vidimus. Iam narrat Thucydides Platæenses contrà & ipsos sustulisse ignes, & contrariam significationem dedisse, res scilicet esse pacatas, & quietas, vt videlicet Thebani incerti, & dubij quid rerum ageretur, aut non venirent subsidio suis, aut tardius, venirent interea euaderent illi, qui fugiebant.

186. A Αλλο τι νομίσαντες. ἀπολογία. Suspicati aliud esse q̃d-piam, quàm illud, quod res erat.

Καὶ τὰ ἀσφαλῆ αὐτοὶ λάβοιντο. Et loca tuta capesserêt.

Οἱ δ' ὑπερβαίνοντες. Narrat Platæenses, qui ascenderant muros, oppressis custodibus, potitos fuisse vtraque turri, atque inde occupatis portis hostium subsidia propulsasse.

B Οἱ δ' ἐν τούτῳ. Alij admotis scalis, & deiectis murorum pinnis, liberius iam ascendebant, & ex altera munitionum parte descendebant, & transibant fossam.

Εἴ τις παραβοηθῶν. Quia superius dixit, καὶ οἱ τριακόσιοι αὐτῶν, οἷς ἐτέτακτο παραβοηθεῖν εἴ τι δέοι, ἐχώρουν ἔξω τοῦ τείχους πρὸς τὴν βοήν.

Επεὶ δὲ πάντες. Demonstrat postremos Platæensium ægerrimè descendisse, transisseque fossam: trecentos autem Peloponnesios, manum illã subsidiariam, incensis facibus insequi eos cœpisse. ἐπεφέροντο. In eos ferri cœperunt.

C Οἱ μὲν οὖν Πλαταιῆς. Hoc ita solet vsu venire, vt qui lumen gestat eos non videat, qui in tenebris delitescunt: contrà qui sunt in tenebris, discernunt facilè ea, quæ sunt in luce.

Λαμπάδας, μετωνυμία, σκότους (λαμπάδας.

Βιαίως. Per vim. χαλεπῶς, propter glaciem non bene concretam. βιαίως, quia hostes instabant, & vrgebant eos.

D Οὐ βέβαιος. Non solida, vt sustentare eos transeuntes posset.

Ωστ' ἐπελθεῖν. Vt in ea consisterent.

H: αἰτία δὲ μᾶλλον ἡ διάζευξις, μοναδικῶς. βούλομ' ἐγὼ καὶ νόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Καὶ ἡ νύξ. Altera difficultas: aqua fossæ erat altior propter niues cœlitus demissas, & liquefactas ea nocte.

Ολόγις ὑπερέχοντες. Qua ægrè superata: quam vix capite extantes transierunt.

Εγένετο δὲ καὶ ἡ διάφευξις. Tempestatis illius magnitudie factum significat vt Platæenses effugerint. μᾶλλον, ἀπολύτως.

G Ορμήσαντες δέ. Nouum Platæensium stratagema narrat: docet illos nõ fuisse ingressos viam, quæ Athenas duceret, sed conuersos iter tenuisse Thebas versus. intelligebant enim hostes nihil tale suspicaturos esse. ὁρμήσαντες. Digressi, iter ingressi.

187. A Τὸ δὲ Ἀνδροκράτους ἡρῷον. Fanũ Androcratis. In L. V. versione est Iunonis delubrũ ab Androcrate conditum.

Εχό-

Ἐχώρησαν. Ire perrexerunt.

Ἐρύθρας. πόλις βοιωτίας. στφ. dicitur & numero vnitatis. erat etiam πόλις Ἰώνων, & Κύπρου, ἡ νῦν πάφος.

B Οἱ μὲν οὖν πλατειῆς. Transitio. Explicat Platæenſeis rerum iſtarum, & eiuſmodi aduentus ignaros, habita fide cuidam ſuorum, qui cæteros ſequi noluit, ſed in vrbem reuerſus nũtiauerat reliquos omnes cæſos ab hoſtibus fuiſſe, vbi dies illuxit, miſiſſe caduceatorem, qui à Peloponneſiis peteret, facerent ſibi poteſtatem ſuſcipiendi ſuos, & ſepeliendi: ſed cognita veritate poſtea, finem petendi feciſſe: ſed concludit primum ſuperiora.

Κατὰ χώραν ἐχώρουν. Ad ſuam quiſque ſtationem rediit.

Τῆς βοηθείας παυσάμενοι. Ab inſequendo hoſte reuerſi, omiſſa inſequutione. inſequi hoſtem deſtiterunt.

C Ἐσπένδοντο ἀναίρεσιν. Hiſtorica locutio. αὐτὶ τ σπονδὰς ἐζήτουν ποιῆσαι ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν. de induciis egerunt, vt mortuos ſuſciperẽt, & ſepulturæ mandarent.

Ἐκ δὲ τ λακεδαίμονος. Docuit ſuperius Thucydides eruptionem Platæenſium, iam redit ad res Mitylenæorum: narrat Salæthum Spartanum miſſum à magiſtratibus Lacedæmoniorum veniſſe Mitylenem: confirmaſſe Mityleneos, ſignificaſſeq; Lacedæmonios in Atticam irrupturos, & auxilia ipſis miſſuros.

Κατὰ χαράδραν τινά. Per alueum quendam torrentis, quà munitiones tranſiri poterant. παρὰ τὸ χαράσσειν, ὅθεν χαρακτήρ.

Προέδροις. Magiſtratus erant primi ſubſellij, quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant. Ita vocati, quia principem locum in ſedendo obtinebant. Et cogebant cæteros magiſtratus, vt ſeruarent leges. De his apud Demoſthenem in oratione κατὰ τιμοκράτους, 295.

D Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Nouam irruptionẽ Peloponneſiorũ in fines Atticos iã narrat Thucydides, quam dicit grauiſſimam Athenienſibus accidiſſe.

Δύο, & τεσσαράκοντα. Atqui ſuperius, 40, tãtùm fuiſſe dixit. Dicendum igitur apud probatos ſcriptores morem eſſe vſitatum, vt in maiore numero ſæpe minorem etiam comprehendant, interdum etiam maiorem memorẽt, quamuis ei aliquid deſit. veriſimile etiã videtur præter 40 naues, quas parare, atq; mittere ſtatuerant, eos duas præterea addidiſſe.

188. A Προστάξαντες. Quas imperauerant.

Ὅπως οἱ ἀθηναῖοι. Quò Athenienſes vtrinque diſtricti, & turbati non impedirent curſum ſuarum nauium, quæ ſubſidio Mitylenæis veniebant ἐπιβοηθήσωσιν. Irent contrà.

Κλεομένης. Hic erat frater Pauſaniæ, qui ad Platæas fuerit, & fugauit Perſas, de quo ſupra.

B Παρελέλειπτο, Prætermiſſa fuerant.

Ἐπιμένοντες γὰρ ἀεὶ αἰτιολογία. Quia non fuit diuturnior. Cur ita? quia expectabant quotidie aliquid noui de ſua claſſe.

Ἐπεξῆλθον. Diſcurrebant paſſim: longè lateq; vaſtarunt.

Οἱ δὲ μιτυληναῖοι. Redit ad Mitylenæos narrat eos ſubſidio, & re frumentaria deſtitutos feciſſe deditionem certis conditionibus.

Ἐνεχρόνιζον. Verbum factum. αὐτὶ τῆ διέτριβον.

C Ὁ σάλαιθος. Docet Salæthũ deſperantem & ipſum iam de auxilio arma dediſſe populo, qui antea inermis erat populum verò ſumptis armis, neq; magiſtratus amplius voluiſſe audire, & cœpiſſe minitari nobilitati, ac diuitibus de vrbis deditione. Itaq; magiſtratus veritos ne fieret deditio à populo, ipſi verò excluderentur pacis conditionibus, vnà cum populo deditionem certis conditionibus feciſſe.

Ὁπλίζει τὸν δῆμον. L. V. prius leuiter armatum ad ſe armandum inducit. F. P. Populum armat, qui ante inermis erat, vel, populo tradit arma, cùm antè nulla in ſua poteſtate haberet.

B Μήτ' ἀνδραποδίσαι. Neque captiuum ducere.

189. A Προσεκτήσατο. Sibi adiunxit.

B Καὶ τ' ἄλλα τὰ περὶ τὸ στρατόπεδον. Laudat Pacheta: qui quanuis haberet tres collegas, tamen omnia ipſe ſuo arbitratu regeret, atque adminiſtraret.

Οἱ δ' ἐν ταῖς τεσσαράκοντα. Quibus conditionibus venerint in deditionem Mitylenæi, paulò antè vidimus. Iam Thucydides redit ad claſſem Peloponneſiorum: eam diutius moratam in itinere, rei gerendæ occaſionem, & ferendi auxilij talibus ſociis amiſiſſe ſignificat.

C Τεσσαράκοντα. Complectitur etiam, 2, vt paulo ſuperius.

Ἐνδιέτριψαν. Tempus triuerunt.

Κατὰ τ ἄλλον πλοῦν. Et in reliquo nauigationis curſu.

Κομισθέντες. Vecti, delati. σχολαῖοι. lẽti, tardiùs. Senſus: & in reliquo nauigationis curſu, quamuis lentè, & tardius fuiſſent vecti, tamen ad Delum vſq; clam Athenienſibus peruenerunt.

D Πρὶν δή. Ergo poſteaquàm eò peruenerunt, res innotuit Athenienſibus. C

Δήλῳ. Hanc deſcribit Virgi. lib. 3. Æneid.

Sacra mari colitur medio, gratiſſima tellus
Nereidum matri, & Neptuno AEgæo.

De hac etiam Cic. in orati. pro lege Manilia 14. 2. Inſula Delos tam procul à nobis in Ægæo mari poſita, quò omnes vndiq; cum mercibus, atque oneribus commeabant, refecta diuitiis, parua, ſine muro nihil timebat.

E Βουλόμενοι δὲ τὸ σαφές. Sed rẽ exploratius, ac certius cognoſcere volentes.

Ἔμβατον. τόπος τῆς ἐρυθραίας στφ.

Ἡμέραι δὲ μάλιστα κατειλημμένης. Dies, quo ad Embatũ delati ſint, erat ſeptimus poſt captã Mitylenẽ.

Πυθόμενοι δὲ. Cognita itaque re exploratius.

Ἐκ τῶν παρόντων. Pro ſtatu rerum illarum, id eſt, quid eſſet agendum, vt in malis.

Ἀλκίδα. Suadet, vt primo quoq; tempore priuſquàm ſuus aduentus diuulgetur, Mitylenæ aduolent. proponit facultatem: hoſtes (inquit) vrbe potiti nuper, remiſſis animis, & languidis agent cuF ſtodias: itaque incauti, & imparati facilè poterunt opprimi: nauales enim copiæ nihil tale cogitãt, ac ſperant: pedeſtres copiæ ſunt diſperſæ: Pelponneſios igitur ad rẽ adhortatur, à tẽpore, ſi noctu hoſtes aggrediantur, à perſona Mitylenæorum, quia (inquit) non deerunt qui noſtris rebus faueant.

Παρέσομεν. Retinet authoritatem.

D Πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι. Priuſquàm noſter aduentus diuulgetur. poetica locutio, aliquem fieri ἔκπυστον, pro, famam de aliquo emanare, efferri: L. V. priuſG quàm palam ſit quemadmodum apud nos agatur.

Ὥσπερ ἔχομεν. Id eſt nulla mora interpoſita.

Πολὺ τὸ ἀφύλακτον. Multam hominum in cuſtodiis negligentiam.

Καὶ πάνυ. Præcipuè à mari. Ἀνέλπιστοι: αὐτὶ τῆ οὐκ ἐλπίζουσι.

Η ἀλκὴ μάλιστα. Vires firmissimæ.

190.A Καταληφθῆναι αὐ τὰ πράγματα. Spero res occupari posse, id est, vrbem à nobis capi posse spero. L.V. optata consequamur.

Καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν. Neq; recusemus, horreamus periculum. Occurrit tacitis hominum cogitationibus: hoc nimis arduum, nimis periculosum est. λύσις. Noua ratio belli administrandi multa ad votum perficit.

Νομίσαντες. Existimantes nouas belli rationes nullas esse alias, quàm istas: cùm scilicet excogitatur aliquid prẹter vsitatā bellandi consuetudinem, quo hostis opprimatur. ἢ κατὰ τὸ χολ. Cùm repente noctu hostes inuaduntur præsertim incauti.

Τὸ κενόν. Inane, otiosum. τοῦ πολέμου, non probo hāc lectionem: præstat igitur alteram sequi, τὸ καινόν, τὸ καινοτομεῖν ἐν τῷ πολέμῳ.

Ο εἴτις στρατηγός. Quod vitiū si quis in hoste animaduertat, & accepta occasione eum aggrediatur, is rectè, & ex animi sententia plurima gerit. Exornatio: quemadmodum si ipse sibi caueat ab eiusmodi culpa, non offendit.

Ἄλλοι δέ τινες. Alij suadebant, vt vrbem aliquam Ioniæ occuparet, vnde duceret bellum, & Ioniam alienaret ab Atheniensibus: ita enim maxima vectigalia cum ipsis hostibus adempturum dicebat.

B Ἀποστήσωσιν. Solicitarent, vel impellerent ad defectionem.

Οὐδενὶ γὰρ. Id est, omnibus enim expetitum, & optatum eius aduentum esse.

Τὸ δὲ πλεῖστον τῆς γνώμης. Constituit potissimum, vel, maximè autem animo in eam sentētiam ferebatur, & inclinabat. L.V. suæque sententiæ plurimos è consilio socios habuit.

C Μυοννήσῳ. πόλις μεταξὺ τέω, καὶ λεβέδου. ἢ χωρίον. στέφανος.

Σαμίων τῶν ἐξ ἀναίων: ἢ σαμίων τι, καὶ ἀναιτῶν, ἢ σαμίων ἐξ ἀναίας. ἀναία πόλις Καρίας ἀπὸ Αμαζόνος ἐκεῖ ταφείσης. ἐντεῦθεν ἦν μενέλαος ὁ περιπατητικός. στέφανος. ὁ πολίτης ἀναίτης.

Οὐ καλῶς τὴν ἑλλάδα. Non belle eum asserere in libertatem Græciam: εἰρωνεία, βαρύτης. Vt significaret hoc turpe & fœdum esse iis, qui vindices libertatis existimabantur.

191.A Εἰ δὲ μὴ παύσηται. Proponebant incōmoda futura.

Ορῶντες γὰρ τὰς ναῦς. Ratio, & facultas, qua licuit Alcidæ tot captiuos habere.

Ελπίδα. In malam partem:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Virg. lib. 4. Æn.

Ἀπὸ δὲ τῆς ἐφέσου. Narrat Alcidam raptim Epheso discessisse.

B Φυγὴν ἐποιεῖτο. ἀντὶ τοῦ ἔφευγε. Nauigabat arrepta fuga, capessens fugam, fugiens.

Κλαρόν. Hic religiosissimè Apollo colebatur in finibus Colophoniorum.

Qui tripodas, clarij Lauros, qui sydera sentis.

3. Æn.

Δεδιὼς τὴν δίωξιν. L.V. Quæ ne se persequerētur ille veritus. F.P. Veritus insecutionem hostium, id est, ne hostes insequerentur.

Τῷ δὲ πάχητι. Docet Pacheta acceptis nuntiis de classe Peloponnesiorum cùm ab aliis, tum à Paralo, & Salaminia, quæ classem viderant, insecutum eam fuisse sed non assecutum.

C Λάτμου. Aliàs mons Cariæ. & fluuius Ciliciæ.

Ὡς δ᾽ οὐκέτι ἐν καταλήψει. Sed cùm nusquam appareret amplius, vt eum assequi posset.

Κέρδος δὲ ἐνόμισεν. In lucro posuit, quòd hostium classem non esset assecutus. ita enim illa se aliquo recepisset: ipse, vt eam vel oppugnaret, vel obsideret, non parum negotij, & sumptus suscepisset, βίαιος, καὶ παράδοξος ἔννοια.

Στρατόπεδον τι ποιεῖσθαι. Hoc de classe Peloponnesiorum intelligendum, & de copiis maritimis æquè, atque terrestribus dicitur.

Φυλακὴν σφίσι. Et materiam præberent sibi eos

B obsidendi, & stationes contra eos obtinendi.

Παραπλέων δὲ πάλιν. Cùm legeret oram mariti- D mē Asię, dū à persequendis hostibus reuerteretur.

Νότιον. Oppidum Colophoniorum, mari imminens, abest à vetere Colophone duo ferme millia passuum. Titus Liuius libr. 7. dec. iiij. Colophonem condidit Andremon Pylius. Strabo libr. 14. in principio.

Κατὰ στάσιν ἰδίαν. Per eorum seditionem ab altera scilicet factione.

C Εν οὖν τῷ Νοτίῳ. Hic narrat Thucyd. stratagema Pachetis vafrum, & astutum, quo cepit, ac delusit Hippiam quendam ducem Arcadum. Orta erat seditio inter eos qui Notium tenebāt: altera factio à Pissuthne impetrauerat auxilia Arcadum, & barbarorū, & potita oppido id tenebat: altera factio, quæ aufugerat, iam impetrat à Pachete auxilium: atque ita Paches euocato Hippia duce Arcadum ad colloquium, promittit fore, vt ipsum, nisi inter se conueniat, saluum, & incolumen in vrbē redu-

D cat. Ille accipit conditionē. egressum Paches iubet cōprehendi, & in custodia teneri: ipse oppidum ex improuiso aggressus, eo potitur: eo capto Hippiam reducit: comprehensum deinde in ipso oppido iubet interfici.

Εν οὖν τῷ νοτίῳ. Colophonem vrbem, quæ erat à mari remotior, occupatam à barbaris fuisse paulo antè demonstrauit Thucyd. Itaque Colophonios ad Notiū se recepisse: iam docet ortam seditionem ibi quoque inter eos, & alteram factionem intro-

E ductis barbarorum præsidiis, vrbe potitam fuisse: alteram factionē, quæ iam cesserat vrbe à Pachete impetrasse auxilium. 192.A

Διατειχίσματι. Murus, munitio intersepiēs vrbem, murus transuersus.

Οἱ μηδίσαντες. Ergo causa eorum non erat bona.

Οἱ δὲ ὑπεξελθόντες. Qui autem se subduxerant, & clam istis aufugerant.

Επάγονται. Asciscunt, accersunt.

Ο μὲν ἐξῆς. ἀσολοικοφανές, ἀντὶ τοῦ τὸν μὲν ἐξελθόντα. Alio-

F qui dicendum esset προσκαλέσαντος ἐς λόγους, &c, καὶ ὁ μὲν ἐξῆλθε. Vel τοῦ δὲ προσκαλεσαμένου ἐς λόγους, &c.

Κατατοξεύει. Sagittis confodit. B

Ο δὲ πάχης. Persequitur reliquias eius expeditio- C nis Atheniensium: narrat Pachetem redisse Mitylenem, & Pyrrham, & Eresum recuperasse. Salæthum cepisse: & Mitylenæos, quos asseruandos miserat in Tenedum, Athenas misisse.

Γνώμας ἐποιοῦντο. Sententias dicebant, consulta- D bant, aliàs significat habere in animo, καὶ γνώμην

G ποιοῦμαι, εἰ σοὶ δοκεῖ in Epistola Pauſ.

Καὶ ὑπὸ ὀργῆς. Et p̄ ira, & indignatione cēsuerunt.

Επικαλοῦντες: ἀντὶ τοῦ ἐγκαλοῦντες. Crimini dantes, 193.A vnde ἐπίκλημα, pro ἔγκλημα: σοφοκλ. οἰδίπ. τύρ. κ᾽ εἰ μὲν φοβεῖται τοὐπίκλημα. &c. Crimini dabant, quòd ipsi sine caussa defectionem fecissent, quòd accersitis auxiliis, & classe Peloponnesiorum Ionas etiam ad defectionem prouocassent.

Τὴν

Τὴν τε ἄλλην. Id eſt, ſuam, vt diſtinguat ab ea, ad quam Ionas prouocabant.

Οὐκ ἀρχόμενοι. Amplificatio, quia nullo ipſi præmebantur imperio.

Καὶ περὶ ξυμμαχίδων. Et quia claſſis Peloponneſiorum, quæ auxilium ferens in Ioniam penetrare auſa fuerat, motum illum non minimum adiuuit. παρακινδυνεύειν εἴς τινα τόπον, id eſt, μετὰ κινδύνου ἔρχεσθαι εἴς τινα τόπον. ἐπεὶ παρακεκινδυνευμένον, ἀεὶ στρ. βαρβάροις.

Οὐ γὰρ ἀπὸ βραχείας. Neque enim parua quædam ſpectaſſe videbantur, quum defectionem in animum induxerunt, ſed magna, & ardua.

Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις. L. V. ſubiit eos pœnitentia. F. P. vehementer eos pœnituit, & ſæuum admodum decretũ, & immane viſum eſt. τις. nunc auget.

B Ὡς δ᾽ ᾔσθοντο. Docet Legatos Mitylenæorum, qui aderant Athenis, re cognita, curaſſe, vt ad populum ea de re iterum referretur, idque facilè, impetraſſe.

Διότι καὶ ἐκείνοις. Quia & illis erat perſpectũ maiorem ciuium partem cupere, vt per aliquos fieret ſibi poteſtas, & daretur ſibi materia iterum de ea re deliberandi.

Καταστάσης. Coacta igitur ſtatim concione.

CLEONIS CONCIO.

C Πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε. Demõſtrauit ſuperius Thucydides populum Atheniẽſem feciſſe plebiſcitum de Mitylenæis ſæuum admodum, & immane. Huius autẽ Plebiſciti authorem Cleonem fuiſſe memorauit. Quare is ipſe Cleon, qui animaduertebat qua de cauſa coacta erat concio, & populi pœnitentiam cognoſcebat, prodiit in mediam cõcionem, vt plebiſcitum retineat, & ſuam authoritatem tueatur: ſuadet igitur, vt populus in priſtina perſtet ſententia, & minimè reſcindat plebiſcitum factum: proponit pericula, & incutit timorẽ: docet huiuſmodi vitia, leuitatem, inconſtãtiam, pœnitentiam, & miſericordiam, labefactare ciuitates, euertere reſpublicas, ſeueritatẽ, & pœnæ grauitatem in delinquentes, continere eas in officio, & fide: in eo denique totus eſt, vt deterreat populum à plebiſcito abrogando, & rapiat in inuidiam eos, qui fauebant Mitylenæis, & eorum eloquentiam, & ſordes vocet in ſuſpicionem.

Procœmium eſt ductum à re ipſa, qua de agitur, à pœnitentia populi, quam oſtendit detrimentoſam, & pernicioſam eſſe, potiſſimùm in ſtatu populari. Procœmium eſt plenum affectus, & terroris. minatur enim excidiũ ciuitati, ſi reſcindat Plebiſcitum. Cùm ſæpe aliàs ego ſtatum popularem minimè aptũ iudicaui ad imperium obtinendum, tum in hac veſtra de Mitylenæis pœnitẽtia palàm perſpicio.

Διὰ γὰρ τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἀδεές. ἀπολογία: nam quia vos in quotidiana, & mutua conſuetudine hic nullas inſidias timetis, idem continuò etiam de ſociis ſentitis. Illud latenter ſtruit, cauendum eſſe ab inſidiis ſociorum.

D Καὶ ἐς τοὺς ξυμμάχους τὸ αὐτὸ ἔχετε: τὸ αὐτὸ ἀδεές: eandem ſecuritatem, & animi tranquillitatem de ſociis habetis, id eſt, id eo etiam de ſociis minimè vobis timendum eſſe exiſtimatis.

Καὶ ὅ,τι ἂν ἢ λόγῳ. τὸ πλῆρες τῆς διανοίας. Atq; ita ipſis vel grauiſſimè delinquentibus ignoſcitis. Cur ita? vel eloquentia nonnullorum inducti, vel miſericordia adducti. At hoc periculoſiſſimum. Sed mira breuitate, & denſitate, ac rotunditate explicatum.

A Et quicquid vel eloquentia eorum adducti deliqueritis, vel miſericordia remiſeritis, id vos ſine periculo Reipub. & aliquo cum fructu facere putatis? ἐνδῶτε. αἰτιᾶται τῆς ἐνδόντες κατὰ ἐνδεχομένην.

Μαλακίζεσθαι. μαλακία. Vitium mulierũ prægnantium, quæ languentes modò hoc, modò illud appetunt, mollities animi, ignauia. μαλακίζεσθαί τι ἐς τινα. ἐπιθυμησις. 194.A

B Οὐ σκοποῦντες. Arguit populum imprudẽtiæ, qui non videat, & diſcernat quis ſit ipſe, qui ſocij: neque reputet ſecum odia, & inſidias eorum, qui parent in eos, quibus parent.

Τυραννίδα. Audacius. Libro ſecundo, non ita, in poſtrema oratione Periclis. Ὡς τυραννίδα γὰρ ἤδη ἔχετε αὐτήν.

Ἀρχομένους ἄκοντας. Cauſa inſidiarum.

C Οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε: quia dixit ἔχετε τὴν ἀρχήν, nunc addit eos obtinere in ſocios imperium non propter beneficia in eos collata ſuo cũ detrimento, ſed propter vim, & potentiam, qua illis longè ſuperiores ſunt. Locus inuidiæ eſt ex eo, quòd ingrati, & maleuoli ſunt.

Πάντων δὲ δεινότατον. Accuſat grauiter inconſtantiam, & leuitatem populi. καθεστήξει, conſtitutum fuerit.

Βέβαιον. Certum, & ſtabile.

D Μηδὲ γνωσόμεθα. Enthymema, quo per comparationem demonſtrat inconſtantiam eſſe rem malam, & pernicioſam. Præſtantior eſt ciuitas, quæ non bonis inſtitutis, ſed tamen perpetuò, atque conſtanter vtitur, ea, quæ bonis legibus adminiſtratur, ſed non perpetuò, neque conſtanter iis regitur.

Ἀμαθία τε. Enthymema alterum. Melius eſt imperitia cõiuncta cum modeſtia, quàm peritia cum petulantia. B

E Οἵ τε φαυλότεροι. Commoratio: Imperiti homines plerumque melius adminiſtrant Reſpublicas, quàm periti: Audax & παράδοξος eſt hæc ſententia.

Ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσι. Quaſi non relinquatur illis locus in rebus grauioribus, vbi oſtentent vim ſui ingenij. τὴν γνώμην, id eſt, τὴν ξύνεσιν.

Ἀμαθέστεροι μέν. Cedunt ſapientiæ, & ſuã imperitiam agnoſcunt, & damnant, neq; audent ſententiam illorum oppugnare, qui rectè conſulunt.

F Κριταὶ δὲ ὄντες. Itaque rectè adminiſtrant plerunque Rempub. quia ſunt rerum æqui æſtimatores potius, quàm concertatores. id eſt, quia de rebus rectè iudicant, non altercantur inter ſe, neq; contendunt. C

Ὡς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς. Redit ad cauſam. nos etiam eodẽ modo decet agere, & vobis perſuadere, quæ vera, & recta ſunt, non eorum contraria, vt eloquentiam, & prudentiam noſtram oſtentemus. 195. A

Παρὰ δόξαν. Aliud, quàm quod ſentimus.

Ἐγὼ μὲν οὖν. Iam demõſtrat quinam eſſent illi qui erant authores huius leuitatis, & inconſtantiæ. &

G qui de Mitylenæis deliberãdum denuo cenſebant.

Τῶν προθέντων. Qui retulerunt iterum.

Ὁ γὰρ παθών. Qui enim læſus eſt, languidius, & remiſſius vlciſcitur eum, à quo læſus eſt.

Ἀμύνεσθαι δὲ τῷ παθεῖν. L. V. In vlciſcendo enim cùm recẽtiſſima offenſa eſt, tum maximè par ſupplicium ſumimus. F. P. In vlciſcendo enim cùm

offensa recentissima est, tunc si pœna etiam statim sequatur, solet esse acerbissima.

Θαυμάζω δέ. Deterret eos, qui erant dicturi pro Mytilenæis, & vocat in suspicionem nimiæ eloquentiæ, & corruptelæ.

Τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφοράς. Nostros rerum successus, vel nostros autem casus.

Τὰς μὲν μιτυληναίων. Relicta & iniuriæ Mitylenęorum esse nobis vtiles: inuidiosè hoc dictum: αἱ τῶν, hæc delicta nobis non esse detrimentosa. τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφοράς. nostros autem casus non afferre detrimenta, & calamitates sociis.

Ὡς οὐκ ἔγνωσαι τὸ πάνυ δοκοῦν. Quod non senseritis id, quod maximè sensistis de Mitylenæis: dicent enim, quasi diceret; nos non adeò esse crudeles, nec vnquam hoc fuisse animo, sed ab aliis inductos in hunc errorem. προκατάληψις.

Ἐκπονήσας. Elaborata specie orationis.

Ἡ δὲ πόλις. deterret ab audiendis eiusmodi authoribus sententiarum, propositis incommodis, quæ consequuntur. Alij habent præmia horum certaminum, vobis pericula relinquuntur. ἀγῶνας. Iam μεταφορικῶς vocat actiones eiusmodi Rhetorum.

Ἀγώνων. Quasi res non seria, sed ludicra agatur ab iis, qui ita agunt cum populo, ita dixit ἀγώνων. ἀναφέρει. Sustinet.

Αἴτιοι δ' ὑμεῖς. ἐπίπληξις. Increpat grauius Atheniensem populum, qui audiat tales homines, & peruertat rerum ordinem, quarum enim spectator esse debet, earum est auditor, quarum verò auditor, earum est spectator.

Ἀγωνοθετοῦντες. ἀγωνοθέται. Præfecti ludorum, & certaminum, præsides, & iudices, vt est Achilles in ludis funebribus Patrocli, libr. 23. Iliados. hinc ἀγωνοθετεῖν verbum præesse ludis: sed iā metaphoricè pro perperam cōstituere huiusmodi certamina, & altercationes.

Θεαταὶ μὲν τῶν λόγων. Præposterè scilicet, accusat populum, quòd concione abutatur, vt theatro: quod à bello abstineat, & quæ ibi gerantur non aspiciat, domi sedeat, & audiat Rhetoras, qui ei imponūt, &c. huiusmodi castigationū populi sunt plenæ Philippicæ Demosthenis.

Τῶν λόγων. Huiusmodi altercationum. ἀπὸ τῶν καλῶς ἐπιτιμησάντων.

Τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα. Adeò estis stupidi, vt patiamini vobis imponi, & persuaderi incerta esse certa, contrà verò certa esse incerta: futura posse fieri creditis inducti speciosa oratione nonnullorum: præterita, & gesta incerta esse, territi oratione eorum, qui vos increpant.

Καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου. Noua populi vitia exponit: nouarū rerum studiosum eum dicit: & earum nouitate facilè capi: alterum curiosi, alterum stulti vitium est. Congeries vitiorum popularium.

Ἀεὶ σοὶ αἰτία τοῖς οἰκεῖοι μάλιστα, ἐπιτηδειότατοι.

Μετὰ δεδοκιμασμένου. Cum vera, spectata, & probata oratione: Veram autem, & spectatam, probatamque orationem sequi non vultis. δοκιμάζειν τὸν χρυσὸν τῷ πυρί. τοὺς φίλους ἐν ταῖς δυστυχίαις.

196. A Δοῦλοι ὄντες. Sectantes insolita. vel insolentiæ serui: rerum vsitatarum contemptores. leuitatem popularem arguit.

Καὶ μάλιστα μὲν αὐτός. Ambitio. Vnusquisque vestrum eloquentiæ laude florere, & dicendæ sententiæ facultate præstare vult: si hoc assequi non possit, vos, qui excellunt hac re oppugnat vt videatur ipse quoq; esse aliquid, vel ne aliis inferior esse videatur. Arrogantia.

Μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι. Ὡς εἰ μὴ δοκεῖν ἀκολουθῆσαι τῇ γνώμῃ ὕστεροι. Ne videamini eorum sententiam secuti esse inferiores.

Ὀξέως δέ τι λέγοντος προεπαινέσαι. Codices H. St. habent coniunctum hoc membrum cum superiore. Aldini codices coniungunt cum sequētibus: quam scriptionē ego quoq; sequor, & probo: Vt sit sensus, propensi, & parati ad laudandum eum, qui aliquid acutè dixerit, & ad percipienda ea, quę dicuntur. πρόθυμοι δὲ προεπαινέσαι.

Καὶ προνοῆσαι βραδεῖς. Sed tardi ad rerum earum euenta prospicienda: prouidentię autē, & prudentiæ est, rerum euenta præuidere maturè.

Ζητοῦντές τι. Accusat populum, vt rerum nouarum studiosum: alium rerum statum (vt ita dicam) quærentes, quàm sit is, in quo viuimus: quanuis ne hunc quidē satis bene cognoscatis; & quasi Athenienses præsentē rerum statum fastidirent, vt nouas res quærerent, ita loquitur Thucydides.

Ἁπλῶς τε. Denique voluptati aurium seruitis, & estis similes potius spectatoribus, qui sedent, & audiunt Sophistas, quàm viris, qui de Repub. consultant.

Ὧν ἐγὼ πειρώμενος. A quibus vitiis. accedit iam ad causam, & dicit sententiam: ait Mitylenæos grauissimè peccasse erga populum Atheniensem, itaque grauissimo supplicio esse afficiēdos. auget verò & amplificat eorum peccatum.

Ἐγὼ γάρ. Probat: quia neque periculis territi hoc fecerunt, & liberi, ac sui iuris erant, sed αἰτιολογικῶς rē tractat nullas habebāt causas defectionis: plures habebant ferendi vestri imperij: nam si habuissent, venia illis danda esset: itaque, quasi diceret, ferre facilè poterant vestrum imperium.

Νῆσόν τε οἵ τινες ἔχοντες: Sed cùm nullas habuerint: &c. Sed vtitur enumeratione partium: non metu coacti, atque impulsi sunt. Cur ita? quia insulam incolunt. Habent vrbem munitam mœnibus: habebant classem: erant liberi, & sui iuris.

Οὐκ ἀφάρκτοι. Erant muniti classe contra hostes. ἀφάρκτοι. non septi, non muniti.

Ἀπόστασις μέν γε. Obiter definit quid sit rebellio: est defectio ab iis, qui vim afferunt. ἐπιμβολή.

Ἐζήτησαν δέ. Idque egerunt, vt &c. ζητεῖν, studium, diligentiam, interdum significat, ne dum indagationem, & quæstionem. L. V. captarunt.

Σταίντες μετά. Iunctis opibus cum iis, qui capitales hostes sunt.

Καί τοι δεινότερον. δείνωσις: Amplificationum locis vtitur: & incendit animos auditorum adhibitis facibus quibusdam inuidiæ, quòd non per se nocere voluerint, sed coniunxerint vires cum hoste atrocissimo, quod longè grauius. σύγκρισις.

Παράδειγμα δέ. Alter amplificationis locus, quòd malis alienis non fuerint cōtenti, neq; documentū cœperint ex aliorum calamitate, vt abstinerent peccato, hæc sententia coniungenda cū superiore ita, ἐζήτησαν τε, παράδειγμα δέ. Amplificationes hæ positæ sunt in rebus: alię. n. in verbis. Cic. partit. 234.

Οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία. Alter amplificationis locus: non mouit eos neque exemplum alienæ calamitatis, neque periculum amittēdæ suæ felicitatis.

Παροῦσα εὐδαιμονία. Florentissima fortuna, qua vtebantur.

Παρέν-

Παρέχεν ὄκνον. Attulit cunctationem. id est, deterruit ne in pericula venirent.

197. A Γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον. Alij loci amplificationũ: à temeritate eorũ, quòd maiora sperauerint, quàm quæ præstare poterãt, quòd armis, quã iure disceptare maluerint. γίγνεται θρασεῖς πρὸς τὸ μέλλον. Sperare temerè. θουκυδίδειον. sperato temerè rerũ successu.

Καὶ ἐλπίσαντες. ἐπεξήγησις. μακρότερα τῆς δυνάμεως, hoc est temeritatis.

Ελάσσω τῆς βουλήσεως: Hoc est odij. minora quàm cupierint: Locus inuidiæ.

Ισχὺν ἀξιώσαντες. Armis potius quàm iure disceptandum iudicantes.

Εν ᾧ γὰρ ᾠήθησαν. Quo consilio censuerint armis potius q̃ iure disceptãdum declarat, quia persuasi erant de victoria: locus inuidiæ, & amplificationis.

Ουκ ἀδικούμενοι. Repetit superiorem locum causarum, vt augeat inuidiam.

Εἴωθε δὲ. Locus ab insolentia: vsu venire solet, vt fortunatæ, ac beatæ ciuitates, illæ præsertim, quibus fortuna hæc nuper, & insperatò accidit, ad insolentiam se conuertant.

Τὰ δὲ πολλά. Exornatio à loco contrariorum: ea verò hominum fortuna, quæ est rationi conueniens, est firmior, & diuturnior, quàm ea, quæ insperata venit.

Τὰ πολλὰ εὐτυχοῦντα. αὐτὶ τὸ αἱ εὐτυχίαι τῶν πολλῶν ἀνθρώπων. ἢ αἱ πολλαὶ εὐτυχίαι.

B Καὶ κακοπραγίαν ἀπωθοῦνται. Ad ciuitates fortunatas ex insperato referendum. Commoratio. Et facilius aduersam fortunam propulsant, quàm secundam tuentur.

Χρῆ δὲ μυτιληναίους. βαρύτης. Castigat obiter populum, qui plus honoris habuerit Mitylenæis, quàm par erat, quasi diceret, quanquam non solùm eorum culpa, sed nostra etiam hoc accidit.

Ες τόδε ἐξύβρισαν. Eò petulantiæ progressi essent, erupissent. Δημοσθ. εἰς τοῦτο μοχθηρίας ἥκει τὰ πράγματα.

Πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως. Locus communis: Solent homines contemnere eos, à quibus coluntur, admirari eos, à quibus non ita coluntur.

Τὸ θεραπεῦον. αὐτὶ τὸ, τοὺς θεραπεύοντας.

Κολασθήτωσαν δὲ καὶ νῦν. Efficit supplicio afficiendos esse. Plectantur supplicio.

Αξίως τῆς ἀδικίας. Pro magnitudine iniuriç.

Προστεθῆ. Imputetur, tribuatur.

C Οἷς γ᾽ ἐχρῆν. Prçscribit, officium, quo vti populum oportuerat. hoc factum oportuerat, & non est factum: illud non oportuerat, & tamen est factum.

Τῶν τε ξυμμάχων σκέψασθε. Incõmoda futura proponit, si Mitylenæi nullo supplicio afficiantur: omnes (inq̃t) socij, vel leui occasione deficiẽt à nobis.

Τὰς αὐτὰς ζημίας. Id est, si iisdem pœnis afficiatis eos qui sponte, & eos, qui coacti defectionẽ à nobis fecerunt. καταχρηστικῶς ἡ ζημία nunc posita.

Τίνα οὖν τινα. Vt Cicero in oratione de Prouinciis consularibus. Vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum habrenet. κατ᾽ ἀριστοκράτους. θεσσαλοὶ δὲ οὐδένα πώποτε οὐτινα οὔ.

Ελευθερώσεις· αὐτὶ τὸ, ἐλευθερία. i. libertas, vel facultas libertatis adipiscendæ.

Η κατορθώσαντι. Vel si prospere res cedat, σφαλέντι, si labatur ἢ μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον, οἰκῶς, nihil atrocius sit ei euenturum.

Ημῖν δὲ. Collatio. Sociis aut nihil mali, aut certè non ita graue, & atrox est euenturum) (nobis contrà. nam & fortunæ, & salus nostra in summum

A discrimen vocabitur à singulis ciuitatibus. ἀποκεκινδυνεύσεται ἡμῶν, αὐτὶ τὸ ἡμεῖς, id est, nos fortunarũ, & salutis periculum subibimus.

Καὶ τυχόντες μὲν. κατορθώσαντες. Re feliciter gesta. Et re D prospere gesta, paruos, & fere nullos fructus percipiemus: gesta non prosperè, nouos hostes habebimus.

Εφθαρμένην. Profligatam, opibus exhaustam.

Καὶ ὃν χρόνον. Et quo tempore gerendum erit bellum aduersus hostes, & aduersus socios pugnandum nobis erit. 198. A

B Ουκουν δεῖ προθεῖναι. Conclusio: ergo tollenda est spes veniæ impetrandæ vel precibus, vel pecunia.

Πιστήν. πιστός. fidelis, & qui fidem præstat, & cui fides habetur: spectatę fidei: Iam πιστὴν, probabilem, quę possit persuadere, & μετωνυμικῶς tribuitur spei, quod diceñti tribuendum: spem fore, vt vobis persuadeant oratione probabili.

Ανθρωπείως. humanitùs.

C Ακοντες μὲν γὰρ. Quia volentes, & sponte, non inuiti iniuriam nobis fecerunt, deliquerunt. Venia verò datur iis, qui inuiti peccant.

Inuitus Regina tuo de littore cessi.

6. Æneid. 126. 20. Æneas est, qui loquitur. ἄκοντες) (εἰδότες.

Εγὼ μὲν οὖν. ἐπίλογος totius causæ habens amplificationem. Auget atrocitatem delicti Mitylenæorum: ait neque misericordia, neq; humanitate vtendum esse erga eos, neque audiendos eos, qui pœnam deprecaturi erant.

Διαμάχομαι. Digladior, id est, contendo. B

Ελεός τε γὰρ. Misericordia debetur misericordibus, ἐκβολὴ ἐλέου. In distributis supposita ratio.

Αντιδίδοσθαι. Dari vicissim, vt debitum.

Εξανάγκης. Quia ἄρχονται ἄκοντες.

Οἵ τε τέρποντες. Eleuat patronos Mitylenæorum, & vocat in suspicionem, & inuidiam: criminatur eos in re grauissima, & in qua salus Reipublicæ agitur, ludere quodammodo, & ostentare suam eloquentiam.

E Αγῶνα. Campum, materiam ostentandæ suæ eloquentiæ.

Τοῦ εὖ εἰπεῖν. Ex bene acta causa) (εὖ παθεῖν, ipsi bonam pecuniæ summam absportabunt. ob bene actam causam bonam pecuniæ summam domũ referent. i. suæ facundiæ præmia ingentia referent. C

Οὐδὲν ἧσσον πολεμίοις. Commoratio.

F Εν δὲ ξυνελών. Si meam authoritatem sequamini, pro eo, ac meruerunt, Mitylenæos tractabitis, & Reipublicę vestræ vtilitatibus prospicietis, sin minus, illis quidem nihil estis gratificaturi, vobis verò ipsis maximum præiudicium feceritis. L.V. refert vtcunque ad Mitylenæos.

Δικαιώσεσθε. Iã pro damnabitis: in sacris literis significat pronuntiare iustum, id est, Pronunciabitis sententiam, qua significabitis vos non legitimè illis præesse.

Οὐ χρεὼν. αὐτὶ τὸ, οὐ προσήκοντος ὑμῖν: Vt δόξαν & ἄδηλον ὄν· αὐτὶ τὸ δόξαντος, καὶ ἀδήλου ὄντος.

G Εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον. A loco contrariorũ δὲ ὑποθέσεως argumentatur, & docet suppliciũ omnino sumendum esse de Mitylenæis, fac vos præesse sociis cõtra ius, & fas, tamen & sic sumendũ est suppliciũ de Mitylenæis, quia vobis expedit. βίαιον quasi diceret. fac vos Tyrannidem in socios exercere, non iure aliquo præesse, tamen hoc ipso nomine sumendum est supplicium de Mitylenæis. 199. A

H περὶ αὐτῆς ἀρχῆς. Aut deponendum imperium, & danda vobis opera, vt viros bonos sine periculo agatis.

Τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ. Instat, & vrget, vt Athenienses capitali supplicio afficiant Mitylenæos, qui voluerint euersam Rempublicam Atheniensium. Par autem pœna referenda illis est, nec remittendum de seueritate, acerbitateque vobis, qui eorum insidias vitastis, quas nisi vitassetis, crudelissimè ab illis accepti fuissetis.

Αμύνασθε) (προϋπάρχειν paulò post, prouocare) (respondere. Lacessere) (vlcisci. μὴ δὲ φανῶσι, neq; constet vos, qui, &c.

Ανάλγητότεροι. Minus crudeles, & immanes. Ανάλγητος, qui non sentit dolorem, qui non tangitur dolore, qui nullo mouetur sensu, & affectu; sed est duro, & præfracto, rigidoque animo. ἐνθυμηθέντες. Cogitantes, vobiscum reputantes.

Αλλ' οἱ τι καὶ προϋπάρξαντες ἀδικίας. ἐνθύμημα: qui lacessunt iniuria, crudeliores sunt iis, qui lacessuntur, quia intelligunt se sine causa fecisse iniuriam: itaque pœnam veriti ab iis, qui remanet, si qui forte remanet, eos etiam de medio tollere conantur, ne vindicem relinquant sui sceleris, itaque crudelissimi existunt. Homerus, Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱὲς καταλείπει. Stultus qui patre cæso filiis tamē parcit. κρατήσαντας. Deuictis vobis.

Επεξέρχονται. Ad internecionem vsque grassantur, ad extremum crudelitatis genus præcipites aguntur. ἐπεξέρχεσθαι. Vocare in discrimen, creare periculum. διόλλυνται. Incrementum.

B Μὴ ξὺν ἀνάγκῃ. Sine causa, à quo non oportuit.

Τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ. Quàm in iustum hostem. Qui enim lacessitus est iniuria, à quo non oportuit, is esse solet acerbior periculo vitato, quàm in iustum hostem. ξὺν ἀνάγκῃ) (ἀπὸ τῆς ἴσης.

Μὴ οὖν προδόται. Quare hosti referatis parē gratiam, neque vos ipsos prodatis, id est, nolite vobis ipsis deesse, & cōtra vos ipsos rescindere decretum factum. Absolutionem autem Mitylenęorum, vel certè supplicij remissionem appellat per amplificationem, proditionem sui, subindicans quicquid commodi concessum fuerit Mitylenæis, id omne redundaturum in infortunium, & calamitatem ipsorum Atheniensium.

Γενόμενοι δ' ὅτι ἐγγύτατα. ὑποτύπωσις. Sed eos vlciscamini, considerantes attentissimè, & ante mentis aciem vobis proponentes cladem, quam vobis attulissent, si res ipsis successisset: & studium, quo in potestatem vestram eos redigere studetis, magnitudo sceleris Mitylenæorum postulabat pœnæ magnitudinem: eadem sceleris magnitudo faciebat, vt Athenienses cuperent vehementissimè Mitylenæos in suam potestatem redigere, vt eos pro sceleris magnitudine vlciscerentur.

Μὴ μαλακισθέντες. Non emolliti, id est, ad lenitatem, & misericordiam nō conuersi ob præsentem eorum fortunæ statum.

Αὐτίκα. τὸ αἰσχρόν. A momentanea fere pœnitentia, quæ habet turpitudinem.

Μὴ δὲ τ ἐπικρεμασθέντος. Repetit, & inculcat periculi magnitudinem: neque obliti vnquam periculi creati.

C Ησσον τῶν πολεμίων. Non pugnabitis, id est, non geretis bellum cum sociis, neglectis hostibus, id est, non cogemini bellum transferre ab hostibus, in socios. τὸ συμφέρον.

DIODOTI CONCIO.

200. A Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην. Hæc concio est aduersaria superiori. Dicit enim Diodotus sententiam contra Cleonem, & refutat eum. Cleon erat author, vt pœna capitali animaduerteretur in omnes Mitylenæos: Diodotus contendit, vt non in omnes, sed tantùm in authores ipsius defectionis habita quæstione, & re cognita animaduertatur. Cleon nitebatur æquitate, & iure, par pari referendum esse censens, & crudelitatem crudelitate compensandam. Diodotus negat summo iure esse cum sociis agendum, quia quamuis æquum sit, tamen non expedit Reipublicæ, genus enim humanum ita natum esse dicit, vt nulla pœnæ, nulla supplicij magnitudine, ac atrocitate à peccatis, & flagitiis deterreatur. Atque hic tractat fusius locum communem de vi peccati, de infirmitate generis humani, quod propensum est, & facile ad lapsum: omnino causam suam tuetur vtilitate cōtra æquitatem. Cui admiscet illum locum, qui & ipse ad vtilitatem refertur, nō esse adimendam sociis spem veniæ impetrandæ, si, cùm defecerint, & lapsi fuerint, resipiscant, & ad sanitatem reuertantur. Hoc enim ni fiat, futurum demonstrat, vt quæcunque ciuitas defectionem fecerit, nunquam ad deditionem veniat: sed extrema quælibet potius perpetiatur. Contrà verò, si post defectionem factam, agnita sua imbecillitate, resipiscat, & intelligat sibi non esse præclusum aditum ad eos, à quibus defecerit, fore, vt magna cum vtilitate Reipublicæ sese ei coniungat, belli persoluat sumptus, & in posterum pendat tributum. Quòd si grauius, atque atrocius in vniuersam ciuitatem animaduertatur, fore ostendit, vt multitudo, quæ statum popularem probat, & quæ fauet rebus Atheniensium, alienetur, & ex amica inimica fiat, &c. Pauci autem, & nobiles, qui paucorum dominatum sequuntur, adiuncto sibi præsidio populi, lōgè firmiores, potentioresque fiant. Hoc verò pestiferum, atq; perniciosum Reipublicæ fore docet.

Illud autem notandum est, Diodotum non solùm loco vtilitatis niti, sed etiam loco æquitatis, quemadmodum Cleon nō æquitatis tantùm tractauit locum, sed etiam huic admiscuit vtilitatem. Docuit enim æquū esse, vt Mitylenæi pro suo scelere capitis pœna plectātur. Et hoc ipsum dixit fore vtile Reipub. Cæteros enim socios exēplo Mitylenæorum territos in fide, & officio permansuros. eodē modo Diodotus docet in primis, & potissimum non expedire, neque esse vtile Reipublicæ, vt acerbè, & atrociter statuat de sociis: huic vtilitatis loco admiscet illū æquitatis: iniquum esse omnes plecti, cùm non omnes, sed nobilitas tantùm, & factio potentiorum peccauerit.

Prooemium est ductum à personis, & earum laudatione, ac vituperatione: laudat enim eos, qui Mitylenęorum causam in consultationem iterum reuocarunt, vituperat eos, qui rem istam improbant, id est, Cleonem aduersarium, cum quo statim in ipso aditu causæ congreditur, & lacessit ad pugnam: Et quemadmodum ille in suspicionem, & inuidiam Patronos Mitylenæorum vocauerat, ita etiam hîc iisdem armis aduersarium oppugnat: rapit eum in inuidiam, cùm dicit eum per imprudentiam, & dementiam suadere populo, vt maximis, grauissimisq; de rebus præcipitanter statuat: voca

vocat in munerum, & corruptelæ suspicionem, cùm eũ quæstu aliquo inductum id facere criminatur.

Est igitur mixtum hoc prooemium ex laudatione, & vituperatione. Laudat eos, qui de Mitylenęis iterum retulerunt: vituperat Cleonem, qui nolebat res in consultationem reuocari.

Προθέντας. περὶ θεῖναι γνώμην. πρὸς τὸ, οὐ θαυμάζω μὲν τ προθέντων αὖθις περὶ μιτυληναίων λέγειν.

Διαγνώμην. Pro γνώμην.

Τοὺς μεμφομένους μὴ βουλεύεσθαι: eos, qui dissuadent frequentem consultationem iisdem de rebus.

Νομίζω δὲ. Sed existimo duo illa impedire maximè rectam consultationem: sed bonæ consultationi duo illa maximè contraria iudico. πρὸς τὸ, πάντων δὲ δεινότατον εἰ μηδὲν ἡμῖν βέβαιον παθεστήξει, ὧν ἂν δόξη πέρι.

Ὧν τὸ μὲν. Quorum alterum coniunctum cum amentia solet esse: alterum cum imperitia, & consilij tenuitate.

Τὸ μὲν, ἡ ὀργή, τὸ δὲ, τὸ τάχος. χιασμός. Qui enim rectè consultaturus est, is & tardius, & animo æquo facere hoc debet.

Ὀργή. Nam ira furor breuis est.

Τούς τε λόγους. Et qui negant res oratione, atq; verbis doceri, & percipi, vel insani sunt, vel quia hoc ipsis expedit ita agunt. πρὸς τὸ, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, &c. περιφραστικῶς.

Διαμάχεται. Digladiatur. contendit. criminosè, & inuidiosè ita dixit: nam Cleon id non reprehendebat, sed illud, quòd populus delectaretur inani eloquentia, eique daret operam, & aures hominibus disertis, qui deinde quæstum ex ea re faciebãt, facilè præberet.

Ἀξύνετος μὲν. ἐπαίνοδος. Explicat se ipsum. incerta enim, & obscura oratione demonstrantur, & in lucem proferuntur. Vocat autem incerta, & obscura, rerũ de quibus deliberabatur, euentus: & commoda, & incommoda consecutura.

Τὶ αἰσχρόν. Vt capitali supplicio in totam ciuitatem animaduertatur, id, quod est vobis, quasi diceret, inusturum maximam ignominiæ notam.

Εὖ διαβαλεῖν. Probè criminando.

Εὖ εἰπεῖν. Non absolutè, sed pro rei dignitate: appositè, bellè disserere.

Χαλεπώτατοι δὲ οἱ. Illi etiam grauissimi, & infensissimi sunt, qui corruptelam obiectant, & tamen eius causa diligentiam adhibent in excolenda oratione, quò facilius videlicet auditoribus imponant, fucumque faciant. Conquestio.

Ἐπίδειξίν τινα. πρὸς τὸ, ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας, παράγειν πειράσεται. καὶ τὸ, αὐτοὶ δὲ οὐκ ὀκνῶ εὖ εἰπεῖν, τὸ εὖ παθεῖν ἀντιλήψονται. Diodotus antè quàm ad causam accedat, tollit impedimenta omnia, crimina scilicet, & suspiciones, in quas vocatus à Cleone fuerat, vt sublatis huiusmodi difficultatibus, quibus animi plebis obsessi tenebantur, facilius deinde suas ipse opiniones inserat.

Ἀποχωρεῖ. Vt faciunt, qui victi discedunt.

Ἀδικίας δὲ ἐπιφερομένης. Duo mala iuncta maius malum, quàm vnum simplex.

Ἥ, τε πόλις οὐκ ὠφελεῖται. αἰτιολογία. Vt perniciosos ciues hos tales criminatur, qui consultores adimunt Reipubl. deterret populum Atheniensem ab eo audiendo, proposito incommodo subsecuturo.

Ἐλάχιστα γὰρ. Minimè enim in errorẽ inducerẽtur.

201.A Χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀγαθὸν πολίτην. Atqui oportet bonum ciuem non terrendo aduersarios, sed ex æquo disputando obtinere sententiam: præscribit officium boni ciuis in libera ciuitate, vbi iuris æquabilitas est.

Τὴν δὲ σώφρονα πόλιν. Præscribit etiam officium ciuitatis bene constitutæ, & sana mente præditæ. Docet non debere eã bonos consultores nimium extollere, sed tamen non deprimere: non bonos, non solùm nulla pœna, sed ne vlla quidem ignominia afficere.

Σώφρονα. Sapientem) (ὑβριστής, ἀκόλαστος, ἄφρων.

Τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι. Optimo consultori, prudentissimo.

Μὴ προστιθέναι. Eum honore non augere non addere honorem, ne scilicet oblata facultate iuris æquabilitatem transeat.

Ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης. De iusto honore nõ detrahere. ὑπάρχουσα τιμή. Iustum pretium. τὸ γιγνόμενον.

Οὐχ ὅπως ζημιοῦν, Supple. μὴ ex sequenti mẽbro. Sophocles in OEdipode Tyr. ἄρ' ἔφυν, ἄρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; Sic igitur accipiendum, οὐχ ὅπως μὴ ζημιοῦν.

Οὕτω γὰρ. Proponit commoda futura, si talis adhibeatur moderatio. Ita enim qui prẹstat in dicendis sententiis nihil aliter, quàm sentit, neq; ad gratiam quidpiam aget, spe scilicet honorum ampliorum, & qui non prẹstat, non studebit cõciliare sibi multitudinem, obsequens ei in re quapiam eadem ratione.

Ὧν ἡμεῖς. Accusat & ipse populum, sed modestè. σύλληψις ἡμεῖς, correctio.

Καὶ προσέτι. Castigat præterea populum, & obiicit ipse quoq; vitiũ, quo laborabat ciuitas, Cleonem imitatus. Siquis in sordium suspicionem vocetur, ei quanuis optimè & sentiat, & consulat, tamen non assentimur.

Καθέστηκε δὲ. Solet autem vsu venire, moribus est receptum, vt bonæ, & salutares sententiæ, quæ dicuntur ex improuiso, non minus sint suspectæ, quàm improbæ, & capitales. Sententia τῆς δινότητος vix probabilis: itaq; plures affert probationes. Ἀπὸ τοῦ εὐθέος: διόρθωσις τοῦ παραδόξου.

ὥστε δεῖν. Consequentia incommoda.

Μόνην τε πόλιν. Sola Respub. & libera ciuitas ea est, in qua nemo bene de ea mereri palàm, & sine dolo potest. Probat τὸ ἀπάτη.

Περινοίας· αἰτία τῆς ὑπονοίας, Suspiciones. χολ. περιεργίας, præstigias. L. V. vel περινοίας vocat opinionum varietatem, & nimiã solertiam, atq; vafrum commentum. est autem vocabulum Thucydideum.

Ἐκ τοῦ προφανοῦς. Apertè, sincerè) (μὴ ἐξαπατήσαντα.

Ἀνθυποπτεύεται. In suspicionem incidit quæstus obscuri.

Χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα. Redit ad institutum magisterium. Et statuit officium consultoris, vt populum quasi discipulũ in officio contineat: boni consultoris est plus prospicere, quàm faciant ij, quibus consulit. Non, quasi diceret, metu cæteros à sententiis dicendis deterrere.

Πρὸς τὰ μέγιστα. Pro magnitudine eorum, quæ aguntur, probatio à rei magnitudine.

Καὶ ἐν τῇ τοιᾷδε. ἐν ταῖς τοιαύταις περινοίαις: Inter istiusmodi ingenia tam suspiciosa. A persona populi Athen. & dignitate Imperij.

Ἀξιοῦντι. αἰτία τοῦ ἀξιώματι. tantique momenti

L.V. vel sic appellat τὴν ἀξίωσιν, id est, opinionem, qua voce Thucyd. supra est vsus. opinionem autem intelliget, quam Pop. Athen. de suis cōsultoribus habebat. de qua pluribus antè actum.

Τῶν δ' ὀλίγου. διορθώσεις.

Ἄλλως τε καί. Confirmat rem: quia cogimur reddere rationem, &c.

Ὑπεύθυνον. εὔθυνοι, quæstores repetundarum.

Τὴν παραίνεσιν. αὐτὴ τε, τὴν συμβουλήν. Sed est verbum lenius, præsertim cùm nos, qui damus consilium, cogamur reddere rationem vobis, qui accipitis, & qui iudicio obnoxij non estis.

Πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. Id est, ὑμᾶς τοὺς ἀκροατάς.

Εἰ γὰρ ὅ, τε πείσας. Obiter docet nō alienum à Republica futurum fuisse, si ipse etiam populus redderet rationem. Ratio: quia, si æquè vos mulctaremini, atque alij, grauius, & prudentius disceptaretis: atque ita arripit occasionem castigandi iterum populi, qui propterea, quòd nihil timet, sæpius in rebus iudicandis labitur: effundit autem suam iracundiam non in ipsum populum, sed in eos, qui dixerunt sententiam.

Πρὸς ὀργὴν ἣν τινα τύχητε. quolibet animi motu, ad quemlibet animi motum: τύχητε. vim habet indefiniti.

Ὡς ἐλυπνοῦν. οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους πολεμεῖν.

202.A Ἐγὼ δὲ παρῆλθον. Accedit iam ad causam, sed cautè, & pedetentim ingreditur. Dicit se prodiisse non vt Mitylenæos tueatur, & Cleoni aduersetur, neque tamē, vt oppugnet eos, sed vt causam agat publicam.

Οὔτε ἀντερῶν. Minus quàm συνηγορήσων, negat se venisse patronum Mitylenæorum, vt vitet populi clamores orationi suæ contrarios.

Ἀδικίας. facinore. vt scil. quæratur magnum, an paruum, capitale, an pecuniarium sit.

Ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. Sed de vtilitate nostra. vt nobis rectè consulamus.

Ἤν τε γὰρ ἀποφήνω. Confirmatio ἐξ ὑποθέσεως. Nam quamuis illi capitali supplicio afficiēdi meritò sint, tamen id ego nunquā suaserim, nisi sit ex vsu Reipublicæ. Et si veniæ aliquid mereantur, eam tamen dandam non censuerim, nisi expediat rebus nostris. ἡ πρότασις. Capitis supplicio non sunt afficiendi ratio, quia hoc est contra Rempub. Sed διαπορηματικῶς res tractatur.

Εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο. Reticuit τὸ συγγνώμην δοῦναι κελεύσω, vt vitaret fortasse populi offensionē.

Καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα. ἀγῶν. Argumentatio: iam congreditur cum Cleone, & cum eo luctatur. Cleon dixerat, καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις, &c. Efficiens vtile fore hoc Reipub. Hoc igitur refellit Diodotus, & negat fore vtile: imò perniciosum fore dicit. Ais fore vtile, nego fore.

Δικαιότερος γὰρ ὤν. Etenim fortasse vos iam irati Mitylenæis, sequemini potius sententiam Cleonis, quæ videtur æquior, quàm mea: sed non disceptamus iam iudicio, vt ius spectandum magis videatur, at de ipsis consultamus, vt sciamus quem vsum nobis allaturi sint in posterum Mitylenæi. ὁ λόγος. Criminatio.

Ἐπισπάσαιτο. Καὶ ὁ ἐπισπώμενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο.

Ὥστε τῶν δικαίων δεῖν. Vt de iure quæri oporteat.

Ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν. Sed deliberamus, qua ratione vtiles futuri sint nobis in posterum, id est, quem fructum ex sociis in posterum percepturi simus.

Ἐν οὖν ταῖς πόλεσι. Iam probat non fore vtile, si capitali supplicio in eos animaduertatur: sed reuocat causam ad genus vniuersum, & tractat locū communē. Nulla pœnæ magnitudine homines à peccatis, & flagitiis deterrentur. Hoc probat Exemplis. In singulis ciuitatibus capitis pœna est proposita vel in leuiora facinora: & tamen homines aut spe, aut cupiditate inducti subeunt periculum.

194.A Καὶ οὐκ ἴσων τῶνδε. Vt sunt furta, adulteria, parricidia, veneficia, &c. κινδυνεύουσιν αὐτὶ τοῦ ἁμαρτάνουσιν.

Καὶ οὐδείς πω. Nemo autem est, qui dubitet subire periculum, quòd conatus sibi successuros non speret.

Καταγνοὺς ἑαυτοῦ. Difficultate successus deterritus. Iudicans, existimans se non euasurum, &c.

Πόλις τε. Incrementum. Non solùm in priuatis, sed etiam in ciuitatibus integris hoc spectari potest: ciuitas etiam integra defectionem facit, & eodem modo grauissimum subit discrimen, etiam si iustos apparatus ad eam rem non habeat. locus autem sic accipiendus, οὔτε πόλις τίς πω, αὐτὴ τε, οὔτε πόλις οὐδεμία πω.

Ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα. Idem valet ac καταγνοῦσα ἑαυτῆς, &c.

Πεφύκασί τε. μιεικὸς ἐπίλογος τοῦ ἐνθυμήματος, καὶ τοῦ κοινοῦ τόπου. Omnibus denique natura insitum est, vt priuatim, ac publicè delinquant.

Καὶ οὐκ ἔστι νόμος. Neque est vlla lex, quæ coercere valeat ingenium hominum, & à peccatis deterrere.

203.A Ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε. Probatio. Nullum genus pœnæ prætermissum est, quod homines non excogitauerint, vt ab iniuria, & maleficio facinorosos deterrerent, & tamen nihil profecerunt.

Διεξεληλύθασι. Per omne genus pœnæ itum est, id est, nullum genus est pretermissum.

Προστιθέντες. Addentes, paulatim augentes. primùm enim leues, deinde grauiores, postremò grauissimas pœnas in scelera statuerunt.

Καὶ εἰκός. Explicat illud προστιθέντες.

Παραβαινομένων δέ; Quid si hîc distinguamus?

Ἀνήκουσι. Redactæ sunt in pœnam capitis: ascenderunt ad capitis pœnam.

Καὶ τοῦτο ὅμως. Et tamen ista quoque negligitur, πρὸς τὸ σημαινόμενον, ἢ πρὸς τὸ δέος, quod sequitur.

Δεινότερον δέος. Pœna atrocior.

Ἀλλ' ἤμην πενία. Res pro personis. προσωποποιΐα. Paupertas rerum necessariarum egestate facit homines audaces, & cogit vel furari, vel latrocinari. παρέχουσα αὐτὶ ὀνόματος· στενότης, ἢ ἐξάγει εἰς τοὺς κινδύνους.

Ἐξουσία) (πενία. Potentia præbet petulantiæ, & insolentiæ materiam. ὕβρεις, Aperta improbitas) (κακουργία.

Πλεονεξίας. Iam vocat vim, qua superans alios, & plus iusto volunt habere. Alias pluris habēdi cupiditatem significat. L.V. auaritiam vertit, & φρονήματι pro timore positum putauit.

Ξυντυχίαι. fortunæ, status hominum præter pauperes, & diuites, ac potentes, οἱ μέθυσοι, οἱ πόρνοι.

Καὶ ἡ τύχη. Septem causas τῶν πράξεων statuit Aristoteles lib. 1. Rhetoricorum. διὰ τύχην, διὰ βίαν, διὰ φύσιν, δι' ἔθος· διὰ λογισμόν, διὰ θυμόν, δι' ἐπιθυμίαν.

Ἐπ' αὐτοῖς. Præter cupiditatem, & spem.

Ξυμβάλλεται. Adiuuat, confert, vel à conuiuiis, vel à pecuniam conferentibus ducta est metaphora.

Παραστᾶσα μένη. fauens.

Καὶ

Καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων. Vel ex fortuna, & opibus infirmis. πραγμάτων. etiã rebus paruis, & infirmis. Τινά, priuatum hominem.

Καὶ οὐχ ἧσσον. Multò magis ciuitates.

Ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων. δεῖν ἄξιον, aut aliquid tale desideratur. vel κινδυνεύουσι.

Καὶ μετὰ πάντων. Et quia cùm vniuersa ciuitas, tum singuli ciues temeritate acti, plus æquo de se quiq; sentiunt.

Τι. Auget hoc loco.

Ἁπλῶς. Colligit in summam, & concludit fieri non posse, vt homines aut legum vi, & minis, aut pœnæ, supplicijque magnitudine, atque atrocitate à eccato arceantur.

Ἁπλῶς. τὸ πρόςτι. Modò opponitur τῷ ἁπλῶ, quod dicitur de quantitate continua, modò per metaphoram ad mores transfertur, cùm significat simplicem, apertum, & sincerum animum, cui opponitur insincerus &c. Interdum τὸ καθόλου, & τὸ κυρίως apud Aristotelem.

Πολλῆς εὐηθείας. μέθοδος ἐπιεικείας. ἀντὶ τοῦ, valde stultorum hominum. Cleonem subindicat.

Ὅςτις οἴεται. Qui existimat se habere rationem, qua reuocet, & deterreat homines à peccato, cùm natura ipsa præcipites ferantur in peccatum.

Οὔκουν χρή. Redit ad causam: Ergo non est atrociter statuendum de Mitylenæis, quasi pœnæ atrocitas vas locuples futurus sit fidei cæterorũ sociorum. neq; præcludendus aliis aditus ad pœnitentiam. ἐχέγγυος. fideiussor, locuples, qui est soluendo.

Οὔτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι. Coniungit alterum argumentum, ab vtili. Neq; spes omnis tollenda sociis fore, vt si defecerint aliquando, & eos pœniteat, nullus ad veniam impetrandam aditus ipsis pateat.

Ὡς οὐκ ἐσται μεταγνῶναι. Prudenter ita dixit, ne offenderet aures populi, & eum argueret nimiæ crudelitatis. Non dixit nullius veniæ impetrandæ, sed nullam fore pœnitentiæ facultatem.

Ὅτι ἐν βραχυτάτῳ. L. V. & χαλ. hoc ad tempus referunt. F. P. ad pœnam referendum putat.

Καταλῦσαι. Abolere, delere peccatum leuissima pœna.

Σκέψασθε γάρ. Confert euenta suæ sententiæ cum euentis sẽtẽtiæ Cleonis. Si sequamini meam authoritatem, ciuitates & socij, qui defecerint, non desperantes de salute sua, & de venia impetranda, si resipiscant aliquando in deditionem venient, sumptus belli persoluent, & tributa pendent in posterum. Contrà si Cleonis authoritatem sequamini, neque illi deditionem facient, & vos sumptus grauissimos facietis, nullos fructus percipietis.

Τινα [illegible]. ἀντὶ τοῦ, τίνα.

Ἐς τοὔσχατον; Hic ego notam interrogationis addendam puto.

Παρατείνεσθαι πολιορκίᾳ. Et longam, diuturnamque obsidionem toleraturam. Sed habet τὸ περὶ ὀμμάτων.

Ἢ τὸ αὐτό. Nouum principium membri. τὸ βλαβερόν. Longè præstat compositionem ocius facere, quàm serius. Codices H. St. habent. εἰ τὸ αὐτό.

βλάβη. ἀντὶ τοῦ βλαβερόν.

Διὰ τὸ ἀξύμβατον. Quia compositioni nullus erit locus: hoc probatum superius. ἀντὶ τοῦ διὰ τὴν ἀξυμβασίαν.

Ἐφθαρμένην. Profligatam, exhaustam.

Ἰσχύομεν δέ. Atqui hac re aduersus hostes valem⁹: atque hi nerui belli sunt: τοῦτο. Hîc interpungo: in hoc sita est, hoc nititur nostra potentia.

Ὥστε οὐ δικαστάς. Quapropter non est nobis committendum, vt dum durius de delinquentibus statuimus, hinc detrimentum potius capiamus, quàm fructum aliquem percipiamus. L. V. Quapropter non tanquam iudices debemus nos exactè de nocentibus sumere supplicium, sed non est assecutus authoris mentem.

Ἀκριβεῖς. Duri, seueri, qui summo iure agũt: hinc ἀκριβοδίκαιος dictus.

Ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας. Sed nostri officij sedulitate, & diligentia. Docet eos, quæ ratio, atq; moderatio sit adhibenda in sociis regendis.

Χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους. Præscribit ipse modum, quo vti debeant. Castigatio. σφόδρα. acriter.

Ὑμεῖς δὲ σκέψασθε. Pergit demonstrare quàm detrimentosa sit futura Cleonis sẽtẽtia. Plebs, quæ passim, & apud omnes fauet nostris rebus, alienabitur à nobis.

Ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον. Vt ὡς ἐπ' ἐλάχιστον: quàm leuissimè in eos animaduertere.

Κλέωνι πειθόμενοι. Si Cleoni assentiamini, eiusq; sententiam sequamini.

Καταστήσετε. Cõstituetis, id est, in morem, & consuetudinem induxeritis. Deterret à prauo, & noxio exemplo.

Προδείξαντων ὑμῶν. Ratio, quia vos authores, & magistri extitistis, & eadem pœna innocentes, qua nocentes afficiendos esse demonstrastis.

Δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν. Atqui quamuis deliquisset, & iniuriam fecisset populus, hoc tamen erat dissimulandum. βίαιον.

Ὅπως. Ratio ab vtili, vt ea pars ciuitatis, quæ nostris rebus fauet, non alienaretur.

Καὶ τοῦτο πολλῷ. Amplificatio. ἐπιμονή. Hoc enim ad retinendum imperium longè vtilius existimo, dissimulare scilicet, & conniuere in peccatis, quã eos, iure interimere, quos non expedit.

Δικαίως.) (οὓς μὴ δεῖ.

Καὶ τὸ Κλέωνος. Refutat iterum Cleonem, qui cõtendebat non solùm æquum esse, sed vtile quoque fore, si grauius animaduerteretur in Mitylenæos, nunquam certè (inquit) poterit cuiquam persuadere Cleon in hac sua de Mitylenæis sententia, vtilitatem esse coniunctam cum æquitate.

Τὸ δίκαιον, καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας. ἀντὶ τοῦ τὴν τιμωρίαν, καὶ δικαίαν, καὶ ξύμφορον εἶναι. ἐν αὐτῷ. Eadem in re.

Ὑμεῖς δὲ γνόντες, ἐπίλογος. Quare vos assensi mihi statuite de iis Mitylenæis, qui à Pachete missi sunt, habere quæstionem, cæteris verò parcere. Dicit sententiam paucis.

Καὶ μήτε οἴκτῳ. Obiter refellit illud Cleonis, ὅ,τι ἂν ἢ λέγῳ πεισθέντες ὑπ' αὐτῶν ἁμάρτητε, ἢ οἴκτῳ ἐνδῶτε. & illud in fine μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα. νέμειν οἴκτῳ. Moueri, adduci misericordia ita ἐπιεικεία.

Φοβερά. Timorem allatura: propter prudentiam consilij, & deliberationis.

Ὅςτις γὰρ εὖ βουλεύεται. Grauissima sententia suam dictionem claudit. qui enim rectè deliberat, & suis rebus consulit, is cõtra hostes magis pollet, quàm, qui ferocitate temeraria in eos fertur. Summa est; prudentiam anteponendam esse fortitudini.

Παρὰ τοσοῦτον ἡ Μιτυλήνη. Adeò parùm abfuit quin Mitylene funditus euerteretur: in tantum discrimen prouecta est Mitylene. ἐπιφώνημα.

C Διέφθειραν. Capite mulctarunt. διαφθείρειν etiam τὸν σῖτον.

Κλήρους δὲ ποιήσαντες. Sed diuiso agro in portiones, Κλῆρος, portio, quæ sorte obtingit.

Τοὺς λαχόντας. Qui sorte obtinuerant.

Οἷς ἀργύριον. Quibus Lesbij certam pecuniæ summã, nempe duas minas in singulas portiones ex pacto, & conuento quotannis persoluentes, eas ipsi redemerunt, & agrum deinde, vt antè coluerunt. L.V. Iussis Lesbiis. &c.

D Παρέλαβον. Ceperunt per deditionem.

Εν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει. Transit ad alia eadem æstate gesta. Narrat Athenienses eadem æstate duce Nicia venisse cum classe ad Minoam insulam Megaris adiacentem, eamque muniuisse, & præsidium in munitione reliquisse.

207.A Μινώαν. Erat etiam vna ex numero Cycladum, & nomen vrbis diuersis in locis.

Φρουρίῳ. Munitione, & propugnaculo.

Εβούλετο δὲ Νικίας. Quo consilio id egerit Nicias, demonstrat: volebat obsidere Megarenses propius, & Peloponnesiorum eruptiones obseruare, & commeatu, marisq; vsu eos intercludere. Volebat Nicias Athenienses ibi stationes habere breuiore spatio.

Βουδόρου. Hoc est illud Salaminos promontorium, in quo tres naues Atheniensium, quæ statione ibi habebant, fuerunt captæ, vt vidimus libr. 2. Contentum, & continens.

Τοὺς πελοποννησίους ὅπως μὴ. ἀδήλως, ὅπως μὴ οἱ πελοποννήσιοι.

Οἷον καὶ τὸ πρὶν γενόμενον. Vt etiam antè acciderat.

B Ελὼν οὖν. Qua ratione rem perfecerit, iam explicat. Expugnatis primùm duabus turribus, quæ erant in Nisæa, extruxit munitiones, in quibus collocauit præsidium.

Νίσαια. à Niso Pandionis filio. Emporium, & naualia Megarẽsium: duo mil. pass. ab vrbe distabãt. & iuncta erant cum vrbe duobus brachiis, vt Piræus Athenis.

Εσπλουν. Accessum ad insulam Minoam.

Ελευθερώσας. Cùm expedisset, ita, vt liberè, & sine periculo classis Athen. appellere ad insulam posset.

Καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου. Et eam partem continentis, qua per loca palustria ferri poterat auxilium insulæ.

Εξειργάσατο. ἴσως ἐξειργάσατο.

Υπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Redit ad Platæenses: docet eos omnium rerum egestate coactos fecisse deditionem: sed describit pluribus, quo modo id acciderit: dum oppugnant muros vrbis Lacedæmonij, intelligunt facilè eos per vim capi posse, sed quoniam interdictũ fuerat à magistratibus, ne vi eam expugnarent, ducem Lacedæmoniorum ad compositionem eos prouocasse: atque ita illos certis conditionibus deditionem fecisse.

C Οπως εἰ σπονδαί. Quo consilio id ita fecerint Lacedæmonij docet: ne Platææ, si pax fieret, restituerentur: carpit latenter astum Lacedæmoniorum.

D Προσπέμπει δέ. πρὸς τὸ, βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν.

Καὶ δικασταῖς. Et iudicio eorum stare.

Κολάζειν. ὥστε κολάζειν, ἢ ἐφ᾽ ὧν.

Ησαν γὰρ ἤδη ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ. Erant enim iam absumpti, & exhausti viribus.

208.A Κατηγορία μὲν οὐ μία προσετέθη. Nulli accusatores cõstituti sunt. Carpit Lacedæmonios, quòd non legitimè habuerint quæstionem, neque fidem seruauerint.

Ηρώτων. Percontabantur autem eos accersitos, &c.

PLATÆENSIUM CONCIO.

Τὴν μὲν παράδοσιν τῆς πόλεως. Causa hæc nõ est simplex, sed duas habet partes: quarum altera defensionem habet, altera petitionem: in altera defendunt se Platæenses, & purgant, si de Lacedęmoniis in hoc bello nihil essent bene meriti: in altera petunt, vt sibi parcant, nec gratificãdi Thebanis causa, crudeliter se interficiant. Itaque pars prior pertinet ad eam constitutionem, quam Rhetores vocant absolutam iuridicialem; altera, ad assumptiuam, & ad deprecationem, quæ est pars concessionis. Quod ad Iuridicialem attinet, sic se tuentur: Lacedęmonij quæsierant ex Platæensib. nunquid bene meriti fuissent in hoc bello de Lacedæmoniis, & sociis: Platæenses reprehendunt hoc genus quæstionis, vt vitiosum, & mãcum, illud enim addendum fuisse dicũt, vt amici & socij, vel vt hostes, & inimici: hoc autem si addatur duo illa consequi dicunt, quorum alterum est, rectè fecisse se, quòd cùm essent inimici, & hostes, nihil eos iuuerint: alterum, quòd, si amici, & socij erant, perperam, & iniustè fecerint Lacedæmonij, qui bellum amicis, & sociis intulerint. ita prior pars habet defensionem, & purgationem sui, posterior grauem accusationem Lacedæmoniorum. Et hęc pertinent ad Iuridicialem statum. Quæ autem spectant ad deprecationem, illa sunt: Petunt, vt Lacedæmonij sibi parcant pro suis in eos pristinis beneficiis, & pro magnitudine suorum meritorum erga Græcos vniuersos: & enumerant sua merita: petunt ne in Thebanorum gratiã sæuire in se velint: hoc enim fore & iniquum, & turpe ipsis Lacedęmoniis. Hęc est summa rerum, quæ continentur in hac concione.

E Procœmium habet grauem querelam. queruntur enim Platæenses, quòd cogantur capitis causam dicere, præter spem, & expectationem suam: se nanque fecisse deditionem ea spe, atque opinione, vt Lacedæmonij, non Thebani de re, & causa cognoscerent, & si ad mulctam erat veniendum, leuius se fuisse mulctandos: iam verò dicunt se intelligere & iudices non esse æquos, & sibi dicendam causam capitis: itaque in maximo salutis discrimine se versari: addunt præterea incommoda, & difficultates alias, quibus premuntur, vt moueant Lacedæmonios ad misericordiam.

F Τὴν μὲν παράδοσιν. deditionem vrbis ô Laced. fecimus, vestra freti æquitate, sperantesque nos non tale subituros iudicium, neque apud alios iudices, quàm apud vos, causam esse dicturos: atque ita nos nostrum ius esse obtéturos. iam veremur ne vtraque nostra opinio nos fefellerit.

Ποιησάμεθα τὴν παράδοσιν. ἀντὶ τοῦ, παραδεδώκαμεν.

Τοιάνδε. Capitis, scilicet, sperantes nos leuiori B

G pœna affectum iri.

Νομιμώτερον. Æquiorem, id est, leuiorẽ, vel pecuniariam, vel paulò grauiorem.

Καὶ δεξάμενοι. Et accepimus conditionem vt non apud alios, sed apud vos iudices causam diceremus.

Ορῶμεν καὶ ἡμῖν. Quid igitur querũtur? λύσις, quia quan-

quanuis Thebani Iudices non adessent, tamē gratia, qua volebant apud Lacedæmonios, aderat.

Ἡγούμενοι τὸ ἴσον. Existimantes nos nostrum ius ita esse obtenturos.

Ἀμφοτέρων. De Iudicibus, & de pœna hoc est intelligendum. Ne frustrati simus.

Τὸν ἀγῶνα. Τὴν δίκην. Nam & iudicium fieri capitis suspicamur, & vos non æquos fore putamus.

Τεκμαιρόμενοι. Coniecturam inde faciētes, quòd nullus antè accusator constitutus sit, qui nobis sit refellendus.

C Λόγον. Sed nos, vt nobis fieret dicendi potestas poposcimus.

Τό, τι ἐπερώτημα. Altera coniectura, & quia vestra interrogatio perbreuis est: itaque eam corrigunt ipsi paulo pòst.

Ον. αἰτὶ τοῦ ὄντος.

Ὡ τὰ μὲ ἀληθῆ. Mouet Lacedæmonios ad misericordiam à difficultatibus propositis. Si vera respondeamus, causam nostram euertemus, sin falsa, facilè mendacij argui possumus.

Πανταχόθεν δὲ. Amplificatio incommodorum, & difficultatum. Quanuis verò in maxima perplexitate constituti simus, tamen cogimur nonnihil dicere, ne nobis ipsis defuisse videamur. Simile artificium in oratione pro P. Quintio in proœmio.

Ἄποροι καθεστῶτες. Ancipiti, & dubia in fortuna constituti.

Τοῖς ὧδ' ἔχουσιν. Iis, qui in tali fortuna constituti sunt. id est, qui enim in tali discrimine versantur; & causam suam vtcunque non tuentur, hi, vt sui desertores, facilè damnentur. τοῖς ἀπόροις καθεστῶσιν.

Χαλεπῶς δὲ ἔχει ἡμῖν. Incommodorum congeries. Aliud incommodum: illud etiam nos malè habet præter cætera incommoda, quòd ratio persuadendi ardua, & difficilis est nobis.

Ἀγνῶτες μὲ γὰρ. Nam si ignoti inter nos essemus, afferendis testimoniis earum rerum, quas ignoraretis, fortasse iuuaremus nostram causam: iam verò ne id quidem nobis proderit. παρασκευή, qua faciunt fidem se verè, & sincerè causam esse acturos, nihil falsi interposituros.

D Καὶ δέδιμεν. Neque illud pertimescimus, ne propterea nos damnetis, ꝙ virtute vobis inferiores sumus, sed ne id ipsum faciatis in Thebanorum gratiam. (πς. ὅμηρος.

209. A Ἄλλοις χάριν. Poetica locutio. Χάριν ἀπὸ ρεῖδησι φέρον-

Ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν. Iudicium iam peractū subeamus. καθιστάμεθα ἐπὶ κρίσιν. Reum sisti. id est, vestro iam præiudicio damnati ad causam dicendam veniamus.

Παρεχόμενοι δὲ ὅμως. προκατάστασις. Ingreditur in causam: & vtitur diuisione: pollicetur se responsurum ad ea, quæ sunt percontati, & commemoraturum sua merita in Lacedæm. & cæteros Grecos. Hic locus perperam est versus à L. V. Veruntamen ius nostrum tuebimur aduersus simultates Thebanorum, & merita nostra, &c. πρός τε τὰ Θηβαίων. distributio causæ.

Φαμὲ γὰρ. Respōdemus, &c. Si vt hostes nos percontamini, non esse cur miremini si de vobis bene meriti non simus: sin vt amicos, peccare vos, qui amicis bellū intuleritis. ἀδίκημα, vt illud εἰ μὲ καλῶν, ἴξεις κοινὴν, ἣν δὲ αἰσχρὰν, ἴξεις ποινήν. συνάγεται γὰρ τὸ μὴ δεῖν γῆμαι.

B Φίλους δὲ νομίζοντας. ἀντέγκλημα. Mutata figura verborum. ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ φίλους νομίζετε.

A Τὰ δ' ἐν τῇ εἰρήνῃ. Paucis se expediuit ex eo loco aduersarij, qui videbatur firmior, idq; ex arte: ars enim præcipit in iis argumentis aduersarij, quæ refutari vix possunt, diutius non esse consistendum, neque commorandum. Quin imò nihil interdum esse respondendum author est Cic. 2, de orat.

Iam transit ad alteram diuisionis partem, & exponit sua in Græcos merita.

Μόνοι βοιωτῶν. Hoc tacitam Thebanorum accusationem habet.

B Ἀρτεμισίῳ. πόλις εὐβοίας. Herodotus in Polymnia lib. 7.

Ἐπικίνδυνον. Coniunctum cum periculo, periculosum.

C Καὶ ὑμῖν ὦ Λακεδαιμόνιοι.) Commemorat meritum suum priuatim erga Lacedæmonios: Cognouimus libro primo seruos Lacedæmoniorum defecisse à dominis, & ad Ithomen arcem Messeniorum sese recepisse: vnde à Lacedæmoniis diutius obsessi decimo tādem anno pòst, certis conditionibus sunt eiecti: ad hoc igitur bellum memorat Platæenseis tertiam partem ciuitatis misisse auxilio Lacedæmoniis. Ornat autem, & auget hoc beneficium.

Μετὰ τὸν σεισμὸν: αὔξησις. quē Anaximander Physicus prædixit, & monuit, vt vrbem, & tecta relinquerent Lacedæmonij, armati in agro excubarēt, cùm vrbs tota corruit, & ex monte Taygeto extrema montis pars quasi puppis auulsa est. *Cicero lib. 1. de Diuinat. 103.*

D Πολέμιοι δὲ ἐγενόμεθα: purgat se, quòd à partibus Atheniensium steterint: vtitur translatione criminis: vestra hæc, non nostra culpa fuit.

D Ἐν μέν τινι τῷ πολέμῳ: compensat incommodum, & mollit.

Ἐκπρεπέστερον: L. V. indignum. F. P. insigne: quasi dicat, fortasse aliqua in re læsi estis, sed leui, & nullius ferè momenti.

Εἰ δ' ἀποστῆναι ἀθηναίων: Redit ad purgationē, & criminis translationem. Et iuridiciali absoluta per infitiationem suos tuetur, nullam vobis fecimus iniuriam si ab Atheniensibus non defecimus. tum quia vos ipsi nos reiecistis, tum quia illi nobis aduersus Thebanos auxilia miserunt. Οὐκέτ' ἦν καλόν: ab honesto.

210. A Ἄλλως τε καί. Prẹsertim homines bene meritos, & quorum societatem, & amicitiā nos expetiuimus, & à quibus ciuitate donati fuimus. Ab honesti partibus.

Καὶ αὐτοὺς δεόμενοι: Signum est bonos viros eos sese, quorum amicitiam expetiuimus.

F Καὶ πολιτείας μετέλαβεν. Huius fit mentio in oratione Demosthenis, si modò est Demosthenis: aduersus Neæram. Hippocrate quodam referente factum est decretum.

Ἰέναι δέ: Immò decebat, & par erat nos alacriter iussa eorum, & præcepta exequi. iussa capescere, & exequi.

G Ἃ δὲ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε. Redit ad translationem criminis. Siquid autem peccatum postea est, eius culpa est penes duces, non penes eos, qui duces sequuntur.

Θηβαῖοι δέ: Pergit tractare iuridicialem.

B Καθεστῶτα: Receptam ab omnibus: ius naturæ intelligit, & vindicationem. Cicero pro Milone, vim vi repellere licet.

Καὶ νῦν. Efficit se non esse iam supplicio afficiendos eorum gratia.

Εἰ γὰρ τῷ αὐτίκα. A turpi, nam si iudicium iam fiat ex vsu, quem percipitis, & ex illorum odio, non eritis synceri iudices, sed potiùs vtilitatis serui. Προσωπολῆψαι.

Χρῆσ. Passiuè. Ἐκείνων. Actiuè.

Καίτοι εἰ νῦν. Collatio: Confert vsum Thebanorum præsentem, cum vsu, quem olim ipsi cum cæteris Græcis præstiterunt.

Νῦν μὲν γάρ. Rapit in inuidiam Thebanos.

Καὶ δίκαιον. Deprecatio. Quare siquid etiã à nobis nunc peccatum est: id compensandum pristinis nostris meritis, & virtute.

Καὶ ἐν καιροῖς. Amplificat beneficiũ ab occasione.

Ἐπῃνοῦντο τε μᾶλλον. Et cùm ij magis probabantur, qui non saluti suæ, sed honesti etiam proposito periculo rationem habuerunt.

211. A Ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. Quia nunc quoque honestatẽ potiùs quàm vtilitatem sequimur.

Προσκέψασθέ τε. Ac prospicite vos iam haberi atq; existimari à Græcis omnibus specimen probitatis atque æquitatis.

Εἰ δὲ περὶ ἡμῶν. Quòd si de nobis iniquam tuleritis sententiam, omnes de vobis pessimè iudicabunt, quòd viros bonos, & innocentes damnaueritis.

Μὴ τὰ εἰκότα μέθοδος ἐπιεικείας.

Οὐ γὰρ ἀφανῆ. Neque enim obscurum erit hoc iudicium. ἐπαινούμενοι δέ: ἀνακόλουθον.

Οὐδὲ πρὸς ἱεροῖς. Deprecatio. Nolite in publicis fanis spolia suspẽdere de viris benè meritis de Gręcis vniuersis. ἀνακόλουθον, figura conueniens τῷ παθητικῷ εἴδει τοῦ λόγου, locus misericordiæ ἀπὸ τοῦ ἀναξίου. ἢ καὶ ὅπερ μὴ οὐκ ἀποδείξοντας σκῦλα ἀναθεῖναι.

Δεινὸν δὲ δόξει. Atrox, & graue fuerit si Platææ à Lacedæmoniis diripiantur: & quam vrbem parentes, & maiores vestri auctam, & ornatã gloria voluerint eam vos impulsu Thebanorum funditus euertatis, & deleatis.

Ἀναγράψαι. Insculpsisse nomen ciuitatis virtutis ergô, incidisse.

Τρίποδα. Aureus fuit sustinente æneo dracone. Pausanias ἐν Φωκικοῖς lib. 10.

Ἐς τοῦτο γὰρ δή. A nouitate casus, & multitudine malorum mouet misericordiam, olim in discrimine salutis imminente hoste, & barbaro versabamur: iam capitis causam dicimus, & non minore in periculo constituti sumus apud amicissimos olim, idque in Thebanorum gratiam.

Ἀπολλύμεθα. τὸ περὶ ὀμμάτων. Mouet misericordiam.

Καὶ δύο ἀγῶνας. Pergit mouere affectus à fortuna, & conditione miserabili tum præterita tũ præsenti: superioribus diebus erat verendum nobis ne fame periremus: iam capitis iudicio in salutis discrimen vocamur.

Καὶ περιεώσμεθα. ἀρετὰς. ὧν δὲ ἡ τύχη κακῶν, ἀφιλία, ὀλιγοφιλία. Et destituimur ab omnibus nos illi Platæenses, qui supra vires optimè meriti de Græcis fuimus. Locus misericordiæ, quòd pro præmiis pœnę sibi infligantur.

Καὶ ὅτι τῶν τότε ξυμμάχων. Athenienses intelligit.

Καί τοι ἀξιοῦμέν γε. Obsecrant, & testantur Lacedæmonios, vt misericordia adducti siquid constituerunt atrocius contra se in Thebanorũ gratiam, id mutent, & contendant potiùs ab illis hanc sibi tribui gratiam, ne viros forteis, & bene meritos de Græcis perdant.

Σωφρονάτε. Et honestum accipere beneficium pro turpi.

Καὶ μὴ ἡδονῇ. Non vt illis gratificemini, infamiam subire velitis.

Οὐκ ἐχθροὺς γάρ. εἰκότως, ὅτι ἐχθροί. Nõ inimicos, sed amicos supplicio affeceritis.

Ὥστε καὶ τῶν σωμάτων. Plus petit, vt saltem minus obtineat. superius petiit ne vrbem euertant: iam petit, vt se etiam metu mortis liberent. metum mortis eximentes, vel impunitatem concedentes.

Προνοοῦντες. A iure gentium: illud prospicientes, nos volẽtes in vestram venisse potestatem, & more supplicum manus tendentes.

Ἀποβλέψατε. Merita sua exponit, & honores habitos quotannis iis Lacedæmoniis, qui pugnantes contra Medos in agro Platæensi ceciderant. Nos quotannis ferimus inferias vestris maioribus, qui in agro nostro sepulti sunt, & honores præcipuos habemus: amici amicis: iam si vos gratificandi causa Thebanis nos sustuleritis, & agrum Platæensem Thebano adiunxeritis, aut nulli erunt, qui hos honores illis persoluant, aut si erunt, erunt Thebani, qui proditores Græciæ fuerunt, & sicarij eorum Lacedæmoniorum, qui in agro Platæensi occubuerunt.

Μὴ ὀρθῶς γνόντες. L.V. non rectè sentientes. F.P. si nos iniquo iudicio damnaueritis.

Παυσανίας. Coniectura qua mente, & quo consilio Pausanias humauerit Lacedæmonios, cæsos in agro Platæensi.

Θηβαΐδα. Id quod accidit. Itaque à persona Thucydidis hoc dictum.

Αὐθένταις. Qui manus sibi ipsi attulissent, & mortẽ sibi consciuissent, hi olim propriè αὐθένται vocabantur, & αὐτοέντες: postea qui etiam alios occidebãt, eodem nomine vocati, postremò etiam ij, qui authores, & opifices, vel præfecti alicuius operis erant eodem modo nuncupari cœperunt.

Ἐρημοῦτε. Deserta, & solitaria redditis. πρὸς δὲ, καὶ αὐτ᾽ ἔπειτα δέ. καινοπρεπῶς.

Τῶν ἑσσαμένων. Eorum qui sacrarunt, & condiderunt templa.

Οὐ πρὸς τῆς ἡμετέρας δόξης. Concludit iam, & repetit locum honesti: turpe, & indignum fama, existimationeq; Lacedæmoniorum fore ait, si aut ius gentium violent, aut in suos maiores delinquant, aut homines de Græcia bene meritos tollant de medio.

Οὔτε ἐς τὰ κοινὰ. τὸ κτείνειν τοὺς παραδόντας ἑαυτοὺς ἑκόντας, & χεῖρας προϊσχομένους. ἐπανακεφαλαίωσις. Enumeratio, & rerum, ac argumentorum per capita repetitio.

212. A Μὴ αὐτοὺς ἀδικηθέντας. Quia ὑμῶν κινδυνευσάντων πρὸς ἀθηναίους ἐστρατεύμεθα.

Φείδεσθαι δέ. ἔλλειψις. Supple δεῖ, ἢ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης ἐστί.

Ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ. Frangendus animus.

Ἀλλ᾽ οἷοι. Viri boni, & de Græcis, & vobis priuatim optimè meriti.

Ἀστάθμητον. Metum Lacedæmoniis incutit ab inconstantia fortunæ, & incerto rerum euentu, quasi dicat. quod nobis iam accidet, si vos iniquo iudicio nos oppresseritis, id poterit aliquando vobis ipsis accidere: cùm vos nimirum, quasi dicat, noletis alios esse in vos acerbos iudices. Quod igitur, quasi dicat, essetis recusaturi in vobis, nolite iam acerbius exigere ab aliis. videtur innuere fortunam

nam aduersam Lacedæmoniorum: cùm 400 eorum capti sunt in insula Sphacteria.

Τὸ τῆς ξυμφορᾶς. Incertus est calamitatis euētus, id est, incertum cui vel immeritò sit euentura eiusmodi calamitas.

Ἡμεῖς τι. Petunt à Diis vt ipsi Lacedæmoniis hęc persuadeant. L. V. oramus vos, vt nobis hæc allegantibus assentiamini.

Ὁμοβωμίους. Qui coluntur ęquè à nobis in iisdem aris.

Κοινούς. Nam erant etiā alij barbarorum, vt illorū tēporū tulit superstitio. ἐπιβοώμενοι. implorātes.

B Ἱκέται γιγνόμεθα. Scholiastes putat ἱκέται Atticam his esse, ἱκετεύομεν ὑμᾶς πρὸς τῶν πατρῴων τάφων. Sed ni fallor, prosopopœia est. Inducit enim author monumenta, in quibus erant conditi maiores Lacedæmoniorū, vt personas, & facit, vt Platæensis eas alloquatur, & supplex oret tum ipsa monumenta, tum eos, qui ibi humati fuerant, hic sensus videtur & acutior, & miserationibus, atque amplificationibus aptior.

Κεκμηκότας. Vita defunctos. κατ' εὐφημισμὸν mortui sic vocantur, qui quasi ærumnis, & laboribus huius vitæ defessi, iam quiescunt.

Ἡμέρας τι. Repetunt merita sua.

Ἑαυτῶν. σφῶν αὐτῶν.

Ἐν τῇ δέ. Subindicat casu ita euenisse, vt eo ipso die mensis causam capitis dicerent, quo pugnatum in agro Platæensi fuit.

Ὅπερ δ' ἀναγκαῖον. Significat iam Platæensis se cogi finem dicēdi facere: atque ita mouet misericordiam ab eiusmodi incommodo, atque difficultate. qui enim in salutis discrimine versatur is nunquam dicendi finem vellet facere: sed tamē, quòd necessitas vrgeat, se hoc esse facturum dicit. Petit tamē ne Thebanis tradantur, sed potius in vrbem, vnde deditionem fecerant, restituantur. Malle enim se fame miserrimè interire, quàm in talium hostium, manus peruenire.

C Λόγου πλευτᾶν. Ad similitudinem τῷ ἄρχεσθαι τῷ λέγειν.

THEBANORVM CONCIO.

214.A Τοὺς μὲν λόγους, οὐκ ἂν ᾐτησάμεθα εἰπεῖν. Hæc quoque concio non est simplex. Sed habet & ipsa duas parteis: altera continet purgationem, & defensionem Thebanorum. Altera habet refutationem meritorum, & laudationis Platæensium. Accusauerant Platæenses Thebanos, quòd rebus pacatis vrbem suam occupassent: tuentur itaque se Thebani, & docent iure id factum fuisse: quia vrbem ipsi condiderant, & leges dederant: sed cùm illi recusarent imperium, tum se quoque vim ipsis attulisse, ipsos autem defecisse, & ad Athenienses trāsisse. Quòd autem cum Medis senserint, id non totius ciuitatis, sed culpa paucorū accidisse dicunt, qui vt suam potentiam stabilirent, atque amplificarent, id sunt ausi. Hac ratione Thebani se tuentur, & purgant in principio: nam in fine huius causæ diligētius etiam se defendunt, atq; adeò per recriminationem accusant Platæenses. Refutant verò merita Platæensium partim ea eleuando, extenuandoque partim obscurādo peccatis, & delictis postea commissis: ita vt efficiant non tam esse ignoscendum illis ob pristinam virtutem, quàm in eos animaduertendum ob ea, quæ postea in Græcos commiserunt. Hæc est summa rerum, quæ in ista concione continentur. Status, quo nititur causa, est partim iuridicialis absoluta, partim translatio criminis: nam ea pars, quæ pertinet ad refutanda merita, ad genus demonstratiuū refertur. De quo quia inter Rhetores dubitatur habeat nec ne statum, ne nos quidem certum hic statum constituemus: tantum aimus Thebanos partim infitiatione, partim eleuatione, & extenuatione eorum meritorum vti. Prooemium est ductum à persona, & officio Thebanorum. Habet purgationē facti, & excusationem de eo, quòd pluribus acturi sunt hanc causam: afferunt enim rationem & demonstrant se necessitate coactos eò descendere, vt prolixa oratione, agant, quòd Platęenses idem fecerint, & grauiter Thebanos accusauerint, seipsos extulerint, & laudauerint.

Τοὺς μὲν λόγους. ἀντιθετικῶς res tractatur. Nunquam à vobis postulassemus, vt nobis dicendi potestatem faceretis, si Platæenses breuiter ad interrogata respondissent.

Καὶ μὴ ἐπὶ ἡμᾶς. Vocat in inuidiam Platæenseis, C qui prætermissa recta agēdi ratione, partim accusationē aliorum instituerint, partim seipsos, suasq; virtutes prædicauerint: quorum alterum improbitatis, alterum leuitatis vitium esse videtur.

Τῶν προκειμένων. Τῆς ὑποθέσεως. B

Καὶ ἅμα οὐδὲ ᾐτιασμένων. Præsertim non accusati. vel nemine accusante.

Νῦν δέ. Diuisio causæ. Quare partim tuebimur nostrum ius, & defendemus nostram causam à criminibus istorum: partim eorum laudationem D refutabimus.

Τά. Isocr. in Paneg. ὥστε τὰ μὲν αὐτῶν καταισχύνειν, ἐν δὲ ταῖς, ἀκροπόλεις τειχίζειν, &c.

Ἵνα μήτε ἡ ἡμετέρα. L. V. ne ipsis & sua iactantia, & nostra prosit inertia. F. P. ne aut nostra improbitas, aut horum virtus iuuet eos.

Ἡμεῖς δέ. Ingreditur in causam. Exponit primò loco causas inimicitiarum: & transfert crimen ad Platæenses, qui querebantur suam vrbem occupatam à Thebanis. Nititur causa hîc partim abso- E luta iuridiciali, partim translatione criminis. Absoluta, quia prouocati à vobis hoc fecimus: translatione, quia dum se tuentur, crimen in illos transferunt. Causæ expositio. Nos Platæas olim condidimus, resque Platæensium aliquando tenuimus. Sed dum Platæenses imperium recusantes, ad sanitatem conamur reuocare, ipsi à nobis deficiunt, & ad Athenienses transeunt: quibus cum nos infestarent maximopere, &c.

F Ξυμμίκτους. Colluuiem hominum.

Ὥσπερ ἐτάχθη. Vt fuerat constitutum. G

Παραβαίνοντες τὰ πάτρια. Ius patrium, ius consuetudinis negligentes, vt parerent scilicet tanquam parenti suæ Metropoli.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ βάρβαρος. Transit iam ad merita, & prædicationem Platæensium: eaque eleuat: gloriatur se cum Medis non fecisse, cū illi bellum Grę-ciæ intulerunt: nos autem sensisse: quòd illi non senserint, eleuat, dum dicit non sponte sua hoc fecisse, sed coactos ab Atheniensibus: extenuat dein- G de meritum iniuria, & maleficio temporum, quæ subsecuta: se verò purgat de Medismo, translatione criminis.

Καὶ τοι ἐπικαλεῖσθε. Confert iam Græcorum oppu- 215.A gnationem à se factam cum ea, quæ à Platæensibus facta est, & docet suam mereri veniam: illorum, non ita.

Ἐν οἵῳ εἴδει. L. V. quo pacto. F. P. εἴδει πολιτείας.

Ἰσόνομον. Legitimum, qui iuris æquabilitate vteretur. Intelligit statum optimatum.

Καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ. Et bonis viris, & modestis. Sed res pro persona. ὀλίγων ἀνδρῶν, Ἀτθαγίνου, & τινῶν ἄλλων.

Αὐτοκράτωρ οὖσα. Sui arbitrij, sui iuris.

B Μετὰ νόμων. Saluis legibus.

Ἐπειδὴ γοῦν. Compensat meritis posterioribus, si quid antea peccatum est.

Ἐν Κορωνείᾳ. Hoc facinus nō Thebanorum fuit, vt lib. 1. vidimus, sed Orchomeniorum exulum, Locrensium, & Euboensium. est igitur παραλογισμός. Quia Orchomenij erant Bœotij.

C Καὶ τὰ μὲν ἐς τὸν μηδισμόν. ἐπίλογος, transitio: extenuat merita Platæensium ἀντιβολή.

Ἐλθέτε ἐπὶ τὴν ἡμετέραν: & γὰρ ἐκεῖνοι ἐβοήθουν ἡμῖν ἐναντία Θηβαίοις, ὅτι ὑμεῖς ἀπωκνεῖτε: ὁ ἀγών. Proponit sibi dictū Platæensium refutandum.

Ὑμᾶς ὑπαγάγεσθαι αὐτοὺς: ἀμφιβολογία videtur esse, sed tamen sensus germanus loci huius est ὑμᾶς ὑπάγεσθαι αὐτούς.

Ὑπάγεσθαι: αἰτὶ τοῦ προάγεσθαι. Ducere eos contra nos tantū. Hoc ita dicit, quasi concedat illis imperium, quod erat penes Athenienseis.

Ὑπάρχοντι ὑμῖν. Præsertim cùm præsto esset vobis societas Lacedæmoniorum, ad quos confugeretis si qua vis facta vobis fuisset ab Atheniensibus. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Obiter refutat, & diluit quod à Platæensibus purgandi sui causa afferri poterat: si bellum aliis intulimus, hoc non volentes, sed coacti ab Atheniensibus fecimus: imò non coacti (inquit,) sed volētes hoc fecistis. Ratio, licebat enim vobis hoc non facere, ab hoc facilè poteratis abstinere.

Ὑπάρχον ὑμῖν: αἰτὶ τοῦ ὑπαρχούσης ὑμῖν.

D Προβάλλεσθε. Ostentatis: qua vos tuemini.

Ἱκανή γε. Pro ἦν. Potuisset certè arcere vim: ἱκανῶς.

Καὶ τὸ μέγιστον. Et prębere vobis facultatem deliberandi sine metu. id, quod, maximum est.

Καὶ λέγετε. Et tamen dictitatis &c. & προδοῦναι αὐτοὺς οὐκ ἔτ' ἦν καλόν. Arguit eos impudentiæ, qui non erubescerent dum dicerent tam apertum, & certum mendacium.

Πολὺ δέ γε αἴσχιον. βίαιον. ἀντιπαράστασις. Sed fac nō esse falsum. quasi dicat: tamen multò erat turpius, & simul iniquius prodere Græcos vniuersos, quàm solos Athenienses. καταπροδοῦναι. In malam partem.

216. A Τοὺς μέν. Ratio μετ' ἐπανόδου.

Καὶ οὐκ ἴσην αὐτοῖς: ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον. Turpem illis gratiam retulistis.

Καί τοι. Locus amplificationis: turpius est non referre similem gratiam, quàm referre eam, quæ iustè debetur, sed tamen refertur iniustè.

Δῆλον τε ἐποιήσατε. Criminatur eos, & interpretatur per coniecturam τὴν διάνοιαν. Sed declarastis.

B Ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι. ἡμεῖς δὲ μηδίσαι μὲν αὐτοὺς οὔ φαμεν, διότι οὐδ' Ἀθηναίους.

Ὑμεῖς δέ. δὲ αἰτὶ τοῦ δή. ἐπίλογος. Efficit non esse cur veniam impetrent à Lacedæmoniis: cùm hostium Atheniensium voluntati seruiuerint.

Καὶ νῦν ἀξιοῦτε. Exagitat Platęenses vt impudētes.

Ἀφ' ὧν. Intelligit, subobscurè tamē, τὸν οὐ μηδισμόν.

Ὥσπερ δὲ Ἀθηναίους. Quasi dicat: implorate iam vestros amicos, & socios: iubete vt propulsent à vobis præsens infortunium per contemptionem, & σαρκασμόν.

A

Καὶ μὴ προφέρετε: δικαιολογία. Ius fœderis, & societatis non debet vobis prodesse, quia proditum, & desertum à vobis est. ξυνωμοσία, propriè coniuratio.

Αἰγινήτας: διαβολή. De hac re libro primo.

Ὥσπερ ἡμᾶς. Qui δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν, &c. B

Τίνες ἂν οὖν. Epilogus recriminationis, qui habet amplificationem improbitatis Platęensium, quam odio summo dignam esse ait: quòd in opprimendis Græcis sua merita prætexerent, quæ tamen ex animo nō sincero, sed ficto, & simulato proficiscebantur. Itaq; iam redarguuntur facilè. Habet Epilogus obscuram eleuationem meritorum.

B

Προὔθεσθε. Prætexitis: προεβάλλεσθε.

Ὡς φατέ. Rem vocat in dubium criminosè.

Ἃ δὲ ἡ φύσις. Id est, affectus, & motus animi. D

Ἀδικον ὁδὸν ἰόντων. Iniquum iter ingressis: improbè agentibus.

C Τὰ μὲν οὖν. Sed hactenus demōstratum est, & nos 217. inuitos cum Medis, & vos volentes cum Atheniensibus stetisse.

Ἀποφαίνομεν. Demonstramus. ἀπόφανσις, enuntiatio verum vel falsum significans.

Ἃ δὲ τελευταῖα. Redit ad purgationē sui de eo, quòd vrbem Platæas occupauerint: purgat se remotione criminis, nos venimus (inquit) accersiti à vestrū viris primariis. ἡ πρότασις, οὐκ ἀδικοῦμεν, ὅτι ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι, &c.

D Ὑμῶν μᾶλλον. Confessio, sed purgatio per collationem.

Εἰ μὲν γὰρ ἡμεῖς. Nullam fecimus iniuriā: Ratio, quia à primariis viris vestræ ciuitatis, acciti fuimus: contraria propositio rationis: nam si spōte nostra hoc fecissemus, &c. Atque ita fit ἀντίθετον.

Πρῶτοι. πρῶτον dicitur tempore, ætate, dignitate, & fortunis. βουλόμενοι: purgat obiter eos, dum docet quo consilio id fecerint: non per improbitatem, sed charitate quadam patriæ id egerunt: vt reuocarent vos à societate exterarum gētium ad iura, & instituta patria.

E

Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι. Purgat iterum eos, &c. B

Παραβαλλόμενοι. Signum ex eo, quòd de amplissimis fortunis periclitarentur. πρὸς τὸ πρῶτοι χρήμασιν. παραβάλλεσθαι. Obiicere periculis, εἰκός. Nūquam nos vt hosteis introduxissent: Ratio, quia erant ciues, quia habebant amplas fortunas.

Τὸ ἑαυτῶν. ἐμφατικῶς.

Τὰ ἄξια ἔχειν. Dignitatem suam obtinere. L. V. F quæ merebantur.

Σωφρονίσαι. Vt animum moderarentur, non vt C vrbem ciuibus spoliarent, quia ἠλίκιζον.

Σωφρονίσαι. Libidinem vestram refrænantes.

Καὶ τῶν μὲν σωμάτων. Id est, hominib⁹, ciuibus, Virg. lib. septimo, 45. ———— *quo pulchrior alter*

Non fuit excepto Laurentis corpore Turni.

Ἀλλοτριοῦντες. αἰτὶ τοῦ στερίσκοντες. Non ciuitatem ciuibus orbantes, sed conciliantes cum necessariis.

Ἐχθροὺς οὐδενί. Nullius inimicitias, omnium æquè G amicitiam vobis conciliantes omniū Græcorum, vel Bœotiorum.

Τεκμήριον δέ. A persona Thebanorum. Facit fidem se nō vt hosteis occupasse vrbem, sed ingressos eam, vt amicos. ἀπὸ τῶν ἐκβάντων. πολιτεύειν. ἐνεργητικῶς τῷ θουκυδίδῃ.

Ἀνεπιεικέστερον. Iniquiùs. εἰ ἄρα & ἐδοκοῦμεν. Cōcessio. D

Μετὰ τῆ πλήθους ὑμῶν. Voluntate, & consensu vestræ plebis.

Τὰ μὲ ὁμοῖα. Parem nobis gratiam non retulistis.

218.A Οὓς μὲ ἐν χερσὶν. Ανακόλουθον. Quos congressi occidistis, horum vicem non ita dolemus. iure belli, ἐν χερσὶν: militaris locutio.

Οὓς δὲ χεῖρας. Δείνωσις, & αὔξησις. Eos intelligit, qui prope muros in taberna quadam, quæ nullum habebat exitum, conclusi necessitate coacti sese dediderunt: nec non eos, qui per vrbem sparsi idem postremò facere sunt coacti.

Υποσχόμενοι. Ea conditione ne nos hominibus vestris, & pecori in agro vestro vim, & iniuriam faceremus.

Καὶ ταῦτα. Rem amplificat à quantitate iniuriarum: treis (inquit) insignes iniurias exiguo temporis interuallo nobis fecistis, fregistis fœdus, trucidastis nostros ciueis, violastis fidem, quam nobis dedistis promittentes fore, vt nostros ciues nobis restitueretis, si ab agris, vestrisq; ciuibus, qui foris erant, abstineremus.

Τρεῖς ἀδικίας. Tria scelera patrantes.

Ομως φασί. Miratur eorum impudentiam. λόγος ἀληθινὸς, & ἀγανάκτησις.

Καὶ ταῦτα. Ingreditur iam in epilogos: proponit æquitatem iudicij, si Platæenses damnentur, petit ne merita eorum prosint ipsis, quia merita vel nulla, vel leuia, scelera verò & plurima, & grauissima erant. docet non esse locum apud taleis iudices misericordię: & siquis sit, eum esse oportere de Thebanis potiùs, quàm de Platæensibus, & affert rationem, quæ habet expositionem suorũ erga Lacedæmonios meritorum: denique præcludit illis omnem aditum ad misericordiam: & in inuidiam eos rapit.

Illud autem notandum est, nullam hîc mentionem disertè factam fuisse de Platæensium meritis erga Lacedæmonios: id est, de eo, quòd Platæenses iuuerint auxiliis Lacedæmonios grauissimis eorum temporibus, cùm terræmotu vrbs oppressa, & seruitia defecerunt. λύσις. Dictum aliâs est, argumentis difficilioribus, aut nihil respõdendum, aut occultanda esse. Author Cic. secundo de orat. ἀρχή. Loci sunt accusatoris proprij malorum nulla misericordia homines moueri oportere.

Οὐκ ἐκπεπτωκόντων. Degenerantes à pristina virtute.

Μὴ δὲ ὀλοφυρμῷ αἰτοῦντα ὑμᾶς θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους &c. ad illa respondet, & confutat.

Καὶ γὰρ ἡμεῖς. ἀντιπαραβολὴ ἐλέους.

Ων πατέρες. Enumerant merita sua.

Οἶκτος τι.) Homines, q̃ nulla sua culpa in aliquod infortunium inciderũt, venia, & misericordia potiùs sunt digni, quàm illi, qui iure optimo calamitate aliqua premuntur, atque adeò horum malis lætari potiùs, quàm tristari debemus.

Καὶ τὴν νῦν ἐρημίαν. συγχώρησις. Ne eorum quidem solitudinem dignam misericordia demonstrant: quia culpa eorum parta est. Hoc probat statim. τοὺς γὰρ ἀμείνους. Locus inuidiæ.

219.A Παρανόμησαν τι. Repetit locum inuidiæ à scelere, & crudelitate.

Καὶ οὐκ αἴτια τι δόντες. Id struit, & molitur, vt euellat ex animis iudicum omnem de Platæensibus misericordiam. Adeò scelesti, & crudeles erga nos fuerunt, vt supplicium capitis, quod imminet ipsis leue sit futurum.

Εννομα γὰρ πείσονται. Refutat illum locum. Εκόντας τι ἐλάβετε, & χεῖρας προϊσχομένους, ὁ δὲ νόμος τοῖς ἕλλησι. Legitimas pœnas dabunt: iure capitis supplicio plectentur.

Αμύνατε οὖν. ὅτι παρανόμησαν. Petit à Lacedęmoniis, vt in primis iuris tuendi causa, & leges conseruandi gratia, tum etiam vt sibi gratiam referant, pro studio, & alacritate, quam in ipsis iuuandis declarabant in hoc bello, ferant sententiam, & damnent Platæenseis.

Ποιήσετε δέ. Proponit vsum istius iudicij. Si hos damnaueritis, exemplum proponetis, quo cæteri terreantur. Locus communis accusatori proprius.

Αλλ' ὦ οἱ ἡγεμόνες. Admonet Lacedęmonios in fine dictionis, & petit ab ipsis, vt cogant Platæenses respondere paucis ad illud βραχὺ ἐρώτημα. Sed obscurè hoc petit. Verùm si ij, penes quos arbitrium, & potestas est, (vt nunc est penes vos) res dignouerint, statuent de omnibus summatim, id est; si multa in pauca, & in summam quandam conferant, minus ipsis proderit inanis verborum strepitus, & oratio fucata in turpi causa.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δικασταί. Mouit Lacedæmonios petitio Thebanorum, vt scilicet reuocarent Platæenses ad breuem illam quæstionem εἴ τι Λακεδαιμονίοις, &c. Itaque secuti hanc rationem de omnibus supplicium capitis sumpserunt. Hæc narrat iam Thucydides. Sed præponit duas causas: prior est, quia Platæenses in fœdere veteri permanere noluerant: posterior, quia nouissimas cõditiones oblatas non acceperant.

Ορθῶς ἕξειν. Rectè processuram; id est, prosperè: Vt propositum tenerent, de necandis Platæensibus.

Κοινοὺς εἶναι. Vt neutros sequerentur: vtrosque vt amicos reciperent. Ως abundat hoc loco.

Τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει. Propter sua ipsorum iusta postulata.

Εκσπονδοι. Reiecti iam, & spreti, hoc aliâs alia significat.

Εξαίρετον. Necis exortem, nemini pepercerunt: neminem immunem supplicij fecerunt.

220.B Οροφαῖς, & θυρώμασι, Laquearibus, & ianuis: vel etiam tectis, & ianuis.

Σχεδὸν δέ τι & τὸ ξύμπαν. Interponit obiter author iudicium suum, & docet quo consilio Lacedæmonij tale fecerint iudicium: vt morem gererent, inquit, vtque gratificarentur Thebanis.

Καὶ τὸ ξύμπαν. ἐπιδιόρθωσις. ἀντὶ τοῦ παντελῶς, omnino.

Αποτετραμμένοι. Auersi, id est duri, & inexorabiles fuerunt. *Diua solo fixos oculos auersa tenebat.* Virg. lib. 1. Æneid. L. V. desciuerunt ab eorum amicitia: sed authoris mentem intellexisse non videtur.

Αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες. Redit ad classem Peloponnesiorum quæ missa fuerat subsidio Mitylenæis: docet eam insequente classe hostium aufugisse, & passam fuisse tempestatẽ prope Cretam Insulam: tandem verò ad Peloponnesum appulisse, & cum aliis triremibus, quæ ad Cyllenem erant, sese coniunxisse.

Εκ τῶν ἀθλίων. ἴσως ἀθλωαίων. Quia à Pachete, & eius classe hoc passæ sunt: nisi iam addat hoc superiori historiæ.

Επιδιωχθεῖσαι. Fugam passæ: id est, insequente classe Atheniensium.

Χειμασθεῖσαι. Tempestate afflictatæ.

Σποράδες, αὐτὶ τὸ διεσπαρμέναι.

Εβούλοντο γάρ. Quid in animo haberent Lacedæmonij amissa Lesbo, explicat Thucydides. summa, volebant occupare Corcyram, quæ valebat classe, & partibus Atheniensium hærebat: ostendebatur autem facultas, quia seditione tunc Corcyræi laborabant: atque ita nactus occasionem narrat seditionem Corcyræorum.

Δώδεκα. Aderat rei peragendæ facultas, seditio nimirum, aberant impedimenta; quia Athenienses nullam fere classem, quæ sociis succurreret, in illis regionibus habebant.

Οἱ γὰρ Κερκυραῖοι. Causam seditionis iam aperit. Hæc est petita altius, in libr. 1. vidimus post nauale prœlium Corinthios domum reuersos, octingentos seruos Corcyræorum vendidisse, ducentos, & quinquaginta homines ingenuos in vinculis habuisse: ἐν δεσμωτηρίῳ (inquit) εἶχον πολλῇ ὅπως αὐτοῖς τὴν Κέρκυραν ἀναχωρήσαντες προσποιήσειαν. ἐτύγχανον δὲ καὶ δυνάμει αὐτῶν οἱ πλείους πρῶτοι ὄντες τῆς πόλεως. Hi igitur domum reuersi seditionem excitarunt, vt insulam in Corinthiorum ditionem redigerent.

221.A Τῷ μὲν λόγῳ. Verbo quidem talentis octingentis redempti, datis idoneis fideiussoribus, hospitibus scilicet suis, re verò gratis dimissi ea conditione vt insulam in Corinthiorum potestatem redigerent.

Καὶ ἀφικομένης. Rei progressus paulatim explicat, & initia istius seditionis. Venerat nauis Attica, & Corinthia cum legatis, quorum alteri: id est, Athenienses petebant, vt amicitia, & fœdus confirmaretur: alteri, vt vetus amicitia renouaretur. Decretum est, vt Corcyræi essent ex pacto socij, & amici Atheniensiū, cum Corinthiis renouarēt amicitiā.

Καὶ ἦν γὰρ Πειθίας. Captiui postea Pithiam quendam, qui erat voluntarius hospes Atheniensium: & tunc erat princeps ciuitatis, reum faciunt, & læsę maiestatis causam dicere cogunt: sed ille absolutus, accusat vicissim sacrilegij quinque captiuos, omniū ditissimos: qui damnati, cùm mulctæ summam, quę erat ingens, persoluere nō possent, confugiunt ad templa supplices.

Ἦν γὰρ πειθίας, παρένθεσις: πειθίας πείθει. Alludit ad nomen Pithiæ, eiusque ἔτυμον docet.

Στατῆρας. ὁ στατὴρ erat nummus. στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρπάζομεν. Aristophanes in Pluto. valebat duas drachmas Atticas. Iul. Poll. lib. 4. ὁ Κορίνθιος, valebat 10. obolos, & libro nono.

Ὅπως ταξάμενοι. Vt compositione facta, certis pensionibus soluerent.

Βουλῆς. σχόλιας. ὁ βουλῆς τοῦ βουλεύοντος, ὁ βουλευτής. Sed videtur Scholiastes hac in re falli: nam τὸ βουλῆς est genitiuus à recto ἡ βουλή, id est, Senatus. Hęc igitur idem valent ac si dixisset Thucydides, ἐτύγχανε γὰρ καὶ ἐκ τῆς βουλῆς ὤν, ἤγουν βουλευτὴς ὤν. Hoc patet ex sequētibus τόν τε Πειθίαν κτείνουσι, καὶ ἄλλους τῶν τε βουλευτῶν, καὶ ἰδιωτῶν ἐς ἑξήκοντα.

Οἱ δ' ἐπειδή. Coactos necessitate supplices vim Senatui attulisse: & ad 60. vnà cum ipso Pithia necasse docet.

222.A Ελθούσης. Causa, qua impulsi, aduentu nauis Corinthiacæ, & legationis Spartanæ.

Ἀφικομένης δέ. Sed noctis interuentu.

Καὶ αὐτῇ. Et ibi se communiuit frequens, & ibi coactus castra posuit. Εἶχον: σύλληψις.

Ἠκροβολίσαντο. Leue certamen commiserunt, ἀκροβολίζεσθαι, telis, missilibus, fundis, lapidibusq; pugnare, quod fit, cùm nulla signa conferūtur, cùm acie instructa non concurrunt milites, nec confligunt: sed stantes intra certum locorum spatium alteri alteros iaculis petunt.

Παρακαλοῦντες. Solicitantes seruitia, spe libertatis proposita.

Γενομένης δὲ τῆς τροπῆς. Incendia iam facta à nobilitate narrat: sed causas præponit: quia victi, & fugati sunt, quia verebantur ne populus eodē impetu insecut⁹, & naualia obtineret, & se opprimeret.

Δείλην ὀψίαν. Crepusculum vespertinum.

Αὐτοβοεί. Eodem impetu ingruēs, vel, primo impetu, primo clamore sublato.

Εμπιπρᾶσιν. Vt ea re remorarentur impetum populi.

Ξυνοικίας. Et contiguas illis ædes.

Ὅπως μὴ ᾖ ἔφοδος. Ne aditus pateret ad se opprimendos.

Καὶ ἡ πόλις ἐκινδύνευσε. Et parum abfuit, quin vrbs tota cremaretur, si vētus ingruisset, qui flammam, & incendium sparsisset.

223.A Καὶ οἱ μὲν παυσάμενοι. Reliqua persequitur: noctem diremisse prœlium narrat: custodias hinc inde diligenter dispositas: nauem Corinthiam clàm discessisse: milites plerosque, qui ex Epiro venerant, eodem transfretasse.

Τῇ δ' ἐπιγιγνομένῃ. Docet iam Nicostratū ducem Atheniensium cum parua classe Corcyram venisse, & de compositione cum Corcyræis egisse ea conditione, vt decem tantùm, qui authores potissimum seditionis fuissent, causam dicere cogerentur. Cæteri ciues facta pace inter se, & renouato cum Atheniensibus fœdere, vrbem incolerent.

Ὥστε ξυγχωρῆσαι. Vt in concordiam mutuam redirent.

Καὶ ὁ μὲν ταῦτα πράξας. Pergit iā Thucydides grauiora quædam explicare: qui erāt principes, & duces plebis persuadent Nicostrato, vt quinque naueis Atticas relinquat, se loco earum quinque de suis missuros pollicentur: prætexunt se hoc facere, vt Atticarum nauium præsentia contineant in fide, & officio parteis aduersarias, ea re impetrata, suos quique inimicos deligunt, & naueis conscendere iubent: illi suspicati se Athenas ad supplicium deduci, ad Castoris, & Pollucis fanum supplices confugiunt: alij præterea eiusdem factionis ad Iunonis templum accurrunt: quos omneis populus in insulam oppositam Iunonis templo transmittit: & victū cæterasq; res necessarias illis eò mittebat.

Ἧσσόν τι ἐν κινήσει ὦσιν. Minus se commouerent.

Τῆς δὲ στάσεως ἐν τούτῳ οὔσης. Redit iam Thucydides ad classem Peloponnesiorum: quæ erat in naualibus Eleorum, & cui Alcidas præerat. Docet eam sub illud tempus, quo 400. illi Corcyręi in insulam transportati sunt, venisse vt Corcyram occuparēt: Et cōmisso prœlio nauali quamuis superiores fuissent, tamen re infecta domum rediisse.

224.A Τὰ σύβοτα. Libro primo ἔστι δὲ τὰ σύβοτα τῆς Θεσπρωτίδος λιμὴν ἔρημος: erat etiam insula eodem nomine.

Ηὐτομόλησαν. Transfugerunt.

Ἦν δὲ οὐδεὶς κόσμος. Nihil ritè, nihil ordine administrabatur.

Ἰδόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι. Hic commendat vigilantiam Peloponnesiorum, qui animaduersa trepidatione hostium, cōsilium pro tempore ceperint, & classi trepidanti partem suæ classis opposuerint, alteram partem, quę erat firmior, opposuerint nauibus

uibus Atticis, quæ & frequentes erant, & instru-ᶜto agmine occurrebant, & rerum maritimarum scientia longè antecellebant.

Καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι. Qui malè rē gesserint in conflictu, qui etiam minus malè, explicat iam Thucyd. Corcyræi premebantur ab hostibus, quia erant sine Atheniensium nauibus, quia eorum naues non erant confectæ, quia ordine perturbato prouecti fuerant. Athenienses non ita.

C Προσπίπτοντες. Irruentes, κακῶς: malè, id est, nullo rei militaris ordine seruato.

Προσβαλόντες δὲ κατὰ κέρας. Sed cum instructo agmine cōfligentes, sed in extremum cornu irruentes.

Κύκλον ταξαμένων αὐτῶν. Hoc ad Peloponnesios referēdum, non ad Athenienses, vt est in L. V. versione. deinde cùm illi in orbē classem digessissent, ipsi circumeundo hosteis turbare conabantur.

Ὥσπερ ἐν Ναυπάκτῳ: οἱ δὲ ἀθηναῖοι κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ, καὶ ξυνῆγον ἐς ὀλίγον, ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες, καὶ δόκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν.

D Πρύμναν κρουόμενοι. Locutio nautica, naues inhibētes. Cicer. Epist. Att. inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat.

Σχολῇ. Lentè.

Καὶ οἱ Κερκυραῖοι δείσαντες. Exponit Corcyræos reduxisse ad templum Iunonis eos, quos in insulam oppositam transportauerant, & custodias in vrbe disposuisse, veritos ne hosteis victores iam iam ingruerent.

225. A Ὅθεν περ ἀνηγάγοντο: εἰς τὰ Σύβοτα.

B Ἰσόψηφοι. Quanuis suffragiorū numero esset inferior.

C Προσδεχόμενοι. Aduentum hostium opperientes.

Ἐφρυκτωρήθησαν. Ignibus fuit significatū illis 60. naues Atticas aduentare.

226. A Ἀλλήλους: πάθος, vt ἐκ τῶν δένδρων.

B Πᾶσα ἰδέα. Amplificatio à genere.

Περαιτέρω, ἐναλλαγὴ καὶ ἔτι πλέον.

Πατὴρ παῖδα. Quod nefarium, & scelestum.

C Ἀπὸ τῶν ἱερῶν. Hoc scelestum, & sacrilegum.

Περιοικοδομηθέντες. Circūsepti muro, & fame necati perierunt.

Οὕτως ὠμὴ στάσις: ἐπιφώνημα. Eò acerbitatis, & sæuitiæ progressa est seditio.

Καὶ ἔδοξε μᾶλλον. Ab opinione hominum rem auget, visa est magna propter nouitatem, αὔξησις εἰ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μετ' ὀλίγων, ἢ ὅτι μάλιστα πεποίηκεν.

Ἐπεὶ ὕστερόν γε. Nactus occasionem Thucydides more suo digreditur, & tractat locū communem de seditione, admonitus mētione seditionis Corcyræorum. Itaque describit naturam seditionis, & suis pingit coloribus: demōstrat insita ei vitia. Sed primo loco exponit causas, & originem eius, discordiam scilicet ciuium, & factiones, vnde deinde docet bella ciuilia manare: huius autem seditionis specimen proponit eas, quæ passim per vniuersam Græciam fuerūt excitatæ: seditionem Corcyræorum eò maiorem, grauioremque visam dicit, quia prima inter Græcos extitit, cæteras tamen, quæ consecutæ sunt, grauissimas fuisse dicit propterea, quòd homines rebus inuētis aliquid de suo addere student, ne ingenio aliis inferiores videantur.

Ἐπεὶ: nam postea: τὸ ἐπεὶ: nunc est μόριον αἰτιολογικόν.

Τὸ ἑλληνικόν: ἀντὶ τοὺς ἕλληνας.

Διαφορῶν. Causa, & origo seditionis discordiæ.

Τοῖς τε τῶν δήμων. Causa discordiarum, dissimilitu-

A do conditionum, & ordinum. Plebs cum nobilitate bellum perpetuò gerit, & mutua exercet odia: legimus apud Liuium idcirco secessionem plebis Romanæ factam in montem sacrum, & multos alios motus vrbanos excitatos.

Προστάταις. Principes, & patroni populi.

Καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ. Occasio: bellum pacatis rebus nō erat causa speciosa τοῖς προστάταις τῶν δήμων, vt Athenienses accerserent, vel paucis, vt Lacedæmonios euocarent: bello autem exorto dabatur facultas, &

B offerebatur occasio, societatis scilicet honestus prætextus.

Οὐκ ἂν ἑτοίμων. Subaudi ὄντων, neque audebant. 227. A

Πολεμουμένων δὲ ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαί. Sed consecutio postulabat ἐν πολέμῳ δέ. Cùm autem bello premerentur, tum facilè qui nouas res moliebantur vtrosque accersebant simul societatis causa, simul vt contrariam opprimerent factionem, & sibi ipsis potentiam adiungerent.

Ἑκατέροις. τοῖς νεωτερίζειν βουλομένοις.

C Προσποιήσει ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Vt quærerent potentiam sibi ex eadem euocatione.

Καὶ ἐπέπεσε. Euenta consecuta: itaque multæ acerbitates ciuitatibus acciderunt propter seditiones.

Ἡ αὐτὴ φύσις. Altius petit nouas causas naturam hominum improbam.

Μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα: ἀντὶ τοῦ μᾶλλον, καὶ ἧττον. Quæ tamen calamitates magis vel minus, & genere diuersæ accidunt pro casus, & fortunæ varietate in

D rebus singulis.

Ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ. Reddit rationem cur bello potiùs, B quàm rebus pacatis, qui motum in ciuitate volebant excitare, accerserent hos, aut illos: Athenienses, aut Lacedæmonios: & cur rebus perturbatis potiùs, quàm pacatis homines sint deteriores, quia (inquit) rebus pacatis, & quietis homines tam priuatim, quàm publicè meliores sunt: quia nulla premuntur necessitate: bellum verò necessitatem afferens cogit homines deteriores fieri, & ad præ-

E sentem rerum statum hominum animos effingit.

Ἀγαθοῖς πράγμασι. Rerum affluentia, commodo rerum statu,) (ὑφελὼν τὴν εὐπορίαν τοῦ καθ' ἡμέραν.

Ἀκουσίους. Odiosas, duras, molestas.

Ὑφελών. Bellum verò subducta paulatim rerum copia ad quotidianum vsum necessaria, magister durus & vrgens est.

Ἐστασίαζέ τε οὖν. Redit ad seditiones Græciæ passim motas agitabantur itaque seditionibus ciuita-

F tes &c. quæ quidem seditiones eò fuerunt grauiores, quò homines de suo aliquid addere rebus auditis student.

Καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά που. Ciuitates, in quibus seriùs seditiones mouebantur, eos res, quas accidisse alibi fama acceperant, studebant superare.

Πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολήν. Superare admodū volebant.

Τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας. ἕνεκα τοῦ καινοῦσθαι. ὡς καινοτόμοι εἶναι δοκοῖεν. Vt laudem ingenij quærerent, quòd sci-

G licet noui aliquid reperissent: id quod ambitionis erat. Sed hæc ita vertenda sunt ad verbum, vt ingenia nouarentur, afferebant magnam exuperantiam nouorum inuentorum, sed est causa pro effecto, idque μετωνυμικῶς. Hic locus in L. V. versione totus perperam est versus.

Τῶν τ' ἐπιχειρήσεων περιτεχνήσει: τοῖς τρόποις τῶν ἐπιχει- G

ῥήσεων καινῶν ἐξεπιτηδευμένοις. Tum inimicos adoriundo A nouo artificio, tum nouo genere supplicij eos afficiendo, vel tum comminiscendo, nouas rationes aggrediendi inimicos.

Καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν. αὐτὴ τὸ τὴν σημασίαν. Eam fuisse peruersitatem in istiusmodi hominum genere docet, vt rerum vocabula confuderint, & vitia honestis nominibus appellarint, αὔξησις. Non solùm patrabāt scelera, sed etiam honestis, & speciosis nominibus appellabant. L. V. Hæc ita vertit, Cōsuetis etiam rerum vocabulis in excusationem B immutatis. Ἀτοπία. Insolētia, nouitate suppliciorū.

Τῇ δικαιώσει. Suo arbitratu, pro libidine.

Τόλμα μὲν γάρ. Vitiū. πλουτ. ἠθ. ἐν τῷ πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

Φιλέταιρος. Amicorum studiosa, vt nulla pro illis metuat pericula.

Μέλλησις. Virtus. ἡ εὐλάβεια, ἡ διὰ προνοίαν γιγνομένη, προμηθής.

Εὐπρεπής. Specioso nomine appellata, prouidentiæ scilicet. C

Τὸ δὲ σῶφρον. τὴν σωφροσύνην. Modestia.

Πρόσχημα. Velamentum, prætextus ignauiæ.

Τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετόν. τὸ μετὰ συνέσεως ἔρχεσθαι εἰς πᾶν ἔργον. Adhibere prudentiam ad rem quamlibet, appellabant in re qualibet segnitiem, & cessationē.

228 Τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξύ. Animus verò vesanus, & præceps viro forti tribuebatur: id est, existimabatur virtus, & fortitudo.

Ἀνδρὸς μοίρᾳ. Portioni, id est, officio viri, id est, virtuti. D

Ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι. Cautio verò, & considerata deliberatio, materia speciosa detrectandi negotij. Cautio in iteranda deliberatione, & consultatione.

Εὔλογος. εὐπρεπής.

Καὶ ὁ μὲν χαλεπαίνων. Iracundus, & asper moribus fide dignus habebatur: id est, habebat authoritatem: qui ei resistebat. Huius fides erat suspecta: id est nullam habebat authoritatem.

Ἐπιβουλεύσας δέ τις. Insidiator, si insidiæ successissent, prudens, vel astutus. Si alterius insidias prouidisset, longè prudentior. τυχών, præsertim voti compos. E

Προβουλεύσας δέ. Qui prospexisset ne quid his reb⁹ indigeret, is amicitiæ dissolutor, & aduersariorum timens vocabatur, qui prospexisset ne aut ipse insidiis appeteretur, aut aliis facere insidias cogeretur, is amicorum desertor, perfidus, & nimis timidus appellabatur.

Ἁπλῶς δέ. In summa, vel denique laudabatur qui in facienda iniuria alium anteuertisset: & qui alium nihil tale cogitantem ad hoc ipsum impulisset. F

B Καὶ μὴν. Pergit explicare alia vitia, quæ consecuta sunt seditiones. Sodalitia cognatis, & necessariis anteponebantur.

Οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων. Huiusmodi enim cœtus non fiunt vtilitatis gratia, ex legibus, sed auaritiæ causa contra leges, id est, furti, & latrocinij causa, quæ prohibentur legibus.

Καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις. Fidem firmabant inter se non iure iurando interposito, sed scelerum communicatione. Ergo nulla erat religio. Sensus, in patrando scelere quamuis fidem inter se plures sodales dedissent, & iusiurandum interposuissent, tamen non tam habebant rationem iurisiurandi, quàm societatis in scelere patrando. Nam qui prodidisset sodalem, & eum indicasset, is simul etiam seipsum indicabat. G

Τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων. Quæ ab aduersariis probè dicebantur, ea accipiebant si re ipsi præstarent ita, vt cauere possent si quid insidiarum lateret, non simplici, & aperto animo. nulla igitur sinceritas, nullus erat candor animi in ipsis. ἐνεδέχοντο. Admittebant.

Ἀντιτιμωρήσασθαι. Et pluris faciebant vltionem, quàm vt nulla ipsi iniuria lacesserentur.

Καὶ ὅρκοι. Et iusiurandum si quando interponebatur ad reconciliandam gratiam, id tandiu valebat, quandiu nihil aliunde virium accedebat. Ergo summa perfidia, & simulatio in illis erat. C

Ἐν τῷ αὐτίκα. ἴσχυον ἐν τῷ αὐτίκα τὸ ἑξῆς. ἡ αἰτία πρὸς τὸ ἄπορον.

Οὐκ ἐχόντων ἄλλοθεν δύναμιν. Hoc ad personas non ad iusiurandum est referendum. Si vires aliunde nacti non essent. quasi dicat: violare, & frangere fidem solebāt simul atque vireis nacti essent, quibus opprimerent aduersarios.

Ἐν δὲ τῷ παρατυχόντι. Ad quamlibet occasionem qui fidere prior cœpisset, is si minus munitum aduersarium vidisset, libentiùs eum per fraudem vlciscebatur, quàm si ex professo id fecisset. 229.A

Καὶ τό τε ἀσφαλές. Confirmatio. Nam & tutum id esse reputabat: & quòd fraude superasset aduersarium, prudentiæ laudem se consecuturum existimabat.

Ἀγώνισμα. Prœmium, id est, laudem.

Ῥᾷον δ' οἱ πολλοί. Confirmatio. Facilius enim vulgò qui fraudulenti sunt, solertes appellātur, quàm qui tardi, boni. ἀμαθεῖς) (δεξιοὶ κακοῦργοι) (ἀγαθοί. Itaque, quasi dicat opinionē, & existimationē populi venātes, facilius in istas turpitudines labebātur.

Δεξιοὶ) (σκαιοί, οἱ ἀμαθεῖς.

Καὶ τῷ μὲν αἰσχύνονται. Hoc quidem erubescunt τῷ ἀγαθοί, καὶ ἀμαθεῖς: illo verò gloriantur, exultant, triumphant, τῷ κακοῦργοι, καὶ δεξιοί.

Πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον. Horum omnium causa, & origo fuit principatus, qui auaritię, ambitionisque causa appetebatur.

Ἐκ δ' αὐτῶν. τὸ ἑξῆς καθισταμένων. His iactis tāquam fundamentis addebatur animorū alacritas ad contentionem.

Οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι. Probat quòd dixit πλεονεξίαν, καὶ φιλοτιμίαν fuisse initium, &c. Nam (inquit) principes ciuitatum honesta præscriptione nominum Rempub. verbo quidem gubernabant, re verò ipsa spoliabant: & vt hoc sibi liceret impune, alij alios superare certatim conabantur: atque ita grauissima suscipere scelera sunt ausi, & grauiora sumere supplicia quàm par, & vtile erat, non dubitarunt.

Ἑκάτεροι. οἱ τῶν δήμων προστάται, καὶ οἱ ὀλίγοι. B

Προτιμήσει. αὐτὶ τοῦ προτιμῶντες ἰσονομίαν πολιτικὴν πλήθους.

Ἆθλα ἐποιοῦντο. Tanquam præmium, vel pro præmio res eas sibi proponebant. Quæstui habebant.

Ἐπεξῄεσαν. Inimicitias persecuti sunt.

Οὐ μέχρι τοῦ δικαίου. Non quantum æquitas, vtilitasque publica postulabat, id est, atrociores quàm ęquitas, & publica vtilitas postularet.

Ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις. Sed pro sua quique libidine pœnas vtrique statuentes, terminantes. που, in aliqua re.

Καὶ ἢ μετὰ ψήφου. Modus. Et vel iniquis suffragiis damnantes, vel vi, & manu potentiam sibi parantes

tes, erant propensi ad explendam libidinem in præsenti contentione. περίφρασις τῆς προθυμίας. τὸ κρατεῖν, αὐτὶ τοῦ τὴν ἀρχήν.

C Ἐπιμελῶς ἤσαν. τὸ προθυμον ἐς τὸ φιλονικεῖν.

Ὥστε εὐσέβεια μὲν. ἐπίλογος τοῦ καὶ ὅρκοι εἴπου ἀρα γίγνοιντο. Itaque neutri transigere quicquam consueuerant habita ratione religionis: quibus verò speciosa oratione licuisset aliquid commodè transigere, ij melius audiebant. Itaque neutri mouebantur religione, & iureiurando. Ἐνόμιζον: consueuerant.

Τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν. Locus amplificationis. Ciues, qui non erant in partibus, opprimebantur.

Περιεῖναι. Quia malorum erant immunes, quòd superstites, integri, & immunes calamitatũ essent. περιεῖναι) (διεφθείροντο.

Οὕτω πᾶσα ἰδέα. ἐπιφώνημα. Adeò omne genus facinorum passim extitit in Græcia propter seditiones.

230.A Καὶ τὸ εὔηθες. Amplificatio. A priuatione virtutum: simplicitas, & animus generosus contemnebatur.

Τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις. Animus autem infestus, & perfidia longè præstabat, id est, acerbissimæ, & capitales inimicitiæ longè præstabant, vel animis infestis esse mutuò, & nullam alteri fidem habere, longè præstabat.

Οὐ γὰρ ἦν. Cur odia, & inimicitiæ longè præstiterint, affert rationem: nam neq; oratio tantum authoritatis habebat, neque iurisiurandi tanta erat religio vt posset illas inimicitias dirimere.

Λόγος) (ὅρκος. Vt profanum) (sacrum, ἐχυρός, φοβερός, terribile.

Κρείσσους δὲ ὄντες ἅπαντες. Sed cùm omnes de fide alterius desperarent, vt iniurias vitarent potiùs prospiciebant, quàm vt cuiquam fiderent, adduci poterant, vel cùm essent animis propensiores ad diffidentiam.

Εἶναι κρείσσους λογισμῷ. Est considerare potiùs illud scilicet vt de fide desperarent.

Καὶ οἱ φαυλότεροι γνώμην. itaq; qui minus valebant prudentia, qui erant deteriore consilio, id est, minus prudentes plerunq; erant superiores, vel meliore conditione erant. Δεινότης, παράδοξος ἔννοια.

Ὡς τὰ πλείω. διόρθωσις τοῦ παραδόξου.

Τῷ γὰρ δεδιέναι. Rẽprobat, à causis probabilibus, & consilio illorum. Nam cùm & suam imprudentiam, & aduersariorum prudentiam metuerent, veriti ne aut eloquentia, aut astu inimicorum victi priores opprimerentur, non dubitabant persequi inimicitias.

Τὸ ἐνδεές. αὐτὶ τοῦ τὴν ἔνδειαν. Vitium suum: id est, τὴν ἀφροσύνην.

B Τοῦ πολυτρόπου τῆς γνώμης αὐτῶν. Versutia eorum ingenij.

Πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν. Facinora suscipiebant: quaslibet res gerendas aggrediebantur.

Οἱ δὲ καταφρονοῦντες. A loco cõtrariorum. Imprudentes) (prudentes, sed est effectum causæ.

Qui verò hæc negligebant, & sibi persuadebãt, se, si aliquibus insidiis appeterentur, præsensuros eas sua prudentia, quique propterea ad facta veniendum non censebant, cùm consilio aduersarios anteuertere, & insidias vitare possent, hi longè facilius opprimebantur imparati, minimeque tecti.

Κἂν προαισθέσθαι. Supple νομίζοντες, συλληπτικῶς.

Λαμβάνειν. αὐτὶ τοῦ προλαμβάνειν. οὐδέν, αὐτὶ τοῦ οὐ.

Ἐν δ' οὖν τῇ Κερκύρᾳ. Quæ vitia: qui morbi grassati fuerint in seditionibus, quæ consequutæ sunt seditionem Corcyræorum, latius explicauit huc vsque Thucyd. Iam conclusurus istam partem efficit pleraq; huiusmodi vitia prius in seditione Corcyræorum extitisse: atque ita redit eò vnde digressus fuerat amplificandi causa, & addit Epilogum huic parti.

Ὁπόσα δράσειαν. συναθροισμός. Et quæ facere possent qui suas vlciscuntur iniurias, in eos, quorum imperio subiecti improbè potiùs, & violentè, quàm B iustè, & modestè ab illis tractati fuerunt. Solent enim sæuire acerbissimè in eos.

Πενίας δὲ τῆς εἰωθυίας. Et quæ facere possent paupe- C res, qui ex diuturna inopia eximere se cuperẽt: vel qui per auaritiam fortunas alterius occupare studerent.

Οἵ τε μὴ ἐπὶ πλεονεξίᾳ. Quæcunque etiam patrare possent, qui non auaritia, sed æquo iure primùm inimicos inuadentes postea fera, & immani indignatione longissimè prouecti, sæui, & implacabi- C les fuerunt.

Ἀπαιδευσίᾳ ὀργῆς. αὐτὶ τοῦ ὀργῇ ἀπαιδεύτῳ. Immani, fera, agresti, cœca ira.

Συνταραχθέντος τοῦ βίου. Concludit denique maximam rerum perturbationem tunc fuisse Corcyræ: ita, vt natura humana suam declarauerit impotentiam, qua, ira, & animi motibus superatur, ius, & leges ipsa superat, & odio capitali superiorem dignitatem prosequitur.

Βίος. βίος ἡ ζωή) (θάνατος. βίος ἡ τέχνη, οἷον, βίον ἐμπορικὸν ἔζη. ὁ τρόπος, χρηστὸς βίος. φαῦλος βίος. Vitæ conditio: sæpe D vitæ spatium, & victum, iam vitæ conditionem, & disciplinam significat.

Ξυνταραχθέντος. Cùm res miscentur, & confun- 231.A duntur, vna ab altera discerni non potest: ita fit, vt cùm nullus rerum delectus haberi possit, mala pro bonis accipiantur, & honestis appellentur vocabulis: & vice versa bona pro malis: respicit itaque Thucydides ad illud superius, τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει.

E Disciplina ciuilis coercet naturam & libidinem hominum cùm leges vigent.

Ἀκρατὴς μὲν ὀργῆς οὖσα. In epilogis est ἀνακεφαλαίωσις, amplificatio, & affectus. Hæc est ἀνακεφαλαίωσις. Repetit enim quanquam paucissimis, quæ superius de vi, de cupiditate hominum, de rapinis, de contemptione religionis, de crudelitate cùm in alios, tum in viros præstantes dignitate, & authoritate sunt dicta.

Οὐ γὰρ ἄν. Sequitur ratio, & amplificatio: nam ni- F si res se ita habuisset, homines non anteposuissent vindictam religioni, atque pietati, quæstum innocentiæ.

Ἐν ᾧ: In quo inuidia nullam habebat vim ad nocendum: sed est causa pro effecto: id est, in quo potentia nemini nocens erat.

Ἀξιοῦσί τε. Queritur Thucydides tantam esse in homine peruersitatẽ, vt leges violet, atq; euertat: ratio est sumpta à causa finali ab vtilitate, quia leges propterea inuentę, constitutęq; sunt, vt essent G præsidio vitæ hominum, vt si quis à potentioribus opprimeretur, haberet quo confugeret, haberet vindicẽ, qui vim arceret, & supplicio nocẽtem afficeret: est igitur totus iste locus conquestio de peruersitate hominum ingenij, qui præsidia humanæ vitæ labefactarent, & ea commoda tollerent, quæ hominum causa reperta, constitutaque fuerant.

Αξιῶσί τι. Μετὰ ἀγανακτήσεως hoc dictum. Thucydides figuram verborum mutauit, vt locum communem accommodaret suis etiam temporibus. ὑπόκειται, πρόκειται vt ὑπόθεσις.

Περὶ τῶν πιστῶν. De vi, de turpi quæstu, de contemptione legum, de oppugnatione bonorum. διασώζεται αὔξησις.

B Καὶ μὴ ὑπολείπεσθαι. Supple ἀξιῶσι. Nolunt relinqui præsidium vel sibi, vel aliis.

Οργαῖς. Id est, tali seditione. προῦπαις, vt distinguat ab iis, quæ secutæ sunt.

Υστερον δὲ οἱ φεύγοντες. Narrat exules Corcyræorum occupasse, munitiones quasdam in opposita continente. Atque inde profectos insulam populatos fuisse, magnumque incommodum, ac detrimentum aduersariis dedisse.

C Καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπεχώρει. Et cùm nihil proficerent. Cũ nihil transigeretur. Υστερον χρόνῳ, πλεονασμός.

Οπως ἀπόνοια ἦ. Vt nulla spes alia relinqueretur, sed κοινοπρεπῶς ἀπόνοια. αἰτὶ ἡ οὐδεμία ἐλπὶς vt æquato omniũ periculo spẽ fugę tolleret, li. 1. Cæs. B. Gall.

Αλλότι. ἀρίστ. ὥστ' οὐδὲν ἄλλο δεῖ πλὴν ἀποδεῖξαι. Liu. vetrem in medio quietum nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui. lib. 2. primæ Dec. 107.

D Εκράτουν. Potiebantur.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους. Transitio. Narrat Athenienseis sub extremũ eiusdem æstatis tempus misisse paruã classem in Siciliã verbo quidem subsidio Leõtinis, sed re ipsa vt explorarent, ac tentarent an possent illæ res subigi: Syracusani, & Leontini bellum inter se gerebant: Leontinorum socij tum quia socij antiquitus Atheniensium, tum quia erant Iones, impetrarunt Leontinis auxilia.

Λεοντῖνοι. Megara, & Leontini clarissimæ olim Siciliæ vrbes.

232. A Λοκροί. post agrum Rheginum.

B Ρήγιον. Chalcidensium colonia à casu Etymum trahens. nam Sicilia, quę olim erat coniuncta cum Italia, ingẽti terræmotu ab ea diuulsa est in ea parte, qua conditum deinde fuit Rhegium.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Ineunte hyeme Athenienses iterum pestilentia pressos memorat Thucydides. ἐκ τῶν τάξεων. Ex legionibus.

C Καὶ οἱ μὲν ἐν Σικελίᾳ. Narrat Atheniẽseis cum Rheginis bellum intulisse, iis, qui ταῖς αἰόλου νήσοις obtinebant. erant autem λιπαραῖοι, colonia Cnidiorum.

D Αἰόλου νήσους. ἑπτὰ, λιπάρα, θέρμισσα, στρογγύλη, διδύμη, ἐρικοῦσα, φοινικοῦσα, εὐώνυμη. Dictæ autem sunt Æoli insulæ, quòd ibi Æolus Iliacis temporibus regnauerit. Διονύσιος.

> Επτὰ δ' οἱ ταί γ' εἰσὶν ἐπώνυμοι ἀνδράσι πλωταί,
> Ούνεκα μέσσον ἔχουσι περίπλοον ἀμφιέλικτον.
> ὃ σχίζα διέχουσι τὸ σικελικοῦ πορθμοῦ.

Φαίνεται. Cernitur. Αναδιδοῦσα. Emittens.

233. A Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Æstate insecuta narrat Peloponnesios, & socios ad Isthmum vsque progressos, vt in Atticam irrumperent, sed religione, ac terræmotibus deterritos domum se recepisse. Narrat etiam eluuiones, & terrarum inundationes, quæ diuersis in locis acciderunt.

B Σεισμῶν δὲ γιγνομένων. Quicquid agendum suscipiebatur, siquid portenti notatum fuisset: siquid etiam de cœlo seruatum esset, infelicem exitum credebatur habiturum.

Κατεχόντων. Agitantibus: occupantibus.

Οροβίαις. πόλις εὐβοίας. Strabo libr. 10.

Κατέκλυσε. Demersit. Pars rediit ad suũ alueum.

A Hic locus perperam versus à Laurentio Valla.

Πεπαρήθῳ. νῆσος μία τῶν κυκλάδων, πόλις ὁμώνυμον ἔχουσα. C

Επαναχώρησις. Ex alueo suo recessus.

Αἴτιον δ' ἔγωγε. Philosophatur iam Thucydides, D & causas scrutatur. vim terræmotus hoc efficere ait. ἀριστοτ. libr. 2. Meteor. cap. 8.

Αποστέλλειν. Amandare. Causa est ventus erumpens ex terra. Μυλαί, πόλις Σικελίας. Erat etiam Thessaliæ.

Καὶ ἐξαπίνης πάλιν. Repente deinde reuocatum.

B Καὶ τὰ ἄλλα πιστά. Et aliis fidei pignoribus. iureiurando. 234. C

Ηράκλειαν. Plures memorat Stephanus eodem nomine. Insulam etiam in mari Atlantico fuisse dicit, quæ ita vocaretur. 235. A

Τραχινίαις. Non displicet lectio, quæ est in margine τραχινία, vt sit γῆ ῥαχινία. τραχὶν, ῥαχινος, ἡ, ῥαχὶς, ῥαχίνιαι, Σοφοκλέους ῥαγωδία.

Από ποιᾶς δὲ γνώμης. Quã explicat paulo pòst in eo loco, ἀκούσαντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι γνώμην εἶχον &c. Sed C occasionem, & materiam eius deliberationis prius explicat.

Μηλιεῖς. Gens Thessaliæ. στράβων libr. 9. ἔχουσι δὲ τὰ B μὲν πρὸς εὐβοίᾳ, καὶ θερμοπύλαις μαλιεῖς, καὶ οἱ φθιῶται ἀχαιοί, τὰ δὲ πρὸς τῷ πηλίῳ μάγνητες.

Παράλιοι. πάραλος, πόλις θεσσαλίας. Στέφανος. Εστι καὶ παραλία τῆς ἀττικῆς. Εφθαρμένοι. Attriti.

Δείσαντες δέ. Sed fidem eorum veriti. Carpit Atheniensium perfidiam. Ελόμενοι. Publico consensu.

D Δωριεῖς. Μητρόπολις τῶν ἁπάντων δωριέων, ἔχον δὲ τὴν τετράπολιν. Ερινεόν. βοῖον. πίνδον. Κυτίνιον. Sunt qui πίνδον eximant.

Οἰταίων. πόλις μηλιέων ἡ οἴτη. Στέφανος. Εστι καὶ ὄρος τὸ κατὰ θερμοπύλας. Qui mons à Thermopylis ad sinum vsque Ambracium pertingit, & est asper, & altus præsertim in ipsis Thermopylarum faucibus, in quibus per angustum trãsitum relinquit iis, qui vel ex Locride in Thessaliam, vel ex Thessalia in Locridem iter faciunt.

E Καλῶς τοῦ πολέμου. Vt in oratione Corcyr. καλῶς τοῦ C παράπλου. Ιταλίας, καὶ Σικελίας.

Ωστ' ἐκ βραχέος. Est enim traiectus 70 tantũ stadiorum inde ad κήναιον Eubœæ promontorium.

Χρησίμως ἕξειν. Et vsui futuram ad traiiciendas copias in Thraciam.

Ωρμηντο. Studebant, erant propensi animis.

Ιώνων, καὶ Αχαιῶν. Qui fauere videbantur partibus D Atheniensium.

Καταστάντες δέ. Cũ eò peruenissent, cùm ibi con- F stitissent.

Εκ καινῆς. δηλονότι κρηπῖδος. χιλίας. L. V. Ex integro. Θερμοπύλας. αἱ καὶ πύλαι, καὶ στία.

Αἴτιον δὲ ἦν. Causas aperit cur nihil mali Atheniensibus inde acciderit. Quia Thessali, qui rerũ illarum potiebantur, & quorum in agro condebatur, veriti eius incrementa eam assiduo premebãt bello, ita, vt tandem opes eius attriuerint. 236. A

Εν δυνάμει ὄντες. κρατοῦντες.

Νεοκαταστάτοις. Nouis incolis, & propterea parum B G firmis.

Εξετρύχωσαν. Attriuerunt, in paucissimos redegerunt eos, qui principiò permulti fuerant.

Βέβαιον. Firmam sperans fore eam ciuitatem.

Ου μέντοι ἥκιστα. Carpit obiter magistratus Lacedæmoniorum, qui opes illius vrbis attriuerint, & incolas abegerint sua morum asperitate.

Τά

Τὰ πράγματα. Statum illius ciuitatis labefactarũt, & infrequentem, ac desertam hominum cœtu vrbem reddiderunt, deterritis plerisque, asperius, & perperam imperando.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους. Memor sui Thucyd. redit ad 30 naues Atheniensium, missas contra Peloponnesios. docet eas sub eadem tempora, quibus Nicias cum 60 nauibus Melum vastauit, expositis copiis præsidium Leucadiorum oppressisse: deinde maiore apparatu aduersus Leucadem venisse, sed re infecta Demosthenem in Ætolos arma cõuertisse.

Πλήθει βιαζόμενοι. Numero militum inferiores.

Ησύχαζον Intra sua mœnia se continebant.

Ως καλὸν αὐτοῦ. Ex eius dignitate esse.

237.A Καὶ τὴν κρατήσαι αὐτῶν. Ab vtilitate.

Τὸ γὰρ ἔθνος. Obiectio. Gens Ætolorum numerosa est, & bellicosa. λύσις. Quamuis sit numerosa, & bellicosa, tamen est dispersa: & vicatim habitat. Itaque si celeritas adhibeatur, facilè eos opprimi posse constat.

Αγνωστότατοι. Sermone autem vtuntur ignotissimo. Et carnibus vescuntur crudis: id est, maximè sunt barbari.

Καὶ μάλιστα νομίσας. Maximè autem quia credidit sine domesticis suæ ciuitatis copiis, alienis opib⁹ se magna quædam suæ reipublicæ præstiturum: sed describit quo modo.

Κατὰ γῆν. Magno locorũ interuallo. Arduis, atque impeditis itineribus. ἔπὶ βοιωτούς. Deinde describit loca, per quæ.

Κυτίνιον. Vnum ex oppidis, quæ erant metropolis Lacedæmoniorum prope Parnassum montem.

Καὶ φωκεῦσιν ἤδη. Atque ita in Bœotiam irrupturum, quæ est finitima agro Phocensi. Hæc est plena oratio. Sed breuitatis gratia, cui studet maximè Thucyd. altera sententia omissa, quæ tamen subintelligitur.

Αρας οὖν. Motis igitur castris. ὁ οὖν seruit τῇ ἐπαναλήψει.

Σόλλιον. Κορινθίων πολίχνιον.

Κοινώσας δέ. Communicato autem consilio.

Οἰνεῶνος, οἰνεὼν portus Locrensium Stephano, si codex mendo caret.

Οἱ δὲ ὀζόλαι ὄντοι. Locrenses erant socij Lacedæmoniorum non Atheniensium (vt supra demonstratum est) nisi verò memoria nos fallit, non legimus eos transisse ad Athenienses. quod si ita est, sequitur, vt sit μνημονικὸν ἁμάρτημα Thucydidis.

238.A Οντες γάρ. Ratio ab vsu, quem erant præstituri in ea expeditione propter sermonis, & cultus, ac vestitus similitudinẽ, & propter peritiam locorum, & generis pugnæ, quo vtebantur Ætoli.

Νεμείου: νεμέα χώρα ἢ ἄλσος, & sylua, ὅθεν λέων νεμεαῖος. Iam πόλις Λοκρίδος.

Εν ῷ Ησίοδος. Hic est tertius locus, in quo Thucydides fabulas attingit. Primus est de Tereo, & Procne. secundus de Vulcano: tertius hic de Hesiodo, qui (vt refert Suidas) ab Antipho, & Ctimeno per errorem cæsus est. noctu enim sororis suæ stupratorẽ per insidias interficere volẽtes, Hesiodum nolentes interfecerunt. Τὴν τε γνώμην: habebat enim in animo.

Μηλιακὸν κόλπον. Thermopylarum oram maritimam alluit.

Τὰ δὲ Δημοσθένης. Narrat Thucydides Messenios idem, quod antea consilij dedisse, vt scilicet celeritate vteretur. Itaq; illum non expectatis Locrensium auxiliis in loca mediterranea Ætolorum penetrasse, atque ita, quamuis principiò rem feliciter gessisset, tamen postea copias eius fusas, & fugatas fuisse, cæsas etiam bona ex parte.

Αἵρεσις. Iam debellatio, subactio.

Ψιλῶν γὰρ ἀκοντιστῶν. Velitum enim, & leuis armaturæ opera maximè indigebat.

Υποφεύγων. Fuga dilapsi fuerant, & tumulos occupauerant.

Ογδοήκοντα σταδίους. Decem millia passuum.

Εσηκόντιζον. Missilia ingerebant. Et quoties Atheniensium acies instabat. ὑπεχώρουν: pedem referebant, subducebant se.

Αμφοτέροις: αὐτὶ τοῦ ἑκατέροις.

239.A Μέχρι μὲν οὖν. Infaustum exitum huius prœlij, & Atheniensibus calamitosum narraturus, demonstrat quæ fuerit occasio. docet sagittas defecisse sagittarios. Atque ita in fugam coniectos fuisse. Ανείλλοντο: reprimebantur.

Καὶ ἐπὶ πολύ. Multo, & assiduo labore obsessi.

Χαράδρας. Loca cõfragosa, voragines, & alueos torrentium.

Κατὰ πόδας αἱρουμένης. Pedibus assecuti.

Καὶ ἡλικία. Quia erat ætas militaris ad certũ annorum numerum præscripta. ἡλικία. ἔμφασις.

Οὗτοι βέλτιστοι δὴ ἄνδρες. Deplorat paucis quodammodo Thucyd. iacturam istam reipublicę. ait enim istos, qui desiderati sunt in hac expeditione, viros fuisse fortissimos.

Δημοσθένης δέ. Narrat Thucydides Demosthenem Athenas noluisse redire cum classe, veritum populi iudicium: itaque innuit eum dedisse pœnas suæ ambitionis.

240.A Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Trãsit Thucydides ad copias Atheniensium, quæ Siciliam petierant. exponit pauca quædam ab illius classis præfectis gesta.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους. Ætolos missa legatione ad Lacedæmonios impetrasse auxilia contra Messenios, & Naupactum, quia Atheniensium partibus hærebant.

Ξυλλεγέντος δέ. Progressus eius expeditionis memorat. Coactas copias Delphis docet. Eurylochũ ducem petiisse transitum à Locrensibus Epizephyriis, & simul tentasse eos, vt ad Lacedæmonios transirent. docet autem eos transitum impetrasse, societatem etiam paulo pòst &c.

Επικηρυκευσάμενος. Per caduceatores egit cum, &c.

Ξυνέπρασσον δέ. Fauebant ei, adiuuabant eum.

Ταύτῃ γάρ. Hac enim ager Locrensis habet accessum, & aditum difficillimum, aditu, & accessu est difficillimus.

Ολπαῖοι. Sunt etiam in Acarnania φρούριον Ακαρνάνων, καὶ Αμφιλόχων δικαστήριον.

Επειδὴ δὲ παρεσκεύαστο. Comparatis rebus omnibus ad eam expeditionem necessariis, tum demum Eurylochum castra mouisse narrat, & Naupactũ versus contendisse.

241.A Δημοσθένης δέ. Docet Demosthenem accepto nuntio de hostium irruptione, impetrasse auxilia ab Acarnanibus, & Naupacto subsidio venisse.

Αἰολίδα. Obiter docet Thucydides Calydonium agrum vocatum fuisse Æolensem. Æolenses in Asia primùm, Lesbij etiam Æolenses vocabantur.

Καλυδῶνα, καὶ Πλευρῶνα. Ætoliæ erant vrbes.

Πρόσχιον. χώρα τῆς αἰτωλίας. σύμφανος.

Ξυνεπολέμουν, τὸ ἑξῆς, αὐτοῖς.

Προσπεσόντες. Factaimpressione, vel vrgentes acriter.

242.A Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος. Eadē hyeme lustratam Delū insulam ab Atheniensib. narrat iā Thucydides sublatis absportatisque omnibus monumentis: & ab iisdem interdictum fuisse dicit, ne in posterū quisquā sepeliretur, néve mulier in insula pareret, sed in Rheneam paruam insulam, & adiacentem trāsportaretur.

Εκάθηρε. Obiter docet Pisistratum etiam Tyrannum Atheniens. eam purgasse, sed non totam. B

B Απέχει δὲ ἡ Ῥήνεια. Thucydides rem scitu dignam, & iucūdam lectoribus attingit obiter. Narrat Polycratem Tyrannum Samium dicasse istam insulam Apollini Delio, eamque Delo alligasse catena ferrea, propter propinquitatem.

Πολυκράτης. Hic fuit tyrannus Samiorum fortunatissimus: de quo Herodotus lib.3.

Ισχύσας. Qui olim classe polluit ad aliquod tempus.

Τὴν πεντετηρίδα. Festa lustralia, ludos deliacos, qui quinto quoq; anno celebrabantur, dicitur ἡ πεντετηρίς. C

Ην δέ ποτε. Digressiuncula delectandi gratia: fuit priscis temporibus celebris, & frequens conuentus Ionum, & accolarum: nam cum integris familiis ferias celebrabant, & ad ludos confluebant.

C Χορούς τε. Saltatores etiam mittebant ciuitates. Xenophon ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι.

Δηλοῖ δὲ μάλιστα. Testimonio, & authoritate Homeri confirmat. Hæc autem extant in hymno Apollinis. D

Αλλά σύ. Locus Homeri, & connexio sententiarum hæc est. Laudat Apollinem, quòd passim, & variis in locis, regionibus, & insulis numen eius coleretur, & celebraretur: addit deinde ipsum delectari maximè Delo insula, & iis honoribus, qui ei habebantur ibi.

Ελκεχίτωνες. Fluxa veste vtentes. sic τανυσίπεπλοι.

Ηγερέθονται. Confluunt, conueniunt.

Μνησάμενοί σε. Te memorantes, id est, celebrantes. E

D Ὅτι δὲ καὶ μουσικῆς ἀγὼν ἦν. Probat eiusdem Poëtæ testimonio Musices etiam certamen institutum in Delo: nam eodem in loco poëta posteaquam celebrauit horum mulierum Deli, musices laude carmen finiuit.

Αλλ' ἄγε δή. Epilogus est breuis illius loci, quo poëta indicat vtriusque rei certamen fieri solitum, id est, saltationis, & cantus, siue potiùs Musices: itaque poëta conclusurus procemium petit ab Apolline, & Diana, vt sibi sint propitij: salutat etiam virgines, quæ saltabant, & petit ab illis, vt si ita opus sit, dicant de se testimonium: quòd videlicet cantu, & musica cæteros vates superaret. F

243.A Ταλαπείριος. Ex longinquis regionibus, παρὰ τοῖς ὕστερον τραγικοῖς ὁ ταλαίπωρος.

Παιπαλοέσση. παιπάλη, ἐκ τοῦ πάλη. κατ' ἀναδιπλασιασμόν. πάλη δὲ τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου. aliâs ἡ ξηρὰ καὶ τραχεῖα.

Τοσαῦτα μέν. Hæc certis argumentis Homerus probauit ingentem olim conuentum, & celebritatem fieri consueuisse in Delo. G

B Τοὺς χορούς. Cœtus saltatorum.

Κατελύθη. Exoleuerunt, aduersis casibus donec Athenienses certamen instaurarunt, & equorum cursum addiderunt.

Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος. Redit ad Ambraciotas, qui persuaserant Eurylocho, vt Argos, & Amphilochos secum aggrederetur. Explicat eam expeditionem, & calamitosum, atque infaustum eius exitum. Narrat eadem hyeme Ambraciotas exercitum duxisse aduersus Argos, & Olpas occupasse, castellum Acarnanum munitissimum: sed postea maximum accepisse detrimentum ad internecionem ferè totius gentis.

Δικαστηρίῳ. Loco communi ad habenda concilia, & ad ius dicendum. C

Απιστίαν δὲ τὴν ἀγγελίαν. In progressu historiæ cognoscemus ingenteis Ambraciotarum copias concisas à Demosthene, & Acarnanibus: huius cladis, occasionem patefacit iam Thucydides. D

Οἱ μὲν οὖν μετ' Εὐρυλόχου. Transit ad Eurylochum, & Peloponnesios, docet eos mouisse statim castra, & auxilio venisse, simul atque acceperunt Ambraciotas in armis esse, & Olpas occupasse. 244.A

Ερήμου. Destituta præsidio, & copiis, quæ iter hosti impedirent.

Φυτίας. φύτειον στέφαν. πόλις Αἰτωλίας.

Μεδεῶνος. ἀκαρνανίας πόλις. ἦν καὶ βοιωτικὴ, de qua Homerus in catal. Ωκαλέην, μεδεῶνα τ' εὐκτίμενον πτολίεθρον. ἦν δὲ φωκική.

Παρ' ἐσχατα. Per extremos fines.

Αγραίων. Gens Acarnanibus proxima. ἦν καὶ ἔθνος Αραβιον. B

Λαθόμενοι δέ. Et nacti montem Thyamum incultum.

Νυκτὸς ἤδη. Diligentiam, & studium Lacedæmoniorum tacitè commendat Thucydides.

Γενόμενοι δὲ ἀθρόοι. Iunctis autem castris simul atq; illuxit, consistunt ante vrbem, quæ vocatur Metropolis.

Αθηναῖοι δὲ ταῖς εἴκοσι ναυσί. Demonstrat Athenienses cum 20. nauibus, quæ erant circa Peloponnesum, & Demosthenem non ita multo pòst ad sinum Ambracium peruenisse. C

Καὶ αἱ μὲν νῆες. Describit diligenter Thucydides progressus istius belli: docet quo in loco maritimæ copiæ constiterint, quem pedestres occupauerint, & quid vtræque gesserint. classem Atheniensium ad Olpas appulisse demonstrat: eodem Acarnanas, & Amphilochos, quanquam non omnes, Demosthenemque cum suis copiolis venisse ait. Ducem totius exercitus delectum Demosthenem: castra posita fuisse propè Olpas: & quintum iam diem à prœlio abstinuisse: tandem sexto vtrosque aciem ad pugnam committendam instruxisse.

Προσαγαγόν. Adductis copiis.

Χαράδρα. Ingens terræ vorago erat inter vtraq; castra. D

Διεῖργε. Dirimebat.

Καὶ μεῖζον περ', &c. Stratagema Demosthenis laudat Thucydides. docet eum inferiorem numero copiarum fuisse: itaque artificio, & stratagemate hosteis superasse. in instruenda igitur acie, cùm intelligeret aciem hostium à dextro suæ aciei cornu exuperare, veritum ne ab illa circumueniretur, posuisse in insidiis ad 400. milites, qui in cōflictu hostem à tergo adorti, terga vertere coëgerunt.

Οπως κατὰ τὸ ὑπερέχον. Vt ab ea parte, qua hostis erat superior, eum à tergo adoriretur, in conflictu ipso. 245.A

Παρεσκεύαστο. Instructa est acies.

Δημοσθένης μέν. Ordinē aciei describit: & qui quāque partem obtinerent, quum conflixerunt acies.

Ως

B Ὡς δ' ἐν χερσὶ ἤδη ὄντες. Manu verò iam conserta, cùm Peloponnesij acie superassent, & dextrum cornu hostium circumuenissent.

C Ὥστε μηδὲ. Ita, vt ne primum quidem impetum sustinuerint.

Ἐπειδὴ γὰρ εἶδον. Ratio: nam cùm vidissent cornu Eurylochi, quod erat firmissimum, fugatum, & cæsum, cæteri, qui non adeò erant firmi, multò magis terrebantur: ὑπὸ τοῦ μείζονος.

Τὸ πολὺ τοῦ ἔργου. Rem magna ex parte confecerunt.

Μαχιμώτατοι. Pugnacissimi: bellicosissimi.

D Χαλεπῶς. Ægrè ad Olpas confugerunt.

Ἀτάκτως. Perturbatis ordinibus, & nulla rei militaris disciplina seruata.

Ξυντεταγμένοι. Compositi, & seruatis ordinibus.

246. A Ἕως ὀψέ. Ad vesperam vsque.

Μενεδαῖος δέ. Si locus mendo caret, corrigendum est illud, μενέδατος, quod est supra: vt etiam illud μακαριεῖος: quanquam in codicibus H. St. est in margine μακάρειος: & certè μενεδαῖος & μακάρειος sunt nomina magis Græca. Narrat Thucydides Menedæum egisse cum Demosthene, & Acarnanum ducibus de fœdere, & de discessu suo, & de sepeliendis cæsis in acie: ac cætera palàm; discessum verò clàm impetrasse, vt scilicet, liceret sibi Mantinæis, & cæteris Peloponnesiorum ducibus, & aliis dignitate præstantibus primo quoque tempore abire.

Αὐτὸς παρειληφώς. Facultas agendi de fœdere, &c. ipse adeptus imperium.

Ἀπορῶν. Dubius ob ingentem cladem acceptam, quonam modo aut obsidionem perferret, si maneret, aut euaderet, si tentasset eruptionem. ἥσσης. clade.

Προσφέρει λόγον. Infert sermonem: id est, agere cœpit.

B Ἀξιολογώτατοι. Qui maximè inter eos præstabant dignitate, vt quàm primùm discederent.

Βουλόμενος. Quo consilio id egerit Demosthenes demonstrat: tum vt Ambraciotas hosteis præsidio Peloponnesiorum nudaret, tum vt in crimen proditionis vocaret Lacedæmonios, & Peloponnesios omneis, qui socios tam fœdè deseruissent, & suæ saluti tantùm consuluissent.

C Καταπροδόντες. κατὰ intendit, vt καταδαπανᾶν, καταφαγεῖν. Interdum videtur addere turpitudinem: vt, καταγελῶ. Et hoc, καταπροδίδωμι.

Τὰ ἑαυτῶν περιουργιαίτερον. Quod sua potiùs intererat sicuti erant: id est, saluti suæ potiùs consuluerant: commoda sua saluti sociorum anteposuerant.

Καὶ οἱ μέν. Transit ad alia: narrat cladem illatam Ambraciotis ab exercitu Demosthenis, & Acarnanum. Cognitum est superiùs Ambraciotas veritos ne ab hostibus opprimerentur, misisse Ambraciam, qui peterent vrbana auxilia. Hæc igitur auxilia ignara rerum, quæ aduenerant, & prœlij aduersi veniebant, vt suis succurrerent. Sed Demosthenes accepto nuntio de aduentu eorum, partem exercitus præmittit, quæ loca superiora occupet, & insidias illis struat: ipse cum reliquis copiis secutus antelucano tempore ea adoritur, & maxima clade afficit. Hęc narrat iam Thucydides, nec non discessum Mantineorum, & Peloponnesiorum, & tumultum ea de re ortum propter ignorationem reliqui exercitus, qui nesciebat Demosthenem, & duces Acarnanum ita cum illis pactos esse.

Προλοχιοῦντας. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

D Τὰ καρτερά. Loca superiora.

147. A Ἐν τούτῳ δέ. Discessum Mantineorum; & Peloponnesiorum iam explicat.

Φρυγάνων. Cremia, sarmenta sic vocat.

Ὑπαπήεσαν. Abibant clàm rari.

Θᾶσσον ἀποχωροῦσι. Citato cursu abibant.

Οἱ δ' ἀμπρακιῶται. Iam explicat tumultum, & cædem factam Ambraciotarum.

B Ambraciotæ erant ignari prorsus pacti, quod Demosthenes, & duces Acarnanum pepigerant cum Mantineis, & Peloponnesiis. Itaque cùm animaduertissent suos abire, sequi eos cœperunt, & cursu assequi contenderunt: at Acarnanes, qui & ipsi pactum ignorabant, omneis primùm persecuti sunt, deinde facti certiores de pactione, Ambraciotas tantùm cædebant, cæteros dimittebant.

Ὥρμησαν καὶ αὐτοὶ, καὶ εἶθον. Capessunt & ipsi cursum.

C Ἄγνοια. Causa contentionis.

B Ἀγραΐδα. ἀγραῖοι, οἱ καὶ ἀγρεῖς. ἔθνος πλησίον ἀκαρνάνων, ἔτι καὶ ἔθνος ἀράβιον. Στέφανος.

C Οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως. Redit ad illud superius. Τῷ δὲ Δημοσθένει. Describit locum, quo Ambraciotarum auxilia venerint: quem copiæ Demosthenis, & Acarnanum occupauerint: describit etiam tempus, quo Ambraciotarum copiæ oppressæ, ac deletæ ηὐλίσαντο. in eo pernoctarunt.

D Ἐπὶ τῆς ἐσβολῆς. Quâ illis patebat aditus, vt circumuenirent hostem. D

Ἅμα ὄρθρῳ. Sub ortum auroræ.

248. A Καὶ γάρ. Commendat stratagema Demosthenis, qui Messenios dedita opera in prima acie collocarit, vt Dorienses Dorica lingua alloquerētur, Ambraciotas, qui & ipsi erant Dorienses, & præceperit, vt eos Doricè salutarent, quò eos faciliùs fallerent. Γλῶσσαν γλῶσσαν. ποιητικὴ λέξις.

Τοῖς προφύλαξι. Iis, qui pro castris erant in statione. Gallicè: *A ceux qui estoyent en sentinelle.*

E Πίστιν παρεχομένους. Fidem facientes, id est, suspicionem, ac dubitationem adimenteis.

Ἅμα δέ. Confirmatio: præsertim cùm facies eorum cerni non posset.

Διέφθειραν. Interfecerunt, profligarunt.

B Χαράδρας. Loca confragosa, & prærupta, voragines, hiatus terræ.

Πᾶσαν ἰδέαν. Per loca plana, montosa, expedita, impedita. αὔξησις τοῦ πάθους. cùm omne genus fugæ

F tentassent.

Ἅμα τοῦ ἔργου τῇ ξυντυχίᾳ. In ipsa fortè fuga: Interea dum ipsi fortè fugerent. L. V. hoc ita vertit. Ita rei conditio vrgebat. ξυντυχία ἔργου. res, quæ casu ita accidit, res fortuita, vt sordes auaritiæ apud Latinos.

Ἡγησάμενοι. πάθος. Ex eo, quòd ab iis trucidati fuerint, à quibus trucidari non debuerant: à Græcis scilicet, qui profitebantur humanitatem.

G Οἱ μὲν οὖν. ἐπίλογος τῶν ἐπάνω. & transitio ad alia.

Καὶ αὐτοῖς. Narrat venisse caduceatorem postridie eius diei ab illis Ambraciotis, qui ad Agræos confugerant, petitum, vt liceret sibi suscipere sepeliendos suos, qui inter abeundum cæsi fuerant: sed cognita clade auxiliorum vrbanorum, perculsum infortunij magnitudine, re infecta abiisse.

Il

Οἰόμενος. Διάλογος. Hic error delectat, & retinet lectorum animos.

249. A Τῶν μεθ' ἡμῶν. Eorum, qui nobiscum in acie steterunt.

B Καὶ οὐκέτι. Nec vlterius cæsos flagitauit.

Πάθος γὰρ τοῦτο. Hoc referendum ad illud. τῷ μεγέθει τῶν παρόντων κακῶν.

Διότι ἄπιστον. Quia fidem superat multitudo, quæ dicitur interiisse.

Ὡς πρὸς τὸ μέγεθος. Correctio, pro magnitudine ciuitatis.

C Αὐτοβοεί. Primo statim clamore, impetu primo.

Καὶ ἐγένετο ἅμα αὐτῷ. Cui post has res gestas, post cladem acceptam in Ætolia licuit tutò in patriam redire. Sic licet cognoscere quantum præsidij situm sit hominibus in tolerantia, & industria. Demosthenes enim, qui ob rem gestam infeliciter in Ætolia, non audebat in patriam reuerti veritus populi iudicium, & indignationem, is tantisper tulit fortunam istam duriorem, dum oblata occasione, acceptum detrimentum industria sarsit: & re feliciter gesta aduersus Ambraciotas, triumphans, quasi pulso metu reuersus est in patriam.

Ἡ κάθοδος. Quasi esset in exilio.

D Οἱ γὰρ καί. Antea enim sequebantur Acarnanas.

250. A Βοηθεῖν δέ. Sed mutuò sibi forent auxilio.

Ανακτόριον. πόλις Ἀκαρνανίων, Κορινθίων ἄποικος. Hodie *Vonizza*.

B Οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ. Redit ad Athenienses, qui erant in Sicilia, & pauca quædam ab illis ibi gesta attingit, id est, vt exscensionem quandam fecerint in agrum Himeræorum, vt infesta classe nauigauerint in Æoli insulas: vt Pythodorus venerit Athenis, qui Lacheti classis duci succederet.

D Ἐρρύη δέ. Narrat montem Ætnam igneis euomuisse extrema illa hyeme, & partem agri Catanæorum corrupisse.

Ῥύαξ πυρός. Ignium, & flammarum eructatio, Ignis riuus effluxit.

E Καταναίων. Κατάνη πόλις Σικελίας, ὅθεν χαρώνδας, insignis Atheniensium legislator.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBRI QVARTI ARGVMENTVM.

251. A Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Hic liber cõtinet varias Atheniensiũ, Peloponnesiorumq; res variis in locis gestas. Primo loco habet eas, quas Athen. diuersis temporibus in Sicilia gesserunt. 2. Lacedæmoniorum irruptionem in fines Atticos. 3. Auxilia, & nouam classem missam ab Atheniensibus in Siciliam. Habet præterea Pyli occupationem, ac munitionem classis Lacedæmoniorum profligationem, Sphacteriæ insulæ obsidionem, & expugnationem, & 400. circiter Spartanos captos. Continet etiam funestum, & miserabilem exitum seditionis Corcyræorum: expeditionem Atheniensium contra Corinthios. Eorundem bellum illatum Cytheriis, & insulæ illius occupationem, & gesta eorundem aduersus Megarenses. Brasidæ quoque diligentiam, & industriam in ferendo auxilio, & conseruandis Megarensibus. Complectitur præterea consilia inita à ducibus Atheniensium adiuuantibus Bœotiis quibusdam de mutatione rerum Bœotiarum, id est, de conuertendo genere politiæ in Democratiam, & infaustum eius rei exitum. Continet etiam multa, & præclara gesta Brasidæ ducis Lacedæmoniorum aduersus Athenienses, & socios eorum in Thracia. B Inducias annuas Athen. & Lacedæmoniorum: sed statim interruptas. Sunt præterea nonnulla alia: sed res insigniores, & illustriores sunt istæ, quas exposuimus.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Narrat Messanam occupatam à Syracusanis, & Locrensibus: & causas explicat, cur vtrique id ita fecerint.

Θέρους. ἦρος. Vere. Scholiastes Græcus.

Περὶ σίτου ἐκβολήν. Cùm spicæ in segetibus iam nascuntur: cùm segetes iam spicas emitterent. C Γλυκύτης.

Λοκρίδες. Λοκροὶ ἀπὸ ῥηγίου: distant 600. stad. Strabo, libro sexto.

Αὐτῶν ἀδ μεσσηνίων. Acciti ab ipsis: αὐτῶν πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἔπραξαν δὲ τοῦτο. Causæ: Syracusani hoc fecerunt moti opportunitate loci, & veriti ne Athenienses belli sedem ibi ponerent, & totam infestarent Siciliam: Locrenses propter odium Rheginorum.

D Προσβολήν. Opportunitatem ad oppugnandam, ad inuadendam.

Ἐκβολήν) (προσβολήν. προσβάλλειν τῷ τείχει.

Ὁρμώμενοι. Excurrentes inde, quasi ex quadam B arce, & sede belli.

Καταπολεμεῖν. Bello premere, terra, marique.

Ἵνα μή. Ne Messeniis auxilium ferrent.

Τὸ γὰρ Ῥήγιον. Digressiuncula: causa cur Rhegini vim Locrensium propulsare non possent. Diuturna (inquit) seditione laborabant.

E Ἐφρούρουν. Erant in præsidio ad Messanam.

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Irruptionem Peloponnesiorum in Atticam narrat. 252. A

Ἐν ἀκμῇ εἶ). Antequam frumenta essent matura.

Ἐγκαθεζόμενοι. Statiua habentes. Cic. in Ver. 241. 7. act. Pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat.

Ἀθηναῖοι δέ. Transit ad Athenienses: docet eos misisse classem, & auxilia, quæ decreuerant, sociis F Siculis, & duces duos, tertium enim iam præmiserant.

Εἶπον δὲ τούτοις. Præceperunt iisdem, vt Corcyræorum res curarent inter nauigandum: id est, vt B liberarent vrbanos molestia, & vexatione, qua vexabantur ab exulibus.

Δημοσθένει δὲ ὄντι ἰδιώτῃ. Mandauerãt etiam Demostheni priuato, vt classe ista, si vellet, vteretur circa Peloponnesum. Tangit occasionem Thucydides, qua factum est, vt Athenienses Pylum occupauerint. G nisi enim Demosthenes priuatus hoc in mandatis habuisset à populo, nunquam impetrasset à ducibus classis, vt socij nauales eum locum munirent.

Ἐπὶ τοῦτο γάρ. Causa finalis.

Πολλὴν εὐπορίαν. Facultas à materia lignorum, & D lapidum ex eo, quòd locus natura munitus esset, &

ſet,& nulla impedimenta eſſent.

Καὶ ἐπὶ πολύ. Et magnum tractum illius agri.

253. A Οἱ δὲ, πολλὰς ἔφασαν. Refutabant Demoſthenem à nimio ſumptu, & eleuabant eius authoritatem.

Δαπανᾶν τὴν πόλιν. Exhaurire ciuitatem.

Ταξιάρχοις. ὁ ταξίαρχος. Præerat (vt Æliano placet) duabus tetrarchiis. Singulæ tetrarchiæ continebant milites 64. ita, vt duæ tetrarchiæ 128. milites cõtinerent. Ne autem putaremus Demoſthenem cum ſingulis militibus egiſſe, ideò Thucydides addidit κοινώσας τοῖς ταξιάρχοις.

Ὁρμὴ ἐπέπεσε. Cupido inceſſit: ſtudium innatum eſt.

Εκτειχίσαι. Ergo erant aliqua munitionis veſtigia, quæ erant abſoluenda.

Περιστάσιν. Ex contentione inter eos orta, quam appellat στάσιν: quia erat inter eoſdem ciues. Hoc prætermiſſum à L.V. qui Demoſtheni fauebăt.& locum volebant munitum, obiectabant inertiam iis, qui ab ea re abhorrebant: illi contrà, vt vitarent crimen inertiæ prouocabant hos, faciamus ergo periculum vtri noſtrûm ſint inertiores: atque ita ſunt opus aggreſſi.

Εγκεκυφότες. Ita procumbentes, vt commodiſſimè in dorſo permaneret: quinetiam manus à tergo conſerebant, ne decideret.

Παντί τε τρόπῳ. Omnino properabant eas parteis munitionum, quæ erant oppugnationi maximè opportunæ, priùs abſoluere, quàm Lacedæmonij venirent.

Οἱ δὲ ἑορτήν τινα. Cauſas demonſtrat, cur Lacedæmonij ſtatim non venerint, vt opus impedirent. diem agebant feſtum; contemnebant, & minimè curabant eam rem: exercitus etiam abſentia eos retardauit.

254. A Ηπείγοντο τὸν πλοῦν. Vrgebant curſum, ire pergunt. L.V.

Οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Narrat Peloponneſios, qui erant in Attica, accepto nuntio de Pylo capta, domum rediiſſe.

Νομίζοντες. Cauſæ: Lacedæmonij rem ſuam agi intelligebant: & exercitus inopia commeatus laborabat.

Ετι χλωροῦ. Nondum maturis frumentis. Immaturo frumento.

Εσπάνιζον. Deerat multis commeatus.

Παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν. Frigus acrius, quàm illud anni tempus ferret. Erat enim ver. Καθεστηκυῖα. Præſens, ſtatutum.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον. Tranſitio. Obiter narrat Thucydides Simonidem ducem Athenienſium proditione occupaſſe Eionem oppidum Thraciæ, ſed ſtatim à Chalcidenſibus, & Bottiæis inde ejectum fuiſſe.

Μενδαίων. Μένδη, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ μένδης γυναικός.

Αναχωρησάντων δὲ. Redit ad Peloponneſios. Docet eos reuerſos in Peloponneſum ex Attica, curaſſe apparatum aduerſus Demoſthenem, & eius præſidium: quanquam lentè tunc etiam rem adminiſtratam dicit: Spartanos enim, qui aderant in vrbe, alacriter veniſſe dicit, cæteros Lacedæmonios non ita.

Τῶν δ᾽ ἄλλων. Cæteri verò Lacedæmonij tardiùs ad eam expeditionem conueniebant.

Περιήγγελλον δέ. Sed circummiſſis nuntiis præcipiebant, vt omnes concurrerent, & Pylo ferrent opem, claſſem etiam ex Corcyra reuocarunt.

Αἳ ὑπερενεχθεῖσαι. Quæ tranſportatæ per Iſthmum Leucadiorum. Hoc indicat timorem Lacedæmoniorum.

Δημοσθένης δέ. Demonſtrat Demoſthenem, antequam claſſis hoſtium aduentaret, miſiſſe duas naues, quæ reuocarent claſſem Athenienſium, vt ferret ſubſidium ſuis.

Κατὰ τάχος. Adhibita celeritate.

255. A Οἰκοδόμημα. Opus, ædificium. διὰ ταχέων. Properanter, & proptereà infirmum. καὶ ἀνθρώπων. Et quòd à paucis teneretur.

Προσδεχόμενοι δέ. Alia eorum conſilia explicat. Habebant (inquit) in animo fauces portus obſtruere, ſi antè claſſis Atticæ aduentum munitionem non expugnaſſent: expectabant enim eius aduentum.

Ἡ γὰρ νῆσος. Deſcribit obiter ſitum portus, & in primis oſtiorum eius, quæ erant duo: & inſulam obiectam, in qua Spartani 400. intercluſi, & capti ab Athenienſibus fuerunt.

Παρατείνουσα τὸν λιμένα. Porrecta ante portum: id eſt, παρὰ τὸν λιμένα τείνουσα ἑαυτήν.

Διάπλουν. Tranſitum.

Τά γὰρ αὐτῆς τῆς πύλης. Nam ea ora, quæ erat ante Pylum, diſiuncta à portus oſtio, & altum ſpectãs, importuoſa cùm eſſet, non habebat vbi Athenieſes conſiſterent, & vnde in hoſtem incurrerent, & ſuos adiuuarent.

Σφεῖς δ᾽: σύγκρισις. κατὰ τὸ εἰκός. Vt erat conſentaneum.

Κατειλημμένου. τὸ χωρὶς δηλονότι. L.V. in quo commeatus non eſſet, niſi ad breue tempus ſumptus.

Αποκληρώσαντες. Sortiti ex omnibus cohortibus.

Κατὰ διαδοχὴν. Per vices.

256. A Προσεσταύρωσε. Pro vallo collocauit, vel ſtatuit. L.V. Clathriſque præfigit.

Οἰσυΐνοις. Salignis vimineis.

Ληστρικῆς. Piratica. Hoc omiſſum à L.V.

Επισπασθῆναι αὐτὸ τὸ ἐπιπαρασθῆναι. Allectum iri, vt adniterentur.

Κέλητος. Nauigio actuario.

Τριακοντόρου Quæ 30. Remis agitur.

Οὐ γὰρ αὐτοί. Affert rationem, cur ab ea parte murus eſſet maximè infirmus: nam neque ipſi ſperabant fore vnquam, vt claſſe inferiores eſſent Lacedæmoniis ita, vt ea pars munitionis, quæ ſpectabat mare, ſibi munienda eſſet, & facilè intelligebant egreſſis hoſtibus in littus, munitiones nullo modo teneri poſſe.

DEMOSTHENIS CONCIO.

Ανδρες οἱ ξυναράμενοι. Cohortatur Demoſthenes ſuas copiolas, vt vim, & impetum hoſtium fortiter ſuſtineant, nec terreantur multitudine nauium, & militum: opponit numero hoſtium anguſtias loci, & aſperitatem littorum, & propterea ſummam difficultatem deſiliẽdi ex nauibus in terram fuiſſe docet. Docet ſi loco maneant, & ſeruent ſtationem, hoſteis nunquam egreſſuros: ſin cedant, & pedem referant, actum eſſe de ſalute ſua, & de munitionibus: omnino eos hortatur à neceſſitate vrgente, à periculi vitatione, & ſperanda victoriæ adeptione: quæ omnia ad vtilitatem referuntur. Procemium eſt erutum ex ſenſu, & affectu hominum, qui in maximis verſantur periculis: ſolent enim homines cùm in ſummis periculis ſunt con-

ſtituti, reputare ipſa pericula, & cõſternari animis: hinc igitur Demoſthenes eruit procœmium, & ſuadet ſuis, ne reputent periculi magnitudinem, prudentiam ſcilicet ſibi vendicantes: ſed ſpei bonæ pleni, atque fiduciæ de victoria adipiſcenda reſiſtant hoſtibus. ἐξ ὑπολήψεως ἑρμογένης.

Ἄνδρες. Viros appellat, vt eos deinde pudeat quicquam admittere, quod viro ſit indignum: indignum autem viro eſt formidare pericula, & hoſti cedere. Ergo efficit in ipſo ſtatim veſtibulo procœmij, vnica huius vocabuli appellatione non eſſe cedendum hoſtibus, nec periculum fugiendum.

Οἱ ξυναράμενοι, ξυναίρεσθαι. Cum accuſandi caſu accipitur vſitatius pro ſuſcipere vnà periculum: cũ patrio caſu ſociũ eſſe periculi ſignificat. Cùm autẽ illos appellat ſocios periculi: & ipſe ſe animo propenſo eſſe, & paratũ ad diſcrimẽ demonſtrat, efficit tacitè idem eſſe illis faciendum: quaſi dicat, Imitemini me veſtrum ducem, & idem faciatis.

Μηδεὶς ὑμῶν. Nemo veſtrûm vendicet ſibi iam prudentiam. Ratio. Ἐν τῇ τοιᾷδε ἀνάγκῃ: in ſummo periculo, περιπλοκή.

Βουλέσθω. Quærat opinionem, & exiſtimationẽ prudentiæ alieniſſimo, quaſi dicat tempore, ἐν τοιᾷδε ἀνάγκῃ. ἔννοια βίαιος. Stultum enim potiùs habetur non reputare, atque circunſpicere pericula.

Ἀφρόν. Extenuatio. ταπείνωσις, in numero vnitatis.

257. A Ἀπερισκέπτως. οὐκ ἐκλογιζόμενος. εὔελπις. Concepta bona ſpe, plenus bonæ ſpei.

Ὁμόσε χωρῆσαι. Congredi cum hoſtibus. Tendere contrà.

Καὶ ἐκ τούτων. Fructus proponitur. τούτων, τὸ μὴ ἐκλογίζεσθαι, τὸ τῆ εὐέλπιδος, καὶ τὸ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς ἐναντίοις.

Περιγενόμενος. Superſtes, & incolumis euaſurus.

Ὅσα γάρ. Ratio. Neceſſitas non patitur iſtam prudentiam, ſed poſtulat virtutem, & audaciam ad periclitandum.

Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω. Argumentatio. Pleraque faciunt à nobis, ſi bona, & commoda noſtra non prodamus; & hoſti non cedamus.

Μένειν. Vim hoſtium ſuſtinere. Κρείσσω. Potiora.

Τὸ δυσέμβατον τοῦ χωρίου. Quòd littus inacceſſũ ſit.

Ξύμμαχον γίγνεται. Profuturum eſt.

B Ὑποχωρήσασι δέ: αὐτὶ τοῦ ὑποχωρησάντων.

Εὔπορον. Acceſſu facile.

Καὶ τὸν πολέμιον. Proponit incommodum futurum, ſi hoſti cedant: hoſtis acriùs vrgebit nos neceſſitate adductus: quia intelliget vincendum ſibi omnino eſſe, quia receptus erit difficillimus.

Ἐπὶ γὰρ τῶν ναυσί. Facultas oppoſita difficultati. Cõtrà verò hoſtem de naui deſilire tentantem facilè repellemus.

Ἀποβάντες δέ. Sin verò deſilierint, æqua conditione nobiſcum pugnabunt, quod ad locum attinet.

Ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη. Hîc diſtinguenda oratio, & adhibenda interpunctio: deinde τό, τι ſeparatim legendum, vt ſint duæ orationis partes.

Τό, τι πλῆθος. Tollit ea, quæ poterant terrere ſuas copias: docet non eſſe extimeſcendam hoſtium multitudinem: neque enim omnibus patere aditum, & acceſſum ad littus, propter loci anguſtias: ſed paucis, qui facilè repelli poterunt.

Κατ' ὀλίγον. Quamuis ingens multitudo ſit, tamen paucis dabitur pugnandi facultas, propter loci anguſtias, & aſperitatem. L. V. In exiguo enim dimicatur.

Κατ' ὀλίγον. Nõ frequẽti, ſed rara & exigua manu.

Ἀπορίᾳ τῆς προσορμίσεως. Propter littoris iniquitatem. L. V. Propter acceſſus difficultatem. F. P.

Καὶ οὐκ ἐν γῇ. Inculcat hanc ſententiam non eſſe extimeſcendam hoſtium multitudinẽ. Quamuis enim (inquit) numero lõgè ſuperior ſit, tamẽ non eſt in terra perinde, atq; nos: ſed eſt in nauibus, & in mari, vbi neceſſe eſt multa contingant, quæ ſunt opportuna. Ἐκ τοῦ ὁμοίου. Perinde atque nos.

Μείζων. Numeroſior. Hoc de quantitate continua propriè dicitur.

Τὰ καίρια. Abundat articulus, vel habet ἔμφασιν: nam cùm res maritimæ celerem, atque inſtabilem motum habeant, ad nutum, & ad tempus ſunt omnia adminiſtranda: quod ni fiat, vana eſt omnis induſtria. Eſt enim ad tempus deſiliendum: in fluctibus conſiſtendum: cum hoſtibus pugnandum, & multa huiuſmodi facienda, quæ omnia deſiderant opportunitatem.

Ὡς ταῖς τούτων ἀπορίαις. Efficit ſe pareis eſſe hoſtibus, habita ratione iſtiuſmodi difficultatum. Itaq; difficultateis iſtorũ duco pareis noſtræ paucitati, id eſt, multitudinẽ eorum noſtræ paucitati parem exiſtimo, habita ratione iſtarum difficultatũ. Sed comparauit paucitatem cum difficultatibus.

Καὶ ἅμα ἀξιῶ. Ab honeſto mouet: non decet Athenienſes rerum maritimarum peritiſſimos maritima pericula reformidare.

258. A Τεσσαράκοντα, καὶ τρισί. Ergo nõn aderant omnes, quæ erant 60.

Διελόμενοι. Partiti claſſem: delectis nauibus. L. V.

Ἀναπαύοντες. Alias quieſcere iubentes.

Πάντων δὲ φανερώτατος. Virtus autem Braſidæ fuit omnium ſpectatiſſima.

Ὡς οὐκ εἰκὸς εἴη. Conciuncula obliqua.

Ξύλων, ταπείνωσις. Ἐπέσπερχεν. Inſtabat, vrgebat.

259. A Παρεξειρεσίαν. Verbum Thucydideum: ſpatium inter remiges, & puppim, vel proram.

Προὐθυμοῦντο. Adnitebantur ſtudio, & alacritate animi.

Ἐς τοῦτό τε περιέστη ἡ τύχη. Rem obſeruatu dignam obiter attingit Thucydides. Lacedæmonij vendicabant ſibi pugnam pedeſtrem, & statariam, & ea re longè ſe cæteris Græcis præſtare perſuaſum habebant: contrà Athenienſes arrogabant ſibi pugnam naualem, & maritimam, & in eo genere ſe citra controuerſiam ſuperiores Peloponneſiis eſſe exiſtimabant: iam verò contrà acciderat: vt nimirùm Lacedæmonij, qui in rebus maritimis non ita excellebant, tamen ſtrenuè ex nauibus pugnarent, atq; adeò oppugnarent Athenienſes, idq; in agro Spartano: rurſus Athenienſes, qui in prœliis pedeſtribus eſſent inferiores Lacedæmoniis, tamẽ egregiè pugnarent, & fortiter eos propulſarent ex mari irruẽtes. Hãc igitur fortunæ cõmutationẽ vt notatu dignã, & admirandã Thucyd. hîc attingit.

Περιέστασας τὴν τύχην ἐς τι. Fortunæ commutationem ſignificat.

Καὶ ταύτης Λακωνικῆς. A maiori ductum argumentum ἐμφατικῶς.

Ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δόξης. Magna enim gloriæ acceſſio eſt facta, his quidẽ, quòd mediterranei: id eſt, quòd pedeſtri pugna viſi eſſent præſtantiſſimi: illis verò, quòd maritimi: id eſt, rerũ nauticarum, pugnæ huius generis peritiſſimi habiti fuiſſent. ἠπειρῶται) (θαλάσσιοι. τὰ πεζὰ κράτιστοι) (ταῖς ναυσὶ περιέχειν. L. V. Nam ferè eo tempore de vtriſque talis opinio erat. δόξης, opinionem vertit.

Ἀθήν:

C Ασίνη.πόλις Λακωνική.δευτέρα, μεσσήνης.τρίτη,Κύπρου. πιπάρτη, Κιλικίας.

Εχιν.έχον. L.V. etiam videtur incidiſſe in codicem manu ſcriptum,in quo ita erat. Nam vertit altum quidem.

Αποβάσεως δέ. Sed quia egreſſus ea maximè patebat.

Ωςτι εἶδον. Dubitaſſe primùm Athenienſes demonſtrat vbi portum caperent,tandem cepiſſe ad inſulam Proten, & ibi pernoctaſſe.

260.C Α ὁρῶντες οἱ λακεδ. Studium Lacedæmoniorum in defendendis nauibus ſignificat, & luctum ingentem,quem ex ea clade percipiebãt,præſertim cùm ſuos ciueis interceptos in inſula intelligerent.

Καὶ ἐν τούτῳ. Et in eo ſe ceſſaſſe vnuſquiſque exiſtimabat,impeditam fuiſſe rem,cui & ipſe non interfuiſſet. Hoc commendat ſummam diligentiam Lacedæmoniorum, qui rebus omnibus, quæ tum adminiſtrabantur,intereſſe voluiſſent, quod fieri nullo modo poterat. Eſt igitur ἐμβολὴ ſignificandi ſtudij gratia. L.V. id opus impediri.

Αντιπαλλαγμένος. Diuerſus ab vtrorumque moribus,quia Lacedæmonij πεζομάχοι: Athenienſes,θαλαττομάχοι.

D Εκπλήξεως. Propter nouitatem caſus, & inopinatam cladem.

261.A Ες δὲ τὴν σπάρτην. Narrat ſummos magiſtratus Lacedæmoniorum accepto nuntio de clade claſſis, & Spartanis interceptis in inſula, veniſſe ad caſtra, & inſpectis rebus, egiſſe cum ducibus Athenienſium de induciis tantiſper dum legatos mitterent Athenas de compoſitione acturos, atque hoc impetraſſe.

Ως ἐπὶ ξυμφορᾷ μεγάλῃ. Hinc apparet ſummos magiſtratus ex vrbe exire non ſolitos, niſi maxima aliqua res vrgeret.

B Βουλεύειν πρὸς τὸ χρῆμα. Pro re conſtituere quicquid agendum videretur. pro re nata. Βουλεύειν ὅ,τι ἂν δοκῇ.

Καὶ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο αὐτοὺς. Nec adducendos in diſcrimen exiſtimabant, vt vel fame interirent, vel vi & multitudiue hoſtium opprimerentur, mutata figura verborum, ἀντὶ τοῦ οὐ βουλόμενοι κινδυνεύειν αὐτοὺς. &c.

Τὰ περὶ πύλον. Nam ſumma totius belli authoritas erat penes populum, non penes duces illos. τὰ περὶ, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὰ περὶ πύλον.

C Λακεδαιμονίους. Vt Lacedæmonij naues omnes traderent Athenienſibus: vt nullam vim interea munitionibus afferrent: Athenienſes permitterẽt victum præſcriptum afferri iis Spartanis, qui erant intercepti in inſula: nullum nauigium clàm ad inſulam appelleret: Athenienſes inſulam cuſtodirent: nulla inferrent arma, neque terra, neque mari Peloponneſiis: fœdera, & inducias ruptum iri, ſi qua iſtarum conditionum ſeruata non fuiſſet. Tempus autem induciarum tantiſper duraturum, dum legati Athenis reuerterentur. Legatos eſſe mittendos naui Attica: quibus reuerſis inducias finitum iri: naueis reſtituendas eſſe, vt eas accepiſſent.

Χοίνικας.χοῖνιξ. Sextarius, ex quo paneis 4. fiebant, & erat quantum homini die vno ſatis eſſe poterat. Cùm itaque bini chœnices darentur, duplum victus neceſſarij dabatur: itaque mihi veriſimile fit Lacedæmonios dedita opera hoc contendiſſe, atque impetraſſe, vt ſi de compoſitione non A obtinuiſſent, ſui haberent interea nonnihil commeatus, quo ſe ſuſtentarent tantiſper dum eorum ſaluti aliquo modo conſuleretur.

Κοτύλη.τὸ τρίτον τῆς χοίνικος. Athenæo etiam Hemina, capiebat ſex cyathos. dicitur tam de humidis, quàm de aridis.

Lacedæmoniorvm Legatorum concio.

Επεμψαν ἡμᾶς. Petunt Legati Lacedæmoniorum pacem, & amicitiam, & ſimul ciueis [qui] erant intercepti in inſula. Proponunt vtilitat[em] & honeſtatem eius rei. Docent longè vtilius eſſe facta pace Spartanos illos in inſula obſeſſos tradi, quàm continuato bello eos vel capi, vel etiam aliquo caſu eripi, ac liberari. Demonſtrãt maximam gloriam conſecuturos eſſe Athenienſes, & ſummam gratiam apud Græcos omneis ințturos, ſi poſtulatis Lacedæmoniorum annuant, & pacem faciant. Futurum enim vt omneis exiſtiment per C eos, qui huius rei facultatem iam teneant, impoſitum laboribus finem, & ex bellicis incommodis ſe ereptos, atque ita gratiam habeant maximam huius rei authoribus, id eſt, Athenienſibus: & eos paſſim prædicent. Efficiunt denique duas iſtas ciuitates Athen. ſcilicet, & Lacedæm. ſi facta pace conſentiant, fore arbitras totius Græciæ, & ſummam authoritatem, poteſtatemque habituras. Hæc eſt ſumma concionis. Sed quoniam legati intelligebant populum Atheniẽſem leuem alioqui, D factum etiam inſolentiorem propter rem feliciter geſtam, ideo agunt pluribus de modeſtia, & temperantia, deque vi, & poteſtate fortunæ: docent non eſſe virorum grauium rerum ſucceſſu inſolentiùs ſe gerere: ſed reformidare cõtrarios euentus: atque ita ſuis rebus proſpicere, & in mediocritate acquieſcere: quàm ſit lubricus, & incertus fortunæ ſtatus demonſtrant. Hæc, & alia id genus agunt, vt reprimant ſpiritus Athenienſium, & ad bonam frugem eos reuocent.

E Procemium eſt ductum à re de qua agitur, & habet attentionem ab vtilitate, & honeſtate.

Ο,τι ἂν ὑμῖν τε ὠφέλιμον ὄν: Quod vobis vtile, nobis non indecorum futurum eſt. Totius cauſæ diſtributio hic latet: petunt enim legati quæ vtilia Athenienſibus erãt, ſibi verò nullam turpitudinem erant allatura.

Ως ἐκ τῶν παρόντων. Correctio: vt in rebus præ- B ſentibus: quaſi dicat, Non decus quale conuenit victoribus, ſed quale conuenit victis. Ως: Comparationem ſignificat, quemadmodum, vt, apud La- F tinos interdum. Epiſt. Fam. Vt in rebus multò antè quàm profectus es, ab ipſo Rege, & ab intimis, ac domeſticis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à Conſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis, ita verſamur.

Τοὺς δὲ λόγους. Erit etiam oratio longior potiùs ex inſtituto, quàm contra noſtram conſuetudinem. Erat opinio vulgò, quæ ad noſtra vſque tempora permanauit Lacedæmonios eſſe βραχυλόγους, vnde G Λακωνικὴ βραχυλογία. Ad hanc opinionem occurrunt legati, & negant Lacedæmonios, niſi neceſſariò eſſe βραχυλόγους. Præmunitio eſt: quia morum magiſtros agunt.

Αλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν. Sed quia patrium nobis inſtitutum eſt.

Πράσσειν τὸ δέον. Verbis agere id quod res exigit.

Τῶν προὔργου. Eorum, quæ facere operæpretium est.

Λάβετε δὲ αὐτούς. Petunt, vt amicis animis accipiant suam orationem. Apud hostes agebant: itaque intelligebant suam orationem ipsis fore ingratam; quare artificiosa præoccupatione petunt, vt non inimicis, sed amicis animis se dicentes audiant. Λάβετε. *Accipe nunc Danaûm insidias.* Virgilius libro secundo Æneidos. 139.

Μὴ δ' ὡς ἀξιοῦντες. Ab honesto. Sapientis est ita facere in rerum cōsultatione: deponere odia: non quasi ignari doceamini, sed quasi ignari admoneamini, vt rectè deliberetis.

C Ὑμῖν μὲ γὰρ ἔξεστι. Ingreditur in causam: monet, vt fortuna ista, & secundo rerum successu non abutantur, sed vtantur. Secundæ res inflant, & spiritus hominum tollunt: itaq; legati, qui apud Athenienses victores agebant, dant in primis operam, vt spiritus eorum deprimant, & ad bonam frugem reuocent. Hîc apparet magnitudo animi Lacedæmoniorum: nam vel in ipsis rebus afflictis Reip. Spartanæ dignitatem retinent.

Θέσθαι, αὐτὰ τὸ διαθέσθαι, καὶ ἐπαινετῶς διοικῆσαι. Metaphora à mercatoribus ducta.

Ἔχουσι μὲ ἄν. L.V. refert hoc ad Spartanos, qui erant intercepti in insula: mihi videtur esse referendum ad loca, quibus tunc Athenienses potiebantur. Neque enim id agebant legati, vt ciues suos interceptos in insula relinquerent in potestate Atheniensium, & eos ipsimet hostibus quodāmodo traderent: sed potiùs eos repetebant. Hoc apparet & in principio statim Concionis, περὶ τῶν ἐν τῇ νήσῳ ἀνδρῶν: & in eo loco, αὐτοὶ πωῶντες τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας.

Καὶ μὴ παθεῖν. Nec admittere quod solet accidere hominibus, qui præter spem aliquid boni sunt adepti.

Οἷς ὅ πλεῖσαι. A contrariis. Sed potiùs fortunæ diffidite: quia re sæpius experti estis quàm sit inconstans & mutabilis.

D Ἐκ τοῦ εἰκότος: Meritò.

Γνῶτε δ'. Exemplo facit fidem fortunam esse inconstantem.

263. A Οἵτινες. Legati retinent ciuitatis suæ dignitatem,

Ἥκομεν παρ' ὑμᾶς. Adimus vos postulaturi ea, quæ putabamus antea nos oportere aliis concedere, pacem intellige: quasi dicat, Qui aliis leges dabamus, iam vt eas accipiamus, ad vos venimus.

Καίτοι οὔτε δυνάμεως. Docent hoc fortunæ arbitratu sibi accidisse.

Ἀπὸ δὲ τῶν ἀεὶ ὑπαρχόντων. Sed cùm solitam obtineremus potentiam, opinione tamen decepti sumus: qua in re omnibus idem potest contingere.

Ὥστε. Efficit non esse cur Athenienses freti suis opibus, & recenti victoria, sibi persuadeant fortunam eandem fore perpetuò.

Σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν λόγος νουθετικός. Locus communis. Prudentum virorum esse docent non solùm res suas in tutò collocare, sed rebus aduersis moderatè, & prudenter vti. Ἄλλως. Σωφρόνων ἀνδρῶν. ἀντίπτωσις, αὐτὶ τοῦ σώφρονες ἄνδρες. vel de numero sapientum sunt illi, qui &c. Vt locus sic accipiatur, ἐκεῖνοι δὲ εἰσιν ἀνδρῶν σωφρόνων, οἵτινες. Potes & ita locum vertere, Viri autem sapientes, qui tutò res secundas in ambiguo ponunt, aduersas etiam iidem sapientiùs, ac moderatiùs ferre possunt. Qui in secundis rebus de inconstantia fortunæ persuasi sunt, ij etiam in aduersis moderatiùs, & sapientiùs se gerunt: id est, qui secundis rebus non fidunt, hi aduersas sapientiùs, & moderatiùs ferūt. L.V. Cùm sit prouidorum hominum fœlicitatem suam pro certo habere, in incerto positam esse, vt ferendis accidentibus sint instructiores.

Καὶ τὸν πόλεμον. Et qui existimant bella nō administrari arbitratu suo, sed arbitratu fortunæ.

Ἐς ἀμφίβολον. In rebus dubiis. Τίθεσθαι παγαθά. Rectè vti secunda fortuna.

B Διάλυσιν πολέμου. Ad bellum finiendum. diremptionem belli.

264. A Διδόντες μὲ εἰρήνην. Apparet hîc altitudo animi Lacedæmoniorum, qui quamuis victi, & classe spoliati, & ab hostibus in insula intercepti, petitum pacem veniant, tamen ius suum retinent, & agunt apud Athenienses cum authoritate. Demonstrant enim se venisse, non vt accipiant, sed vt dent pacem Atheniensibus: quasi daturi essent beneficium, non accepturi.

C Ἐς ἀλλήλους ὑπάρχειν. Futuram inuicem, futuram mutuo.

Καὶ ἄμεινον ἡγούμενοι. Facit fidem ab vtili accipiendam esse conditionem. Expedit vtrisque nostrûm hoc, non periclitari fortunam: & nobis quidem expediri, an oblata aliqua occasione nostros ciueis seruemus, vobis verò an eos expugnare, & capere possitis.

Ἀμφοτέροις. ἢ ὑμῖν ἀμφοτέροις, ἢ εἴτε διαφύγοιεν, εἴτε καὶ χολιασθείς. Σωτηρίας. Salutis occasione.

D Εἴτε καὶ μᾶλλον. τὸ ἑξῆς. Quia ita res accidit: autor igitur, qui hoc nouerat, certa loquitur.

Νομίζομέν τε. Confirmatio rationis: graues enim inimicitiæ ita demum deponuntur; non si victor victum vi cogat, & ad suas conditiones inuitum pertrahat: sed si dum potest vti vi, tamen de iure suo decedens, benignè ac moderatè cum hoste reconcilietur.

B Ἀνταμυνόμενος Decernens cum hoste

E Ἐγκαταλαμβάνων. Ad iusiurandum adigat.

Μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου Iniquis conditionibus.

Ὀφείλων γάρ. Confirmatio à vi animi grati, qui beneficium accepit, is non studet vlcisci eū, à quo id accepit, quasi vim & iniuriam passus, sed nititur, & operam dat, vt referat ei gratiam, & tueri ac conseruare amicitiam possit.

Αἰσχύνῃ. Pudore, ne ingratus habeatur.

Μᾶλλον πρὸς τοὺς μείζονας. Id verò agunt homines erga immaniores hostes potiùs, quàm erga mediocres inimicos. μείζονας, pro μείζοις.

F C Πεφύκασί τε. Confirmatio: solent enim homines, vel naturâ ita comparatum habent, vt iis, qui sponte sua de inimicitiis remiserunt, libenter & ipsi cedant, resistant autem supra hominum opinionem superbis. μεθ' ἡδονῆς. Libenter, ἡδέως.

Τὰ ὑπεραυχοῦντα. Res, pro personis.

Ἡμῖν δὲ καλῶς. ἐπίλογος, ab occasione docet non esse recusandas pacis conditiones: si vnquam fuit opportuna inter nos pacificatio, iam certè est peropportuna.

G 265. A Καὶ ἰδίαν. Propter viros, qui sunt intercepti in insula.

Ἔτι δ' ὄντων ἀκρίτων. Quare dum euentus belli anceps adhuc est: id est, dum incertum adhuc est, veniant, néc ne in vestram potestatem viri, qui sunt in insula: dumque cum accessione vestræ gloriæ, nostræque amicitiæ, mediocri autem nostra iactura,

ctura, sine dedecore, id licet fieri, redeamus in gratiam. A

Ανάπαυσιν κακῶν. Malorum requiem demus: cuius rei vos potissimùm authores illi existimabunt, quia per vos bello finis imponetur.

Οἱ καὶ ἐν τούτῳ. Qui hanc rem vobis potiùs, quam nobis acceptam referent.

Πολεμοῦνται γὰρ. Bello enim vexantur incerti vtri nostrûm belli authores extiterint. ἀσαφῶς, ἀντὶ τοῦ ἀδήλου ὄντος, ἢ ἀπορουμένης.

B Προσθήσουσιν. Acceptum vobis hoc referent, hoc beneficium vobis tribuent.

Ην γνῶτε. ἀνακεφαλαίωσις. Si rem perspiciatis: vel, si sapitis: sed περιέπλεξεν.

Αὐτῶν τι προσκαλεσαμένων. Quod est honorificentius.

Υποδεέστερον ὄν. Cùm sit opibus, & authoritate longè inferiores.

Οἱ μὲν οὖν Λακεδ. Consilia vtrorumque explicat.

266.A Δημαγωγός. Si etymologiam verbi spectes, vel populi principem significat, vel eum, qui oratione authoritateque eum agit, & ducit quò lubet: quasi moderator, & gubernator plebis. C

Νίσαιαν. Naualia Megarensium, quæ duobus brachiis erant cum vrbe iuncta. vt, τὰ σκέλη τοῦ πειραιῶς: à Niso filio Pandionis. Πηγάς. παροικία μεγαρέων.

Τροιζῆνα καὶ ἀχαΐαν. Hæc omnia Athenienses obtinebant in Pelopõneso: sed facto fœdere tricennali post captam Eubœam, Pelopõnesiis restituerunt. lib. 1. D

B Ενέκειτο: instabat, vocabat legatos in suspicionẽ fraudis: qui palàm cum populo agere recusarent, clàm verò cum paucis transigere rem vellent: venabantur gratiam plebis isto astu.

D Εγκλήματα ἔχοντες. Dantes crimini.

267.A Περιώρμουν. Manebant in statione: mutata est figura: dicendum enim erat, ἅπάσαις περιορμούσαις. deinde subaudiendum, τὴν νῆσον φυλάττοντες. Necenim illud περιπλέοντες, hîc locum habere potest. Ideò etiam Thucyd. constructionis figuram videtur mutasse. Æ.P. E

B Εν τούτῳ δὲ. Transit ad eos, qui in Sicilia bellum gerebant. Narrat Syracusanos, & socios coacta classe ad Messanam bellum administrasse: & vrbem illam quasi sedem belli delegisse, instigantibus ad eam rem potissimùm Locrensibus, qui in spem venerant Rheginos subigendi ea ratione, id est, terendo eos bello assiduo terra, marique.

C Καὶ ναυμαχίας ἀποπειρᾶσθαι ἐβούλοντο. Hoc ad Syracusanos est referendum vt patet ex sequentibus, ἐν τούτῳ οὖν τῷ μεταξὺ οἱ Συρακούσιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, &c. Naualem experiri pugnam. Nauali prœlio fortunam periclitari. F

268.A Τοῦ τε Ρηγίου. τῆς τε μεσσήνης. ἀντὶ τοῦ ῥηγίου τῇ μεσσήνῃ ἀκρωτηρίου. Non quòd esset promontorium, sed quia erat in extrema Italiæ parte, quasi in promontorio.

Εστι δὲ ὁ πορθμός. Obiter docet quodnam sit fretum Siciliæ, & vbi potissimùm sit situm, & quamobrem sit habitum sæuum, & nauigatu difficile. Hic autem leuiter attingit fabulam de Vlysse. Hodie Pharo di Messina. G

B Εκκαίδεκα. L.V. videtur habuisse codicem, in quo erat ὀκτωκαίδεκα: vertit enim duodeuiginti.

Ως ἕκαστοι ἔτυχον. Vt singulis licuit: quà quisque potuit.

Εν τῇ μεσσήνῃ. L. V. vna ad Massanam, & ad Rhegium naui amissa.

Απολέσαντες. χολιας. οἱ ἀθηναῖοι δηλονότι. Ego, οἱ συρακούσιοι, ὅτι νικηθέντες.

Καὶ νὺξ ἐπεγένετο τῷ ἔργῳ. L.V. Cùm nox prœlio intercessisset. F.P. Cùm nox interuentũ suo prœliũ diremisset. C

Τὴν πελωρίδα. ἀκρωτήριον σικελίας τὸ βορειότατον, agrum Rheginum versus. Pachynus orientem, Lilybœum Africam spectat.

B Απώλεσαν. L. V. amiserunt. F.P. depresserunt.

Αποσιμωσάντων, τὰς ναῦς δηλονότι μετεωρισάντων, ὑψωσάντων τὸ ἀπὸ σιμοῦ, ἢ κοίλου τόπου ἀνάγεσθαι εἰς ὕψος. V. nauticũ. σιμότης) (γρυπότης· σιμός, pressus naribus) (γρυπός. ἴσως eludere. Cæs. lib. 1. belli ciuilis, Ipsi Massilienses & celeritate nauium, & scientia gubernatorum confisi, nostros eludebant, impetusque excipiebant. vel, vitato impetu. D

Καὶ οἱ μὲν ἀθηναῖοι. Narrat Atheniẽses Camarinam venisse, allato nuntio de ea, quòd Syracusanis proderetur. Messenios interea terrâ, marique Naxum vrbem finitimam oppugnasse, & quamuis initiis secundis vsi fuerint, exitum tamen eius oppugnationis infaustum fuisse docet. 269.A C

Μετὰ δὲ ταῦτα. Redit ad obsidionem Lacedæmoniorum, qui erant intercepti in insula, & Atheniẽsium copias, quæ oppugnabantur à Peloponnesiis in Pylo: demonstrat multas, & magnas difficultates, quibus Athenienses premebantur: ita, vt quodammodo ipsi obsideri viderentur. Sed antequàm ad eas res redeat, obiter Græcos, qui erant in Sicilia, sine Atheniensibus bellum inter se terrâ gessisse docet. D

Κάχληκα. Glaream suffodientes, vel calculos, lapillos. 270.A

Αθυμίαν. Animi angorem afferebat mora opinione longior.

Αἴτιον δὲ ἦν. Causas huius moræ explicat. Lacedæmonij edixerant, & magna præmia proposuerant iis, qui aliquid commeatus in insulam conuexissent: itaq; multi reperiebantur, qui spe præmiorũ adducti, alij aliud genus commeatus deducerent. B

Τάξαντες ἀργυρίου πολλοῦ. L.V. ingenti id pretio taxantes. F. P. æstimantes. τάττειν, statuere pretium, τάττειν τὴν ὠνήν. Paulò pòst, τετιμημένα χρημάτων.

Αφειδῆς ὁ κατάπλους. ἀντὶ τοῦ, οἱ δὲ κατέπλεον οὐ φειδόμενοι τῶν πλοίων. C

Περὶ τὰς καταράξεις. id est, περὶ ἐκεῖνα τὰ μέρη τῆς νήσου, εἰς ἃ κατῆρον.

Μήκωνα. Semen papaueris mellitum, & lini semen pistum. 271.A

Φυλακαὶ ἐγένοντο. Postea obseruari cœpti sunt.

Επενόουν. Comminiscebantur, ἀντὶ τοῦ ἐπειρῶντο.

Εν δὲ ταῖς ἀθήναις. Transit ad Athenienses, qui erant in vrbe. Demonstrat eos pacis, & conditionum non acceptarum pœnituisse: & causas explicat: quia audiebant suas copias omnium rerum inopia laborare: frumentum, & commeatum in insulam transportari: quia metuebant hyemem imminentem: quia verebantur ne obsessi effugerent: quia Lacedæmonij nullos amplius legabãt de pace: quod videlicet nõ fecissent, nisi aliquid certi de salute suorũ habuissẽt, quo cõstanter niterentur.

Ταλαιπωρεῖται. Fatigatur: affligitur: vexatur: rerum, scilicet, inopia, & locorum difficultatibus.

Ορῶντες. Argumentũ est à maiori, quo fidẽ facit timendũ fuisse Atheniensibus: nã si æstate vix po-

terant mittere commeatum suis exercitibus, quã-to minus id erant facturi hyeme?

B Γαίτων δὲ μάλιστα. Maximè autẽ omnium eos solicitos habebat illud, quòd suspicabantur Lacedæmonios habere aliquid, quo niterentur, & in quo repositam haberent spem salutis suorum ciuium. Auxilia autem, vel ex Sicilia, vel aliunde videntur intelligenda.

C Κλέων δὲ γνοὺς αὐτῶν. Cleon (vt supra vidimus) dissuaserat pacem: quare cùm intelligeret iam populi pœnitentiam de reiecta pace se authore, veritus ne propterea incurreret in eius odia, primò negabat vera referri de rebus illis: id est, Pyliis: deinde cùm ipse explorator esset mittendus, vt rerum illarum statum inspiceret, mutata sententia, suadebat populo, vt nouum exercitum mitteret: postremò ipse creatus dux ad eam rem conficiendam est missus.

Ψευδὴς φανήσεσθαι. Mendacij argui.

D Ωρμημένοις τῇ γνώμῃ. Animis incitatos: propensos animis.

Μηδὲ διαμέλλειν. Causæ speciosæ non est interponenda mora: non est prætermittenda rei gerendæ occasio.

Παρεῖναι τὸν καιρόν. Præterire rei gerendæ occasionem.

272. A Οἱ στρατηγοί. Ex singulis tribubus singuli duces quotannis creabantur, qui essent parati ad quaslibet opportunitates publicas.

Υποθορυβησάντων τι ἐς τὸν Κλέωνα. Cùm aliquantulum tumultuati essent aduersus Cleonẽ: vel cùm tumultuosè quædam ei obiecissent, vel cùm ei irati fuissent, quòd moram interponeret.

Οὐ καὶ νῦν. Non etiam nunc, ne dum expectata occasione: quasi dicat, vt dux ipse designatus rem suscipiat gerendam: vel, ἢ νῦν, id est, priuatus, οὐκ ἀρχῶν.

Τὸ ἐπίσπας; τοὺς στρατηγούς; τὸ εἶναι πλεονάζει.

Ο δὲ, τὸ μὲν πρῶτον. Hîc describit suis coloribus Thucyd. Cleonis inconstantiam.

Ετοῖμος ἦν. Non recusabat, lubenter accipiebat conditionem.

B Εξίστατο. Cedebat ei: abdicabat se magistratu.

Οἷον ὄχλος φιλεῖ. ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν. libro 2. de Pericle.

Εξανεχώρει. Reuocabat quæ dixerat, tergiuersabatur, non stabat promissis, promissis stare recusabat.

C Ωςτε οὐκ ἔχων ὅπως. Cùm non relinqueretur ei amplius locus tergiuersandi.

Εξαπαλλαγῇ τῶν εἰρημένων. Vt expediret se ex iis, quæ dixerat, & quibus fidem suam obstrinxerat: vt se promissis suis liberaret.

Παρελθών. In mediam concionem progressus, ergo subtraxerat se.

Οὔτε φοβεῖσθαι, ἔφη. Obliqua conciuncula, in qua purgat se Cleon: & simul inflatius magnifica quædam populo pollicetur.

Αἶνος, πόλις θρᾴκης, in altero Hebri fluuij ostio sita, ἢ κώμη, ὁμώνυμος. τρίτη πόλις θεσσαλίας, τετάρτη, λοκρῶν τῶν ὀζολῶν, πέμπτη, κατὰ θάψακον, ἢ τὸν εὐφράτην. ἔστι ἢ νῆσος παρακειμένη τῇ εὐδαίμονι ἀραβίᾳ. Στέφανος.

D Ενέπεσέ τι. Leuitas hominis, & inanis eius oratio mouit risum Atheniensibus.

Ασμένοις. ὃ καὶ βουλομένοις. Iucunda tamen accidit viris prudentibus.

273. A Διὰ τάχους: E vestigio. τῇ ἀπορίᾳ τοῦ χωρίου: Loci difficultate. L.V. inopia.

Ωρμῶντο. Animum appulerant: erant propensi animis ad periclitandam belli fortunam studio, & animi alacritate ferebantur.

B Παρέσχε ῥώμην. Addidit vireis, id est, cõfirmauit in ea sententia.

C Επ' ἐκείνοις γὰρ εἶναι. Arbitrium enim conserendæ manus esse penes illos.

Εἰ δ' αὖ. Quòd si contenderet vi manum conserere in locis densis, illos, qui essent pauciores, sed B locorum peritiores, longè meliore conditione hoc esse facturos.

Λανθάνειν δ' ἄν. Aliud incommodum. Futurum enim, vt suæ copiæ latè diffusæ paulatim clàm minuerentur, erepto sibi prospectu, quo minus laborantibus possent succurrere.

Απὸ δὲ τοῦ αἰτωλικοῦ πάθους. Ομηρος. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Hæc autem ei in mentem veniebant, repetenti memoriâ cladem acceptam in Ætolia. Ibi enim libro 3. Τοὺς δὲ πλείους τῶν ὁδῶν ἁμαρτάνοντας, ἢ ἐς τὴν ὕλην C ἐσφερομένους, ὅθεν διέξοδοι οὐκ ἦσαν, πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρασαν.

D Τῶν δὲ στρατιωτῶν. Iam docet, quomodo acciderit, vt bona pars syluæ cremata fuerit: quia superius dixit, καὶ αὐτὸν ἐπιρρώμην καὶ ἡ νῆσος ἐμπρησθεῖσα παρεῖχε. Scholiastes hoc στρατιωτῶν ad Athenienses refert, atque hic erit sensus: Milites Atheniens. angustia locorum coacti, in extremam quandam insulæ oram egressi sunt parandi prandij causa: ita tamen, vt positis excubiis id facerent: & cùm quidam eo- D rum ignem incendisset, ignis autem syluam arripuisset, euenit, vt exorto vento magna pars syluæ incensa fuerit: F.P. hoc refert ad illos Spartanos, qui in insula Sphacteria erant: τῆς νήσου. L.V. vertit syluæ: sed malè.

Τῆς νήσου τοῖς ἐσχάτοις. τὸ ἑξῆς συνάπτε. Accedere ad extremas insulæ oras.

274. A Ως ἐπ' ἀξιόχρεων. δύναμιν supple, & παρεκελεύετο ἢ ἐνόμιζεν. ἀξιόχρεως, propriè, qui soluendo est. Inde pro non contemnendo accipitur.

E Τὴν τε νῆσον. Demonstrabat scilicet aditu faciliorem: αὐτὴ τῶν πλαγιασμῶν, τῆς τε νήσου οὔσης εὐαποβατωτέρας.

Τὴν ἐπιχείρησιν. Ad eam inuadendam se apparabat.

B Φυλακῇ τῇ μετρίᾳ. Custodia tolerabili, tantisper dum aliquid de summa rerum esset transactum.

C Ω δὲ γὰρ διεπεπάχατο. ἐπαγαγία διεπεπάχατο, ἰωνικῶς, αὐτὶ τοῦ διατεταγμένοι ἦσαν.

D Εἰ καταλαμβάνοι. Si cogerētur se recipere in loca F tutiora: si receptu firmiore opus esset, vt se seruarent. sed breuis est προσωποποιΐα.

Αναχώρησις βεβαιοτέρα. μετωνυμία. Si receptus instaret, si vrgeret.

275. A Οἷς ἐπέδραμον. Quos cursu inuaserunt.

Καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν. Tum quia clàm egressi fuerant.

Θαλαμίων. οἱ ἢ θαλαμῖται, ἢ θαλάμακες παρ' ἀριστοφάνει ἐν βατράχοις. Vbi interpres hæc tradit, tres erant ordines remigum. nobiliores, θρανῖται. ignobilio- G res, θαλαμῖται. medij inter hos, & illos, ζυγῖται.

B Οπῇ ὅτι πλείστη. Vt in maximam dubietatem hosteis adducerent vndique circumuentos.

Αλλ' ἀμφίβολοι γίνωνται τῷ πλήθει. Sed vndique telis peterentur à multitudine. L.V. ancipites. dubitationis causa.

C Απορώτατοι. Scholiastes, ἀπορώτατοι ὅπλων. F.P. imperitissi-

peritissimi rei militaris, vt hoc idem valeat, ac si dixisset Thucydides, ἀπορώτατοι τόξων, ἤγουν τῶν πολεμικῶν πραγμάτων ἀπειρότατοι.

Ἐκ τόπου δυσχωρίας δηλονότι.

Ἔχοντες ἀλκήν. Strenui & fortes.

Οἷς μὴ δ' ἐπελθεῖν. In quos ne inuadere quidem licebat.

Φεύγοντές τε γάρ. Nam & dum fugerent, vincebāt, vel quia hostium ordines laxabantur, atque ita debilitabātur: vel quia sui à tergo eos adoriebantur.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐπιτάδαν. Explicat Thucyd. qua ratione se instruxerint Lacedæmonij, vt propulsarent hostem. Epitadas (inquit) & qui cum eo erant instructo agmine contra grauem armaturam Atheniensium ire contenderunt, vt cum ea confligerent: sed impediti partim à latere, partim à tergo id facere nequiuerunt.

276. A Οὐδὲ τῇ σφετέρᾳ ἐμπειρίᾳ. Vt pugna stataria pugnarent.

Οὐκ ἀντεπῄεσαν. Contrà non procurrebant, sed in eodem loco se continebant.

Χωρίων τε χαλεπότητι. Per loca aspera, & ob pristinam solitudinem salebrosa: per quæ scilicet grauis armatura nō ita cōmodè currere poterat, leuis & expedita facilè hoc faciebat. Hic est λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος, cur hostes eos assequi non possent, ipsi facilè euaderent.

B Τῶν δὲ Λακεδαιμονίων. Narrat iam Thucydides Lacedæmonios fatigatos, & multis, ac variis difficultatibus obsessos, tandem se recepisse ad extremū, & tertium præsidium.

Πολλαπλάσιοι. Lōgè numerosiores, lōgè plures.

Καὶ ξυνειθισμένοι μᾶλλον. Iamque assueti eos contemnere, & nō ita, vt antea extimescere: quia non continuò passi fuerāt ea, quæ se passuros putarant.

C Τῇ γνώμῃ δεδουλωμένοι. Animis deiecti: demissis animis, ταπεινοφροσύνῃ.

Ὡς ἕκαστός τι. Atq; iis telis, quę sors cuiq; obtulerat.

D Ἰδεῖν τὸ πρὸ αὐτοῦ. L.V. Prospicere sibi. F.P. Cernere spatium antepositum, vel spatiū, quod ante oculos erat.

Τὸ ἔργον. L. V. Ibi res indigna. F.P. Pugna erat difficilis: id est, cum magna difficultate à Lacedæmoniis ibi pugnabatur.

Ἐστερημένοι. Non poterant ferre, sustinere.

277. A. Εἶχόν τε οὐδέν. Et quid agerent, nesciebant.

Ἀποκεκλῃμένοι. Erepto omni prospectu: erepta etiam facultate audiendi ducis imperia. ἀποκλείω, & ἰωνικῶς ἀποκληίω.

Καὶ οὐκ ἔχοντες ἐλπίδα. Nullam deniq; salutis spem habentes: sed καινοπρεπῶς. Nullam spem excogitandæ, vel reperiendæ rationis, qua propulsando hostem sese seruarent.

Ξυγκλῄσαντες: ἑαυτοὺς supple: facto globo, conglobantes sese.

Ἐχώρησαν. Euaserunt, cōcesserunt, contenderūt.

B Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι. Quos Atheniēses, quāuis essent insecuti, tamen circūdare, & variis ex partibus oppugnare, propter munitionis naturā non poterāt: sed eos aggressi ex aduerso, propellere conabātur.

C Καὶ χρόνον μὲν πολύν. Ac diu ad maximam diei partem vtrique pugna, siti, & sole confecti, tamē mala tolerabant, & sustinebant.

Ἐπειδὴ δ' ἀπέραντον ἦν. Et cùm nullus rei exitus reperiretur.

D Βιάσασθαι τὴν ἔφοδον. Se vi in munitionem irrupturū.

Ὁρμήσας. Iter ingressus clàm: digressus clàm, ægrè, & vix clàm circūlatus venit, insciis illis circūiit.

Κατὰ τὸ ἀεὶ παρεῖκον. Qua paulatim insulæ prærupta dabant aliquem aditum. res pro personis, μετωνυμικῶς.

Ἐξέπληξε. Pauore consternauit.

278. A Καὶ γιγνόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι. Et in eadem fortuna constituti, qua olim Spartani, qui erant cū Leonida ad Thermopylas, si parua magnis conferenda. Ἡροδ. libro 7. ἐν πολυμνίᾳ 113.

Τῇ ἀτραπῷ. Duce Epialte Trachinio.

B Ἀσθενείᾳ σωμάτων. Languentes corpore ob inediam.

Γνοὺς δὲ ὁ Κλέων. Ea erat Cleonis ambitio, vt quoniam pollicitus fuerat Atheniensibus se aut interfecturum Lacedæmonios istos, aut viuos deducturum Athenas, cùm intelligeret se posse facilè promissa præstare de viuis adducendis, pugnam suis interdixerit, edixeritque per præconem; vellént ne Spartani arma, & se ipsos Atheniēsibus dedere, illi accepta conditione sese dediderunt.

C D Ἱππαγρέτου. οἱ ἱππαγρέται. Magistratus erat minor Spartæ: vt, οἱ ἕνδεκα Athenis, & Triumuiri capitales Romæ: qui cùm esset aliquis prehendendus dabāt apparitores. Ξενοφ. lib. 3. ἑλλην. ἰδ. εἶπεν, ὦ τὸν πρεσβύτατον τῶν ἱππαγρετῶν κέλευέ σοι ξυμπέμψαι ἕξ, ἢ ἑπτά, οἱ ἂν τύχωσι παρόντες.

Αὐτὸς τρίτος. Obserua morem Lacedæmoniorū.

Διακηρυκεύσασθαι. Per præcones, & internuntios agere. ἐπικηρυκεύεσθαι. ἴσως, cum hostibus.

Καὶ ἐκείνων μέν. Permiserunt Athenienses: ita tamen vt neminem eorum dimitterent: alios, qui agerent, ex continenti ipsi euocarent. Τὰ ἄλλα.

D Τοὺς ἄνδρας δεδίδοσαν.

279. C Ἐνδεεστέρως. Parciùs. Frumentum parcè, & paulatim metiri instituit. Cæs. lib. 7. 184. ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν. quàm pro facultate, qua plus ciborum cuique dare poterat.

280. A Τοὺς γὰρ Λακεδαιμονίους. Facit fidē, & affert rationē, quare præter opinionem omnium id acciderit. Existimabant enim nunquam Lacedæmonios vēturos in deditionem, & arma esse tradituros, neq; fame, neque aliqua necessitate alia inductos: sed seruatis armis, ac prœliantes animam efflaturos.

E Ἀπιστοῦντες. Alia ratio: quia non poterant adduci, vt crederent, qui arma tradidissent, eos esse similes eorum, qui fortiter pugnando cecidissent.

Καὶ τινος ἐρομένου. Socius quidā Atheniensium, vt Lacedæmoniis insultaret, quæsiuit ex quodam captiuo, an qui ceciderāt essent viri fortes. is responsum tulit, plurimi fore æstimandas sagittas, si viros forteis ab ignauis dignoscerent: indicans videlicet

F eos occubuisse, qui in sagittas aut lapides incidissent. Hoc responsum habebat purgationem Lacedæmoniorum.

Τὸν ἄτρακτον. Fusum: id est, sagittā. Ita enim Dorienses sagittam vocant. Sed quid dixisset ille, si tormenta bellica nostrorum temporum vidisset?

Ἐλῄζοντο. Prædabantur, populabantur, latrociniis infestabant. G

Ὁμόφωνοι. Vt faciliùs eos fallere possent.

G Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Narrat Lacedæmonios ægerrimè tulisse hoc genus belli, & latrocinia, quibus infestabantur, tum quia eius rei erāt imperiti, tum quia serui deficiebant, & ad Messenios transfugiebant; tum denique, quia grauius aliquod incommodum præterea verebantur ne sibi accideret.

281. A Ἅμα ἕῳ. Prima luce. Ῥεῖτος. Oppidum, ἡ γνώμη: ἐπιγραφαί. Ἐφ' ὃν ὥρμησε: παρέκβασις.

Καὶ τὰ σημεῖα αὐτοῖς ἤρθη. Et signa eis sublata sunt: A id est, & ex altis, eminentibusque locis significatio data est de hostium aduentu. L.V. & signa de hostium aduentu ipsis erepta.

Κιγχρεῖα. Portus Corinth. Ægæum mare versus, numero multitudinis plerumque dicitur.

C Κρομμυῶνα. κώμη τῆς Κορινθίας. Genere fœmineo ἡ Κρομμυών: Straboni libro 8. Vbi porcam Crommyoniam fuisse poetæ fabulantur, matrem apri Calydonij, quam Theseus inde abegit.

D Αἱμασιαί. Maceriam, παρὰ τὸ αἱμάσσειν: id est, cruentare, quia ex rubis, & dumis constat, dicitur tamen etiam de ea, quæ ex lapidibus.

Λόχος. Cohors.

282.B Τούτῳ τῷ τρόπῳ. Hoc prætermissum à Laurentio Valla.

C Οὐ κατὰ δίωξιν πολλήν. Neque hoste vehementer insequente: neque effusa fuga.

Ἱδρύθη. In locis eminentibus castra fecit. Constitit in locis eminentibus.

D Ἐπικειμένας νήσους. Æginam, Belbinam, Salamina, Psittaliam intelligit.

283.B Ἀπολαβόντες ἀποικοδομήσαντες. Complexi ab vtroque littore, ab vtraque calamitate murum, & munitionem duxerunt.

Ἀλιάδα. πόλις λακωνικῆς παραθαλασσία. Στέφανος.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον. Transit ad duces Atheniensium, qui in Siciliam cum classe missi fuerant: & in mandatis à populo habuerant, vt dum præteruehererentur, res Corcyræorum curarent. itaque docet eos iam suscepta nauigatione ad insulam D Corcyram appulisse: & exules Corcyræorum, qui montem Isthonem occupauerant ad deditionem coegisse, finemque illi bello imposuisse. Sed describit diligenter Thucydides funestum, & miserandum exulum exitum.

Ἐστράτευσαν. Arma intulerant.

C Καθιδρομένους. Qui consederant.

Ἐκράτουν τῆς γῆς. Agro potiebantur, & multa dabant detrimenta.

Πτυχία. Hanc puto esse, quæ ante portam vrbis E sita est: & in quam Homerus fabulatur nauem cõuersam, quæ Vlyssem in Ithacam deduxit. Ὀδυσ. libro 13.

D Λελύσθαι τὰς σπονδάς. Vt fœdera irrita essent omnibus.

Οἱ δὲ τοῦ δήμου προστάται. Iam explicat Thucydides scelus, & fraudem singularem Corcyræorum vrbanorum, qui simulata beneuolentia, & reconciliata gratia persuaserunt suis ciuibus, vt ex insula aufugerent: itaque illi in fuga deprehensi, vt ij, qui F pacta non seruassent, vrbanis Corcyræis traduntur: quos illi conclusos vno in loco, paulatim educebant, & summis cruciatibus affectos necabant: sed cùm cæteri, qui erant inclusi animaduertissent id, quod res erat, nolebant euocati progredi: itaque aduersarij nudato tecto ædium lapidibus, & telis eos obruebant: ipsi etiam se inuicem necabãt: alij iugulantes, alij laqueo se suspendentes. Hic fuit exitus seditionis Corcyræorum.

Ὡς τάχιστα ἀποδιδράναι. Vt primo quoque tempore G fugam capesserent.

284.A Ὡς δ' ἔπεισαν. Hoc ad Corcyræos vrbanos referendum: vt illud etiam μηχανησαμένων τὸ πλοῖον: per peram igitur est in L.V. versione. Hi autem cùm ab illis persuasi nauigium machinati essent. F.P. μηχανησαμένων, parato per insidias nauigio.

Ξυνελάβοντο δὲ τοῦ ποιοῦντος. Hic obiter Thucydides carpit Atheniensium duces, qui stimulis ambitionis acti, adiuuarunt Corcyræos, vt fraus eis succederet. hoc incœptum adiuuerunt.

Ὥστε ἀκριβῆ τὴν πρόφασιν γενέσθαι. Vt certa & probabilis causa videretur, iis scilicet, qui erant in insula.

Ἀδεέστερον: audacius. Καθεῖρξαν: concluserunt.

Κατὰ εἴκοσιν Vicenos. B

Μαστιγοφόροι. Et lictores prosequentes vrgebant B eos, qui tardius prosequerentur.

Ἐπιταχύνων τῆς ὁδοῦ: ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἐτάχυνον.

Σπάρτοις. Funibus, genere neutro Ὅμηρος, Ἰλιάδ. B. D

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. Τὰ ἐκ σπάρτου τοῦ φυτοῦ σχοινία. εὐστα.

Παραιρήματα. Vestibus, vestes connectentes, à παραιρέω, ῶ. Lacerantes, discindentes vestes.

Ἀπαγχόμενοι. Seipsos strangulantes.

Ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο. Orta luce. 285.A

Φορμηδόν. Aceruatim. τὴν ὠμότητα τῶν Κερκυραίων C ὑποδηλοῖ. φορμὸς δέ: stoream significat.

Ὥρμηντο. Nauigationem instituerant B

Οἰκήτορες. Si legatur οἰκήτορες, erit planior, & illustrior verborum sensus.

Ἀσσυρίων. Fortasse quòd lingua Assyriorum longius, latiusque pateret, & gentibus esset notior, ideò Persæ ea vtebantur familiariùs. C

Σαφές. Apertũ, clarũ: eos obscuritatis accusabat. D

Ἀρταξέρξην. Apud Diod. sic libro 12. legitur Ξέρξην: sed locus est mendosus. Xerxes enim, cuius erat filius Artaxerxes, iampridem obierat: regnauit hic annum: κατὰ τινὰς δύο μῆνας. Διοδ.

Ἐπελεύτα. Exiit.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Explicat iam Thucydides 28[.] nonnullas res gestas à Mitylenæis, qui erant exules: vt Rhœtium, & Antandrum ceperint: & quo consilio id fecerint: sed in principio narrationis memorat solem quadam ex parte defecisse.

Ἐκλιπὴς ἐγένετο: ἀντὶ τοῦ ἐξέλιπεν. τὶ, quia φυσικῶς sol nunquam totus deficit.

Ῥοίτειον· πόλις τρωάδος ἐπὶ λόφῳ κειμένη. στραβ. lib. 13. B

Στατήρ. Absolute, ὁ χρυσοῦς στατήρ. Valebat autem minam, erat etiam nummus. στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἁρπάζομεν. Erãt autem δαρεικοί, φιλίππειοι, ἀλεξάνδρειοι, omnes aurei. Si dixeris, χρυσοῦς, subintelligitur στατήρ. Si στατήρ: non etiam χρυσοῦς.

Μηδὲν ἀδικήσαντες. Nulla iniuria facta præterea. Vel, nulla vi mulieribus illata.

Ἄντανδρον. πόλις ὑπὸ τὴν Ἴδην. πρὸς τῇ μυσίᾳ τῆς αἰολίδος. Στράβ. Virgilius libro 2.

— *Classemque sub ipsa,*

Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει. Expeditionem narrat C Atheniensium aduersus Cytherios: captam ab illis insulam Cythera memorat, & vastatam oram maritimam Lacedæm. oppositam insulæ.

Ἐπὶ Κύθηρα. Sed antea in Melum, κατὰ Διόδωρ. libro 12. D

Κυθηροδίκης, vt ἡ μαυοδίκης. ἀρσενικόν.

Ἀνέχει. Porrecta est. 287.A

Πλὴν θανάτου. Arbitrium de se omne permitterent, nisi mortis B

Ἐπιτηδειότερον. Leniùs, commodiùs, æquiùs, conditiones peractæ sunt. Res æquioribus conditionibus ab ipsis transactæ sunt.

Παραλαβόντες. Traditum ab incolis, quos mouerunt sedibus.

Κυθήρου

Κυθηρῶν. Vrbem iam intelligit.

Ελος. Ομηρος Ιλιάδος Β.

Οἵ τ' ἄρ' ἀμύκλας εἶχον ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον.

παρὰ τὸ ἐν ἕλει εἶ). Στέφανος.

Εναυλιζόμενοι. Commorantes vbicumque opportunum videbatur.

Οἱ δ' Λακεδαιμόνιοι. Quibus in angustiis, & quo in metu fuerint Lacedæmonij, demõstrat iam Thucydides, & causas ostendit eius rei fuisse cùm vetera, tum recentia incommoda, præterita, tum denique sperata, & quæ maximè metuebant.

D Αντιτάξαντες. Instructa acie occurrebant.

Ως ἑκασταχόσε ἔδει. Vt vnusquisque locus postulabat.

Καὶ τὰ ἄλλα. Res vrbanas intelligit, quas diligenter tuebantur.

Νεώτερόν τι γένηται. Ne status reipublicæ nouaretur. περιπλοκή.

Ταχέος. Improuisum bellum sic appellat.

288. A. Εἴπερ ποτε. Nam vt cunctatores, malè audiebant Lacedæmonij. Libro primo in concione Corinthiorum hoc vidimus.

Ξυνεστῶτες. Affert rationes, cur segniores redditi Lacedæmonij, has tractat per collationẽ: quia ipsi cogebantur inusitata ratione rei militaris sese opponere maritimis copiis hostium, idque Atheniẽsium, qui semper nouas in bello rationes comminiscebantur.

Τῆς παρασκευῆς. Quæ esse consueuerat, vt copiis pedestribus, & pugna stataria rem gererent aduersus pareis copias: iam verò equitatu, sagittariis excursionibus rem sibi gerendam intelligebant, & aduersus non pedestres, sed maritimas copias.

Αγῶνι. Res pro personis.

Οἷς τὸ μὴ ἐπιχειρεύμενον. Qui quicquid intentatũ relinquunt, id deesse spei, quam de successu rei cõceperant, existimant, quasi dicat, qui omnia quæ sibi proponunt gerenda, prosperè, ac fœliciter sibi successura persuasum habent. Quibus res non tẽtata, prẹter opinionem illorum accidebat. qui eius rei exitum sibi promittebant. Qui putabant sibi omnia successura, quæ tentassent: si quid non successisset, id credebãt propterea non successisse, quòd id non tentassent.

Ην ἐλλιπὴς τῆς δοκήσεως. τῆς δοκήσεως τοῦ πράξειν τι: id est, erat præter opinionem: aberat ab opinione, quam scilicet habebant de eius successu: id est, qui omnium rerum successum sperant, quas aggrediuntur.

B Τὰ τῆς τύχης. Casus.

Ατολμότεροι. Timidiores.

Διὰ τὸ τὴν γνώμην ἀνεχέγγυον γεγενῆσθαι. quia animus desperabat. Ανεχέγγυος: qui soluendo non est. L.V. Decepti opinione. F.P. Propter animi diffidentiã.

Καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ. L.V. & in ea re. F.P. & in eo rerum statu: id est, quia erant ἄτολμοι, in magna trepidatione, & metu.

Κορτύταν. Oppidum Laconicum. L.V. Corcyram. Sed malè.

Αφροδισίαν. Στέφανος. Αφροδισιάδα, πόλιν Λακωνικὴν τῶν ἑκατὸν μίαν.

289. A Επανάστασιν. Insurrexerunt.

Τῷ δ' αὐτοῦ θέρους. Inducias factas eadem æstate narrat inter Camarinæos, & Geloos primùm, deinde docet cæteras etiam Siciliæ ciuitateis misisse Gelam legatos, qui de compositione, & reconciciliatione agerent.

A

HERMOCRATIS CONCIO.

Ουτε πολ. Hermocrates iste Hermonis fuit filius, 290. A. vir & cõsilio præstans, & manu strenuus, & acerrimus Athen. aduersarius, qui confecto bello Siculo vnà cum aliis collegis præfuit classi Syracusanorum missæ contra Athenienses. nã Syracusani profligatis maritimis, pedestribusq; copiis Atheniensium, vt suas iniurias, & bellum illatum vlciscerentur, miserunt auxilio Peloponnesiis contra B Athenienses classem, cui plures prætores præerãt, inter quos principem locum obtinebat Hermocrates propter dignitatẽ, & merita sua erga ciues, & reliquos Siculos. Huius facit mentionem perhonorificam Xenophon libro 1. τῶν ἑλλην. Hic igitur concionatur in conuentu Siculorum, & hortatur omneis ad pacem, & concordiam: suadet, vt deponãt bellum, & inter se ciuitates reconcilientur. Commemorat belli incommoda, commoda pacis. Docet controuersias mutuas amicè esse toC lerandas: non vi, & armis, sed iure, & oratione esse disceptandum. Demonstrat Athenienses insidiari eorum libertati, & inhiare in fortunas, & res omnium Siculorum: & honesta præscriptione societatis, & cognationis, quam prætendebant cum Chalcidensibus, id vnum agere, vt iugum seruitutis imponant omnibus Siculis. Quare id summo studio præcauẽdum monet, & pacem perpetuam (si fieri potest) inter illas ciuitates stabiliendam: sin minus, in aliud tempus controuersias reiiciendas: D interea compositionem faciendam: ita enim se & externo hoste, & domestico bello liberatum iri. Hæc sunt ferè capita totius concionis, quæ nititur potissimùm vtilitate, & malorum, atque incommodorum vitatione: contrà verò bonorum, & commodorum adeptione.

Ουτε πόλεως. Qui agit causam, is necesse est, circunspiciat, & diligenter videat commoda caussæ suæ: ac studeat incommoda, & impedimenta amouere, commoda complecti, & iis adhærere. E Hoc omnes artifices præcipiunt: & natura ipsa docet. Quid igitur poterat lædere, & impedire causam Hermocratis? suspicio scilicet auditorum, qui poterant existimare eum agere hanc causam priuati commodi causa: id est, propterea quòd ciuitas eius nullas haberet opes ad bellum tolerandum: itaque pressa incommodis, pacẽ exoptaret, eumque summitteret, qui aliis etiam idem suaderet. Hanc igitur suspicionem statim in ipso principio refellit, & reiicit. Docet non priuati commodi, sed F publicæ vtilitatis gratia se causam istam suscepisse, & authorem compositionis, & pacis fore. Hoc autem proœmij genus, quod ducitur ex hominum opinione de rebus ac personis, ἐξ ὑπολήψεως προοίμιον appellat Hermog.

Πρότασις. Agam vobiscum, ô Siculi, non priuati commodi, sed publicæ vtilitatis gratia. Ratio: quia ex ea sum ciuitate, quæ maxima, & potentissima est, & quæ non adeò facilè succumbat, vt pacem potissimùm, & ante alias ciuitates debeat G expetere.

Απόδοσις καὶ βάσις. ἡ ἀπόδοσις ἐστὶν ἀξίωσις. Quare peto à vobis, vt me de publica vtilitate agentem æquis animis audiatis: inserit simul probationem, quòd de publica vtilitate sit acturus, de bello enim, eiusque incommodis vitandis agam.

Πόλεως ἐλαχίστης. λαμπρότης. Sed vitandæ arrogãtiæ causa methodo modestiæ vsus est: id est, extenuatione sui boni.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ πολεμεῖν. Si naturalem, & directum ordinem sententiarum sequamur, illud erit ponẽdum primo loco, ὁ καὶ ἡμῶν ἐν τῷ παρόντι πειθομένοις, &c. in quo est conclusio superiorum sententiarum, coniuncta cum petitione: sed est inuersus ordo, κατὰ μέθοδον περιβολῆς.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ πολεμεῖν. Probat se rem vtilem suasurum: id est, de bello, eiusque incommodis vitandis. Sed quia hoc notum, & peruulgatum est, bellum esse noxium, & detrimentosum, occupatione vtitur.

Ἐν εἰδόσι. Causa cur prolixa oratione non sit opus.

Οὐδεὶς γάρ. Confirmat τὸ ἐν εἰδόσιν. Docet omnibus esse nota belli incommoda: nemo inscitia bellicorum incommodorum suscipit bella gerenda. Occurrit deinde obiter ad illud: at suscipiunt homines, quia pericula abesse intelligunt. Negat hoc ita esse. Quid igitur est? Auaritia (inquit) hoc fit, & cupiditate pluris habendi. Cupiditas facit, vt pericula minora videantur, & contemnantur: vel certè nimius amor suarum rerum: quo fit, vt nequa earum fiat imminutio, pericula potius subeantur.

Οἱ δέ. Mutata figura verborum.

Αὐτὰ δὲ ταῦτα. Conclusio. Quare cùm hoc vtrũque neque loco, neque tempore fiat, audiendi sunt, qui salutarem dicunt sententiam de compositione. τὸ μὴ θέλειν ἐλασσοῦσθαι, καὶ τὸ νομίζειν τὰ κέρδη μείζω τῶν δεινῶν.

Οἱ παραινέσεις. Res pro persona, modestia, vitatio arrogantiæ.

Τὰ γὰρ ἴδια. Ingreditur in causam. Nos bellũ suscepimus antea, quia nostrûm vnusquisq; suis priuatim rebus bene consulere volebat, & suã augere rempublicam. Iam verò edocti rem esse perniciosam, demus operam, vt non vi, & armis ampliùs, sed iure disceptãdo, inter nos in gratiã redeamus.

Καὶ ἢν ἄρα μὴ προχωρήσῃ. Occurrit ad illud, At nõ possumus ius nostrum obtinere. Quare (inquit) arma iterum sumemus.

Καίτοι γνῶναι χρή. Quia de priuatis commodis egit, opponit iam illis publicam salutem.

291.A Ὀνόματι ἐννόμῳ ξυμμαχίας. Adde etiam cognationis. Libro tertio: κατά τε παλαιὰν ξυμμαχίαν, καὶ ὅτι Ἴωνες ἦσαν.

Πόλεμον γὰρ αἰρομένων ἡμῶν. Docet qua ratione Athenienses rem cõstituant pro eo, ac sibi expedit: quia (inquit) nos exhauriunt, atque absumunt assiduis de nostro sumptibus: illi autem progressus faciunt, & paulatim res nostras occupabunt.

Οἱ καὶ τοῖς μὴ ἐπικαλουμένοις. Cupiditatem, & auaritiam Atheniensium carpit.

Κακῶς τε ἡμᾶς. Et nos ipsos sumptibus bellicis exhaurientibus.

Καὶ τῆς ἀρχῆς ἅμα προσκοπτόντων ἐκείνοις. Atque ita progressus ad res nostras occupandas facientibus, vel aditum ad imperium sibi parantibus.

Τετρυχωμένοις. Afflictos, exhaustos, attritos.

Αὐτούς. Sponte sua, non à nobis accersitos.

Καί τοι τῇ ἑαυτῶν ἑκάστοις. Admonet vitanda esse eiusmodi pericula: & accersendos esse potius socios, & pericula subeunda, augendi causa imperij publicè, ac priuatim, quàm reipublicæ minuendæ gratia: in primis verò vitandam seditionem, vt apertam, & certam perniciem rerum publicarum, & totius Siciliæ. Atqui (inquit) si accersendi sunt socij, amplificandæ potiùs nostræ reipublicæ causa, quàm minuendæ.

Τὸ δὲ χαλκιδικόν, αἰτιατικὴ τοῦ χαλκιδεῖς. ἀσφαλές. Tuti à periculis. ἀσφαλές, αἰτιατικὴ τοῦ, φίλον, καὶ διὰ τοῦτο ἀκίνδυνον, ἡγοῦν ὡς οἱ χαλκιδεῖς φίλοι, καὶ διὰ τοῦτο ἔξω κινδύνων εἰσὶ (πολέμιοι.

Οὐ γὰρ τοῖς ἔνεστιν. Neque enim Athenienses bellum inferunt Siciliæ partium odio, & quòd alij sint Dores, alij Iones, sed rerum totius Siciliæ cupiditate.

292.A Ἐδήλωσαν δὲ νῦν. Exemplo fidem facit. Chalcidenses, à quibus sunt acciti nunquam eos iuuerunt suis copiis: & tamen ipsi Athenienses prætendunt nomen societatis, & cognationis.

Παρακληθέντες. Euocatione: id est, dum euocati sunt à Chalcidensibus.

Καὶ τοὺς μὲν ἀθ. Quanquam multa illis venia dãda est, qui acti auaritia, & imperij amplificandi cupiditate sic se gerunt: sed vos estis incusandi, qui ad parandum imperio estis tam faciles.

Πέφυκε γὰρ τὸ ἀνθρώπειον. Ratio, cur venia danda Atheniensibus, quia homines ita nati sunt, vt imperio premant eos, qui cedunt: ab iis caueant, qui resistunt. τὸ ἀνθρώπειον, ἀντὶ τοῦ οἱ ἄνθρωποι.

Ὅσοι δὲ γιγνώσκοντες αὐτά. Illi autem peccant, qui quamuis id compertum habeant, suis tamen rationibus non prospiciunt, neque id agunt, vt hostem publicum vnà propellant.

Προσκοποῦμεν. Methodus modestiæ, ad minuendam sententiæ asperitatem. προνοεῖσθαι. Paulò superiùs.

Εὖ θέσθαι τὸ κοινῶς φοβερόν. Rectè statuere de publico hoste. Consulere publico periculo.

Τάχιστα δ' ἄν. Docet qua ratione id quod dixit, rectè fieri possit.

Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν. Non enim habent vbi consistant Athenienses. Facultas.

Καὶ οὕτως οὐ πόλεμος. Atque ita non bellum, &c. commoda reconciliationis persequitur.

Ἄδικοι. Infesto animo, πολέμιοι. εὐλόγως. iure optimo.

Καὶ τὸ μὲν πρὸς τοὺς ἀθηναίους. Transit ad alteram partem causæ. Siculos hortatur ad pacem in primis: sin minus ad diuturnas inducias: sed concludit priùs partem superiorem.

Ἢ δοκεῖτε. An existimatis vel bona conseruari, vel mala vitari potiùs bello, quàm pace? vel bellum potiùs quàm pacem habere certiùs honores, & dignitates? id est, in bello potiùs obtineri dignitatem, & honoreis, quàm in pace?

Ἀρχὴ σκεψαμένοις. ἐπίλογος argumenti.

293.A Καὶ εἴ τις βεβαίως τι. Admonet Siculos, vt deposita pertinacia pacem complectantur, neque tantum confidant, aut suo iuri, aut armis, vt sperent rem sibi cessuram omnino ex sententia. Falli enim ait eos, qui id sibi persuadent.

Ἢ τῷ δικαίῳ. Suo iure: id est, æquitate suæ causæ.

Τῷ παρ' ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω. L. V. ne spe frustrante grauiùs labatur. Scholia verò, ne ægrè ferat si præter opinionem suam lapsus à me arguitur. F. P. Is caueat graueis, & insperatos fortunæ casus. Caueat ne labatur grauiter præter spem, & opinionem suam.

Γνούς

Γνοὺς ὅτι. Multi sunt, qui accepta iniuria, dum eam persequuntur, non solùm nō vlciscuntur inimicum, sed salutem ipsi amittunt. Rursus alij cupiditate pluris habendi stimulati, non solùm fortunas alterius non acquirunt, sed etiam suas amittunt. Cur ita? quia rerum futurarum euentus præstari non potest: neque est, qui recipiat talem, aut talem rei susceptæ fore exitum.

Πλεονεκτήσειν. Se amplificaturos suas facultates.

Οἱ μ. ἐπάνοδος. est autem αὐτὶ πλαγιασμοῦ πρὸς πλεόνων ἤδη.

Οὐδ' ἐσώθησαν. Ne salutem quidem suam retinere potuerunt.

Τιμωρία γάρ. Vltio enim non succedit, quòd causa sit bona, & iniuria facta sit: id est, nam qui suas iniurias persequitur, ei non propterea continuò res succedit, quòd bonam habeat causam.

Τιμωρία. Res pro persona.

Δικαίως. Meritò: id est, quamuis debeat propter causæ bonitatem.

Οὐδὲ ἰσχύς. Neque etiam potentes, & opulenti possunt præstare omneis rerum euentus, quòd magnas habeant opes, & sint pleni fiduciæ. Neque potentia est certa, quòd spe bona homines impleat: id est, neque potentes, quamuis bene sperent de successu, continuò etiam voti sui compotes fiunt.

Βέβαιον. σχόλια. διὰ τὸ καὶ τὸ βέβαιον ἔχει. Propterea etiam certum, & compertum habet exitum. μετωνυμία. Tribuitur potentiæ, quod est euentus rerum.

Τὸ δ' ἀστάθμητον. Sed fortuna plerumque dominatur, & habet potestatem in euentu rerum. Est arbitra futuri. L.V. Per τὸ ἀστάθμητον putat ipsam temeritatem intelligi. vertit enim, temeritas, &c.

Ἀστάθμητον. A libra, & lancibus, cùm modò huc, modò illuc libra vergit: accipitur pro incerto. τὸ μὴ σταθερόν.

Ὡς ὅτι πλεῖσον: Quia interdum virtute res obtinetur.

Παίτων τι σφαλερώτατον ὄν. Digressiúcula, qua Thucydides laudibus effert fortunam ab effectis: cùm incertissima: & maximè lubrica res sit: facit, vt cautiùs, & consideratiùs bella suscipiantur. ἔννοια δεινότητος.

Προμηθία μᾶλλον: μετὰ μείζονος προμηθίας. Cautiùs & circùnspectiùs εὐλαβέστερον.

Καὶ νῦν. Causæ conclusio. Quare cùm ob incertum rerum euentum, tum ob certam hostiū præsentiam, tum etiam propter opinionis nostræ frustrationem, hostem dimittamus: fœdus æternum (si fieri potest) faciamus: sin minus, bellum in aliud tēpus differamus: interea pacē faciamus. &c.

Ἀτέκμαρτον. Inexploratum timorem, incertum, qui nullis signis, & coniecturis cognosci potest. μετωνυμία.

Τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης: αὐτὶ τοῦ ἡμᾶς τοὺς ἐλλιπεῖς τῆς γνώμης: ἐκπλαγέντας supple, infirmam, imbecillam opinionem. L.V. Quod superest existimemus.

294.A Ξυμβῶμεν. æternum fœdus ineamus.

Τὸ ξύμπαν τι. Proponit commoda & incōmoda.

Ἀμυνούμεθα. Vicem reddemus.

Καὶ ἐγὼ μέν. Repetit illam partem, quam attigit in prooemio: se non priuatæ, sed publicæ vtilitatis gratia causam istam agere, & ad pacem Siculos cohortari. Quærit autem authoritatem.

Παρεχόμενος. Afferens in medium: id est, demōstrans me esse.

Μὴ δ' μωρία φιλονεικῶν: ἀξιῶ supple: non censeo autem, vt stultè inter nos contendamus, & bellum inter nos geramus, atque existimemus perinde nos habere potestatem in fortunam, atque in nostrum sensum, & opinionem: sed mutauit personam, ne offenderet Siculorum animos.

Φιλονεικεῖν ἐναλλαγὴ προσώπου. μηδ' ἀξιῶ.

Ἀλλ' ὅσον: ἀξιῶ supple.

Ἡσσᾶσθαι. Vinci: id est, de meo iure decedere.

Τὸ δ' ξύμπαν. Vicini sumus, incolæ eiusdem terrę, idq; insulæ. Siculi omnes eodē nomine vocamur.

Εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστοις. Quia periculum commune.

295.A Τὰ δ' γὰρ τοιοῦτος. Duo commoda futura demonstrat summatim: hoste liberabimur, & bello domestico. Et liberam in posterum Siciliam incolemus, nullisque appetitam insidiis.

Τοιαῦτα τοῦ Ἑρμοκράτους. Assensos Siculos narrat Hermocrati, & statuisse bellum deponere, retentis iis: quæ obtinebant singuli: Camarinæis tantùm censuerunt concedendam Morgantinam, si certam Syracusanis pecuniæ summam penderent: socios verò Atheniensium conuocatis ducibus, & primoribus eorum, significasse se quoque pacem facturos, ita tamen, vt ipsos in fœdere complecterentur.

Κατὰ σφᾶς αὐτούς. Sine Atheniensium legatis.

Ἀπαλλάσσεσθαι. Discedere ab armis, bellum deponere.

Μοργαντίνην: σικελικὸν πόλισμα. Στέφαν. (si locus mēdo caret) in Italia eam ponit.

Οὕτω τῇ τε παρούσῃ εὐτυχίᾳ. Ἐπιφώνημα. Adeò freti præsenti rerum successu omnia sibi prosperè volebant cedere, facilia, difficilia, siue magnos, siue paruos habeant apparatus.

Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους. Narrat Megarenseis eadem æstate bello pressos, cùm ab Atheniensibus, tum à suis exulibus, egisse inter se de reuocandis ab exilio ciuibus: sed populi principes, qui rebus Atheniensium studebant, egisse cum ducibus Atheniēsium de vrbis deditione: & quamuis res omninò non successerit, tamen Athenienses Nisæa, naualibus Megarensium, & muris longis potitos fuisse. Erant autem duæ factiones Megaris: vna nobilium, altera populi: illa studebat rebus Lacedæmoniorum: hæc fauebat rebus Atheniensium: Sed cùm factio popularis alteram superaret, partem nobilium ex vrbe expulit; hi pulsi in exilium incursionibus, & latrociniis vrbanos infestabant: interea Athenienses in agrum Megarensem bis quotannis irruptiones faciebant, ita, vt Megarenses premerentur grauissimè. Quare exulum necessarij nacti occasionem agere cœperunt de illis in vrbem reducendis: sed populus qui fauebat Atheniensibus, & metuebat exulum reditum, egit cum ducibus Atheniensium de vrbis deditione.

Diod. libro 12.320.

296.A Θρουῦ, rumorem, murmur, susurrū, φωνὴ ἄσημος.

Ἔχεσθαι τούτου τοῦ λόγου. Vt in eo colloquio perseuerarent: vel volebant sequi rumorem istum, & ei hærere.

Πηγῶν παροικία μεγαρέων. καὶ πόλις τῆς Κυπρου ἐν Κυρηναΐᾳ. Στέφαν.

Καὶ νομίζοντες. Quia iudicabant minus periculi impendere sibi ab Atheniensibus, quàm ab exulibus restitutis, quos ipsi vrbe pepulissent.

Ξυνέβησάν τε. Conuenit inter eos ita, vt Athenienses muros longos caperent, & præsidium Lacedæmoniorum intercluderent, quo minus Pelo-

ponnesij succurrerent iis, qui erant in vrbe. Naualia Megarensium distabant ab vrbe M. ferè passus. Iungebatur autem cum vrbe binis brachiis: id est, longis muris: quemadmodum Piræus cum vrbe Athen. in naualibus erat præsidium Peloponnesiorum: itaque sequebatur occupatis istis brachiis, vt intercluderetur præsidium, nec ferre opē posset Megarensibus, qui erant in vrbe. A

B Βεβαιότητος ἕνεκα. Quo firmiùs obtinerent Megara. vel: Quo Megara ab hoste essent tutiora. Ἐμελλον: πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἔργον. Ad oppugnationem futuram ab Atheniensibus. à Megarensibus verò, vt eos adiuuarēt.

C Ἐν ὀρύγματι. In cauea consederunt.

Ὅθεν ἐπλινθευον. Vnde sumebant lateres ad muros extruendos.

Περίπολοι. Circuitores, circitores.

Ἕως ἔμελλε γίγνεσθαι. Cùm crepusculum matutinum aduentaret: cùm diluculum aduētaret, quarta vigilia.

297.A Ὅπως τοῖς ἐκ τῆς Μινώας. Quo minus Atheniensium præsidium quod erat ad Minoam sibi caueret. L. V. vt Athen. &c. occulta foret sua custodia.

C Ἀντισχόντες. Resistere, & vim arcere.

Ἅμα δὲ ἕῳ. Prima luce.

298.A Θορυβουμένων. Metu trepidantibus. θόρυβος ἐκ τοῦ θρόος καὶ βοή, ταυτοσήμων λέξεων.

Αὐτοὶ δὲ διαδιηλοι: λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. At in ea irruptione ipsi quoque concidi poterant. ἀπόκρισις. nequaquam. ratio sequitur.

Ἀσφάλεια δὲ αὐτοῖς. Erant autem futuri magis in tuto si portæ fuissent apertæ: ἀντὶ τοῦ ἐν ἀσφαλείᾳ δὲ μᾶλλον ἔμελλον ἔσεσθαι ἀνοίξαντες τὰς πύλας.

B Τοῖς ἑτέροις. σχολιας. τοῖς μὴ εἰδόσιν. F. P. Diuersæ factioni.

Οὐδὲ γὰρ πρότερον. A tempore, & à maiori.

Συστραφέντες. Facto agmine. Μὴ πίπτωσί τις: ἐναλλαγὴ προσώπου.

C Ἰσχυρίζοντο. Asseuerabant: obnixè, ac pertinaciter perstabant.

Ἐπιβοηθῆσαί τινας. Si priusquàm auxilia concurrerent.

Σίδηρος. Ferramenta.

Λιθουργοί. Lapicidæ, vel lapidicidæ.

Ἀρξάμενοι. Sumpto initio: initio facto.

D Διοικοδομήσαντες. Communita ea parte, quæ vrbem versus spectabat, muro transuerso.

Τάφρον: supple ὤρυσσον. καὶ τείχη, supple, ᾠκοδόμουν.

Διελομένη: σχολιας. Partitæ opus inter se copiæ: id est, ita, vt alij fossam foderent, alij muros ædificarent. Quid si dicamus partitæ vices, vt alij in armis ad propulsandum hostem, si eos adortus esset, alij essent occupati in opere?

Ἀπεσταύρουν. Obuallabant, vallo claudebant.

299.A Καὶ αἱ οἰκίαι. Ædes etiam, quæ erant in suburbano pinnis impositis vsum munitionis præbebant.

B Εἰργάζοντο. Opus fecerunt, in opus incubuerunt.

Ἀπορρήξαντες. Intercisis.

Τἄλλα. Vrbis expugnationem.

Βρασίδας δὲ ὁ Τέλλιδος. Narrat Brasidam venisse auxilio Megarensibus, parua manu primùm, deinde reiectum cum magnis copiis: atque ita Megara conseruasse.

C Τριποδίσκον. κώμη τῆς Μεγαρίδος. Στέφανος. πόλιν Καλλίμαχος.

D Πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι. Antequàm fama de eius aduentu emanaret.

300.A Διανενοημένοι μέν. Indicat Bœotios summa alacritate animorum misisse auxilia. Hoc signo probat: nam (inquit) vel sponte sua constituerant cū summis copiis ferre auxilium: atque adeò Platæas vsq; progressi cum exercitu fuerant: res enim eorum agebatur: ergo multo magis à Brasida euocati, hoc facturi erant.

Ἐρρώσθησαν. Animati sunt.

C Παρόντος δὲ ἤδη. Cùm autem iam adessent copiæ omnes militum grauiter armatorum, qui non minus, quàm sex hominum millia efficiebant, & Athenienses aciem instructam haberent ad Nisæā, & ad mare, & leuis armatura per campos vagaretur, equitatus Bœotiorum eos palanteis, & ex improuiso aggressus in fugam vertit. B

D Ἀντεπεξελάσαντες δέ. Cui occurrens equitatus Atheniensium committit prœlium.

Ἀντεπεξελᾶν. Procurrere obuiam hosti.

301.A Οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παρόντι ἔργῳ. Neutri tamen certa, & minimè dubia victoria parta discesserūt: sed incerta scilicet: hi ad suos, illi ad Nisæā se receperunt. C

B Περιορώμενοι. L. V. Ad spectaculum stare. F. P. Circunspicere.

Καλῶς δὲ ἐνόμιζον σφίσιν ἀμφότερα ἔχειν. Vtrumq; autem commodè sibi casurū, & ex vsu futurum existimabant: siue priores hostem prœlio non lacesserent: siue Athenienses prœlium recusarent.

Μάχης καὶ κινδύνου: ἀντὶ τοῦ μάχης ἐπικινδυνώδους. simul si priores hostem non aggrederētur, & prœlium anceps, & periculosum sponte sua committerent, &c. Simul si Athenienses detrectassent. D

Ὥσπερ τίθεσθαι. Et sibi quasi victoriam rectè constituere sine labore, & negotio.

Ἀκονιτί. Incruenta victoria.

Ἐν τῷ αὐτῷ δέ: ἀντὶ τοῦ ἅμα δέ. Ξυμβαίνειν. Rem casuram prosperè.

Εἰ μὲν γὰρ μὴ ὤφθησαν. Nam nisi in conspectum Megarensium armati venissent, existimabant eos euentum rei non expectaturos fuisse, sed statim quasi victis, & imparibus Lacedæmonios deditionem fuisse facturos: iam verò illud etiam fortasse posse accidere, vt Athenienses prœlium recusarent: atque ita, ipsi sine prœlio iis, quorum causa venerant, potirentur. E

C Λογιζόμενοι: ἀντὶ τοῦ λογιζομένων.

Μὴ ἐπιόντων. Hoc cum superiori clausula cōiungendum, non, vt L. V. cum sequenti.

D Σφαλέντας, superatos.

Τῷ βελτίστῳ. Firmissimā partem militum amissuros, vel cladē accepturos in robore suæ militiæ.

302.A Χρόνον δὲ ἐπισχόντες. Periodus est longior, cuius ἀπόδοσις illa est, οὕτω δὴ τῷ μὲν Βρασίδᾳ. Sed multa sunt interposita, causæ scilicet, & consilia ducum vtriusque exercitus, & alia nonnulla: præterea figuræ verborum sunt mutatæ, consecutio orationis perturbata: ita, vt locus videatur obscurior. ἐπισχόντες igitur, ἀντὶ τοῦ ἐπισχόντων, cùm aliquandiu expectassent, cùm aliquandiu se continuissent, & ab armis abstinuissent. F

Ὅσοι μὲν τῶν πραγμάτων. Quotquot rebus Atheniensium studuerant, participes, & socij fuerant cōsilij de prodenda vrbe. Πραγμάτων iam consilia inita de proditione, & acta eius rei causa significat. G

Ὤφθησαν. Vncti oleo: qua de re suprà. αὐτοὶ δὲ διάδηλοι ἔμελλον ἔσεσθαι. λίπα γὰρ ἀλείψεσθαι, ὅπως μὴ ἀδικῶνται.

Ὑπεξῆλθον. Se subduxerunt.

Κατάγουσι.

Κατάγουσι. Reuocant. κατέρχονται, redeunt, & restituuntur. A

Ορκώσαντες: ἐκείνους δηλονότι. Cùm eos obstrinxissent iureiurando.

Πίστεσι μεγάλαις. Religiosissimo, & sanctissimo iureiurando.

Μηδὲν μνησικακήσειν. Cicero prima Philippica 153. omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censui.

Βουλεύσειν δὲ, &c. Sed rectissima: atque tutissima consilia reipublicæ daturos. B

Εν ταῖς ἀρχαῖς ἐγένοντο. Postquàm magistratum sunt adepti.

Καὶ ἐξέτασιν ὅπλων ἐποιήσαντο. Et suas lustrarunt copias.

Διαστήσαντες τοὺς λόχους. Dispositis, disiunctis cohortibus.

D Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ θέρους. Redit ad exules Mitylenæorum, qui Antandrum (vt vidimus iam) per proditionem ceperant: docet duces nonnullos Atheniensium veritos eius incrementa, quæ poterant, & C periculum creare suis rebus, & detrimentum, atque incommodum afferre, coactis copiis eum oppugnasse, ac recuperasse.

303. A Μελλούσης κατασκευάζεσθαι. Cùm esset munienda.

Τὰ αἰαία: αἰαίαν, genere fœmineo. Steph. πόλις Καρίας ἀντικρὺ σάμου. ὁ πολίτης αἰαῖος. Στέφαν. Thucydides αἰαίτης.

B Ηρακλεώτιδι. ἡράκλεια πόλις θράκης ἐν τῷ Πόντῳ στέφαν. numerat ad 23.

Υδατος αἴωθεν. Subita vi, & illuuione aquarum superne delapsa. D

Ρεύματος. Illuuione.

C Εν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει. Narrat Demosthenem cum classe 40. nauium Naupactum venisse: & Bœotios quosdam, qui rebus nouis studebant egisse cum eo, & cum Hippocrate collega de nonnullarum ciuitatum proditione: explicat etiam modum, & rationem, qua res conficienda erat: sed exitus fuit infaustus.

D Σίφας. ἡ καὶ σίφη. ἐπίνειον τῆς θεσπικῆς. κρήτη, κρηταῖος, κρηταιεύς. σίφη, σιφαῖος, σιφαιεύς. τὸν κόσμον. τὴν πολιτείαν.

Φανότιδι. Στέφ. φανοτεῖς, φανότη, καὶ φανότεια, φανότιοι.

304. A Δήλιον. πολίχνιον Βοιωτίας ἐν ταναγρᾳ, καὶ ἱερὸν ἀπόλλωνος. δηλιεύς.

Ταναγραία. Τάναγρα, πόλις τῆς Βοιωτίας, ἣν γραῖαν Ομηρος. lib. 2.

Θέσπιαν, Γραῖάν τε, καὶ εὐρύχορον μυκαλησσόν.

Επὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν, supple, ἴοιεν, ἢ βοηθοῖεν.

Καὶ εἰ κατορθοῖτο ἡ πεῖρα. Quos fructus inde sperarent, iam indicat, rerum videlicet commutationem, quamuis non statim accideret, & affert rationes. κατορθοῦν) (σφάλλεσθαι. κατόρθωμα.

Νεωτερίζοιτι. Nouaretur aliquid.

Αποστροφῆς διὰ βραχέος. Perfugium breui locorum spatio.

B Οὐ μενεῖν κατὰ χώραν τὰ πράγματα. Res non eundem statum retenturas, vel non seruaturas eundem statum: id est, nouatum iri.

Χρόνῳ. Progressu temporis. Sed Athenienses scilicet in eum statum res illas adducturos, qui esset sibi idoneus.

Ἡ μὲν οὖν ἐπιβουλή. Hæc igitur inita fuerunt consilia. ἐπιβουλὴ, iam pro consilio accipitur.

C Αμα ταῦτα πράσσειν. Vt ipse Delium, Demosth. Siphas occuparet.

Εἴρητο. ὥστε. ῥηθῆ ἡμέρα.

Οἰνιάδας πόλις ἀκαρνανίας περὶ τῷ ἀχελῴῳ, ἢ καὶ ἐρυσίχη πάλαι.

Καταλαβών: complexus.

Αγραίους οἱ καὶ ἀγραιεῖς. ἔθνος πλησίον ἀκαρνάνων, ὧν βασιλεὺς σαλυνθιος.

Βρασίδας δέ. Redit ad Brasidam, qui ad Isthmum Corinthiacum cogebat exercitum per Thessaliā vt in Thraciam proficisceretur. Narrat eum eadem æstate duxisse exercitum per Thessaliam in Thraciam magnis difficultatibus superatis.

B Μελίτειαν. Στέφαν. μελιταίαν. Θέοπομπος μελίτειαν. ἔφορος λ. Οἱ δὲ τύραννοι τῶν φερῶν, καὶ μελιταιεῖς φίλοι πρότερον ὑπάρχοντες.

Τῆς ἀχαΐας: ἡ φθιῶτις ἰδικῶς ὁμήρῳ.

Χαλκιδέων. Colonos Corinthiorū iam intelligit, vel (quod magis probo) eos, qui erant in Thracia.

Γεδιῃ: αἴτι τῶν καὶ ζῶντα. 305. A

Καὶ τοῖς πᾶσι γε. Non Achæos, & ἕλληνας Thessaliæ, vt χολίας. sed omnem Græcorum gentem intelligit.

Υποπτον καθεστήκει. Res erat suspecta. L. V. Proxima quæque suspecta reddidisset. C

Δυναστεία. Dominatu regulorum.

Ισονομία. Iuris æquabilitate.

Τὸ ἐγχώριον. Patrio instituto.

Επεὶ καὶ τότε. Facit fidem signo: quamuis haberet qui deducerent, tamen itinere prohibere eum nonnulli sunt conati.

Ετέλεσεν. Peruenit. C

Φάκιον. πόλισμα Θεσσαλίας: φακιεὺς ὁ πολίτης.

Περαιβίαι: τὸ ἐθνικὸν περραιβαῖοι. περραιβος, ἢ περαίβη πόλις Θεσσαλίας.

Δῖον: ἔνθα τὸν ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα ἐτέλουν. Vbi erat D aqua potu iucundissima, sed adeò gelida, vt esset lethalis.

Νᾶμα τὸ δηνεὶ γλυκερὸν ποτὸν, ἣν δέ γε πίῃς. Παύσῃ μὲν δίψης, εὐθὺ δὲ καὶ βίοτου. Erat etiam oppidum in Eubœa.

Κήναιον τ᾽ ἔφαλον. Δίου τ᾽ αἰπὺ πτολίεθρον. Ομηρος καταλόγῳ.

E Ὡς τὰ τῶν ἀθηναίων εὐτύχει. Quoniam res Atheniensium prosperè fluebant: florentes & secundæ erant.

Οἱ μὲν χαλκιδεῖς. ἐξήγησις τῶν οἱ ἐπὶ Θράκης. καὶ ἐπάνοδος. 306. A

Τὰ παλαιὰ διάφορα. Quia ab illis defectionem fecerat, & Potidæatas, ac Peloponnesios adiuuerat.

Ξυνέβη δὲ αὐτοῖς. Alteram affert rationem, cur B Perdiccas & Chalciden. impetrare potuerint exercitum à Lacedæmoniis. Hanc fuisse docet, quia F Lacedæmonij cladem ingentem ab Atheniensibus acceperant, & ab illis continenter quodam modo oppugnabantur.

Κακοπραγία. δεινότης, καὶ παράδοξος ἔννοια. Opportunè verò illis cecidit calamitas Lacedæmoniis. & cæt.

Αποτρέψαι. Auertere. Metaphora videtur sumpta à vi, & impetu fluminum, quæ factis fossis auertuntur, ita, vt cursus eorum aliò dirigatur deserto pristino alueo. G

Αντιπαραλυπεῖν. Vicissim infestarent, & negotium facesserent.

Επικαλουμένων. Accersentibus.

Καὶ ἅμα τῶν εἱλώτων. Nouam affert rationem. cur facilè Chalcidenses & Perdiccas impetrauerint exercitum à Lacedæmoniis. Lacedæmonij

habebant magnam seruorum copiam, qui eadem A ferè disciplina instituti, & moribus iisdem vsi, suspicionem, & formidinem dominis afferebant. Verebantur itaque Lacedæmonij ne tumultus aliquis ab eis oriretur, præsertim in afflictis iam suis rebus, vt olim in bello Messeniaco acciderat. Itaque occasionem istam nacti, speciosa quadam præscriptione, vt suam illi operam nauarent reipublicæ bonam eorum partem in Thraciam miserunt: & simul se metu, ac periculis liberarunt.

C Πρὸς τὰ παρόντα. Pro præsenti rerum statu.

Ἐπεὶ καὶ τόδε ἔπραξαν. Probat Lacedæmonios timore solicitatos exercitum misisse, adeò (inquit) sibi metuebant à seruis, vt eos etiam non missos foras per dolum plerosque sustulerint. Ratio. Præceperant enim, vt quicunque in bello bene de Republica meriti fuissent, hi à cæteris secernerentur, vt libertatem pro præmio acciperent: ea re facta, domini, ad quos pertinebant, clàm eos sustulerunt, & ratio nescitur, qua eos sustulerint: clàm igitur Thucydides carpit vim, & crudelitatem Lacedæmoniorum.

Αἰεὶ τὰ πολλά. Semper enim apud Lacedæmonios pleraque ciuitatis instituta erant constituta, vt sibi ab Helotum insidiis cauerent.

Ἀριστοί. Maximum vsum Reipublicæ attulisse, operam suam fortissimè nauasse.

Κρίνεσθαι. Secerni.

Πεῖραν ποιούμενοι. Tentantes, explorantes eorum spiritus.

307. A Καὶ προκρίναντες: τὸ ἑξῆς οἱ μὲν: ἑαυτοὺς δηλονότι.

Ἐστεφανώσαντο. Templa coronati circumiuerunt.

Ξυνέπεμψαν. Diod. libro 12. à Thucydide dissentit de numero: mille enim eos fuisse scribit, & accersitos à Brasida ex Thracia, non missos vnà cum eo.

Αὐτόν τε Βρασίδαν. Cur Brasidam potiùs miserint.

Βουλόμενον. Maximè cupidum eundi, vel ἡ ἀπείπαι μάλιστα.

Προύθυμήθησαν. Summo studio expetiuerunt, efflagitarunt, propensis animis expetiuerunt.

B Δραστήριον. Acrem in rebus agendis, impigrum.

Πλείστου ἄξιον. Qui plurimos vsus Reipublicæ attulisset. ἐγκώμιον.

Ὡς τε τοῖς Λακεδαιμονίοις. Vt liceret Lacedæmoniis, cùm ad compositionem ventum esset, sua recuperare, restitutis oppidis Atheniensium.

Λώφησιν. Et vt Peloponnesus bello leuaretur. λωφᾶν τὸ ἀποθέσθαι τὸ ἐπὶ τῷ λόφῳ: id est, τραχήλῳ ἄχθος.

C Ἔς τε τὸν χρόνον. Non solùm in præsentia, sed etiam multò pòst profuit mirum in modum Lacedæmoniis virtus Brasidæ.

Ἐπιθυμίαν ἐνεποίει. Cupidos & studiosos effecit Lacedæmoniorum amicitiæ socios Atheniensium.

D Περδίκκας δέ. Narrat Perdiccam adiunctis sibi Brasidæ copiis bellum Arrhibæo intulisse.

Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο. Simultatem ortam inter Brasidam & Perdiccam narrat. Perdiccas studebat subigere Arrhibæum. Brasidas non subigere; sed amicum & fœderatum reddere Lacedæmoniis: ea de re nata est controuersia inter eos.

Μέσῳ δικαστῇ. αἱ ἢ τῷ διαιτητῇ. Arbitro. 308. A

Καὶ οἱ Χαλκιδέων πρέσβεις. Adiuuabant Arrhibæum Legati Chalcidensium, cohortantes Brasidam ne in Perdiccæ gratiam pericula subiret: hoc autem faciebant, vt Arrhibæi gratiam inirent.

Ἅμα δέ τι καὶ εἰρήκεσαν. Probat Brasidæ causam testimonio legationis Perdiccæ.

Ὥστε ἐκ τοῦ τοιούτου. Itaque ob eam causam Brasidas malebat ex publica vtilitate fauere Arrhibæo.

B Κοινῇ. Ex vsu publico.

Οὐκ δικαίως. Querebatur Perdiccas, & iniuriam sibi fieri iactabat: tum quòd sumptus magnos in eius copias alendas faceret: tum, & cætera.

C Ἀνδρίων: ἀνδρὸς μία τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ ἀνδρου, ἢ αἰδείως τινός.

BRASIDÆ CONCIO.

D Ἡ μὲν ἔκπεμψίς μου. Brasidas adhortatur Acanthios, vt fidem & amicitiam Lacedæmoniorum sequantur. Mouet vtilitate, ac dignitate. Docet ex seruis eos fore liberos, & bona, quibus fruebantur, conseruaturos: daturos verò cæteris Græcis documentum præclarissimum, vt se in libertatem vindicent, eamque rem ipsis allaturam gloriam immortalem. Hortatur (inquam) vt adiungant se Lacedæmoniis. Sed quoniam portas vrbis clauserant, castigat eos: & mirari se ait, libertatem oblatam eos recusare: minatur etiam ni se accipiant, se vastaturum agrum, & cladem ipsis allaturum.

Prooemium est ductum à re, qua de agitur. Agitur de eo, liberos an seruos Brasidas vellet Acanthios: docet statim in ipso prooemio se velle eos liberos, & liberos ex seruis: eaque de causa se, & exercitum fuisse missum à Lacedæmoniis.

Propterea sum missus cum exercitu, ô Acanthij, vt Græcos asseram in libertatem: id quod in huius belli initio testati semper sumus.

E Ἡ ἔκπεμψις: αἰτία τῆς ἐξεπέμφθην ἐγὼ καὶ ἡ στρατιά.

Ἐπαληθεύσαι τὴν αἰτίαν. Vt rem comprobarem belli huiusce causam.

Προείπομεν, Prædiximus, denuntiauimus.

Ἀθηναίοις, τὸ ἑξῆς πολεμήσειν.

Εἰ δὲ χρόνῳ. Occurrit ad tacitas auditorum opiniones: cur citiùs huc non venistis? decepti opinione hoc ita fecimus: sperabamus, nos ipsos sine vobis bellum confecturos: ita, vt vos & sumptus, & pericula vitaretis, sed res longè aliter nobis successit.

F Νῦν γὰρ ὅτε παρέσχεν. Iam verò, cùm facultas data est, adsumus, & vobiscum dabimus operam, vt eos debellemus. 309. A

Παρέσχεν. ὁ πόλεμος. Quo occupati ibi fuimus. ἀπολύτως.

Θαυμάζω δέ. Castigat quòd portas clauserint.

Τῇ ἀποκλείσει: αἰτία τοῦ, ὅτι ἀπεκλείσατε.

Καὶ εἰ μὴ ἀσμένοις. Etsi meus aduentus ingratus G vobis accidit. ἀσμένοις. vt βουλομένοις.

Ἡμεῖς μὲν γάρ. Ab opinionis, & spei suæ frustratione. Nos enim tanta pericula suscepimus, & tot dierum iter per fines alienos confecimus, sperantes nos ad amicos peruenturos, & ad eos qui lubenter nos vrbe reciperent, omnibusque rebus iuuarent: vos verò, neque vt amicos nos recipi-

recipitis, & libertati vestræ, cæterorumque Græcorum resistitis. Hic erat sensus apertus: sed περιπλέκει.

Τῇ γνώμῃ. Quia tunc erant in potestate Atheniensium.

Καὶ βουλομένοις ἐπεὶ δὲ: τὴν ἡμετέραν δηλονότι ἄφιξιν.

B Δεινόν. Toleratu graue: graue, indignum.

Καὶ γάρ. Affert rationem cur graue fuerit toleratu: quia vestro exemplo cæteri Græci, quos adibo liberandi eos gratiâ, idem facient.

Καὶ δυσχερὲς ποιούμενοι. Illa difficultate permoti, B quòd vos, ad quos primùm accessi, & qui vrbem opibus, & authoritate florentem obtinetis, me tamen non recepistis.

Δυσχερὲς ποιοῦμαι. Aliâs indignè ferre, iam dubitare, difficile existimare.

Καὶ τὴν αἰτίαν. Cuius vestri facti causam probabilem nullam afferre potero: quòd scilicet vel metu, vel stultitia id ita feceritis. Sed hoc metu non fecistis, quia potentes: stultitia minùs, quia prudentes estis.

C Ἀλλ' ἢ ἄδικον: ἄδικον, falsam. μετωνυμία. Sed existimabor aut falso titulo libertatis ad seruitutē Græcos velle adducere: aut infirmas habere copias, vt socios ab Atheniensium vi defendere non possim.

Ἀλλά, δόξω δηλονότι.

C Καίτοι στρατιᾷ. A contrariis probat & libertatem se afferre sociis, qui se recipient, & firmas habere copias ad propulsandam vim Atheniensium. Sed mutat ordinem, vt alterum argumentum, quod est copiosius, coniungat cum consequenti dispu- D tatione. Hæc autem sunt referenda, πρὸς τὸ ἀσθενής, καὶ ἀδύνατος.

A signo. Atqui Athenienses non sunt ausi numerosiore exercitu confligere cum meis copiis ad Nisæam. itaq; non est verisimile eos missuros mari maiores, firmioresq; copias.

Αὐτός τε οὐκ ἐπὶ κακῷ. Et ipse adsum non vt vos in seruitutem redigam, sed vt vos liberem: sed seruitutis nomen odiosum supprimit.

Πρὸς τὸ ἄδικον ἐλευθερίαν hæc refer. E

Ὅρκοις. Rem confirmat. Obstrinxi magistratus Lacedæmoniorum iureiurādo religiosissimo, fore vt socios, quos ego saltem ipsis adiunxissem, liberos esse sinerent.

D Οὔκουν ἀξιῶ. Conclusio, quare peto à vobis, vt depositis suspicionibus, fidem & amicitiam nostram sequamini: & illud persuasum habeatis me fore parem arcendæ vi Atheniensium à vobis.

310. A Καὶ εἴ τις ἰδίᾳ τινὰ δεδιώς. Erant duæ factiones in F ciuitate, altera popularis, altera nobilitatis, & paucorum. Hæc fauebat Lacedæmoniis: illa studebat rebus Atheniensium. quare si deditio facta esset Lacedæmoniis, factio popularis habebat quod timeret, ne à contraria factione aucta opibus opprimeretur. ad hanc igitur suspicionem, & metum popularem occurrit Brasidas, & confirmat populum: iubetque bono esse animo: se enim venisse non vt alat, & foueat factiones, sed vt componat potiùs discordias, & pacem inter vtramq; factio- G nem constituat.

Εἰ τὸ πάτριον παρείς. Si patrio instituto neglecto, vel plebem nobilitati, vel nobilitatem plebi addixero.

Χαλεπωτέρα γὰρ: ἀπαγωγὴ εἰς τὸ ἄτοπον. Ita enim non solùm non afferrem libertatem, sed grauiorem seruitutem imponerem, & nullam Lacedæmonij à vobis gratiam inirent pro susceptis laboribus, sed potiùs pro fama & gloria, culpam & infamiam subirent.

Καθίσταιτο. Habeatur, extet.

Οἷς τε τοὺς ἀθλωμένους: ἀλλὸ ἄτοπον. Et odiosius, atque acerbius imperium quæreremus, quàm habent Athenienses, quos eo nomine bello persequimur: & qui virtutem huiusmodi non profitentur.

Ἀπάτῃ γὰρ εὐπρεπεῖ. Confirmat quod dixit se quæ- B situros esse imperium grauius, si ita sese gerant. Qui enim dignitate eminent, iis turpius est circumuenire quenquam, & fraude imperium quærere, quàm vi palam adhibita. Vis aperta minùs habet turpitudinis, quàm fraus clandestina.

Τὸ μὲν γάρ. ἡ βία. χαρακτηρισμός. Vis enim iure potentiæ, quam largitur fortuna, infertur. fraus verò ab iniusto consilio dedita opera suscepto.

Ἐπέρχεται. Ingruit. grassatur. L. Valla.

Οὕτω πολλὴν περιωπήν. Concludit argumentum, se non venire vt alat seditiones, & alteram factionem alteri addicat: quia Lacedæmonij valde considerati, & circumspecti sunt, vel in iis rebus, quæ maximè sunt è re ipsorum. Sed hæc efferūtur μετ' ἐπιφωνήματος.

Περιωπήν. Cautionem, considerationem, curam. τιμητικόν.

Καὶ οὐκ ἂν μείζω. A re ipsa ducit enthymema: Quòd si mihi non creditis, nec iurisiurandi religioni fidem habetis, facite periculum, & videte, an facta cum verbis consentiant.

Εἰ δ' ἐμοῦ. Occurrit iam ad illa, quæ poterant af- C ferre Acanthij: se non posse facere deditionem, fauere quidem Lacedæmoniis, sed teneri præsidiis Atheniensium: itaque non esse cur ille sibi vim afferat, & fines vastet, & libertatem cum periculis coniunctam obtrudat & inuitos cogat, sed illis beneficium det, quibus accipere hoc liceat. ad hæc (inquam) occurrit, & minatur se agrum eorum vastaturum.

Προσποιεῖν δέ τι μοι. Et meritò, iure optimo me id fa- 311. A cturum duabus de causis. προσωποποιία.

Τὸ εὔλογον. Rationi consentaneum.

Ἀνάγκας: αἰτίας.

Τῶν μὲν Λακεδαιμονίων, χρήμασιν, λείπει τὸ ἕνεκα. Tum ne res ea fraudi sit Lacedæmoniis, quos pecuniis oppugnabitis, tum ne cæteri Græci vestrūm exemplum sequuti à libertate ipsi quoque abhorreant.

Τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ, εἰρωνικῶς. Vt vos appellatis.

Οὐ γὰρ δὴ εἰκότως. A loco contrariorum facit fidem, B iure optimo se, vim illis allaturam publicæ vtilitatis gratia: nam (inquit) nisi publicæ vtilitatis causa hoc ita faceremus, vt inuitos liberare vellemus, iniuriam certè faceremus.

Πρὸς ταῦτα, ἐπίλογος. Estote principes cæteris Græcis capessendæ libertatis.

Καταθέσθαι. Quasi pretiosam vestem, & su- C pellectilem.) (περιθεῖναι, quasi ornatum quendam.

Πιστώσαντες αὐτὸν τοῖς ὅρκοις, αὐτὶ τοῦ, λαβόντες ὅρκον παρ' αὐτοῦ, πιστοῦμαι σε ὅρκῳ, αὐτὶ τοῦ ὅρκον σοι δίδωμι. Cùm adegissent eum ad iusiurandum, quòd à Lacedæmoniorum magistratibus acceperat, id est, cùm sibi cauissent, idque obstricto illo iureiurando.

D Στάγειρος. ἢ καὶ τὰ στάγειρα. πόλις μακεδονίας, ὅθεν Ἀριστοτέλης. Hinc fuit Aristoteles princeps Peripateticorum. A

Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Redit ad eum locum, in quo cœperat explicare consilia inita de renouandis rebus Bœotiorum: fuerat constitutum (quemadmodum ibi cognouimus) vt ad certam diem Demosthenes ad Siphas appelleret cum classe, & suis copiis, & oppidum per proditionem occuparet: eodem tempore Hippocrates ex altera parte. Demosthenem ad Siphas antè diem B dictum venisse, sed re infecta rediisse vnde venerat, quia res per indicium enuntiata fuerat. at Hippocratem post eius discessum ad Delium venisse cum maximis copiis Atheniensium, & locum communisse, ac prœlium paulò pòst cum Bœotiis commisisse: in quo victus & vitam amisit, & magnam partem exercitus, & locum quem muniuerat. Hæc est summa istius narrationis.

Ὡς τῷ ἱπποκράτει. Renouat breuiter memoriam C eorum, quæ cœperat suprà explicare. τῷ γὰρ ἱπποκράτει, καὶ ἐκείνῳ τὰ βοιώτια πράγματα ἀπό τινων ἀνδρῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπράσσετο. Ἐπανάληψις.

Ἐνεδίδοτο. Honesto verbo res turpis exprimitur: tradebantur: id est, prodebantur.

312. A Γενομένης διαμαρτίας τῶν ἡμερῶν. Facta aberratione à diebus dictis: hoc est, cùm Demosthenes ante, Hippocrates verò post diem dictũ in Bœotiam venissent, sed καινοπρεπῶς.

Ἀπρακτος γίγνεται. Propositum tenere non potuit: spe atque opinione sua deiectus est: nihil profecit: voti sui compos fieri non potuit. D

Μηνυθέντος τοῦ ἐπιβουλεύματος, ἀντὶ τοῦ τῆς ἐπιβουλῆς. Re indicata, detectis insidiis, patefactis consiliis.

Ἐπιβούλευμα. Consilium initum de rebus nouandis.

B Φανοτέως, φανότιδα, suprà vocauit: Στέφανος φανότην etiam, & φανότιαν. Diod. lib. 12.

Παρελύπει. Infestabat, vel negotium facessebat. E Rei peragendæ facultas.

Προκαταλαμβάνονται. Præsidiis occupantur.

Οἱ πράσσοντες τὸ ἁμάρτημα. Qui proditionem moliebantur. ἀμφιβολογία.

Οὐδὲν ἐκίνησαν. Quieuerunt, abstinuerunt à solicitandis iis, quorum operâ vti constituerant ad res nouandas, vel à statu rerum nouatione abstinuerunt, nihil nouare voluerunt.

C Ἀνέβαλλον τὸν χοῦν. Humum egerebant.

Σταυρούς. Et vallos defigentes. F

Ἄμπελον. Excisa vinea.

Οἰκόπεδον. Solum domus dirutæ. Ex proximis ædificiis, quæ erant diruta. ἡ ἐναλλαγή.

D Ἡσύχαζον. Ab itinere supersederunt.

Τὰ περὶ τὸ περιτείχισμα. Circa propugnacula, externasque munitiones.

Τάναγραν. Quinque millia passuum procul inde.

313. A Οὐ ξυνεπαινούντων. Cùm prœlium dissuaderent. G

Ἡγεμονίας οὔσης. Cùm imperium esset penes eum tunc.

Κινδυνεῦσαι: ἀντὶ τοῦ, μάχην ποιῆσαι.

B Ὅπως μὴ ἀθρόοι. Ne frequentes aciem instructam desererent.

PAGONDÆ CONCIO.

Χρῆν μὲν ὦ ἄνδρες βοιωτοί. Hortatur Pagondas Bœotios ad ineundum prœlium, & cum Atheniensibus confligendum. Docet necessariò id ita esse faciendum. Demonstrat hostes inuasisse in fines Bœotios, & occupato Delio, locum aduersus se communisse. Admonet eos instituti patrij, & virtutis patrum, maiorumque, qui bella defendere, & hostes propulsare consueuerint. Metuenda esse dicit ingenia Atheniensium, præsertim finitimorum: ea enim esse auaritia, & audacia, vt non solùm in finitimorum agrum, sed etiam in remotissimarum gentium fortunas inhient. Affirmat maximum sibi impendere periculum de libertate, omnibusque fortunis amittendis. Docet in vtramque partem & quid referat hostes audacter inuadere, & quid quiescere, & vim & iniurias illorum perpeti: illud salutare & tutum; hoc periculosum, atque adeò perniciosum esse ait, hoc etiam exemplo confirmat. Efficit denique arma esse inferenda hostibus, & prœlio eos lacessendos. Sed quoniam cæteri βοιωτάρχαι, collegæ dissentiebant, & à committendo prœlio abhorrebant, ideò statim in principio suæ dictionis eos accusat, demonstrans ne in mentem quidem illis venire debuisse tale flagitium, vt hostem videlicet in fines Bœtios ingressum, qui Bœotiis bellum intulisset, qui Delium occupasset, & locum communisset, abire impunè paterentur. Idem autem est atque si diceret se mirari admodum ignauiam eorum, animique socordiam, qui ita sentirent. Castigat itaque eos, vt tollat aduersarios, qui resisterent, & impedirent suum propositũ: deinde aggreditur ad causam, & milites ad pugnam hortatur.

Χρῆν μὲν ὦ ἄνδρες βοιωτοί. Ne in mentem quidem nobis venire oportuerat, vt nisi Athenienses in Bœotia deprehenderemus, cum ipsis non confligeremus. A rei turpitudine orditur, quasi dicat turpissimè facere eos, qui à se dissentiunt, neque indicant prœlium esse committendum. Latet autem hîc mirus amplificationis locus: qui est, non solùm hoc quod cogitatis non est admittendum, sed ne dicendum quidem: præterea non solùm non est dicendum, sed ne cogitandum quidem propter ingentem eius turpitudinem. Est itaque satis grauis accusatio: sed lenitur τῇ κοινότητι. subiicitur enim ἡμῶν ἐλθεῖν.

Τινὰ ἐναλλαγή: ἀντὶ τοῦ, τινός.

Ὡς οὐκ εἰκός. Non esse par, & rationi consentaneum, vt cum Atheniensibus prœlium ineamus, nisi eos in agro nostro deprehenderimus.

Τὴν γὰρ βοιωτίαν. Ratio. ἀπὸ τοῦ δικαίου. At illi suos fines transierunt, & in nostros irruperunt, & munitiones in his extruxerunt: itaque, quasi dicat, vim vi repellere licet.

Καὶ εἰσὶ δήπους. Conclusio argumenti. Ergo sunt hostes vbicunque sunt: id est, siue sint in nostris finibus, siue in suis.

Καὶ ὅθεν. Id est, in suis finibus. C

Ἔδρασαν πολέμια. Hostes se declararunt, hostiliter se gesserunt.

Νυνὶ δ' ἔτω. Oportuerat nemini vestrum in mẽtem hoc venire: iam verò si cui venit hoc in mentem, recedat ab ea opinione, & mutet sententiam.

Est

Est conclusio procemij, cui est coniuncta propositio totius causæ: ἐν τῷ μεταγνῶναι. nam in mutatione sententiæ posita est propositio, qua hortatur Pagondas Bœotios, vt bello aggrediantur Athenienses.

Οὐ γὰρ τὸ προμηθές. Nam non in defendendo, ac propulsando bello, sed in inferendo requiritur consideratio & circumspectio. Hic est sensus, sed obscurius expressus. Prouidentia enim non patitur æquè considerationem in iis, qui inuaduntur, & quorum fines, & fortunæ in discrimen vocantur, atque in iis, qui bellum aliis volentes inferunt, & quorum fortunæ, atque fines integri sunt, & siti extra periculum: id est, nam qui saluis suis rebus & fortunis, bellum aliis inferunt, hi debent esse circumspecti, & considerati, non ij, quibus infertur bellum, & de quorum fortunis atque imperio agitur.

Τὸ προμηθὲς: αἰτὶ τοῦ, ἡ προμήθεια. Res pro personis.

Πάτριόν τι ὑμῖν. Ab instituto patrio argumentatur.

Ἀθηναίοις. Terrorem incutit ab ingeniis Atheniensium, qui & παρὰ δύναμιν τολμηταὶ, καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες, Ἀθηναίοις ἐμφατικῶς.

Ὁμόροις. Facultas à propinquitate.

Πρός τε γὰρ τοὺς ἀστυγείτονας. Nam ita demum cuiusque ciuitatis libertas retinetur, si vi finitimorum resistatur. τὸ ἑξῆς, τὸ ἀντίπαλον γὰρ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας, καθίσταται καὶ ἐλεύθερον πᾶσι.

Τὸ ἀντίπαλον. Res pro personis, vt τὸ ἐλεύθερον.

Καθίσταται. Constituuntur: id est, durant, permanent.

Καὶ πρὸς τούτους γε δή. id est, cum iis verò, qui non solùm finitimos, sed etiam remotos in seruitutem redigunt, quis neget non esse contendendum, licet extremum periculum sit propositum?

Τοὺς ἄπωθεν. τῆς εὐβοίας καὶ ἄλλοις. Fortasse etiam Siculos.

314.A Καὶ γνῶναι. πῶς οὐ χρὴ γνῶναι. Terrorem incutit à magnitudine periculi imminentis.

Παγήσεται. Statuetur.

Τοσούτῳ ἐπικινδυνοτέραν: ἐπιφώνημα. Adeò nobis periculosior, quàm aliis est propinquitas talium accolarum. Vel, Adeò hæc talium accolarum propinquitas nobis magis, quàm aliis est periculosa.

Εἰώθασί τε. Pergit incutere terrorem nouo enthymemate. Potentes freti suis opibus eos, qui à bello abstinent, & tranquillitati student, facilè armis aggrediuntur: abstinent ab iis, quos intelligunt paratos ad bellum propulsandum etiam extra suos fines.

Κατέχειν. Bello premere, vrgere. L.V. Coercere: sed parùm commodè.

Ἀδείαν καθεστήσαμεν. Tranquillitatem peperimus.

Ὧν χρὴ μνησθέντας ἡμᾶς. ἐπίλογος. Inflammat animos partim virtutis pristinæ commemoratione, partim cohortatione ne maiorum suorum obscurent gloriam.

Πιστεύσαντες δὲ τῷ θεῷ. In spem adducit diuini auxilij. Apollinem enim, cuius lucum & fanum violarunt Athenienses, sibi adfuturum ait. Persuasi autem Deum adfore nobis, & freti sacrificiis, quæ nobis immolantibus lætum & felicem euentum promittunt, tendamus aduersus hostes.

Καὶ δεῖξαι. Ac declarare ipsis auaritiam ipsorum expleri posse apud ignauos, non apud viros fortes, & paratos ad vim propulsandam.

Κτάσθωσαν. Mutata est figura verborum.

Οἷς δὲ γενναῖον: αἰτὶ τοῦ, πάτριον, καὶ ἀπὸ γένους. Causa pro effecto, μετωνυμία. Qui autem solent & suorum libertatem fortiter defendere, & à bello per iniuriam aliis inferendo abstinere, eos verò non permissuros, vt è suis finibus sine certamine discedant.

Ὀψὲ τῆς ἡμέρας. Serum diei. L.V. At F. P. multa dies.

315.A Ἐς χωρίον καθίσας. In loco subsistens, vnde se inuicem aspicere exercitus non poterant, interposito colle.

Τῷ δὲ Ἱπποκράτει. Allatus fuit nuntius Hippocrati per speculatores, Bœotios venire contra exercitum Atheniensium. mittit igitur Hippocrates, & imperat legatis, vt copias instruant: & ipse paulò pòst venit ex Delio.

Ἐπιγένοιντο. L.V. Pugnæ superuenirent. F.P. A tergo Bœotios adorirentur.

Ἀντικατεστήσαντο. Opposuerunt.

Καλῶς εἶχεν. Acie bene instructa, & rebus omnibus benè constitutis.

Ὑπερεφάνησαν. Ostenderunt se in summo colle: à sydere ἡ μεταφορά.

Κορωναῖοι. Κορώνεια πόλις βοιωτίας.

Κωπαιῆς. Κῶπαι πόλις βοιωτίας. ὁ πολίτης κωπαΐτης. ἔστι δὲ καὶ κωπαΐα λίμνη, καὶ κωπαῒς, ὅθεν κωπαιεύς. cuius incolæ & ipsi eodem nomine dicebantur. Quare inquit, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ τὴν λίμνην.

Ἐπ' ἀσπίδας δέ. Describit qualis fuerit acies vtriusque exercitus, & vtra earum firmior fuerit altera. Ostendit aciem Thebanorum longè firmiorem fuisse: ita enim densatam eorum aciem in longitudinem, vt viginti quinque milites contineret. Atheniensium verò aciem in 8. tantùm milites porrectam in longitudinem dicit: itaque fuisse infirmiorem.

Scutatis quini, & viceni applicati erant. L.V. At Fr. P. Thebani milites in quinos & vicenos in longitudinem digesserant. Est autem formula locutionis militaris: ἀσπίδες accipiuntur pro militibus.

Ὡς ἑκάστοι ἔτυχον. Vt cuique contigit.

Ἀθηναῖοι μὲν οἱ δὲ. Transitio. Ἀθηναῖοι δὲ οἱ μέν. &c. Sic ego corrigo sensu longè meliore, & structura verborum aptiore.

Ἐπὶ ὀκτώ. Octonis tantùm viris densârunt aciem: ergo infirmior erat.

Ὄντες πλήθει ἰσοπαλεῖς. Tacitè reprehendit, & carpit ducem Atheniensium, qui cùm parem numerum militum haberet, tamen suam aciem non densauerit.

Ἐκ παρασκευῆς. Ex apparatu. L.V. At. F.P. De industria: consultò.

Ἅτε πανστρατιᾶς. Siquidem frequentissimæ copiæ tùm peregrinorum, qui aderant in vrbe, tum ciuium ad eam expeditionem eductæ fuerant.

Καὶ ὡς τὸ πρῶτον. Itaque vt primùm ire cœperunt domum.

Hippocratis Adhortatio.

Ω Ἀθηναῖοι. Hippocrates copias ſuas ad prœlium militari more adhortatur. proponit præmia: maxima videlicet commoda, & dignitatem, ſi vicerint: liberaturas enim patriam periculis, & Bœotiam imperio Athenienſium adiuncturas ait: & dignitatem ac gloriam ſuam, & maiorum ſuorum conſeruaturas.

Procemium habet excuſationem, quòd agat paucis. ductum autem à tempore, eiúſque anguſtiis, quibus impeditus non poteſt agere longa oratione cum ſuis copiis, quaſi dicat, date veniam, ſi cogor neceſſitate, & anguſtiis temporis, eſſe apud vos breuior.

Paucis vos ô Athenienſeis adhortabor: ſed apud viros fortes idem valet breuis, ac longa oratio.

Ἀθηναῖοι. Continet laudem iam hæc appellatio: & videtur idem valere, atque illud quod ſequitur haud multò pòſt, ἀγαθοὶ ἄνδρες.

Καὶ ὑπόμνησιν. Mea cohortatio eſt potiùs commonefaciendi vos, quàm impellendi & iubendi gratia. Conciliat animos militum, cùm parem ſe illis eſſe ſignificat.

Παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν. Nemini veſtrum in mentem veniat prœlium & periculum iſtud non eſſe neceſſarium. Agitur enim res maximi ponderis, ſummáſque vtilitates nobis allatura. Nam ſi vincamus, partim liberabimus noſtros fines incurſionibus hoſtium: partim adiungemus noſtro imperio totam Bœotiam. Occurrit ad militum cogitationes, qui ita ſentiebant.

Ἐν ἀλλοτρίᾳ. Non autem pro patriis finibus.

Οὐ προσῆκον. Quia ἐν ἀλλοτρίᾳ.

Ἀγαρρίπτέμεν. Vt ſuprà in oratione Braſidæ. κίνδυνον τοσόνδε ἀνερρίψαμεν. ἡ μεταφορὰ à iactu telorum, & ab aleatoribus.

Ἄνευ τῆς τῶνδε ἵππου. Cauſa cur.

Χωρήσατε. ἐπίλογος. In quo mouet eos dignitate patriæ, & rebus præclarè geſtis à maioribus.

Πρώτην, dignitate. Nam πρῶτον etiam tempore, ordine, & τὸ μὴ ἀναστρέφειν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν.

Τοιαῦτα τοῦ Ἱπποκράτους. Conflictum exercituum, & concurſum acierum iam deſcribit Thucydides. Et quia induxit Pagondam pugnæ ſtudio ardentem, & ad eam rem properantem, facit iam probabiliter eundem feſtinantem manum conſerere, interpellaſſe Hippocratem ita, vt aciem omnem ſuam circumire, & cohortari ei non licuerit.

Καὶ μέχρι μὲν μέσου. Et ad mediam vſque aciem progreſſo, vltra eam non ita progreſſo, Bœotij hortante, danteq; ſignum Pagonda properè de colle ſignis infeſtis decurrunt. ὡς διὰ ταχέων: ὡς nunc abundat.

Παιωνίσαντες, παιωνίζειν, tollere clamorem de more militari, Pæana canere.

Ἀντεπῄεσαν. E diuerſo in eos ferebantur, contrà ferebantur.

Ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἔπαθε. Eadem difficultate vtræq; extremitates fuerunt impeditæ.

Ῥύακες. De igne etiam dicitur, ῥύακες τῆς Αἴτνης, riui, aluei torrentium.

Τὸ δὲ ἄλλο. Cætera acies conſtitit pugnans acriter, & clypeis atq; vmbonibus hoſtem connitens pellere, ac reiicere: manu conſerta nitebantur, & cæt.

Καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον. Exitus pugnæ.

Ἐπιέσαν. Inſecuti ſunt.

Ὑποχωρησάντων γάρ. Ratio, cur Theſpienſes potiſſimùm in eo prœlio cladem acceperint: quia nudato latere, circumuenti, & cæſi ſunt.

Τῶν παρατεταγμένων. Qui prope eos inſtructi fuerant: ordines proximi, L. V. nam cùm ij, qui contra ſteterant. ſed parum commodè.

Ἐν ὀλίγῳ. In anguſto. Vel ad tempus refer.

Ἐν χερσίν. ἐν χειρῶν νόμῳ. Etiam dicitur.

Καί τινες. Nouam rem & miſerandam obiter narrat.

Ταραχθέντας. L. V. perturbati. ſed meliùs ſi permixti dicas

Τὸ μὲν οὖν ταύτῃ. Tranſitio.

Ἐς φόβον καταστῆναι. Timere cœperit: ad metum adduceretur.

Παρραγέντων. Diſſoluentibus ordines.

Τῆς ἐπὶ πολὺ γιγνομένης. Verſis dudum in fugam hoſtibus.

Νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης τὸ ἔργον. Sed noctis interuentu.

Ἐπιλαβούσης. Breuis προσωποποιΐα. Cùm nox prœlium occupaſſet.

Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ. Pergit explicare reliquas res geſtas. demonſtrat copias nonnullas Atheniēſium, quæ erant Oropi, & in Delio, poſtridie domum ſe recepiſſe, relicto tamen ibi præſidio.

Καὶ φυλακὴν καταλιπόντες. Ne videlicet Athen. abſportarent cadauera ſuorum, qui in acie ceciderant.

Ἐπεβούλευον. Inibant conſilia de oppugnando Delio.

Ἐκ δὲ τῶν Ἀθηναίων. Miſerant Athen. caduceatorem, qui peteret à Bœotiis, vt ſibi per eorum voluntatem liceret ſuos tollere, ac ſepulturæ mandare. is incidit in caduceatorem Bœotiorum, qui ad Athen. queſtum veniebat de iniuriis, de bello illato, & de Delio occupato: & ab eo reuocatus redit vnde venerat: alter verò Bœotiorum ad Athenienſes peruenit, & mandata, querelaſque ſuorum exponit: ad quæ Athenienſes ordine reſpondent.

Οὐδὲν πράξει. Nihil proficiet, nihil impetrabit.

Ἔλεγε τὰ παρὰ τῶν βοιωτῶν. Expoſuit mandata Bœotiorum.

Ὅτι οὐ δικαίως δράσειαν. Obliqua concio. Petebant Bœotij vt Athenienſes Delio excederent & ſuas inde res abſportarent: quia per nefas locum ſacrum occupauerant contra Græcorum iura, tum quia Deum Apollinem, cui erat ſacer locus, violauerant: in quo latet grauis accuſatio Athenienſium de ſacrilegio. Iniuriam eos facere dicebant, qui violarent Græcorum inſtituta. omnium enim eſſe inſtitutum, vt illato bello, à ſacris tamen eorum, quibus infertur bellum, abſtineatur, ipſos non ſolùm ab his non abſtinuiſſe, ſed etiam locum ſacrum occupâſſe, eúmque muniſſe &c.

Βέβηλα. παρὰ τὸ βαίνεσθαι, quæ adeuntur, quò adire fas eſt.

Πάντα γίγνεσθαι. σμικρότης. Quaſi ne nominãda quidem eſſent flagitia eiuſmodi in rebus ſacris.

Ἀψαυ-

318. A Ἀψαυστον. Quod attrectare nefas erat, nisi in vsu sacrorum ad manus abluendas.

Ἀνασπάσαντας. Vim indicat hoc verbum: ἀνασπᾶν, enim est conuellere. σπασμὸς, conuulsio à medicis vocatur.

Ὥστε. Conclusio. Petit vt locum sacrum occupatum deserant, & sua absportantes finibus Bœotiorum excedant.

Ὁμωχέτας. Qui simul præsides huius agri sunt, qui hunc agrum simul tuentur.

Προαγορεύειν. Edicere.

Τοσαῦτα τοῦ κήρυκος. Quid Bœotiis responderint Athenienses explicat iam Thucydides: negant se facere iniuriam in præsentia: in posterum etiam se nullam esse facturos affirmant: se autem lacessitos à Bœotiis, & Thebanis in primis eò venisse dicunt, vt hostem vlciscerentur. Esse autem Græcorum institutum, vt qui agro aliquo potitur, is etiam sacris eius agri potiatur, & colat eius agri numina more recepto, siue quocunque potest alio; hoc probant exemplo. Itaque se non esse discessuros inde: aquam verò necessitate adductos, non contumeliæ causa attigisse; esse autem fas cuilibet in necessitate constituto res sacras attrectare, id quod probant. Accusant contrà eos, qui non tanti faciant religionem, quanti simulabant.

B Τὸν ἔννομον, ἀντινομία ad illud παραβαίνοντας τὰ νόμιμα τῶν ἑλλήνων.

Ὧν ἂν ᾖ τὸ κράτος. Penes quos fuerit imperium.

Τρόποις θεραπευόμενα. Ceremoniis culta.

Καὶ γὰρ βοιωτούς. Exemplo rem probant.

Ἐξαναστήσαντες. Vi pulsis incolis pristinis.

C Οἰκεῖα νῦν. Iam pro suis ea habere, atque colere.

Καὶ αὐτοί. Quare se quoque idem facturos dicebant, & si profanum aliquem locum occupare potuissent, lubentiùs eum occupaturos fuisse: iam verò, cùm minùs id licuerit, se non esse Delium deserturos.

Ὕδωρ τε. ad illud ὕδωρ τε, ὃ ἔδει: Purgatio à necessitate.

Πᾶν δ' εἰκὸς εἶναι. Consentaneum autem esse, veniam aliquam à Deo dari omnibus, qui bello & rebus duris coacti aliquid admittunt. Res pro personis. πᾶν, ἀντὶ πάντας, ἢ ἀνακόλουθον, vel mereri veniam.

Καὶ γάρ. Signo rem probat.

Παρανομίαν τε. ἀσέβειαν. A vi & notatione vocabuli docet sceleris nomen impositum voluntariis flagitiis, non necessariis.

319. A Τούς τε νεκρούς. ἀντιδιαβολή, ἢ ἀντικατηγορία. Multò scelestiores vos, qui pro locis sacris cadauera vultis restituere, quàm nos, qui locum sacrum cæsis nostris anteponimus. Bœotij volebant reddere cæsos Atheniensium milites, vt lucum & templum Apollinis recuperarent. hoc erat parui æstimare locum sacrum. Inde igitur argumentantur Athenienseis.

Μὴ ἀπιοῦσιν. ἐναλλαγή, ἀντὶ τοῦ, μὴ ἀπιέναι, ἀντὶ τοῦ ἀπελεύσεσθαι. Secutus est casum τοῦ σφίσιν, & τοῦ σπένδουσιν, quod est in sequenti clausula.

Οἱ δὲ βοιωτοί. Quid responsi tulerit caduceator ostendit. Si in agro vestro estis, non est cur repetatis à nobis vestros, qui in acie cæsi sunt: sin estis in nostro, abite & corpora cæsorum absportate. Summa est illa. Arguebant Athenienses quodam A modo stultitiæ, qui sperarent inuitis Bœotiis se esse absportaturos corpora suorum.

Αὐτοὺς γιγνώσκειν. id est, non esse cur à se repete- B rent: sed ipsi arbitratu suo in suis finibus agerent quod luberet: innuentes nunquam eos id facturos se inuitis.

Οὐδ' αὖ ἐσπένδοντο. Mutata figura, ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τῆς ἐκείνων δὲ οὐκ σπένδεσθαι, ἢ οὐκ εἶναι ἀπιστίον. L.V. Neque ad eos reddendos se obligatos esse. Fr.P. Pro illorum autem agro non esse interponendam B suam fidem: id est, pro ea re, quæ erat gerenda in eorum agro.

Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἐκείνων. Illud autem responsum honesti habere speciem.

Μηλιέως. μηλιεῖς. Gens Thessalorum, à qua sinus Melianus.

Τῶν ἐκ Νισαίας. Præsidium Peloponnesiorum C intelligit, quod ex Nisæa exierat dimissum ab Atheniensibus, soluta certa summa pecuniæ in singula capita.

C Ἄλλῳ τε τρόπῳ πειράσαντας. Cùm alio genere oppugnationis, tum isto, id est, admota machina ad murum, qui erat ex lignis, & vitibus, quo incendium excitatum est: ita vt nudatis mœnibus præsidio captum & expugnatum fuerit. Summa est hæc: sed Thucydides rem diligentissimè describit.

Ἀκριβῶς. Aptè.

Ἀκροφύσιον. Fistula tota ferrea. D

Καθεῖτο. Demittebatur.

Ἐσεσιδήρωτο. Erat præmunita ferro, ne ignem D corriperet.

Προσῆγον δ' ἐκ πολλοῦ. Agebant ex longinquo spatio.

Σπυδαῖος. διὰ στενοῦ σώματος. L.V. Acriter. F.P. 320.A Perpetuò, confertus, quia difflare non poterat. Rectâ: sed est causa pro effecto.

Μένειν. Consisteret.

Τοῦ δὲ δηλίου. Narrat caduceatorem iterum Athenas venisse, qui corpora suorum sepelienda peteret: & rerum quæ acciderant in Delio ignaE rum, impetrasse. Hoc factum est post captum Delium, decima septima die post prœlium commissum.

Ὀλίγῳ ἐλάσσους. Pauló pauciores quàm quin- B genti.

Σκευοφόρων. Lixarum.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην. Aliam Atheniensium cladem explicat: Demosthenes Hippocratis collega post receptum à Siphis, in agrum Sicyonium duxit suas copias, sed non omneis. Itaque Sicyonij F priusquàm cæteræ naues appellerent, aggressi eas copias, quæ ex nauibus exierant, fundunt, & ad naues vsque persequuntur: alios cædunt, alios viuos capiunt.

Τελεάμμοις: ἔθνος Ιλλυρικόν. D

Ἀδελφιδοῦ. Ex fratre nepos.

Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος. Redit ad Brasidam: & temporum ac rerum gestarum ordinem prosequitur. Narrat expeditionem ab eo susceptam in Amphipolim: de qua nonnulla scitu digna memorat, situ G vrbis, nomen quo antè vocabatur: à quo primùm fuerit condita: vt ab Atheniensibus denique occupata coloniam eorum acceperit. Addit etiam Aristagoram Milesium conatum esse olim condere vrbem istam, sed ab Edonis fuisse pulsum. Diod. libro 12. Sed mutatis temporibus hæc eadem narrat.

321.A Ἑνὸς δέοντος. Vndetricesimo: Diodo. biennio post.

Ἀγωνος. ἀπώνος. Diod.

Ἀρισταγόρας. Hic fuit Mileti tyrannus. Herod. libro 5.

B Ὅτι ἐστ᾽ ἀμφότερα περιῤῥέοντος. Quòd à Strymone hinc inde allueretur: vtroque à latere cingeretur.

Ἀρναῖν: ἄρνη. Aliàs numero vnitatis est apud Stephanum. Erat etiam Bœotiæ. Homerus:

Οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον.

Erat etiam in Thessalia, & in Mesopotamia. τὸ ἐθνικὸν ἀρναῖος.

C Ἀργιλίων. Ἄργιλος πόλις θράκης. ὁ μῦς ἄργιλος κατὰ θρᾶκας. Cùm fundamenta vrbis iacerentur, visus est mus: eamque ob causam ducto inde auspicio, nomen hoc vrbi inditum.

Οἰκήτορες. Domicilium ibi habentes.

Οἱ ἄλλοι. ἴσως ἄλλοι. Tantùm, Articulus enim habet ἀναπλήρωσιν προεγνωσμένου τινός. Si autem Thucyd. cæteros nouisset, eos memorasset, vt fecit de Argiliis.

Ἐπειδὴ παρέτυχεν ὁ καιρός. Posteaquàm occasio oblata est.

D Τῇ πόλει. τῇ ἀργίλῳ.

Ἀπέχει. Distat à ponte ampliùs, quàm ripa ab opposita ripa fluminis, qua erat per põtem transitus.

Οὐ καθεῖτο τείχη. Nulli erant erecti muri.

Ἢν βιασάμενος. Quo reiecto, pulso.

Ἅμα μὲν. Simul proditorum, simul tempestatis, & repentini aduentus beneficio.

322.B Τεταπείδαι. Ad animum iam refertur.

Νῦν δέ. Statum rei contrarium significat.

Ἐπίδραμε. Fecit excursiones.

Κρατοῦντες. Præpollenteis, obtinenteis.

Φύλαξ τοῦ χωρίου. Vt vrbem tueretur.

C Θάσον. Nomen hodie retinet: id est, tantùm interposito, i, Thiaso. in opposita continenti erant secturæ aureæ, quas tunc Thucyd. obtinebat.

Μάλιστα μὲν οὖν. τὸ οὖν abundat.

Ἐν τούτῳ δέ. Narrat Brasidam interea æquissimis conditionibus allexisse oppidanos, vt deditionem facerent: affert causas cur vi eam vrbem capere nõ sit conatus.

D Κτῆσιν. Peculium, prædia.

Ἐργασίας. Operas, quæ foderent secturas aureas.

Περιποιήσειν. Fore, vt conseruaret, & periculo liberaret.

323.A Μένειν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ. Loco manere, in suis bonis.

Ἀλλοιότεροι. Mutarunt consilium: antea enim de defensione cogitabant, & Thucydidem accersebant.

Ξύμμικτον. Promiscua ex diuersis ciuitatibus turba.

B Ἐν ἴσῳ. Retenta iuris æquabilitate, causam significat, ἡ δοκηκ πίστις.

Διακηρυσσόντων αὐτά. Æquas esse conditiones affirmantibus.

Ἐγένετο ἡ ὁμολογία. Facta est conuentio.

C Ἐγένετο λαβεῖν. Vel desideratur μὴ, vel sumendum est ex sequenti clausula, vt illud, οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ᾽ ἀτιμάζειν. libro 3. in oratione Diodoti.

Καθίστατο. Constituebat: id est, muniebat oppidum: rem frumentariam curabat, præsidia disponebat.

A Τὴν περιέχουσαν ἄκραν. L.V. Promontoriũ. F.P. Lingulam excurrentem.

D Κρατοίη τοῦ ἔσπλου. Ostio fluuij potiretur: ne scilicet commeatus, & auxilia mari subuehi possent.

Ἀποπειράσας. Eionem scilicet.

324.B Καὶ ὅτι μέχρι μὲν τοῦ Στρυμόνος. Summa est: tum, quia patebat iam Lacedæmoniis aditus in Thraciam, qui antea non patebat: hoc probat. Poterant illi quidem, idq; permissu Thessalorum ad Strymonem vsque peruenire: vltra flumen non ita, affert causas.

B Ἄνωθεν μέν. Confirmat hoc à loci situ. A superiore parte pontis ingens erat palus: ab inferiore classis Atheniensium excubabat, atque obseruabat, non permissura, vt accederent.

Ὅ τε γὰρ Βρασίδας. Confirmat rem propositam, socios scilicet Athen. facilè defectionem fuisse facturos. à moribus Brasidæ ductum argumentum, & ab oratione eiusdem.

C Καὶ γὰρ καὶ ἄδεια. Nam impunè se id facturos sperabant, infirmas opes Atheniensium contemnentes: quanquàm falsos fuisse eos ait Thucydid. potentiam enim Atheniensium fuisse ingentem ipse statuit. Ἄδεια, impunitas videbatur: id est, non metuendum putabant. Reprehendit eorum stultitiam Thucyd.

Ἐψευσμένοις. Frustratis opinione de opibus Atheniensium, qui falsò putarent opes Atheniensium non esse tantas, quantæ postea existimatæ sunt.

D Τὸ δὲ πλέον. Iudicabant autem ita magis incerta voluntate, quàm certa prouidentia.

Εἰωθότες. Locus communis. Confirmatio ab ingenio humano petita: quæ volumus, & credimus libenter. ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ᾽ ἕκαστος καὶ οἴεται.

Διωθεῖσθαι. Dimouere, reiicere.

Λογισμῷ αὐτοκράτορι. L. V. Id principi rationi cõmittere. F.P. Id ratione αὐτοκράτει reiicere. αὐτοκράτωρ in malam partem nunc, qui nimium sui iuris, suique arbitrij est, αὐθάδης.

E 325.A Τὸ δὲ μέγιστον. Maximè autem, ante omnia verò propter præsentem voluptatem: id est, quia res nouæ delectant.

Ὀργώντων. Ardore & studio belli agebantur. ὀργᾶν, stimulari libidine.

Ὧν αἰσθανόμενοι. Efficit Athenienseis his rumoribus excitatos misisse quoque versum præsidia. αἰσθανόμενοι οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὁ Βρασίδας.

Ἐφιέμενος. Mandans.

F B Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Docet Brasidã non impetrasse nouas copias: hoc verò factũ inuidia principum ciuitatis, qui inuidebant eius gloriæ: necnon quia pacis erant cupidi, & studiosi recuperandi suos, qui erant captiui Athenis.

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος. Narrat Megarenses eadem hyeme recuperasse muros lõgos quos Athenienses tenebant: eosque solo æquasse.

G Καὶ Βρασίδας. Nouam expeditionem Brasidæ narrat in Acten, & in oppida quæ erant in monte Atho, quorum pleraque in deditionem venisse ostendit: Dium & Samen tantùm restitisse dicit.

Ἀκτήν. Oram maritimam intelligit, quæ erat intra fossam à rege Persarum factam in monte Atho: & austrum spectabat. aliâs Atticam significat.

Ἄθως.

C Ἄθως. Herodotus libro 7. *Monte Santo*, hodie.

Διγλώσσων. Quia Græca, & Barbara vtuntur lingua.

D Βισαλτικόν: βισάλτια πόλις, ἡ χώρα μακεδονίας, ἀπὸ βισάλτου ἡλίου ἡ γῆς, περὶ ἣν οἱ λαγοὶ δύο ἥπατα ἔχουσι. Στεφ.

Κρηστωνικόν: Κρήστων πόλις θράκης.

326.A Τορώνη: πόλις θράκης, ἀπὸ τορώνης τῆς πρωτέως, ἢ ποσειδῶνος, ἡ φοινίκης. ἔστι καὶ ἄλλη κτισθεῖσα μετὰ τροίαν. Steph.

Ἐπήγοντο. Solicitabant.

Νυκτὸς ἔτι. Priusquam nox abiret, noctu adhuc.

Τὴν μὲν οὖν ἄλλην πόλιν. Docet Thucyd. aduentum Brasidæ ignotum Toronæis fuisse, iis exceptis, qui proditionem moliebantur. Laudat itaque latenter Brasidæ diligentiam, carpit Toronæorum & Atheniensium negligentiam, qui cùm hostem haberent proximum in Thracia, tamen adeò remissis animis & languidis fuerint, vt eius aduentum ignorauerint.

B Οἱ διαδύντες. Hos tam paucos ingressos vrbem, præsidium Toronæorum, quod erat in summo colle, oppressisse narrat.

Οὔσης τῆς πόλεως. Situm vrbis obiter describit: sita erat in colle.

C Διήρουν. Diuidunt, perrumpunt, perfringunt.

Τὸ σημεῖον. Ignium erat, vt paulò pòst declaratur.

Καὶ οἱ μὲν χρόνῳ. Docet Thucyd. huius manus partem introductam à proditoribus per portulam, quam ipsi perfregerant, partem per portas, quę ad forum ducebant, & quas aperiendas curauerant, vt oppidanos scilicet aggressi partim à fronte, partim à tergo, perterrefacerent. Sed addit, manum istam militum miratam admodum fuisse moram proditorum.

D Διακοπέντος. Disrupto vecte, fracto vecte.

E Ἐμβοήσαντας. Syllepsis est per numeros, tollentes simul clamorem.

327.A Προσκείμεναι. Appositæ.

Κατ' ἄκρας. A summo: id est, superiorem, eminentioremq; eius partem occupare: quam qui tenent, longè meliore conditione sunt, quàm qui ex loco inferiore rem gerunt.

Τῶν δὲ τορωναίων. Redit ad Toroneos: & alios in magna trepidatione fuisse: alios ad Brasidam trãsiisse, & cum eius copiis se coniunxisse narrat.

B Ἄκρον τῆς πόλεως. Tumulum vrbis in angusto Isthmo, vel certè arcem intelligit.

Βεβαίως. Certè, planè, exploratè. Narrat Brasidam vrbe iam potitum, Toronæos qui in arcem cum Atheniensibus confugerant, admonuisse edicto vt redirent ad sua, & patrio instituto atq; liberi viuerent: cæteros ad concionem conuocasse, & eos confirmasse, ac docuisse quid sui esset consilij, & quid ipsis vicissim esset præstandũ: egisse etiam causam proditorum, eosq; diligẽter purgasse.

C Ἀδεῶς. Liberè, tutò, sine metu, impunè.

Ὑποσπόνδας. Pollicitus impunitatem.

D Οὐ δίκαιον εἶη. Obliqua concio. Partim autẽ purgat proditores, partim docet causas ob quas susceptum fuerit bellum istud, partim excusat Toronæos, qui restiterint, & aduẽtu suo perterriti fuerint; partim denique confirmat eos, & hortatur, vt sint in posterum fideles & cõstantes socij & amici.

328.A Οὔτε τοὺς μὴ μετασχόντας, supple ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, δίκαιον εἶη.

Τῶν αὐτῶν τεύξεσθαι. Eodem iure futuros, eadem commoda consecuturos.

Ἀφῖχθαι γάρ. Causas sui aduentus commemorat. Summa est, Veni, vt Græcos in libertatem vindicarem: sed per contrarium sensum res effertur.

Διαφέρων. Amplificatio.

Τὸ δὲ κήρυγμα. Signum petitum à tempore præterito, & à re paulò antè gesta.

Ὡς ἡγούμενος οὐδὲν χείρους. Quia de illis non malè sentio: quia non iudico eos esse deteriores, quòd illorum amicitiam sequantur: quasi dicat, non sunt existimandi improbi, quòd socios & amicos bona fide sequantur. Confirmat rem: idem essent facturi, si nostri fuissent socij, & facient iam, cùm nostram amicitiam sequentur. Cur igitur non fecerunt nunc, sed restiterunt? propter imperitiam. B

Οὐδ' ἂν σφῶν, &c. Neque se existimare fore eos minùs amicos Lacedæmoniorum, quàm Atheniensium scilicet, modò fidem eorum experiantur. Iam verò ob imperitiam rerum id ita accidisse dicit, vt eos timuerint, quos minimè timere debebant.

Δοκεῖν. Existimare.

Δικαιότερα πράσσοιεν. Æquiores, & viros meliores se præstant. C

Παρασκευάζεσθαι. Nunc ad animum refertur: secum constituerent.

Παραφράγματα. Propugnacula. L.V. Munitiones. F.P. C

Προσιόντες. Succedente, vel accedente iam exercitu.

Ἐπιμαχώτατον. Et quæ maximè expugnari poterat munitio.

Τὸ δὲ οἴκημα. Porrò ædificium oneris magnitudine pressum, repentè disruptum cecidit. D

Ψόφου. Fragore edito.

Οἱ διὰ πλείστου. Remotissimi quique. D

Τὸ γιγνόμενον. Ruinam munitionis. 329.A

Ἐπιφερόμενος. Irruens, irrumpens.

Ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ: σεμνότητος μέθοδος. B

Ἀνῆκεν. Attribuit, dicauit.

Τέμενος, κατ' αἰτίφρασιν. Quòd fas non esset cædere materiam in eo.

Ἀπαν. Mutauit genus figuratè. E

Ἐπεβούλευε. Clandestina consilia versabat.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Inducias annuas factas inter Athenienses, & Lacedæmonios, & socios vtrorumque narrat iam Thucyd. Explicat consilia, quibus vtrique adducti has fecerint inducias. Docet Atheniensium consilium illud fuisse, vt ad bellum meliùs se compararent, aut etiam si bene res sibi cederet, pacem diuturnam interea facerent. nunquam verò fuisse suspicatos, vt factis induciis Brasidas ad defectionem suos socios solicitaret Lacedæmonios verò inducias fecisse, vt suos qui erant Athenis captiui recuperarent. F

Οὐδὲν σφῶν. Id est, nullam ciuitatem sociam & amicam. G

Καὶ ξυμβῆναι. νομίσαντες ξυμβῆναι ἄν. Quia existimabant fore vt diuturniorem pacem facerẽt: vel, quia putabant se pactionem inituros maioribus de rebus, id est, de pace, vel de ampliore temporis spatio.

Τὰ πλείω, ἢ ἔτη, ἢ πράγματα. G

Λακεδαιμόνιοι τε. Summa est, Lacedæmonij verò vt captiuos suos recuperarent: sed affert causas, quibus adducti sperarint hoc ita fore. Prior est, quia intelligebant Athenienses (id, quod res erat) metuere, ne scilicet socij deficerent: & ideo pacem eos desideraturos existimabant, prę̨sertim si factis

induciis commoda pacis gustassent; itaque fore, vt pacis obtinendæ causa captiuos restitueret. Posterior, quia nisi eos recuperassent, sperabant victoriam de Atheniensibus Brasida rem prosperè gerente, & florente.

D Εὐτύχει. Florebat, prosperè rem gerebat.

Καὶ ἔμελλον. Ratio. Nam nisi recuperassent, amisissent illi quidem captiuos suos, sed florente Brasida, & progressus maiores in bello singulos in dies faciente, sperabant victoriam de Atheniensibus.

Ἀντίπαλα καταστήσαντο: τὰ πράγματα δηλονότι. Res æquasset, fortunam belli parem fecisset, redintegratis scilicet & restitutis viribus Lacedæmoniorum, quæ fractæ ac debilitatæ paulò antè erant.

Τοῖς δ' ἐκ τοῦ ἴσου. Cum illis autem æquis viribus certantes.

Κινδυνεύσειν καὶ κρατήσειν. Victoriam fortasse adepturos.

Περὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ. Ciuitates bene institutæ, cùm pacta & conuenta huiusmodi inibant, à rebus sacris primùm auspicabantur: & siquid erat in eis controuersi, hoc imprimis componere studebant: deinde res & controuersias rerum profanarum expediebant. Hoc institutum sequuntur hîc Athenienses, & Lacedæmonij in faciendis induciis: Constituunt imprimis licere oportere cuilibet liberè adire templum, & oraculum Pythium. Deinde censent quæstionem habendam de pecuniis surreptis ex templo Delphico. Hęc de rebus sacris: De profanis verò, hæc statuerunt: vt vtrique tenerent quæ iure belli quæsiuissent: ita tamen, vt neutri neutros infestarent, certos limites transeundo: vtque maris vsus pateret vtrisque; ita tamen, vt Lacedæmoniis & sociis minimè liceret vti longis nauibus, sed aliorum nauigiorum genere. Statuunt etiam, vt legati & caduceatores vltrò citroq; commearent liberè & impunè, cum eo comitatu, qui placuisset ipsis. Perfugæ nulli reciperentur: si qua controuersia accidisset, ea iure decideretur: si qua conditio visa fuisset æquior, de ea alterutri per legatos docerentur. Legatis verò plenam potestatem transigendi tribuendam esse censuerunt.

Ἱεροῦ. γενικόν. μαντείου πυθικοῦ, εἰδικόν. Vt distingueretur à cæteris fanis.

330.A Ἀδόλως. Syncerè: sine fraude.

Χρῆσθαι κατὰ τοὺς πατρίους νόμους. Alij enim aliis ritibus & ceremoniis colebant. Hæc conditio posita est in principio, quia Bœotij etiam hostes Atheniensium, per quorum fines erat transitus in agrum Phocensem, & ad oraculum Delphicum iis, qui pedibus eò venturi erant: itaque addit, Βοιωτοὺς δὲ, καὶ Φωκέας.

Φωκέας. Hi studebant rebus Atheniensium: Itaque poterant & ipsi prohibere aditu Lacedæmonios: quare hoc additum.

B Περὶ δὲ τῶν χρημάτων. Erant ingentes thesauri in templo Delphico à multis & diuersis regibus, ciuitatibus, priuatis etiam missi, qui plusquàm semel bona ex parte surrepti sunt: itaq; in concilio Græcorum, quod ad Thermopylas cogebatur, habita quæstio est: & Lacedæmonij ingenti pecuniæ summa mulctati.

Τοὺς ἀδικοῦντας. Sacrilegos, sontes cõperiamus.

Τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι. Vt in sacrilegos ex instituto suo quique animaduertant, legibus quique suis agentes.

Περὶ μὲν τούτων. Transit ad res profanas: sed hic locus videtur corruptus; sensus enim aliquam huiusmodi lectionem videtur flagitare, περὶ δὲ τούτων: vel περὶ μὲν τούτων ἔδοξεν ὧδε τοῖς λακεδαιμονίοις, &c. περὶ δὲ τῶν ἰδίων. B

Τομέως. Mons proximus Pylo. Τομαῖον. Στέφ.

Μὴ ἐπιμίσγοντας. Æquitas conditionis præposita, quasi dicat, vt nos non transibimus limites præscriptos, sic etiam ipsi suis limitibus se contineant.

Μηδὲ μεγαρέας. Rursus Megarenses eãdem viam non transirent, Nisæam scilicet, & Minoã versus. C

Καὶ τὰ ἐν τροιζῆνι. Occupauerant olim Athenienses Pegas, Trœzena, & Achaiam: sed facto fœdere tricennali, ea restituerant Peloponnesiis. Hæc libro primo vidimus. Megarenses igitur habebant tunc Pegas, & Trœzena: itaque ait Megarenseis retinere oportere ea, quorum tunc potirentur.

Ὅσα ἄν. Passim, per omnes partes, quæ pertinent &c.

Τάλαντα. Iam ad pondus hoc est referendum. D

Μέτρα. Hoc ex margine in contextum translatum suspicor.

Δίκας τε διδόναι. Standum esse iudicio vobis apud nos, & nobis apud vos, ex maiorum instituto. δίκην διδόναι: aliâs, dare pœnas.

Διδάσκετε, ἀποστροφή.

331.A Ἐπιστάτει. Erat ἐπιστάτης, id est, ἄρχων ἐφήμερος. Hic præerat Decemviris, qui πρόεδροι vocabantur. B

Ξυνιέναι. ξυνιέναι ἐς λόγους. Coire ad colloquium, venire in colloquium. E

Ἐν αὐτῇ. Tempus notat.

332.A Ἐπήρχοντο. Mutuò se adibant.

Πελληνῆς. πελλήνη. In Achaia inter Sicyonem, & Ægiram. Distat à mari sexaginta stadia. Strabo libro 8.

Digreditur Thucyd. & docet vnde duxerint originem Scionæi, & qua occasione in eam regioné venerint. Ex Pellene vrbe Peloponnesi oriundos dicit, & tempestate, quã Græci redeuntes ex Troia passi sunt, eò delatos, sedes posuisse.

Σφᾶς τοὺς πρώτους. Suos maiores.

Ὧι ἐχρήσαντο. Quam tulerunt: qua iactati fuerũt. L.V. Qua vsi sunt.

Κελητίῳ. L.V. Nauigio actuario. F. P. Scapha. B κέλης enim equum solutum iugo significat, quo vehimur: inde metaphoricè nauigium, quod ab vno tantùm remige agitur, quamuis non vnico remo, vt quibusdam placet, sed duobus agatur.

Ὅπως. Consilium Brasidæ probat.

Ἀντιπάλου. Pari magnitudine.

Ἀπ' ἐν τῇ ἀκάνθῳ. Docet se in Thraciam venisse, vt Græcos in libertatem vindicaret.

Καὶ προσέτι. Addebat miras laudes, quibus eos in cœlum efferebat: quòd scilicet quamuis obsiderentur quodammodo ab Atheniensibus, & in insula quasi conclusi ab illis tenerentur, tamen nõ veriti periculum sua sponte sint secuti libertatem. Obliqua conciuncula.

Τῆς πελλήνης. L.V. Cùm Pellene in Isthmo sita ab Atheniensibus occupetur: F.P. Intercepta, interclusa sit.

Νησιῶται. Itaque, quasi diceret, obnoxij erant periculis ob maris imperium, quo Athenienses potiebantur. C

Πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. Cautè dixit, non defectionem, sed profectionem: non ad se, sed ad libertatem.

Καὶ

Καὶ οὐκ ἀνέμειναν. Neque expectârunt, vt sibi necessitas imponeretur, & cogerêtur, sequi sua commoda.

Σημεῖον τ' ἦν. Hoc autem esse argumento eos fortiter quidius perpessuros esse, vt res ex voto cedant. Obliqua adhortatio, vt sui similes esse perseuerent.

Τῶν μεγίστων. Intelligit obsidionem, vrbis oppugnationem, fortunarum salutisque pericula. Hortabatur eos subobscurè ad ferendam obsidionem, quam paulò pòst tulerunt. Hortabatur (inquam) honestate, & bona existimatione.

Καὶ τἆλλα τιμήσειν. Et alios honores illis delaturum, nedum quasi dicat, honorificum istud Lacedæmoniorum iudicium.

Καλῶς ἐδέξαντο. Cum aliis rebus honorificè eum acceperunt.

Εταινίουν τε, & προσήρχοντο. προσῆλθον.

Ὥσπερ ἀθλητῇ. Victorem scilicet. Solent enim in ludis spectatores acclamare certatorib⁹ victoriam adeptis, & serta & corollas in eos iacere. Hoc ipsũ Scyonæi Brasidæ faciebant.

Καί τι & αὐτοῦ ἐπράσσετο. Solicitabat etiam nonnullos ad proditionem in istis ciuitatibus. τι, ἀντὶ τοῦ, τινὲς. Εναλλαγή.

Καὶ ὁ μέν. Venisse narrat Lacedæmone, atque Athenis, qui de induciis certiorem facerent Brasidam & socios, interea dum ille tẽtare parabat Potidæam, & Mendam.

Εδέξαντο. Acceperunt conditiones: comprobârunt pacta.

Κατήνει. Assentiebatur, annuebat vt fœderis essent participes: id est, cæteros non recusabat admittere ad fœdus. Scyonæos non ita.

Εκ λογισμοῦ τῶν ἡμερῶν. Ex dierum supputatione: verbi gratia, induciæ factæ sunt decimosexto Calen. Mart. Scione fecit deditionem 14. Calen. Ergo biduo pòst facta est deditio. Ratio arithmetica.

Κινδυνεύσειν. Rem in dubium atq; discrimen adducere.

Οἱ ἐν ταῖς νήσοις. Amplificatio: quia maris imperium tunc obtinebant Athenienses.

Αξιοῦσι. Volunt, iudicant defectionem faciendam: defectionem facere audent.

Ανωφελεῖ. Nihil sibi profuturis, quia νησιῶται.

Εἶχε δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια. Constabat verum esse, quod ab Atheniensibus asserebatur, τὴν ἀλήθειαν ἔχειν μᾶλλον ἤ, &c. Verius esse aliquid, quàm &c. & sanè erat verius.

Ερετριέων. πόλις εὐβοίας, ἡ ποτὲ μελανηῒς: ἀπὸ μέλανος τοῦ εὐρύτου πατρός. ἐρέτρεια δὲ ἀπὸ ἐρετριέως τοῦ φαέθοντος υἱοῦ, ἑνὸς τῶν τιτάνων. ἦν & ἄλλη θεσσαλίας. στέφ.

Ὅτι ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ. Sequitur causa, cur non putaret Brasidas se iniuriam facere. ἔστι γὰρ ἃ καὶ αὐτός. Est itaque perinde, ac si dixisset, non existimans se facere iniuriam, licet factis induciis Mendæi palàm ad se transissent.

Ἐστι γὰρ ἃ καὶ αὐτός. Habebat enim & ipse, quæ daret crimini Atheniensibus de violato fœdere.

Διὸ & οἱ Μενδαῖοι. Eamque ob causam id magis sunt ausi: quia intelligebant belli causas stare: Brasidam à pace abhorrere: socios & amicos non deserere, sed eos diligentissimè tueri.

Καὶ ἅμα τῶν πρασσόντων. Summa: tum etiam, quia qui ad defectionem erant propẽsi animis, vim attulerunt factioni contrariæ. Cur ita? quia verebantur ne aduersarij contemta sua paucitate, aggressi eos opprimerent. At quærat quis, Nonne poterant desistere incœpto, & vitare periculum? poterant illi quidem, sed rem aggressi intermittere nolebant. τὸ ἑξῆς.

Εμέλλησαν: προδώσειν δηλονότι. Cùm essent vrbem prodituri.

Ανέντων) (ἐπιτεινομένων.

κατεβιασαμένων, εἶτα φοβουμένων, εἶτα ὀλίγων ὄντων, postremò ἡ λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Τὸ καταδήλου: ἀντὶ τοῦ φοβουμένων μὴ κατάδηλοι γένωνται.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. Irritatos Athenienses multò magis narrat hoc nuntio: itaq; apparatus fecisse ampliores aduersus vtramque ciuitatem.

Καὶ Βρασίδας. Transitio. Docet Brasidam interea subduxisse liberos, & vxores vtriusque ciuitatis in Olynthum, & firmum præsidium eò misisse.

Βρασίδας δὲ, & περδίκκας. Res alias nõnullas interea gestas explicat. demonstrat Brasidam cum Perdicca iterum Arrhibæo bellũ intulisse: sed hanc quoque expeditionem minùs felicem exitum habuisse.

Λύγκου. πόλις ἠπείρου.

Τῶν ἄλλων. Toronæos intelligit.

Αντικαθίζοντο. Ipsi quoque castra opposita fecerunt: vel castra opposita habebant.

Καὶ ἐχόντων τῶν μὲν πεζῶν. Prœlium cõmissum narrat: sed primùm describit situm castrorum vtrorumque, nec non locorum adiacentium: castra, inquit, vtrique in tumulo posuerant, inter vtraque castra erat planities: in ea planitie primùm equitatus, deinde etiam peditatus conflixit, & Lyncestæ fusi, fugatique sunt.

Μετὰ δὲ τοῦτο. Res consecutas persequitur: vt trophæum statuerint, vt biduum, atq; adeò triduum ibi commorati fuerint: vt expectauerint Illyriorũ copias mercede accersitas: vt Perdiccas diutius eas expectare noluerit: vt voluerit progredi, & penetrare in fines Arrhibæi; vt Brasidas recusauerit solicitus de Mende: vt Illyrij ad Arrhibæum transierint Perdicca prodito: vt statim Perdiccas, & Brasidas accepto isto nuntio de reducendo exercitu cogitauerint: vt denique Perdiccas fugæ similem profectionem fecerit: Brasidas non ita. Hæc omnia iam explicat Thucydides: quibus addit cædem Macedonum factam à Lyncestis, & Illyriis, qui eos fugientes oppresserunt.

Μὴ καθῆσθαι. Non subsidere, tempus terere.

Περιορώμενος. περὶ τῆς μένδης ὀρώμενος. solicitus de Mende.

Οὐ πρόθυμος ἦν. Non erat libenter secuturus.

Ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι. De tempore, quo esset inde discedendum.

Βρασίδας δέ. Narrat Brasidam luce orta cognouisse Macedonum profectionem: & instructa acie pro tempore, & facultate, antequam hostes appropinquarent, cohortatum suas copias.

Νυκτός. Cùm milites habent maiorem peccandi licentiam,

Cùm tenebræ minuunt, noxq; atra pudorem.
Ouid. Met. 129.9.

BRASIDÆ CONCIO.

Εἰ μὲν μὴ ὑπώπτευον. Confirmat Brasidas suas copias, quæ erant perterritæ vehementer, tum quia intelligebant se destitutos & proditos à Perdicca:

tum quia animaduertebant ingenteis barbarorum exercitus sibi imminere: demonstrat igitur Brasidas neque ob discessum Macedonum, neque ob immensam barbarorum turbam timendum esse. Docet se esse Dorienses, & ita institutos, vt nullam copiarum magnitudinem extimescant, virtute sua freti: manus autem barbarorum contemnendas esse, quia non vera & solida virtus illis adest, sed species tantùm, & falsa quædam imago ad inanem ostentationem. præterea quòd nullos seruent ordines nullam militarem disciplinam, nullam honesti rationem habeant: sed æquè fugam, atque impressionem in hostes honestam esse iudicent. Quòd denique summa rerum confusio sit apud eos, qui nullum habent imperium, & arbitratu suo quiq; rem gerunt. Hæc sunt capita argumentorum, quæ in hac concione continentur.

Procœmium est ductum ab opinione, ἐξ ὑπολήψεως.

Propositio. Partim docere, partim cohortari vos volo.

Ratio. Quia perterritos vos esse animaduerto.

Confirmatio. τοῦ μεμονῶσθαι, &c.

Exoratio, à contrariis. ἀντίθεσις.

Ὑπόπτευον. Leuiore verbo est vsus ne de suis copiis malè sentire videretur.

Μεμονῶσθαι. L. V. quòd derelict⁹ sim. Fr. P. quòd simus derelicti.

Νῦν δέ. Opposita sententia: contrarium rei statum habet τὸ νῦν.

Τὴν ἀπόλειψιν. Distributio totius causæ.

Τὰ μέγιστα. Attentionem facit: maximum enim est paruam manum, eamque suis auxiliis destitutam contemnere innumeras hostium copias.

Ἀγαθοῖς γάρ. Ingreditur in causam: docet virtuti tantùm esse fidendum: & in ea spem omnem collocandam, non in auxiliis & opibus externis, eamque ob causam nullas copias esse extimescendas.

C Ἑκάστοτε. Singulis vicibus, id est, semper.

Ἑτέρων. Non dixit hostes, ne suos terreret.

Οἵγε μὴ ἀπὸ πολιτειῶν. A genere politiæ, & institutis Peloponnesiorum ducit argumentum, vt fidem orationi suæ conciliet. Vos non populari statu sed dominatu paucorum vtimini: pauci verò apud nos dominantur propter virtutis præstātiam, & dignitatem, & quòd polleant viribus: hoc ipsum itaque vobis nunc est præstandum.

Ἀπὸ πολιτειῶν τοιούτων. Ex huiusmodi rebus publicis venistis.

Τῷ μαχόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀνδραγαθίᾳ. Sed seruiens causæ ait, μαχόμενοι κρατεῖν.

Βαρβάρους δέ. Altera pars distributionis: hostium multudo contemnenda est: hos per ταπείνωσιν appellat barbaros.

Quod autem attinet ad copias ingentes hostiū, persuasum esse debet vobis eos non esse extimescendos. Facit fidem à tempore præterito: paulò antè eos fudistis. Quare eos timere non debetis. Sed est παραλογισμός: non enim omnes, sed Lyncestas fuderant, vt suprà Thucyd. testatur his verbis, ἔτρεψαν τοὺς λυγκηστάς.

Μαθεῖν. Ad διδαχὴν est referendum.

D Καὶ γάρ. Dilemmate vtitur, quo probat non esse extimescendas hostium copias, aut re vera firmæ

A sunt, aut ostentatione tantùm. si ostētatione tantùm, & inani quadam opinione, cùm signa contuleritis, facilè vos viri fortes eas superabitis. sin firmæ re vera sunt, vos imperiti adhuc virtutis eorum, audaciùs cum illis confligetis. Sophistica complexio.

Διδαχὴ ἀληθής: ἀντὶ τοῦ, διδαχῆς ἀληθῶς προσγενομένης. 337. A
Id est, adhibita vera de eis scientia, id est, explorata & perspecta earum infirmitate. διδαχή, experientia.

B Τἀγαθόν. Aliquid boni. ταπείνωσις, Id est, aliqua fortitudo.

Προσφέροιτο. Feratur in eos.

Οὔτοι δέ. Collatio: isti non ita, sed antequam ineant prœlium, videntur formidabiles: quum manum conferent, non erunt vobis similes.

Τὴν μέλλησιν: τὸ προσφέρεσθαι δηλονότι. Futuram prœlij aggressionem.

Πλήθει ὄψεως. ἐναλλαγή, ἀντὶ τοῦ, ὄψει πλήθους.

Οὔτε γὰρ τάξιν. Rem probat, quòd nullam rei militaris disciplinam seruarēt, nullos ordines, nullum imperium haberent. B

C Βιαζόμενοι. Ab hoste pressi.

Ἀνεξέλεγκτον. Nullum discrimen habet fortitudinis, id est, facit vt virtus ab ignauia non dignoscatur, atque ita contemta nullos honores habeat, & nulla præmia.

Αὐτοκράτωρ δὲ μάχη. A licentia militari ducit argumentum. pugna, quæ cuiusque arbitratu committitur, fugæ occasionem facilè præbet. Quum autem vnusquisque in bello rem pro animi arbitrio

D gerit, hoc nullam militum obedientiam esse demonstrat.

Σώζεσθαι. Causa pro effecto, ἀντὶ τῆς φυγῆς.

Τοῦ τε ἐς χεῖρας. Tutius autem existimant eminus nos terrefacere sine suo periculo, quàm cum periculo manum nobiscum conserere.

Ἐκείνῳ γάρ. A signo rem probat.

Σαφῶς τε: Ἐπίλογος. Efficit non esse extimescendos hostes. Denique quicquid terroris in hoste

E est, id re vera modicum est, mouet autem visu, & auditu: at si nos impetum eorum fortiter exceperimus, & ex periculis nos eripiemus, & discemus eiusmodi hostem imperitis esse formidabilem, peritis minimè.

Denique constat hostes minimè esse pertimescendos, quanuis visu & auditu sint terribiles.

Πᾶν τὸ προϋπάρχον δεινόν. Repetit illud, βαρβάρους δὲ οὐς νῦν ἀπειρίᾳ δέδιτε.

F Ὄψει δέ. Ad πλήθει ὄψεως refer.

Ἀκοῇ. Ad βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι, καὶ ἡ διάκενης ἐπανάσεισις τῶν ὅπλων. C

Ὁ ὑπομείναντες. Ad προσμίξαι δὲ τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὰ οὐχ ὅμοια.

Ὄχλοι: ταπείνωσις.

Τοῖς τὴν πρώτην ἔφοδον. Ad ὑπομένουσιν αὐτὰ refer.

Ἐπικομποῦσιν. Ostentant eminus fortitudinem inanibus comminationibus, id est, non sunt ter-

G ribiles re vera, vt sunt verbis & minis.

Οἱ δ' ἂν εἴξωσιν. Contra eos verò viri fortes esse videntur, qui non resistunt, insequentes eos acriter, quia nullum imminere sibi periculum intelligunt.

Ἐνδείκνυνται τὸ εὔψυχον: ἐπικομποῦσι τὸ ἀνδρεῖον, εἰς ἐκείνους δὲ ἐνδείκνυνται, &c.

Τοιαῦτα ὁ Βρασίδας. Thucydides res à Brasida post cohortationem gestas explicat. Demōstrat Brasidam statim cœpisse reducere suas copias: sed barbaros suspicatos eum fugere, multo clamore & tumultu eum insecutos, sed cùm nihil proficeret, tandem ab eo abstinuisse, seque cōuertisse ad persequendas copias Macedonum.

Ὑπῆγε. Verbum militare: pedetentim reducebat.

Προσέκειντο. Ingruebant.

338. A Προσαπίπτοιεν. Pedem referebant.

Εὐρυχωρείᾳ. Locis patentibus.

Μέρος δέ τι. Parte verò copiarum relicta, quæ carperet nouissimum agmen insequens.

Χωρήσαντες. Cursu contendentes.

Εἰδότες. Persuasi nullum receptum esse Brasidæ.

Αναχώρησιν. Viam ad redeundum: iam pro loco accipitur, per quem Brasidas suas copias erat reducturus.

Τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ: τὴν ἐσβολὴν τὴν στενήν. Viam difficilem, transitum sic appellat.

Προεῖπε. Præcepit: ἄνευ τάξεως. Ne scilicet in seruandis ordinibus tempus tererent.

Κυκλῶσιν. Res pro personis: priusquàm maior numerus barbarorum, qui erant suos circunuenturi, eò conflueret.

Ὡς τάχιστα. Quanta maxima celeritate quisque poterat.

Τῆς τροπῆς. Facta suorum fuga de locis superioribus, id est, suis in fugam versis, qui erant in locis superioribus.

Βοεικοῖς. Vt distinguat ab aliis, quæ non erant βοεικά. Erant enim & ὀρεικά, & ἱππικά. Sed Βοεικὰ sunt tardiora.

339. A Σκεύη. Sarcinas intelligit.

Καὶ ἐς τὸ λοιπόν. τὸ ἑξῆς, & in posterum εἶχε μῖσος τῶν πελοποννησίων τῇ γνώμῃ, id est, oderat clàm Peloponnesios, οὐ ξυνήθης: non quòd ita consueuisset. cur ita? δι' Ἀθηναίους, quos oderat.

Τῶν δὲ ἀναγκαίων. Occurrit ad illud si oderat Athenienses, cur iam studebat cum illis redire in gratiam? ἕνεκα τῶν ἀναγκαίων ξυμφόρων.

Διαναστάς. Animo alienatus, vel erectus ob sua commoda, vel dissociatus.

Επρασσεν. Id agebat, contendebat, laborabat, dabat operam, moliebatur.

Ξυμβήσεται. Vt reconciliaretur, compositionem faceret.

Απαλλάξεται. Dissociaretur. ἀντὶ παθητικοῦ.

Βρασίδας δέ. Narrat Brasidam reuersum Toronem, reperisse Mendem captam ab Atheniensib⁹: sed eam recuperare nullo modo aggressum, quia viribus erat longè inferior, itaque firmo præsidio Toronem tantùm tutatum esse.

Ὑπὸ γὰρ τὸν αὐτὸν χρόνον. Quo tempore Perdiccas cum Brasida suscepit expeditionem aduersus Arrhibæum, eodem etiam Athenienses classem miserant in Thraciam contra Scionæos, & Mendęos: sed fieri non poterat, vt Thucydides simul vtramque expeditionem explicaret priùs itaque illam propinquiorem exposuit: iam verò alteram Atheniensium narrat.

Τοῖς ἐν τῇ λύγκῳ: πεπραγμένος δηλονότι.

Ἐξέπλευσαν. Classe profecti sunt.

Οἱ δ' αὐτοί τε. Mendæos contrà cum auxiliis extra vrbem castra posuisse in colle edito, & natura munito docet.

Καὶ αὐτοῖς Νικίας. Tentasse Niciam demonstrat ex altera parte collis, ex altera Nicostratum deiicere Mendæos, sed non potuisse: trepidatum verò in exercitu Atheniensium, adeò vt parum abfuerit, quin totus funderetur, atque deleretur.

340. A Ἐφόδῳ. Iam accipitur pro loco idoneo ad aggrediendum, & pro aditu. aliàs incursionem, & impetum significat.

Ἐκ πλείονος, διαστήματος δηλονότι. Longo loci interuallo, distante admodum ab eo tramite, quo Nicias aggressus eos fuerat, ita, vt alter alteri auxiliū ferre non posset.

Ἐθορυβήθη. Trepidauit.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ. Narrat Athenienses postridie eius diei mutato consilio, quia reiecti fuerant à Mendæis, soluisse inde, & ad Scionem venisse, eiusque vrbis suburbanis potitos fuisse, atque agrum vastasse.

Κατὰ τὸ στασιωτικόν. Id est, στασιωτικῶς, seditiosè, turbulentè. Verba quæ sequuntur hoc declarant: turbulenti enim, & seditiosi sic loqui solent. ἢ διὰ τὴν στάσιν διά τε καὶ τοὺς τὰ ἐναντία σφίσιν, &c. quod sequitur, Οὐδὲ δέοιντο: Neque opus, & causam habere prœliandi, hoc arroganter dictum.

Καὶ θορυβηθέντας. Cùm perturbatus esset.

Περὶ ὀργῆς: ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ὀργῆς. Scholiastes: mihi magis probatur περιοργής, ira incēsus: vt sit vnicum vocabulum.

Καὶ τοὺς τὰ ἐναντία. Et in eos, qui cum Peloponnesiis contra se egerant, id est, qui suam factionem oppugnauerant, & superauerant, ita vt vrbem traderent Lacedæmoniis. L. V. & in eos, qui cum illis in populo aduersati essent.

Προσπεσόντες. Itaque facto impetu.

Μάχῃ αἰφνιδίῳ. Repentino certamine, aggressione repentina. Repentini casus solent animos hominum consternare.

Ὠήθησαν γάρ. Nam suspicati sunt hoc ita factum ex composito. ἐκ προειρημένου, ex aliquo conuento, ex compacto: ξυμβάσεως paulò pòst.

Ὡς ἑλόντες. Quasi vi eam recepissent.

341. A Πολιτεύειν ὥσπερ εἰώθεσαν. Eodem statu Reipublicę vti, quo consueuerant.

Κρίναντες. Quæstionem habentes de iis, qui fuerant defectionis authores.

Ἐπειδὴ δὲ τὰ περὶ τὴν Μένδην. Potitos Mende Ath. ad Scyronem traduxisse exercitū narrat Thucyd. & primùm copias hostium, quæ collē ante vrbem occupauerant natura munitum, inde deiecisse: deinde ad circunuallandam vrbem se dedisse.

Ἱδρύθησαν. Consederunt.

Οὐκ ἐγίνετο σφῶν περιτείχισις: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐδύναντο περιτειχίσαι σφᾶς. Sed munita figura verborum, vel περιτειχισθῆναι οὐκ ἐδύναντο.

Καὶ αὐτῶν οὐ πολὺ ὕστερον. Id est, & paulò pòst rem istam gestam, Peloponnesij, qui in arce Mendæorum obsidebantur, superatis custodibus, qui ad mare erant, noctu ad Scionem perueniunt, & plerique eorum per media hostium castra euadentes, in vrbem ingressi sunt.

Περιτειχιζομένης δέ. Redit ad Perdiccam Thucydides: docet eum interea dum ab Athen. Scyone circunuallabatur, egisse cum eorum ducibus de reconciliatione, atque transegisse.

Αναχωρήσεως. Priorem intelligit receptum, cùm Brasidas inuito ac renuente Perdicca, venit in col-

loquium cum Arrhibæo, & facta compositione exercitum abduxit.

Ευθὺς τότε. Quod iam tum tentare cœperat.

Καὶ ἐτύγχανε πρό. Expectabantur à Brasida nouæ Lacedæmoniorum copiæ, quas Ischagoras ducebat pedibus. at Perdiccas, qui gratia florebat apud principes viros Thessalorum, ab eis impetrauit vt itinere, & transitu eas prohiberent. fecit hoc Perdiccas tum vt fidei suæ, & gratiæ verè reconciliatæ documentum daret, præsertim à Nicia duce Atheniensium solicitatus, tum quia à Peloponnesiis erat alienatus, &c. Hæc igitur explicat iam Thucyd.

Καὶ, τὸ ἑξῆς, διέλυσε τὸ στράτευμα ὁ περδίκκας.

Πορεύσειν ἐτύγχανε μέλλων. Erat casu deducturus.

D Ενδηλόν τι ποιεῖν. Aliquam daret significationem constantiæ & firmitudinis futuræ in isto fœdere.

Παρασκευάσας. Adductis hospitibus Thessalis, vel cùm hospitibus Thessalis persuasisset. Vtebatur enim hospitio primorum: nunc autem ad animum refertur τὸ παρασκευάσας.

Ωστε μηδὲ πειρᾶσθαι. Ita vt ne tentarint quidem Thessalos, id est, vt ne contenderint quidem tale quippiam à Thessalis.

E Παρανόμως. Carpit Lacedæmonios obiter, qui contra leges paterentur puberes peregrè proficisci, eosque præficerent ciuitatibus.

Καὶ μὴ τοῖς ἐντυχοῦσιν. Neq; earum administrationem quibuslibet permitterent.

342.A Εν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει. Narrat Thebanos diruisse muros Thespiensium ea æstate.

Βουλόμενοι μέν. Voluntatem eandem fuisse antea significat, facultatem non ita: iam verò attritis eorum viribus, oblata ista occasione, id fecisse.

Καὶ ὁ νεὼς τῆς ἥρας. Iuno colebatur religiosissimè Argis: & eius templum magnificentissimè extructum, & pretiosis donariis instructum erat. Hoc itaque ea æstate crematum significat. Res est memorabilis.

B Χρυσίδος. Duodequinquaginta annos iam obtinebat sacerdotium. Paus. facit mentionem huius libro tertio τῶν Κορινθιακῶν, & eam scribit supplicem confugisse Tegæam, ad Aleæ Mineruæ aram.

Θείσης. Lucerna admota ad corollas, vel ad vittas.

Επικαταδαρθούσης. Cùm somno correpta fuisset.

Ελαθεν ἀφθέντα. Vnde omnes casu flamma correptæ conflagrârunt per eius imprudentiam.

Νόμου τοῦ προκειμένου. Ex instituto ciuitatis. νόμοι προκείμενοι, promulgatæ leges.

Οκτὼ, & ἔνατον. Id est, octauum annum, & noni sextum mensem attigit.

C Εν δὲ τῷ ἐπιόντι χειμῶνι. Reliquias rerum gestarum eo anno describit. docet Lacedæmonios, & Athenienses ab armis per eam hyemem abstinuisse propter inducias: sed Mantinæos, & Tegeatas, & vtrorumque socios inter se conflixisse, & victoria incerta, noctis interuentu discessisse.

Λαοδικεία. Vicus erat Tegeæ proximus, quem Pausanias ἐν τοῖς ἀρκαδικοῖς libr. octauo, Ladocam à Ladoco Echemi filio vocat.

Αμφιδήριτος. Dubia, incerta.

D Επηυλίσαντο. In eo loco pernoctarunt.

Βουκολιῶνα. Βουκολίωνα regem Arcadiæ inuenio, & filium Laomedontis natu maximum: sed hîc locum significat, siue castellum, siue vicum, cuius nomen nusquam reperio.

Τοῦ γὰρ κώδωνος. Nam cùm tintinnabulum præteriisset, interea scalas ipse admouit ad muros. σημειῶσαι genus, quo vtebantur vigiles in excubiis: Vnus vigilum circunferebat tintinnabulum, & sic deinceps. interea itaque cùm præteriisset tintinnabulum, Brasidas admouerat scalas, cùm custodes languidiùs atque remissiùs excubabant, vel fortè dormiebant: itaque latuit. Sed cùm is, qui tintinnabulum tulerat, rediisset eò vnde digressus fuerat, & strepitum sensisset, coactus est Brasidas noctu sese recipere.

Παραδιδόντα. Hunc locum non intellexit Laurentius Valla. vertit enim, sic incassum ante ipsius proditoris reditum admotæ sunt scalæ, at per τὸ διάκενον ipsum custodiarum interuallum est intelligendum. quod apertiùs libro tertio dicit, κατὰ τὸ μεταπύργιον προσέμισγον πρὸς τὰς ἐπάλξεις. per παραδιδόντα verò intelligendus est ille, qui tintinnabulum ordine alteri custodi tradebat.

FINIS QVARTI LIBRI.

LIBRI QVINTI ARGVMENTVM.

HIc liber etiam continet varias res gestas ab Atheniensibus, Lacedemoniis & Argiuis: aliàs in Thracia, aliàs in Peloponneso. quarũ præcipuas, & maximè illustres, nostrum secuti institutum persequemur. Primo loco habet Cleonis expeditionem in Thraciam, & Torones ab eo expugnationem. Prœlium commissum cum Brasidæ copiis, in quo duces vtrique cadunt: exercitus Atheniensium fusus, & fugatus. Secundo loco habet etiam fœdus ictum inter Athenienses, & Lacedæmonios, & vtrorumque socios, & amicitiam & societatem factam in annos quinquaginta, & ruptam septennio ferè pòst.

Tertio, dissensionem summam Peloponnesiorum, quorum plerique à Lacedæmoniis alienati, Argiuorum amicitiam malebant sequi. Quarto loco, continet fœdus inter Athenienses, & Argiuos factum. Quinto, Lacedæmoniorum expeditionem aduersus Argiuos, & Argiuorum, atque sociorum aduersus Orchomenios, & Lacedæmoniorum rursus contra Argiuos, & prœlium commissum inter eos, in quo victoria penes Lacedæmonios stetit.

Sexto loco, habet pactionem inter Lacedæmonios & Argiuos factam, deinde societatem & amicitiam. Septimo, cędem nobilitatis factam Argis à populo, & recuperationem libertatis, & Lacedæmoniorum expeditionem contra Argos. Octauo & postremo loco, bellum ab Atheniensibus illatum Meliis. Hæc sunt capita præcipua rerum illustrium, quæ continentur in hoc libro: reliquas, quæ sunt admixtę, suo quamq; loco explicabimus.

G Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου θέρους. Narrat induciarum tẽpus exisse: sed antequam exiret, Athenienses mouisse suis sedibus Delios: eos verò in Asia consedisse ad Atramyttium à Pharnace concessum.

Μέχρι πυθίων. Ludi sacri erant, qui Delphis celebrabantur, victores ἱερονίκαι dicebantur, & corona donabantur laurea, vt Ολυμπιονίκαι corona oleagina.

na.τὸ ἑξῆς αἱ ἐνιαύσιοι σπονδαὶ μέχρι πυθίων. Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα,&c.

Δηλίους ἀνέστησαν. Obiecto crimine λακωνισμοῦ, author Diod. restituti sunt paulò pòst, vt in hoc ipso libro declaratur.

Ἡγησάμενοι. Quia quanuis polluti essent vetere piaculo, tamen sacrati deo habebantur.

Αἰτίαν. Crimen piaculi scilicet, quod vt expiaret, oraculo admoniti fuerant, lib.3.

Οὐ καθαρούς: ἀντὶ τοῦ, ἐναγεῖς.

Ἐλλιπές. Itaque sibi relinqui eam partem expia- B tionis. nam cæteras (quasi dicat) præstiterant: monumenta sustulerant: edicto cauerant, ne mulieres in insula parerent, sed in Rheneam adiacētem transportarentur, &c.

344.A Οὕτως, ὡς ἕκαστος. Non simul omnes, sed vt quisq; digressus inde est: significat igitur eos diuersis tēporibus inde digressos esse.

Κλέων δέ. Narrat Cleonē persuasisse Atheniensibus vt se in Thraciam mitterent.

Σχὼν δ' ἐς σκιώνην. Progressus eius explicat. ap- C pulit primùm ad Scyonem, quæ adhuc obsidebatur: inde ad portum Colophoniorum se contulit: inde ad Toronem ipse pedibus cū exercitu: naues decem circūmisit ad portum Torones, vt mari vrbem oppugnarent.

Κολοφωνίων. Portus erat proximus Toronæ, qui ita vocabatur, fortasse, quia Colophonij eo potiebantur, alioqui Colophon erat vrbs nobilis oraculo Apollinis Clarij, non in Europa, sed in Asia, Epheso proxima in Ionia. In codice Henrici Ste- D phani hęc sic distinguuntur Κολοφωνίων τῶν τορωναίων, sed lectio minùs commoda.

B Οὔτι οἱ ἐνόντες. Et præsidium esse parum firmum.

Ἀξιόμαχοι. Pares ad resistendum. ἀξιόχρεως, qui est soluendo.

D Αὐτοβοεί. E vestigio.

Συνεσπεσών. Simul irrumpens, quâ murus vetus apertus erat.

Ἐν χερσί. Pugnantes, ac resistentes. Causa cædis.

Βρασίδας. Declarat iam Brasidam venisse illum quidem, vt ferret auxilium Toronæis, & prope vrbem iam fuisse, sed accepto nuntio in itinere de capta vrbe, sese recepisse.

345.A Πελοποννήσιον. Vt τὸ ἑλληνικόν, ἀντὶ τοῦ, οἱ πελοποννήσιοι.

Εἷλον δὲ καὶ πάνακτον. Addit Bœotios potitos per proditionem, Panacto castello Atheniensium in finibus Atticæ.

B Φαίαξ δέ. Redit ad res Siculas, & ad ea, quæ Ath. sub idem tempus gesserunt cum Siculis amicis, & sociis, narrat legationem missam ab Athen. in Siciliam, quæ sociis ciuitatibus, & aliis persuaderet vt ferrent auxilium populo Leontino, qui à nobilitate premebatur. Exponit simul seditionis causas.

Leontini post factā compositionem, arma deposita, & discessum Atheniensium, multos vndiq; ascitos, ad ius ciuitatis admiserunt: & de agro diuidendo cogitare cœperunt. Nobiles & potentes id subodorati, accitis Syracusanis, plebem vrbe expellunt: ipsi cum Syracusanis inita pactione Syracusas migrant deserta patria. Sed tēporis progressu eorum nonnulli non contenti eo rerum statu, deserunt Syracusas, & castellis quibusdam in agro Leontino occupatis, ibi sedes ponunt: ad quos ma- A gna pars plebis, quæ antea diuersis locis vagata fuerat, re audita confluit: & cōiunctis viribus bellum gerebant aduersus nobiles, ea re nuntiata Atheniensibus, missa est legatio, quæ hortaretur socios & amicos vt ferrent auxilium populari Leontinorum factioni. Hæc iam explicat Thucydides.

Μετὰ τὴν ξύμβασιν. Post compositionem factam authore Hermocrate ad Gelam.

Ἐπεγράψαντο. Ad ciuitatis ius asciuerunt, admiserunt. Ἐπιγράφεσθαι: quia nomina eorum scribeban- B tur, & in tabulas publicas referebantur.

Ἀναδάσασθαι. Diuidere viritim, hinc ἀναδασμὸς γῆς.

Οἱ δὲ δυνατοί. Eorum enim res agebatur, qui multa prædia & fundos habebant, quos nolebāt diuidi, & dari aliis.

Ἐπλανήθησαν. Fusi errauerunt, vagati sunt quò C quemque sors tulit.

Ἐρημώσαντες. Hæc ita sunt distinguenda: ἐρημώσαντες, συγκλείσαντες, &c. vastata vrbe: desolata vrbe.

Ἐπὶ πολιτείᾳ. Ius adepti ciuitatis: ea conditione, vt ciues essent.

Διὰ τὸ μὴ ἀρέσκεσθαι. Quia non probabant eum rerum statum.

Φωκαίας: ἄλλως φωκεαῖς. ἀπολιπόντες, digressi.

Βρικιννίας: ἄλλως βρικιννιαῖς. βρικιννία πόλις σικελίας, Στέφ.

Καταστάντες ἐπολέμουν. Ex locis munitis bellum gerere cœperunt.

Εἴπως: τὸ ἑξῆς διασώσειαν. Si fortè conseruarēt &c. D

Συγκαλουσίων. Ratio: vt resisterent incrementis Syracusanorum, qui potentiam quærebant.

Ὁ δὲ φαίαξ. Euenta legationis prosequitur. 346.A

Οὐκέτι δὲ ἐπὶ τοὺς ἄλλους. Ad cæteros nō perrexit, quia res ei ad Gelam non successerat, &c.

Σικελῶν. Quamuis omnes incolæ insulæ σικελοὶ appellarentur, tamen ex hoc Thucydidis loco licet colligere ciuitates quasdam peculiarem hanc appellationem meruisse. Illud etiam σημειῶσαι, aliud esse σικελὸν, aliud σικελιώτην κυρίως, vt Ἰταλός, Ἰταλιώτης: nam qui nomen statim ab ipso authore acceperūt, E hi σικελοὶ, & ἰταλοὶ propriè: qui verò postea eōdē venerunt, & nomen hoc impositum inuenerunt, hi σικελιῶται dicti sunt. Indigenæ igitur σικελοὶ & Ἰταλοὶ, aduenæ σικελιῶται, & Ἰταλιῶται. Scholiastes igitur fallitur, qui dicit Σικελιώτας vocari Græcos, qui in ea erant, Σικελοὺς verò barbaros, qui in ea erant. Idē etiam περὶ τῶν Ἰταλιωτῶν, καὶ τῶν Ἰταλῶν tradit. Sæpe tamen hoc discrimen negligitur, vt ex variis huius libri locis, & aliis colligi potest.

Κατάνη. Ei mons Ætna imminet: hinc fuit Cha- F rondas celebris legislator Ath.

Ἐν δὲ τῇ παρακομιδῇ. Nonnulla Phæacis officia attingit, quę inter eundum & redeūdum fecit. Dum in Siciliam præteruehitur, & inde redit, egit etiam cum nonnullis Italiæ ciuitatibus de amicitia cum Atheniensibus ineunda.

Ἐχρημάτιζεν. Egit iam: aliâs alia significat.

Καὶ Λοκρῶν ἐντυγχάνει. Narrat Thucydides Phęacē B incidisse in Locros quosdam, quos ob superiores iniurias poterat vlcisci: sed tamē manus ab illis abs- G tinuisse. Commendat itaque clàm eius temperantiam: sed simul docet, vnde venirēt, & qua de causa venirent.

Messenij (quos Laur. valla vocat Mamertinos) post reconciliationem factam inter Siculos authore Hermocrate, seditione laborārunt: altera factio acciuit Locros; itaque Locri miserunt

auxilia, quæ vrbem Messenem aliquando tenuerunt: sed tunc ex vrbe pulsa in Phæacen redeuntem in Græciam inciderunt. Μεσσηνίων] L.V. hos sæpe Mamertinos vocat, aliàs Messenios. Sed à Messene, quæ erat in Pelopóneso, ciues Messenij sunt dicti, à Messana, quæ est in Sicilia, (quæ discriminis statuendi causa sic appellata.) Messanenses primùm dicti. Postea verò, cùm Mamertini è Campania colonos eò misissent, ipsi quoque Mamertini sunt vocati. Hos tamē modò Mamertinos, modò Messenios, modò Messanios, modò Messanenses à variis interpretibus appellatos reperias. Quare ne nos quidem ab his appellationibus nimis religiosè censemus abstinendum. Æ.P.

Ἐποίκοις. Inter ἐποίκοις & ἀποίκοις magnum est discrimen. ἄποικοι, mittuntur à ciuitate aliqua coloni, deducente aliquo coloniam: ἔποικοι non ita, nam neque à quoquam mittuntur, neque aliquo deducente: & ἄποικοι sunt multi, ἔποικοι pauci, & vnus, aut alter interdum.

Μόνοι γὰρ τῶν ξυμμάχων. Hęc est ratio cur licuerit ei vim Locris afferre: quia facta reconciliatione iam inter Siculos, & socios omnes, cæteri fœdere complexi fuerint etiam Athenienses, soli Locri eorum amicitiam recusauerint.

C Οὐκ ἐσπείσαντο. Fœdus cum illis non inierant.

Ἰτωνέας. Ἰτώνη πόλις Ἰταλίας, Στέφανος. Sed Thucydides Ἰτῶνα vocat.

Μελαίους. Nusquam reperio μελαίους Locris fuisse finitimos.

Ὁ δὲ Κλέων. Redit ad Cleonem, qui suscepta nauigatione cursum ad Amphipolim direxerat. demonstrat eum ad Eïonem peruenisse: & ibi sedem belli posuisse.

D Βρασίδας δέ. Docet cōsilia Cleonis Brasidæ non ignota fuisse: itaque eum castris positis ad Cerdylium extra Amphipolim occasionem pugnæ expectasse. eaque demum oblata, Cleonem superasse, & exercitum Ath. profligâsse: quáquam & ipse cecidit. Hæc est summa. Sed duo illa notantur diligenter à Thucydide, prudentia & vigilantia Brasidæ, qui omnia consilia hostium obseruaret; & temeritas Cleonis, qui eò stultè progressus fuerit, vnde receptus tutò nō daretur: nec voluerit expectare auxilia: nec respexerit quocum imperatore sibi res esset. itaq; facilè fusus & profligatus est.

Ἀντικάθητο δὲ αὐτός. Castra & ipse opposita habebat.

Καὶ κατεφαίνετο. Ergo erat in loco edito, & natura etiam munito.

347.A Ἠδῶνας. Ἠδωνοὶ Στεφ. καὶ ἠδωνεῖς, καὶ ἠδωνιάτας.

Μυρκινίων. μύρκινος, ἡ δὲ μυρκινία πόλις παρὰ στρυμόνι.

B Ὁ δὲ κλέων. Docet Cleonem victum vocibus militum, castra mouisse, & accessisse ad Amphipolim collemque occupasse naturâ munitum illum quidem; sed qui parum illi profuit. Nam vbi copiæ hostium in conspectum venerunt, Cleon, qui tunc prœlio abhorrebat, dat signum receptui: atque ita desertis locis superioribus, & perturbatis ordinibus, fugiens opprimitur à copiis Brasidæis.

Τῇ ἕδρᾳ. Cùm grauarentur diuturna commoratione, diuturna mora.

Τὴν ἐκείνου ἡγεμονίαν. τὸ ἑξῆς μετ' οἵας ἀνεπιστημοσύνης, &c. αὐτὴ τε, ἡ ἐκείνου ἡγεμονία. Reputantibus quale futurū esset eius imperium, quàm imperitum, quàm ignauum, & aduersus quàm peritum, & quàm fortem imperatorem. Collatio, id est, cōferentes imperitiam rei militaris, & ignauiam Cleonis, cum peritia & fortitudine Brasidæ.

Οἵαν. θαυμαστικῶς.

—Cùm tu supplex in rebus egenis

Quas gentes Italûm, aut quas non oraueris vrbes? Virg. Æn. 6.

Ἀναλαβὼν) (ἕδρα. Motis castris.

C Καὶ ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ. Et eadem temeritate vsus est, qua olim ad Pylum. Quæ fuit illa temeritas? pollicitus fuerat intra viginti dies, se aut viuos adducturum Spartanos, aut in insula Sphacteria interempturum. Hoc erat furiosum de re futura & incerta tantum polliceri. Itaque author eo loco dixit, καὶ τοῦ κλέωνος, καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις, ἀπέβη. Simili temeritate hîc vtitur. Persuasum habet neminem prodituru contrà, minimeque id ausurum: se verò per otium contemplaturum vrbis situm, & sine prœlio cum libuerit inde rediturum, quò fuerat progressus.

Καὶ τὴν μείζω παρασκευήν. Aliud temeritatis argumentum. Expectabat maiores apparatus, & auxilia, non vt hostem superaret: sed vt Amphipolin circuniecta multitudine copiarum expugnaret.

Τῷ ἀσφαλεῖ. τῇ ἀσφαλείᾳ, id est, firmissimis copiis.

Τὸ λιμνῶδες. Restagnationem, stagna.

348.A Ὁ δὲ Βρασίδας. Occupauerat Brasidas locum editiorem (vt suprà demonstratum est) ex quo, quasi ex aliqua specula specularetur, & obseruaret quæcunque ab Atheniensibus gererentur. Itaq; cùm eos iam vidisset castra mouere non expectatis auxiliis, descendit in vrbem: parat eruptionem: confirmat suas copias: atque ita Cleonem, dum se recipit, adortus, fundit & fugat.

D Non prodit contra acie instructa, diffisus suis copiis.

Δεδιὼς: ἀπιστῶν. Sed habet τὸ περὶ ὀμμάτων.

Τῷ ἀξιώματι. Sed dignitate & pręstantia. χωλιαστής, τῇ δυνάμει.

Καθαρόν. Merę, id est, nullis admixtis peregrinis, Scholiastes. ἴσως βέλτιον, lectæ, non mixtæ ex omni genere ciuium, peritorum, imperitorum, valentium, ægrotantium, &c. Hic sensus mihi magis arridet: nam paulò pòst ait, καὶ λημνίων.

E Ἰμβρίων. ἴμβρος. Insula sacra Cabiris, & Mercurio, qui ἴμβρος λέγεται ὑπὸ τῶν μακάρων Στεφ.

B Εἰ γὰρ δείξει. Consilia Brasidæ explicat. Si suam aciem hosti ostendisset, intelligebat eam contemptum iri, tum quia numero non erat superior, tum quia genere armorum non erat instructior, sin ex improuiso eum adortus esset, & suæ aciei vitia occulta fore, & rei nouitatem hostes perterrefacturam.

F Ἀναγκαίαν. Id est, vilem & cōtemptibilem, quam necessitas ministret, vt sunt scuta ex viminibus, galeæ ex pellibus, &c.

Ἢ ἄνευ προόψεως. Id est, quàm si clàm, & non palàm cum hoste conflixisset: sed ex aduerbiis orationem integram constituit, quàm si in conspectum hostis se nō dedisset, & in eius contemptionem venisset αὐτὶ τοῦ, ἐκ τῆς ἀφανοῦς, non conspectis antè, sine spectatione, & contemptione propter id, quod erat, id est, propter veritatem paucitatis, καὶ τῆς ἀναγκαίας ὁπλίσεως. Magis, quàm non conspectis, & non contemtis propterea suis copiis.

G Ἀπολεξάμενος οὖν. Rationem initam à Brasida de aggrediendis hostibus iam explicat Thucydides. Delegit sibi paruam armatorū manum: reliquum exer-

exercitum Clearidæ relinquit. Quid sui consilij sit, ostendit: Confirmato deinde exercitu, ad eruptionem se comparat.

Οὐκ ἂν ὁμοίως. Nũquam posthac sperans tam bellam occasionem sibi oblatum iri, vt hostem nudatum penitus auxiliis aggrederetur.

BRASIDÆ CONCIO.

Ἄνδρες Πελοποννήσιοι. Partim docet, partim hortatur suas copias Brasidas. Explicat primo loco suum consilium. Docet cur ita constituerit hostem ex improuiso aggredi: hortatur deinde eos, vt animis sint ad eam rem parati, & pristinæ virtutis memores, libertatem sibi, & cæteris Græcis stabiliant.

Procœmium habet breuem laudationem, & conciliationem auditorum, & continet capita huius concionis, appellat milites viros fortes & liberos propter virtutem, qua semper seruitutem à se propulsârunt. itaque statim in ipso procœmio innuit & strenuè aggrediendos esse hostes, & libertatem summa contentione retinendam. Addit etiam facultatem obtinendæ victoriæ significatione gentis Doriensium. Ipsos enim esse Dorienses, aduersarios Ionas, id est, (vt erat opinio illorum temporum) molles, & effœminatos.

Ἀπὸ μὲν οἵας χώρας: ἔμφασις. Sufficiat paucis declaratum illud, nos esse ex eo agro, qui propter virtutem liber perpetuò est: & esse Dorienses, aduersarios verò Ionas, quos longè virtute superatis. Id est, non morabor vos longa oratione, vt moneam nos esse Peloponnesios, &c. παράλειψις.

Τὸ εὔψυχον. τὴν εὐψυχίαν. Ergo pristinæ virtutis estote memores.

Ἐλευθέρας. Ergo retinenda libertas.

Εἰωθότι. Laudatio breuis.

Τὴν δὲ ἐπιχείρησιν. Ingreditur in causam, propositio docebo vos meum cõsilium, qua ratione habeam in animo hostem aggredi.

Ἵνα μή. Ratio: nec rei nouitate permoti, quòd pauci mecum, non omnes in hostem sitis irruptionem facturi, timidè rem aggrediamini.

Τοὺς γὰρ ἐναντίους. Hæc est series sententiarum naturalis & directa, sed inuersa est artificiosè à Thucydide. Habeo in animo hostem referentem pedem aggredi cum ea manu, quã ipse delegi, Clearidam interea eruptione facta subsequi, & facere in hostes impressionem. Ratio: quia coniicio hostem huc progressum nimia sui fiducia, & contemtione nostri, neminem sibi occursurum sperantem. Confirmatio à signo: Idcirco video eum se ad locorum situm contemplandum dedisse.

Conclusio: Quare dum imparatus est, & animo confidens, remissus, & languidus eum aggredi cogito, dum suas reducit copias. Hic est ordo: sed est inuersus κατὰ μέθοδον παραβολῆς. Quod artificium non solùm auget orationem, sed etiam reddit simul probabiliorem. Ἑρμογ.

349. A Ἀτάκτως. Nullis seruatis ordinibus, facilitas rei peragendæ.

Ὀλιγωρεῖν. Securos esse.

Ὅστις δὲ τὰς τοιαύτας. Ad illud occurrit: turpe est hostem oscitantẽ dolo & fallacia circumuenire. Αὐσις per inficiationem. Imò non est turpe, sed honestum, & habet gloriam: & est imperatoris obseruare diligenter eiusmodi errata hostium: atque ita siue clàm, siue palàm hoc fiat, hostes adoriri nihil refert. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?* Virg. 2. Æn.

Ἢ ἐκ τοῦ περὶ τὸ παρὸν ξυμφέροντος. Quàm pro eo, ac in præsentia expedit.

Πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο. Ei res plurimum succedunt.

Κλέμματα. Belli furta, id est, fallaciæ. Ὅμηρος, κλέπτε νόῳ. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου: τὸ μὲν πεῖναι περὶ τὸν κλέμμα μὲν Φιλίππου.

Πρὶν ξυνταχθῆναι. Priùs quàm colligant animum.

Προσκείμενον. Fecisse impressionem, hoc respondet τῷ προσπεσοῦμαι.

Φοβηθῆναι μάλιστα. Maximo pauore affectum iri.

Τὸ γὰρ ἐπιόν. Qui enim pugnæ superueniunt, hi terribiliores hosti sunt, quàm qui iam conflixerũt: nouæ copiæ, quæ hosti pugnanti se ostendunt, &c.

Καὶ αὐτός. Huc vsque docuit quid sui esset consilij: iam hortatur & ducem Clearidem, & milites: illum, vt virum fortem se præbeat, sicuti decet Spartanum; socios, vt sequantur lubenter, & pareant imperio, & libertatem cùm sibi, tum cæteris Græcis constituant.

Καὶ νομίσατε εἶναι. Et existimate boni militis esse, velle, & erubescere, & obtemperare atque parere suis ducibus: id est, alacritatem ad pugnas ineundas, erubescentiam, & turpitudinem horreat, honestatem, & gloriam amplexetur, & obediẽtiam. Nam si velit, & turpitudine non moueatur, interdum non faciet suum officium: si erubescat, sed nolit, multò minùs: si velit & erubescat, & tamen non pareat, errabit facilè.

Τοῦ καλῶς πολεμεῖν. Ἐναλλαγή. τῶν καλῶς πολεμούντων.

Ὑπάρχειν. Existere, nasci, oriri.

Δούλοις. Repete κεκλῆσθαι. τὸ δὲ ἑξῆς, καὶ δουλείαν χαλεπωτέραν ὑπάρχειν.

Ἢν τὰ ἄριστα πράξητε. συγχώρησις, & λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Quanuis optima conditione vobiscum actum fuerit: id est, quanuis in seruitutem re non abstrahamini, aut capitis supplicio plectamini.

Χαλεπωτέραν. Duriorem.

Τοῖς δὲ λοιποῖς. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, νομίσατε ὑπάρχειν. Futurum existimate, vt cæteros Græcos impediatis, quo minùs fiant liberi. ἀντὶ τοῦ, τοὺς δὲ λοιποὺς Ἕλληνας κωλύσειν ἐλευθερωθῆναι. 350. A

Ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς. Petit, vt mollitie animi abiecta, viri sint fortes, proponit iterum præmia, suum ipse pollicetur officium.

Μαλακισθῆτε: μαλακία. Mollities animi. μαλακίζεσθαι, mollem & effœminatum esse: interdum morbum significat mulierum prægnantium, quo fit, vt appetant res alioqui non esculentas, vt carbones, terram, lucernarum funalia, & alia id genus.

Περὶ ὧν. De libertate adipiscenda, de seruitute fugienda.

Οὐ παραινέσαι οἷός τε ὤν. Ostendam me esse eũ, qui nõ magis alios oratione sui officij moneam, quàm ipse factis eadem præstem, quæ requiro in aliis: id est, probabo vobis meam operam, non oratione tantùm in cohortandis aliis, sed factis & virtute: id, quod præstitit.

Τῷ δὲ Κλέωνι. Transit ad Cleonem, demonstrat allatum ei nuntium de istiusmodi apparatu hostium, dum ipse spectatum vrbis situm venisset.

Φανεροῦ γενομένου αὐτοῦ. Conspectus enim fuerat, τὸ ἑξῆς, καὶ ταῦτα πράσσοντος.

Θυομένου. Immolante.

Ἐπιφανεῖ οὔσῃ ἔξωθεν. Quę conspici poterat extrinsecus.

Τὸ ἑξῆς ἀγγέλλεται, ὅτι ἥ τε στρατιά.

Ἵππων πόδες: αὔξησιν ἔχει: ἀντὶ τοῦ, ἵπποι.

Τοὺς βοηθοὺς: ἀντὶ τοῦ, τὰς βοηθείας.

Καὶ οἰόμενος. Id eſt, quanuis putaret ſe viſum iri reducentem ſuas copias: quòd, quaſi dicat, periculoſum eſt, dat enim animos hoſti, ſuis terrorem affert.

Σημαίνειν. Signum receptui dari iube.

Καὶ παρήγγελλεν. Et præcepit.

Ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας. Militaris locutio ἀπιέναι ἐπὶ τὸ &c. ἢ ὑπάγειν ἐπὶ τὸ, &c. ita abire, vt ſiniſtrū cornu præeat, dextrum ſequatur.

Ὥσπερ μόνον. Qua ratione tantùm id fieri licebat.

Ὡς δ' αὐτῷ ἐδόκει. Sed cùm lentiùs fieri videretur, ipſe conuerſo dextro cornu, & dato tergo, exercitum abducere cœpit. Carpit imperitiam, & ignauiam Cleonis.

Κατὰ τοῦτο. Admonet ſuos Braſidas de fuga hoſtium, & ad eruptionem hortatur.

Δηλοῖ δέ. Signis militaribus facit fidem. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Ἔθει δρόμῳ. Curſu contendit recta via.

Ἰόντι. Qui iter faciat eâ, quâ munitio firma eſt: abſolutus datiuus: qui rectè poteſt verti etiam per ſecundam perſonam. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι ἐς τὸν ἰόνιον κόλπον.

351. A Τῇ σφετέρᾳ ἀταξίᾳ. Sua perturbatione, & confuſione.

Ἐπεφέρετο. Ferebatur contrà.

Τὸ δὲ δεξιὸν &c. ἔμενέ τι μᾶλλον, ἀντὶ τοῦ. Minùs fugiebat: id eſt, non tam præcipiti fugæ ſe mandauerat.

Καὶ ὁ μὲν Κλέων. In fuga Cleonem à milite quodam Myrcinio interemptum docet Thucydides.

Ὡς τὸ πρῶτον. Ita vt principiò ſecum conſtituerat, prœlio non eſſe dimicandum, ſed fugam arripiendam.

Οἱ δὲ αὐτοῦ. Docet grauem armaturam Cleonis in colle globo facto, Clearidam, & eius copias bis, atque adeò ter irruentes propuliſſe: ſed ipſam quoque tandem circunuentam equitatu, ac milite cetrato, & copia telorum infeſtatam dediſſe ſe in fugam.

Ἐνέδοσαν) (ἡμιωνοῦς. Ceſſerunt.

Οἱ δὲ τὸν βρασίδαν. Redit ad eos, qui ſuſtulerāt Braſidam vulneratum lethali vulnere, & ex prœlio exportauerant. Docet eos in vrbem abſportaſſe ſpirantem adhuc illum, addit eum audiſſe victoriam ſuorum, & paulò pòſt animam efflaſſe.

Οὐ πολὺ δὲ διαλιπών. Non multò interiecto ſpatio.

Ἐπιτελεύτησαν: Expirauit. Allato nuntio Spartam de eius obitu, ferunt matrem percontatam qualis in acie fuiſſet: & cùm nuntius reſpondiſſet eum optimè omnium Lacedæmoniorum, & fortiſſimè ſeſe geſſiſſe, matrem addidiſſe, ſe quoque credere filium virum fuiſſe fortem: ſed tamen Spartanos multos reperiri, qui longè virtute eum ſuperarent. Id cùm magiſtratus audiſſent, honoribus eam ornarunt publicè, quòd publicam laudem priuatæ, atque ſuæ antepoſuiſſet.

Μετὰ δὲ ταῦτα. Narrat Braſidæ ſepulturam & funus magnificè curatum: & honores ei decretos ab Amphipolitanis.

Περιέρξαντες. L. V. circumſtantes. Fr. P. ſepto circundantes. Cùm ſepto circundediſſent.

352. A Ἐντέμνουσι. Vt heroi parentarunt.

Εἴ τι μνημόσυνον. Siquid monumenti erat conſeruaturum memoriam coloniæ ab eo deductæ.

Θεραπεύοντες. Colentes.

Τὸν δὲ ἅγνωνα. Nam ſi pergerent Agnoni eiuſmodi honores tribuere, eam rem neq; ex vſu ſibi, neq; iucundam fore intelligebant.

Διὰ τὸ μὴ ἐκ παρατάξεως: ἀπολογία. Cur tam pauci ceciderunt? quia non iuſto prœlio dimicatum.

Ἀπὸ δὲ τοιαύτης ξυντυχίας. Sed caſu eiuſmodi res geſta eſt, ſcilicet, vt perterriti fuerint antea hoſtes: id eſt, ἀλλ' ὅτι ἔτυχεν αὐτοὺς προεκφοβηθῆναι.

προεκφοβήσεως. ἀντὶ τοῦ, προφοβηθέντων τῶν πολεμίων.

Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Narrat nouas copias à Lacedæmoniis miſſas Braſidæ: ſed moratas in itinere, potuiſſe peruenire in Thraciam: itaque commiſſo interea prœlio, Braſidaq; extincto, & Theſſalis tranſitu prohibentibus, rediſſe Spartam.

Τραχῖνι. Ab Hercule condita in monte OEta, ita vocata ab aſperitate. Extat fabula Sophoclis Τραχίνιαι.

Καθίσταντο. Moderabantur, conſtituebant, & quæ non probabant, ea mutabant. Hoc poteſt referri & ad iura & inſtituta ciuitatis, & ad munitiones & præſidium eiuſdem.

Πιερίου. Pieria regio in Theſſalia, à Piero, qui regnauit ibi, & fuit pater puellarum, quæ cum Muſis de cantu certārunt.

Νομίσαντες. Quatuor afferrt cauſas reuerſionis. quia non erat opus ſupplemento iſto: quia Athenienſes victi prœlio diſceſſerant: quia minus idoneos ſe iudicabant eſſe, qui ea exequerentur, quæ Braſidas animo conceperat: quia denique intelligebant Lacedæmonios ad pacem propenſos.

Ξυνέβη τε εὐθύς. Quia pacis mentionem fecit, addit iam, vtroſque, & Lacedæmonios, & Athenienſeis animum ad pacem conuertiſſe poſt prœlium commiſſum ad Amphipolim, & poſt Rhamphiæ reditum.

Πιστὴν ἐλπίδα. Certam ſpem, id eſt, & diffidentes 353. A iam ſuis opibus.

Σφάλματα. Offenſiones.

Οἱ δ' αὖ λακεδαιμόνιοι. Explicat etiam conſilia Lacedæmoniorum, quibus adducti, pacem expetebant, quia eos ſua fefellit opinio, eò quòd cladem illam inſignem acceperant ad Pylum: quia fines eorum latrociniis infeſtabantur: quia Cythera inſula oppoſita ab hoſtibus tenebatur: quia verebantur ſeruitia: quia inſtabat tempus, quo fœdus initum cum Argiuis iam exibat: quia denique ſuſpicabantur nonnullas ciuitates Peloponneſias à ſe defectionem facturas, & ad Argiuos tranſituras.

Ἀποβαίνοντος τοῦ πολέμου. Quia belli euētus erat præter opinionem.

Ἐν ᾧ. In quo bello, ſi fines tātùm Athenienſium vaſtaſſent, ſperabant intra paucos annos eos debellatum iri.

Περιπεσόντες δέ. Quia in eam calamitatem inciderant ad inſulam Sphacteriam, quam Sparta nunquam acceperat, id eſt, tum propter maximam cladem, & qualem nunquam Reſpub. eorum acceperat, quæ res eorum ad inſulam Sphacteriam attriuit.

Αὐτομολούντων. Tum quia ſeruitia tranſibant ad hoſtes, & ab iis, qui in vrbe remanebāt, vehementer ſibi metuebant.

Προσδοκίας. Plerunque in bonam partem: iam in malam accipitur.

Τοῖς ἔξω πίσυνοι. Confirmatio, vt etiam πρὸς τὰ παρόντα σφίσιν.

Ὥσπερ

Ωσπερ ἐπὶ πρότερον. Cùm ingenti terræ motu vrbs A eorum quassata, & ruina Taygeti bona ex parte oppressa, nam paulò pòst seruitia ἐπανέστησαν, & αἱ Θουριᾶται defectionem fecerunt: εἵλωτες ad Ithomen arcem Messeniam secessione facta consederunt.

Νεωτερίσωσι. Nouas res molirentur.

Ξυνέβαινε δέ. Huc accedebat, quòd fœdus tricennale cum Argiuis ictum iam exibat: & intelligebant Argiuos noua fœdera non esse facturos, nisi ager Cynurius ipsis fuisset restitutus: itaque intelligebant se fore impares, qui simul cum vtrisque B bellum gererent, cum Atheniensibus scilicet, & Argiuis.

Κυνουρίας. Κυνουρία πόλις Αργους, à Cynuro filio Persei, Στεφ. Παυσ. ἐν τοῖς λακωνικοῖς.

D Ταῦτ' οὖν ἀμφοτέροις. Conclusio: Hæc igitur vtrisque reputantibus, placuit agere de compositione.

Ομοίως σφίσι ξυγγενεῖς. Et necessarij ipsorum, & cognati ὅμοιοι nobiles, qui pari dignitate sunt, ὁμότιμοι Persis. fortasse ὁμοίως propter parem dignitatē, vt innuat causam τῆς ξυγγενείας. C

Ηρξαντο μὲν οὖν. Memor sui Thucyd. & eorum, quæ scripsit libro quarto, memorat nunc cœptum esse agi de compositione statim post viros captos: sed stetisse per Athenienses quominus res transigeretur.

345. A Καταλύεσθαι. Bellum deponere.

Σφαλέντων δ' αὐτῶν. Commendat Thucyd. factum Lacedæmoniorum: vituperat latenter Athenienses: illos pacis, hos belli studiosos ostendit: per Athenienses stetisse paulò antè docuit, quominus D pax fieret: hîc docet Lacedæmonios nihilominus perseuerâsse, ac perstitisse in proposito: itaque obseruata occasione, iterum egisse de compositione, & annuas inducias fecisse sperantes interea fore, vt pacem diuturniorem facerent.

Σφαλέντων. Occasio. Lapsis, clade affectis, superatis.

Επειδὴ δέ. Alteram notat occasionem, qua sunt adductæ vtræque ciuitates vt pacem facerent, hęc fuit, clades Atheniēsium ad Amphipolim, & mors E Brasidæ, & Cleonis, qui erant acerrimi pacis aduersarij.

Διὰ τὸ εὐτυχεῖν. Propter secundum rerum successum.

B Ο δ', ὁ Κλέων. Quia pacatis rebus sua flagitia detectum iri, & suam auctoritatem in obtrectando imminutum iri putabat.

Καταφανέστερος εἶναι κακουργῶν. Suas fraudes fore manifestas, detectum iri.

Τότε δ' ἑκατέρα τῇ πόλει. A contrariis, Brasidas & F Cleon pacis aduersarij sublati. Plistoanax rex Lacedæm. & Nicias dux Atheniensium pacis auctores successerunt. Et affert causas.

Εὖ φερόμενος. In re militari felicissimus.

Νικίας μέν. Quia florentem fortunam, qua tum erat, volebat conseruare, & liberare cùm se, tum suos ciues bellicis laboribus, & nomen ac gloriam de se posteritati relinquere: Plistoanax, vt inimicorum calumniis se liberaret.

Απαθὴς ὤν. Illæsus, integra fama, & existima- G tione.

Ηξιοῦτο. Authoritatem obtinebat.

Καὶ ἔς τε τὸ αὐτίκα. Et in præsentia liberare tum se ipsum tum suos ciues, & in posterum famam & nomen sibi relinquere, sibi parare.

Παῦσαι. Finem facere.

Παῦσαι. Liberare. C

Τῷ μέλλοντι χρόνῳ: μετωνυμία.

Ονομα, fama. Virg. Ecl. 5. *Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt.*

Ως οὐδὲν σφήλας. Quòd nullum detrimentū Reip. attulisset, quòd in nullum discrimen Remp. adduxisset.

Νομίζων ἐκ τοῦ ἀκινδύνου. Quod ita demum posse contingere existimabat si nihil periculi subiretur.

Καὶ ὅστις. Et ei, qui fortunam non periclitaretur.

Το δ' ἀκίνδυνον. ἀμφιβολογία.

Πλειστοάναξ δέ. Explicauit suprà Thucydides consilia Niciæ, quibus adductus ad pacem propensus esset: iam demonstrat vicissim consilia Plistoanactis, quibus impulsus ipse quoque pacem expetiuerit. Cupiebat (inquit) vitare calumnias inimicorum & æmulorum, qui dabant crimini, quòd ab exilio per fraudem in patriam rediisset.

Duxerat olim Plistoanax exercitum in Atticam, decimo tertio anno ante bellum hoc, (libro secundo) eumq; statim reduxerat: vt suspicio non abesset, quin pecunia corruptus hoc ita fecisset. quare maiestatis accusatus, damnatus est, & dum esset in exilio, curauit per fratrem Aristoclem vt in patriam reuocaretur. quanuis verò reuocatus fuisset, tamen eius inimici criminabantur eum neque ritè, neque ordine, sed per dolum fuisse restitutum. Subornasse enim vatem Delphici oraculi pecunia, vt ea daret responsa Lacedæmoniis, quibus adducti eum reuocauerint: vide Pausan. ἐν τοῖς λακωνικοῖς. Iam quoties aliquid cladis in bello Lacedæmonij accipiebant, inimici regis astutè interpretabantur fieri eius causâ, qui vitio reuocatus esset. Si itaque nullum fuisset bellum, nullæ etiam clades bellicæ accidissent: itaque ita nullus locus inimicorum calumniis datus fuisset. Hanc igitur ob rem Plistoanax paci studebat.

Ες ἐνθυμίαν προβαλλόμενος. Et quasi religio obiectus, vel oblatus, προβάλλειν τινὰ τινὶ ἐς ἐνθυμίαν: iniicere religionem alicui de aliquo, id est, metum deorum propter aliquem. Ενθύμιον, quod ciet in animis religionem. ποιεῖσθαι ἐνθύμιον, habere religioni.

Παρανομηθῆναι. Qui vitio factus esset: contra leges ciuitatis, quæ sordes, & corruptelas non admittunt.

Θεωροῖς. Qui rem diuinam curabant, & pu- D blicè mittebantur, vt sacra facerent, vel vt oraculum consulerent, θεωροὶ dicebantur.

σπέρμα. Semen, id est, oriundum.

Διὸς υἱοῦ. πλούταρχος, περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν πυθίαν: iubebat oraculum vt reuocarent ab exilio Plistoanactem, quem appellabat semen semidei Iouis filij, id est, Herculis: quia reges, nisi ex genere Heraclidarum, non creabantur: iubebat (inquam) vt eum reuocarent ab exilio: quod ni facerent, annonæ caritatem, & famem illis minabatur. Σημειῶσαι, soluta oratione datum responsum: qua de Plutarchus in eo opusculo περὶ τοῦ μὴ χρᾶν, &c.

Αργυρέᾳ εὐλάκᾳ. Argenteo vomere araturos, vel 355. A ligone terram fossuros. δυσχερῶς: id est, non esse araturos terram propter caritatem scilicet instrumētorum, ac ferramentorum. quis enim emat vo-

merem, aut ligonem argenteum? Ab antecedenti A consequens intelligitur, qui enim terram non arat, is nullas fruges colligit. Est itaque hoc, pro, fame laboraturos esse.

Χρόνῳ δέ. Progressu temporis. ἔτει ἑνὸς δέοντι εἰκοστῷ. Perperam autem ἔτη pro ἔτει legitur.

Προτρέψαι. τὴν πρόμαντιν. Incitasse, impulisse.

Λύκαιον. Mons Arcadiæ. Strabo lib. 8. 169. τιμᾶται δὲ ἐπὶ μικρὸν καὶ τὸ τοῦ λυκαίου Διὸς ἱερὸν κατὰ τὸ λύκαιον ὄρος.

Δοκοῦσαν μετὰ δώρων. Propter suspicionem sordium. B

Ημισυ τῆς οἰκίας. Tanquã ad asylum eò confugerat. Sacram autem puto istam quoque partem fuisse, non βέβηλον, vt Scholiastes dicit.

Καθίσαντο. Creabant.

Αχθόμενος οὖν. Redit ad propositum.

B Ανεπίληπτος. Non ita se fore opportunum, ac obnoxium calumniis inimicorum.

Πολέμου δὲ καθεστῶτος. A contrariis: belli autem temporibus.

Καὶ πρὸς τὸ ἔαρ ἤδη. Stratagema memorat & astum, quo Lacedæmonij impulerunt Athenienses ad pacem faciendam. Disseminârunt rumorem se ineunte vere extructuros in agro Attico munitiones & castella, vnde Athenienses oppugnarent: & dimissis nuntiis solicitabant ciuitates Peloponnesias, & socias, vt ad eam rem se compararent: vt videlicet Athenienses re audita terrerentur, & ad pacem faciendam impellerentur. Commendat verò Thucydides latenter Lacedæmonios, vt pacis studiosissimos.

Προεπανεσείσθη. Intentatus fuit, ostẽtatus fuit apparatus. ἡ μεταφορὰ à tormentis, & armis bellicis, quorum quassatione terrerentur aduersarij, vt est illud Virg. lib. 8. Æneidos:

——Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem, cùm sæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimbosq́ue cieret.

id est, exeunte hyeme Lacedæmonij circummissis nuntiis imperabant singulis ciuitatibus sociis apparatus ad extruendas munitiones.

Παρασκευή. Fabri ferrarij, lapidarij carpentarij, ferramenta, pecunia, commeatus, &c. περιαγγελλομένη: per nuntios passim significata.

C Εσακούοιεν. Dicto essent audientes.

Καὶ ἐπειδὴ ξυνεχώρει το. Et cùm in colloquiis iam inter eos conueniret post multa vltro, citroque vtrorumque postulata.

Ανταπαιτούντων. Repetentibus Atheniensibus scilicet vicissim. μεσότης.

356. A Ωμόσαντο τάδε. Iureiurando affirmârunt hæc, quæ sequuntur.

Σπονδὰς ἐποιήσαντο. Egregia formula fœderis, in quo primæ conditiones pertinent ad sacra & diuina: reliquæ ad res humanas & profanas. Primo loco constituitur, vt liceat cuilibet liberè, & sine metu terra marique adire templa, & oracula publica, & immolare patrio instituto: secundo loco, vt fœdus sit sanctum & sincerum ad quinquagesimum vsque annum: tertio & postremo loco statuuntur conditiones de vi non inferenda mutuò: de retinendis restituendisve oppidis, castellis, & captiuis. Hæc sunt capita: Loco procemij præposita & facta mentio fœderis, & eorum, qui fœdus inter se feriunt, vt sit δηλωτικὸν τοῦ πράγματος: totum fœdus versatur ἐν τῇ σαφηνείᾳ.

Κατὰ τάδε. Istis conditionibus.

Ιερῶν: templa iam. θύειν, καὶ ἰέναι, πρότερον.

Τὸ δὲ ἱερῶν. Ista conditio præcipua est addita propter authoritatem Delphici oraculi.

Καὶ Δελφούς. Tam vrbem, quàm incolas intelligit. nam idem τῶν Δελφῶν nomen & vrbi, & incolis erat.

Αὐτοτελεῖς. Immunes omnis tributi. αὐτοτελής: qui habet ius imponendi tributum.

Αὐτοδίκους. Et suo vtantur iure in decidendis controuersiis tum vrbanis, tum rusticanis.

Ετη δὲ ν. Definitur tempus fœderis. B

Αδόλους: Syncera, καὶ ἀβλαβεῖς, & innoxia.

Οπλα δὲ μὴ ἐξέστω. Explicat τὸ ἀβλαβεῖς. Ius non esto.

Επὶ πημονῇ. Interdum enim afferuntur arma venalia hinc inde, quæ non sunt ἐπὶ πημονῇ. Feruntur etiã arma à viatoribus, & iis, qui officij gratia prosequũtur aliquem, sed non ἐπὶ πημονῇ: damni dandi causa.

Μήτε τέχνῃ. Explicat τὸ ἀδόλους. Τέχνη nunc in malam partem accipitur fallaciis. Teren. ἐν τῇ ἑαυτὸν τιμωρουμ. falli te sinas technis per seruulum. C

Μηχανῇ. Fraude structa, machinamento, vt Liuius.

Ορκοις. Conditiones fœderis iam intelligit: sed ἀορίστως. C

Τὸν φόρον: 460. talenta.

Ην δὲ Αθηναῖοι. Exceptio. D

Μηκυβερναίους. Μηκύβερνα πόλις παλλήνης τῆς ἐν θράκῃ χερρονήσου. Steph.

Σαναίους. σάνη πόλις θράκης μεταξὺ ἄθω, καὶ παλλήνης· ὁ πολίτης σάνιος, σηναῖος. Steph. D

Σιγγαίους. σίγγος πόλις περὶ τὸν Αθω, σίγγιος ὁ πολίτης, καὶ σιγγαῖος Steph.

Πτελεόν. πόλις θεσσαλίας, ἣν καὶ Ιωνίας, ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας. ὁ πολίτης πτελεάσιος, καὶ πτελεεύς. Stephan. πτελέα, vlmus. 357. A

Στερμυλίων: στερμυλία, ἢ στερμύλιον πόλις περὶ τὸν ἄθω.

Καὶ τὸν ἄλλων πόλεων. Quæ scilicet sunt in eorum ditione.

Κατὰ πόλεις. Apud singulas ciuitates sociorũ Lacedæmoniorum. E

Εμμένω: ἴσως ἐμμενῶ, vt in illo ὅρκῳ τῶν ἐφήβων, οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερά, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην ὅτῳ ἂν στοιχήσω· ἀμυνῶ δὲ ὑπὲρ ἱερῶν. καὶ ὑπὲρ ὁσίων, &c. Stobęus περὶ πολιτείας. C

στήλας, Cippos, στῆσαι. agnominatio.

Ολυμπιάσιν. ἀντὶ τοῦ, ἐν ὀλυμπίᾳ. Ad perpetuam rei memoriam statuebantur eiusmodi cippi, id est, in locis celeberrimis Græciæ.

Αμυκλαίῳ: Αμύκλαι oppidum Laconicum vnum τῶν ρ'. ab Amycla filio Lacedæmonis. Hîc verò templum Apollinis Amyclæi, quod Spartæ erat intelligendum, vt infra patet. F

εἰ δέ τι ἀμνημονοῦσιν. Addebant cõditionem siquid obliuione præteritum fuisset, vel omnino vel ex parte. De eo verò fas & ius vtrisque esse, vt habita disceptatione id mutarent.

Λόγοις δικαίοις χρωμένοις. Recta ratio allata.

Αρχει δὲ τῶν σπονδῶν. Notatur tempus ab Ephoris, & Archonte. Pausan. in Laconicis. D

Αρτεμίσιος. ὁ μαΐος κατὰ μακεδονίας. Vicesima octaua Maij. G

Ελαφηβολιῶνος. Februarij vicesima tertia die.

Τῶν ἀστικῶν. Nam erant minora Dionysia, quæ Autumni tempore celebrabantur.

Αὐτοδεκαετῶν. Integro decennio exacto, & paucis dieb. elapsis. αὐτοδεκαετῶν. Nouatũ ex cõiunctione.

Παραιν-

Παρενεγκουσῶν. Præteruectis, id est, elapsis.

Η ὡς: ἐνδιαγή: αἱτὴ τῶ ἔξω, καινοπρεπῶς.

Σκοπείτω δέ τις. Admonet Thucydides lectores, vt obseruēt tempora, quæ ipse præstituit, & eam sequantur rationem in notandis annis istius belli, non autem respiciant ad magistratus, qui in singulis ciuitatibus creabantur: & à quibus anni apud singulas notabantur. Hoc enim esse incertum & fallax: illam superiorem rationem esse certam & minimè dubiam.

Σκοπείτω: τὸν πόλεμον δηλονότι, καὶ τὰ ἔτη.

Τοὺς χρόνους, τὰ θέρη, καὶ τοὺς χειμῶνας, quod ipse definiuit, lib. 2. Γέγραπται δὲ ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρος, καὶ χειμῶνα.

Καὶ μή: τὸ ἑξῆς, καὶ μὴ σκοπείτω τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων τῶν ἑκασταχοῦ ἀρχόντων, ἢ σημαινόντων ἀπὸ τιμῆς τινος. πιστεύσας μᾶλλον ἐς τὰ προγεγραμμένα: non respiciat seriem nominum, τῶν ἀρχόντων Atheniensium, vel aliorum in aliis ciuitatibus magistratum, & plus habeat fidei rebus gestis.

Αρχόντων: ab Archontibus anni notabantur Athenis, vt Romæ à consulibus.

Σημαινόντων: τοὺς χρόνους δηλονότι.

Απὸ τιμῆς τινος. Propter aliquos honores. ἐφορείαν puta apud Lacedæmonios, βοιωταρχίαν, apud Bœotos, Δημιουργίαν apud Achæos, &c. sacerdotia etiam, vt apud Argiuos, & Amphictyonas.

Οὐ γὰρ ἀκριβές ἐστιν. Illa enim ratio non certa est: quibúsnam ineuntibus vel gerentibus magistratum, adde etiam deponentibus res quæque gesta sit.

Αρχομένοις. Ineuntibus, auspicantibus magistratum scilicet.

Μεσοῦσι: τὴν ἀρχήν. Medium magistratum iam gerentibus.

Καὶ ὅπως ἔτυχε. Et qualibet alia ratione: nam inter initium & finem magistratus dari possunt alia discrimina præter duo iam dicta.

Οὐ γὰρ ἀκριβές. Quamobrem incertum? quia, exempli gratiâ, Athenis dum Archon init magistratum, interdum moritur: alter succedit. Historici igitur, qui notant tempora, alij notabunt ab eo, qui mortuus est: alij ab eo qui successit: atque ita nascitur confusio. nam cùm annuus esset Archontum magistratus, lectores historiæ illius alij anno pòst: atque ita labentur in errorem.

Sed quærat quis: cur igitur tu, ô Thucidides, qui probas istam legem, & requiris eam in aliis, initio secundi libri notasti tempus Chrysidos sacerdotio, Anesiæ Ephori magistratu Spartæ, & Pythodori Archontis, Athenis.

Solutio est facilis. Primùm, non ea conditione statuitur ista lex, vt non liceat historico interdum notare tempora semel istiusmodi magistratibus: deinde ita secutus est Thucydides hanc notandi rationem, vt sui etiam instituti eo loco non fuerit oblitus. nam notauit æstatem, & ver primi anni, & decimumquintum annum tricennalis fœderis, quod ruptum est: deinde ad speciem & magnificentiam (quia initia belli auspicabatur) addidit etiam illam rationem, vt notaret magistratibus.

Videtur autem carpere latenter historicos suorum temporum nonnullos, qui erat nimium diligentes in ea re, nec attendebant quid incommodi inde proficisceretur.

Κατὰ θέρη δέ. Sed annos computans per singulas æstates & hyemes (vt iam à nobis demonstratum est) comperiet decem æstates, &c. id est, decem annos hoc primum bellum durasse, quandoquidem annum constat ex partibus istis.

Ωσπερ γέγραπται. Libro secundo in principio.

Εχοντος τὴν δύναμιν. Id est, cum constet.

Εξ ἡμισείας ἑκατέρου. Ex vtraque ista parte dimidiata. Illud ἐξ ἡμισείας referendum ad annum, non ad æstates, aut hyemes. ἡμίσεια ἑκατέρου: αἱτὴ τοῦ, ἑκάτερον ἥμισυ, τὸ πλῆρες μέρος. Tota æstas vnam dimidiam anni partem constituit, tota hyems alteram. ex his duabus integer annus constat. nam cum æstate autumnus, cum hyeme ver coniugitur, ac ita nobis res est accipienda, nec aliter annus esset integer.

Λακεδαιμόνιοι δέ: τὸ ἑξῆς, αὗται αἱ σπονδαί, λακεδ. δέ. Narrat Lacedæmonios statim captiuos hostium, quos habebant, dimisisse. misisse in Thraciam legatos, qui restituerent Amphipolim, & cæteras vrbes, quas Brasidas vel vi, vel deditione facta ceperat. Sed Clearidam, qui præerat Amphipoli, non paruisse.

Ελαχον γάρ. Vtri prius restituerent, sortibus commissum fuisse docet. sortem autem exisse, vt Lacedæmonij priores restituerent.

Ως εἴρηται ἑκάστοις. Vt alij scilicet liberi, & sui iuris essent: tributum ab Aristide impositum penderet.

Επιτηδείας. οὐ δικαίας. Paulò pòst.

Ελθὼν δὲ αὐτός. Veritus est Clearidas ne magistratus Lacedæmoniorum indignè ferrent restitutionem non factam, præsertim prementibus causam eius legatis. Itaque venit Spartam, tum vt se purgaret magistratibus, tum vt tentaret, si pacis conditiones mutari possent.

Κατειλημμένας. Firmata, sancita, comprobata. ἡ μεταφορὰ à rebus corporeis, quæ certo loco deprehenduntur ac premuntur.

Οἱ δὲ ξύμμαχοι. Aderant socij cæteri, qui iussi à Lacedæmoniis acciperent pacis conditiones, hoc recusârunt.

Νομίζοντες. Archiuos per se sine Atheniensibus non timebant: cæteros, Peloponnesios quieturos, & ab armis sibi temperaturos sperabant.

Επανανεοῦσθαι. Fœdus renouare.

Νομίζοντες αὐτούς. ἐπανάληψις.

Οὐ δεινούς. Non formidabiles.

Πρὸς γὰρ ἂν τοὺς Αθηναίους. A contrariis. Nam si licuisset illis, cum Atheniensibus se coniunxissent: iam verò non licuisset, quoniam Athenienses amici & socij futuri erant Lacedæmoniorum.

Ξύμμαχοι ἔσονται: προοίμιον δηλωτικὸν τοῦ πράγματος.

Λακεδαιμόνιοι. Adde καὶ Αθηναῖοι.

Οπῃ ἂν δύνωνται ἰσχυρότατα. Quàm poterunt acerrima.

Κατὰ τὸ δυνατόν. Correctio: pro viribus.

Καὶ κακῶς πάσχειν. Et bello persequendam.

Αμα. Simul deponant bellum, &c. Scholiastes. καταλύειν τὴν πόλιν τὴν ἐπελθοῦσαν: euertant eam simul &c.

Η δουλεία. Seruitia. οἱ εἵλωτες. Verebantur Lacedæmonij ne seruitia solicitata defectionem facerent, & in se insurgerent.

B Υακίνθια. Ludi in honorem Hyacinthi filij Lacedæmonis: qui triduum celebrabantur. Αθηναῖος libro 4.69.

Παρ' Ἀπόλλωνι, ἐν Αμυκλαίῳ. Quia loca eiusmodi sanctiora, religiosioraq; erant: vt etiam ea religione continerentur vtrique in fide, & officio.

Ην δέ τι δοκῇ: αἱ ξύμπραι φρουλὰς σοφώτεραι. Ευελπίδης Ιππολύτῳ. Poterat itaque venire in mentem vtrisq; aliqua conditio melior: quare relinquebāt locum, & facultatem mutandi conditiones, addendi, ac demendi.

D Αὕτη ἡ ξυμμαχία: ἐπιλογίζεται. Et notat diligenter tempus, quo facta est societas.

Καὶ τοὺς ἄνδρας. Hos omni priuârunt honore, veriti ne nouas res molirentur: deinde in integrum restituerunt.

Τὰ δέκα ἔτη, ὁ πρῶτος πόλεμος: αὐτὸ τὸ, τὰ δέκα ἔτη τοῦ πολέμου. paulò pòst vocat δεκαετῆ πόλεμον.

361.A Επὶ πλειστόλα. Notat etiam hîc magistratus Athen. & Laced. sed ita notat, vt sui instituti non obliuiscatur, & eius rationis, quam certiorem iudicat in notandis temporibus. æstatis scilicet & hyemis. nam paulò superiùs dixit, ἐπὶ θέρος ἦρχε.

Οἱ δὲ Κορίνθιοι. Nouos Græcorum motus suscipit explicādos: ex quibus bellum redintegratum. Orditur à primis huius motus initiis, & persequitur diligenter eius progressus, media, & penè extrema. Narrat Corinthios, & nonnullas aliàs Peloponnesi ciuitates non contentas istis pacis conditionibus conatas esse eas labefactare, itaq; nouos motus ortos.

Διεκίνουν. Concutiebant, id est, labefactare & diruere conabantur. Metaphora à re militari, milites enim diruturi murum, eum solent quassare, &c. vel à priuata re.

Καὶ ἅμα καὶ. Duplex ergo motus.

Καὶ ἐπὶ ἓξ ἔτη. Quandiu durauerit hoc fœdus vtcunque iam notat, sex annos, & menses decem.

B Μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν. Qua conditione durauerit, ostendit.

Εξωθεν δέ. Extra fines maximis afficiebant detrimētis alij alios: hoc est, amicos & socios substrahēdo, vectigalia minuendo, & alia id genus faciendo.

Μετ' ἀνακωχῆς. Propter incertum & dubium fœdus.

Μέχρις οὗ. Hoc Xenephon est persecutus lib. 2. τῶν ἑλληνικῶν.

C Ετη δ' ἐς τοῦτο. ξενοφῶν, τελευτῶντος τοῦ θέρους, εἰς ὃ ὁ ἐξάμηνος, καὶ ὀκτὼ, καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα, &c.

Καὶ τὴν διὰ μέσου. Occurrit ad illud, quod poterat obiici, spatium illud à primo decennio prioris belli ad initium vsque posterioris belli propter inducias & societatem factam non esse appellandum: imò (inquit) bellum est appellandum illud quoq;, si rectè iudicaueris.

Ως δῄρηται. Vt explicatum est à nobis.

D Πολέμιοι. Alij Lacedæmonij, alij scilicet Athenienses.

Εκεχειρίαν δεχήμερον. Hic locus ita accipiendus. Bœotij (vt vidimus) non acceperant pacis conditiones: & tamen (vt mihi fit verisimile) impetrauerant ab Athen. vt siquid vtrisque commercij esset, & vltro citroque commeandum, vel ex Bœotia in Atticam, vel ex Attica in Bœotiam, induciæ decemdiales essent, id est, liceret vtrisque impune sua agere negotia per decem dies. alioqui quódnam fœdus fuisset istud decemdiale? vult itaque Thu-

A cydides colligere ex hoc signo non fœdus, sed bellum potius illud fuisse.

Καὶ τοῖς ἀπὸ χρησμῶν. Postremum argumentum: qui istius belli diuturnitate freti oraculis aliquid crediderunt, vt alia multa aliis de rebus falsò affirmauerint, hoc certè constanter, & continenter prædicarunt: bellum scilicet duraturum, &c.

Μόνον. Vt alia non ita: ἐχυρῶς ξυμβαν: euenisse certum. 362.A

Αεὶ γὰρ ἔγωγε. Interponit suum iudicium, & explicat superiorem clausulam.

B Επεβίων δέ. Quærit authoritatem & fidem suæ historiæ (vt fecit in prologo) tum ex eo, quòd illis temporibus vixerit, quib[9] bellum gestum est: tum ex eo, quòd studij plurimùm adhibuerit in eo scribendo; tum ex eo, quòd otij satis habuerit, dum exularet. Aderat igitur ei, & voluntas, & facultas.

Αἰσθανόμενος. Scholia Latina, sensibus integris, vel vegetis præditus. F. P. ἐπεβίων τῇ ἡλικίᾳ αἰσθανόμενος.

Τὴν οὖν μετὰ τὰ δέκα. Propositio. B

C Επειδὴ γὰρ αἱ πεντηκοντέτεις σπονδαί. Summa: Exponit Corinthios venisse Argos: docuisse Argiuos, fœdus & societatem istam initam inter Athen. & Laced. insidiosam esse, & libertati Peloponnesi valde dubiam: curandum itaque esse Argiuis, & prospiciendum, nequid Respub. Peloponnesiorum detrimenti caperet. Hæc est summa: sed notatur tempus diligenter: & periodus est longior, vsq; ad, καὶ οἱ μὲν Κορίνθιοι.

Καὶ δίκας ἴσας, καὶ ὁμοίας. Et pari vtitur iure. Δίκας C

D διδόναι, de reo dicitur: offerre se iudicio) (δίκας λαμβάνειν, de actore dicitur.

Επιμαχεῖν. Verbum Thucydideum. συμμαχεῖν τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς, καὶ φίλους νομίζειν, ἐπιμαχεῖν, est ferre auxilium sociis, si quis infestet eos. Lib. 1. D

Αποδεῖξαι δέ. In statu populari vix quicquam secretò potest, &c. itaque Corinthij contendebant, vt pauci deligerentur cum summa potestate, quorum arbitrio ea res permitteretur.

Τοῦ μὴ καταφανεῖς. Ne ij, qui populū in suam sen-

E tentiam non traxissent, detegerentur.

Εφασαν δέ. In spem adducebant successus rerum. 363.A

Εδέξαντό τι. Quo consilio adducti Argiui hoc ita B fecerint, explicat: metu belli impendentis, & spe futuri imperij.

Κατὰ γὰρ τὸν χρόνον τοῦτον: αἰτιολογία. Malè enim audiebant Lacedæmonij, & propter clades acceptas despiciebantur: Argiui contrà florebant opibus.

Αριστα ἔσχον. Erant omnibus rebus instructissimi, peditatu, equitatu, pecunia, &c.

F Εκκαρπωσάμενοι. Sua vectigalia perceperant, vel C amplificauerant, abundabant pecunia ex vectigalibus perceptis.

Κατεστραπτο ὑπήκοον: αὐτὸ τὸ, κατεστραφὲν ἐγένετο ὑπήκοον. Subacta in eorum cessit ditionem.

Επειδὴ καὶ σχολὴν ἦγον. Quandoquidem à bello cessabant: præsertim non occupatos bello.

Πρὸς τοὺς Αργείους ἐτράποντο. Secuti sunt amicitiam Argiuorū: ἡ μεταφορὰ ab iis, qui in itinere cùm vi-

G deant alicunde sibi imminere periculum, itinere conuerso, aliò se conferunt, quasi ad portum.

Μεγάλην. Ad opes & potentiam hoc referēdum. D Facultas.

Διάφορον. Inimicam, aduersariam. Voluntas.

Καὶ δημοκρατουμένους. Populari statu administratā.

Αποστάντων δὲ τῶν μαντινέων. Persequitur perturbationem istam rerum Pelopōnesiacarum: demonstrat

strat eius incrementa. Narrat simulatq; Mantinei A defecerunt, cæteras etiam Peloponnesi ciuitates cœpisse tumultuari,& cogitare idem.

364.A Νομίσαντες. Causæ coiecturales: nunquã defecissent Mantinei temerè: sed aliquid acrius, prudentiusq; viderunt, quàm nos, quod secuti sunt,&c.

Γράμμα. Conditio. (esse.

Ευορκον. Fas esse: non cõtra fœdus, & iusiurandũ

Ες ὑποψίαν. In suspicionem adducebat.

Δίκαιον γὰρ εἶναι. Æquum enim fuisse, vt hæc facultas immutandarum conditionum sociis omni- B bus æquè pateret.

B Ὡρμηκότες. Animum appulerant. Ad animum & cogitationem referendum, non ad corpus, vt L. Valla, qui vertit, transierunt.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Redit ad Lacedæmonios, docet eos auditis his rumoribus, & horũ authoribus cognitis misisse legatos Corinthum, questum de istiusmodi iniuriis, & de eo, quòd fœdus recusarét, quod ipsi cum Atheniensibus fecissent.

Διδασκάλους. Authores. μεταφορικῶς, à ludimagi- C stris, qui docent rudiores.

Προκαταλαβεῖν. Occurrere futuro motui, eumq; anteuertere.

Ἠτιῶντο. Expostulabant, tum quòd Argiuos hæc omnia docuissent, tum quòd defectionem cogitarent, fœdus frangerent: pacis denique conditiones iam non acciperent.

Εσήγησιν, εἰσήγησιν, præceptionem, εἰσηγητής præceptor, αἰτία δέ, ὅτι διδάσκαλοι ἐγένοντο τῆς πάντης.

C Εἰρημένον. In fœdere, quod erat inter omnes Peloponnesios cùm disertissimis verbis addita sit in fœdere illa conditio, id ratum esse oportere, quod plerisque sociis placuerit.

Ἢν μή τι. Nisi aliqua religio intercesserit.

Θεῶν, ἢ ἡρώων. Signa, prodigia, &c. id genus, quæ diligenter obseruabant homines veræ religionis expertes. Interdum etiam per calumniam non visa, vel non audita pro visis & auditis referebant, vt fucum facerent plebi imperitæ.

Κορίνθιοι δέ. Docet Corinthios respondisse Lacedæmoniorũ expostulationibus: sed præterisse veras causas, quib. adducti pacis conditiones respuerent: attulisse autem non veras causas: veræ causæ erant, quod Lacedęmonij in faciendo fœdere non procurassent, vt ipsis Soliũ & Anactoriũ oppida restituerẽtur &c. non veræ erant, quia nolebant destituere socios & amicos, qui erant in Thracia.

D Σόλλειον. Κορίνθου πολίχνιον. Steph.

Ανακτόριον. Oppidulum Corinthiorum in ostio sinus Ambracij, quod Athen. per proditionem ceperunt. lib. 4.

Εἴτε τι ἄλλο. Neque aliud, si quo alio se fraudari existimabant.

Ομόσαι γὰρ αὐτοῖς. Duplici enim iurisiurandi religione se teneri.

365. A Οὐκουν παραβαίνειν. Ergo efficiebant se non esse fœdifragos, si fœdus recusarent Atheniensiũ: tũc enim se futuros esse fœdifragos, si violata religione iurisiurandi, & fidei datę illos deseruissent. περὶ τὰ παραβήσεσθαι ἔφασαν τοὺς ὅρκους.

Θεῶν πίστεις. αἰτία δέ, ὅρκους. Schol. ὅτι πίστει. Ευορκεῖν) (ἐπιορκεῖν. Isocr. μηδένα θεὸν ὀμόσῃς μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς. Reos periurij se futuros. Deorũ numina suo periu-

Εκείνοις. Ad θεοὺς referendum. (rio læsuros.

Εἰρηκώς. Exceptione fœderis tuebantur suã causã.

Περὶ δὲ τῆς Αργείων ξυμμαχίας. Quòd ad societatem ineundam cum Argiuis attinebat, se cum amicis deliberaturos responderunt; & nihil nisi rectum, & æquum se esse facturos.

Διαφερόμενοι γάρ. Ratio. (8.150.42. B

Λέπρεον. Oppidũ in agro Messeniaco. Strabo lib. C

Πολέμου γὰρ γενομένου. Fuit olim bellũ inter Lepreatas, & Arcadas nõnullos: Lepreatæ diffisi suis opibus acciuerant Eleos ad auxilium sibi ferendũ, ea conditione, vt dimidiam agri partem, pro quo erat contentio, illis concederent: finito bello, Elei Lepreatis agrum relinquunt: tantũ constituunt certũ stipẽdium, quod Ioui Olympio quotannis penderent. accepta conditione Lepreatæ vsq; ad bellũ istud Peloponnesiacum, stipendium hoc Ioui persoluerant: orto bello, finem soluendi fecerant: at C Elei vrgere, & cogere vt penderent stipendiũ: Lepreatæ fidẽ implorare Lacedæmoniorum: tãdem permissum arbitrium Lacedæmoniis, interea Elei suspicati se ius suum non esse obtenturos, bello illato vastârunt agrum Lepreatarum; tum Lacedæmonij pronuntiarunt Lepreatas liberos, non stipendiarios: Eleos contra damnârunt, & quoniam vadimonium deseruerant, receptis in fidem Lepreatis, miserunt eis præsidium: hanc ob causam Elei permoti, ad Argiuos transierunt. Hęc iam explicat Thucydides.

Μὴ ἴσον ἕξειν. Se non æquũ ius obtenturos, id est, D cũ Lacedæmoniorũ fides in suspicionem venisset.

Οὐδὲν ἧσσον: αἰτία δέ, multò magis, eò magis. 366. A

Τὴν ξυνθήκην. Pacis conditionem: in qua erat disertis verbis, vt ea quisque sociorum retineret finito bello, quæ initio belli possidebat.

Ὡς οὐκ ἴσον ἔχοντες. Vt iniquo arbitrio damnati, quia ius suum non obtinuerant.

Βοιωτοὶ δὲ καὶ μεγαρεῖς. Bœotij & Megarenses verbo B tenus erant idem facturi: sed tamen à re peragenda abstinebant.

Περιορώμενοι. Causæ cur verbo præ se ferrent idem se quoq; esse facturos: & tamen re non præstarent. profitebantur verbo se secuturos Argiuo- E rum amicitiam, quia negligebantur à Lacedæmoniis: re non præstabant quòd profitebantur, propter politiæ, & instituti publici dissimilitudinem. Argiui enim statu populari: illi dominatu paucorum vtebantur.

Δηλιεῖς δέ. Quos in principio huius libri pulsos in- C sula vidimus.

Ενθυμούμενοι. Religioni vertentes: reputantes clades acceptas post eos pulsos. Intelligit cladem acceptam ad Amphipolim: quam interpretabantur F se accepisse propterea quòd homines Apollini sacros suis sedibus expulissent.

Αποστήσοντες. Vt à Lacedæmoniorum societate auerterent.

Μέγα μέρος. Magnam Peloponnesi portionem, siue partem.

Ανέντων τῆς φιλονεικίας. Remiserũt de cõtẽtione. D

Ὀρρωδήσαντες. Ab auibus ἡ μεταφορά. ὄρρος extremam spinæ partem significat, & οἰδεῖν, tumere: quòd ea pars tumeat in columbis, cùm tument. Iul. Pollux G aliter accipit.

Καὶ τἄλλα. Bellum &c. 367. A

Τὰς τε δεχημέρους. Inducias decendiales (vt suprà vidimus) fecerant inter se Athenienses & Bœotij negociatorũ causa, qui vltrò citroq; commeabant. Hortabantur itaque Corinthij Bœotios, vt secum Athenas mitterẽt, qui sibi quoq; easdem inducias

impetrarent: quòd si Athenienses non concederent, inducias eas recusarent, & in posterum fœdus nullum absque se cum Atheniensibus facerent.

Απειπεῖν. Renuntiarēt eis inducias: vt renuntiare alicui hospitium.

Επισχεῖν. Supersedere.

Ξυμβεβήκει σφίσι. Quòd ita conuenisset.

Παῤῥασίους: παῤῥασία πόλις ἀρκαδίας, ἀπὸ παῤῥάσου ἑνὸς τῶν λυκάονος παίδων. Ομηρος: σύμφηλον τ' εἶχον, καὶ παῤῥασίην ἐνέμοντο.

Κυψέλοις: κύψελα, φρούριον μαντινέων ἐν Αρκαδίᾳ, καὶ πόλις θρᾴκης πλησίον τοῦ ἕβρου.

Σκιρῖτιδι: σκίρος ἀρκαδίας κατοικία. Prope Menelaios, & Parrhasios, Steph.

Καὶ τοῦ αὐτοῦ θέρους. Narrat Lacedæmonios eadem æstate donasse libertate seruos, qui secuti Brasidā venerant in Thraciam: permisisseque vt suo arbitratu sedes incolendas deligerent: ac paulò pòst in Lepreo eos collocasse: Spartanos autem captiuos ignominia affecisse.

368.A Τῶν νεοδαμωδῶν: Εἵλωτες. Qui ex ea fortuna, & cōditione ad libertatem vocabantur, & quasi manumittebantur, hi νεοδαμώδεις appellabātur: quasi nuper asciti in ius ciuium. Iul. Pollux lib. 3. Εἵλωτες λακεδαιμονίων, θετταλῶν πενέσται, Κρητῶν κλαρῶται, καὶ μνωῖται, μαριανδυνῶν δωροφόροι, ἀργείων γυμνῆτες, σικυωνίων κορυνηφόροι.

Επὶ τῆς λακωνικῆς, καὶ τῆς ἠλείας. Ergo in confiniis.

Διάφοροι. Hostes.

Ελασσωθήσεσθαί τι. Ne deteriore, quàm cęteri, conditione forent.

Καὶ ὄντες ἐπίτιμοι. Quanuis integra fama, & existimatione essent. L. V. si honoribus vterentur.

Ατίμους ἐποίησαν. Notarunt ignominia: vt neq; ad honores, neque ad publicum consilium aditus eis pateret. Duplex erat gen⁹ ἀτιμίας, grauius, & leuius: illo licebat impunè vel interficere notatū, hoc non ita. Ατιμοι capite diminuti: ἐπίτιμοι, in integrum restituti.

Ατιμίαν δὲ τοιάνδε, ἤ ἤρξαι μήτε ... Vt magistratum nullum gererent: vt nullum ius emendi, vendendive haberent.

Δημοσθένης tertia Philip. ἄρθμιος ὁ πυθώνακτος ὁ ζελείτης, ἄτιμος ἔστω, καὶ πολέμιος. &c. αὐτὸς, καὶ γένος. Et paulò pòst: τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἣν ἄν οὑτωσί τις φήσειεν ἀτιμίαν. &c. ἀλλ' ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις, &c. καὶ ἐναγὴς ἦν τὸ ἀποκτεῖναι, &c. ἐλλειπτικῶς, ἀτιμάζειν.

Κυρίους εἶναι. Scholiastes, τοῦ πρίασθαι, ἢ πωλεῖν. F. P. vt nullam habeant potestatem earum rerum, quas aut emerint, aut vendiderint.

Θύσσον. Oppidū in mōte Atho. Plin. lib. 40. c. 10.

Επιμιξίαι ἦσαν: ἀντὶ τοῦ, ἐπεμίγνυντο. Habebant commercium.

Υπώπτευον δέ. Sed alij aliis erant suspecti.

Λαχόντες. Qui sortito priores erant restituturi Amphipolim.

Λέγοντες ἀεί. Quanquam semper prædicabant. Damnat Lacedæmonios.

Προὔθεντο. Præstituerāt tempus verbo tenus, ὅ θεν προθεσμία. Qui intra diem statutum iudicatū non fecisset, is ὑπερήμερος erat, res ὑπερημερία: αἰτεῖσθαι ὑπερημερίαν, prorogare diem præstitutum.

Ξυγγραφῆς. Iam accipitur pro eo scripto, quo vtebantur in cōtractibus, sine chirographo. Verbo tantùm, non etiam scripto se obligauerant.

Ποιήσασθαι τὰ εἰρημένα. Seruassent conditiones: promissis stetissent.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Assumptiua iuridicialis constitutio. Cōcedebant æquū esse: sed purgabant se necessitate. quæ potuimus seruare, præstitimus.

369.A Ησυχία. A bello cessatio, & vltro citroque commeatio.

Καὶ ἔφοδοι παρ' ἀλλήλους. Et mutui congressus: colloquia.

Τῶν δὲ ἐπιγιγνομένων χειμῶνος. Erant tū apud Lacedæmonios, tū apud Athenienses, qui paci bellū anteponerent, & fœdus ruptum cuperent: qui fuerint isti, & quibus rationibus paulatim fœdus fregerint, hæc omnia suscipit explicanda iam Thucydides. ac primùm demonstrat magistratus Lacedæmoniorū belli cupidos, priuato, non publico consilio persuasisse legatis Bœotiorum, & Corinthiorum, darent operam vt eorum ciuitates inirent amicitiam cum Argiuis, deinde efficerent vt secum etiam societas iniretur: parumq; abfuisse, quin hoc transigeretur: primum (inquam) hoc demonstrat: in quo notat Lacedæmoniorum astum, & ingenia callida; deinde memorat, qui etiam ex Atheniensibus egerint per fraudem, vt fœdus initū cum Lacedæmoniis frangeretur: societas & amicitia inter Argiuos & Athenienses constitueretur.

Εφοροι —— ἄρχοντες ἤδη. ὑπέβαινον.

Παραινοῦντες. L. V. hortantes, vt perfectè earum rerum conditionem cognoscerent, vtque Bœotij, qui priores fuissent socij Argiuorum, F. P. monentes vt in eadem perstarent sententia, darētq; operam, vt Bœotij societate inita cum Argiuis, ita demum se quoq; socios, & amicos adiungerent.

Ταῦτα γιγνώσκειν. Quibus dissentiebant ab Atheniensibus, & inter eos conuenire non poterat.

Ουτω γὰρ ἥκιστα. Consilium est, quo adducti hæc monebant, vt auerterent Bœotios à fœdere Atheniensium.

Ελέσθαι γὰρ λακεδαιμονίους. Lacedæmonios enim lōgè antepositurος amicitiam, & societatem Argiuorū inimicitiis, & fœderis violationi Atheniensium. Hoc est alterum cōsilium: illo superiore volebant auertere Bœotios ab Atheniensium amicitia: hoc sperabant Lacedæmonios antelaturos esse amicitiam Argiuorum amicitiæ, & fœderi Atheniensiū. λύσις τῶν αἱ σπονδαὶ ...ντος. Atqui Lacedæmonij sunt iam pacati cum Atheniensibus λύσις. anteponent Argiuorum societatem amicitiæ Atheniensium.

Τὸ γὰρ Αργος. Habebant. n. exploratū Lacedæmonios cupere vt Argiui constantes essent sibi amici.

370.A Καλῶς. Opportunè, ne bello domestico distraherentur.

Τὸν ἔξω πελοποννήσου. Externū bellū fore sibi leui⁹.

Ρᾶον καταστῶσι. Commodiùs ad bellum aduersus Athenienses descenderent.

Ταῦτα ἐπισταμένοι. Habentes hæc mandata.

Αργείων δὲ δύο ἄνδρες. Casu accidisse, docet Thucydides, vt quod imprimis expetebant Lacedæmonij, id eis per Argiuos ipsos cōtingeret quid expetebant maximè Lacedæmonij? vt Bœotij Corinthijque primùm inirent societatem cum Argiuis. quid deinde? vt etiam ipsi eorum opera ad eādem omnium admitterentur societatem. Hoc ipsum igitur narrat iam Thucydides oblatū illis per summum magistratum Argiuorum. Hoc igitur quasi summum fortunæ beneficium, & memoratu dignum notat: est enim admirabile. Historia verò, quæ continet res magnas, & admirabiles, retinet lectorum animos, & mira delectatione afficit.

Τῆς

Τῆς ἀρχῆς τῆς μεγίστης: οἱ ὀγδοήκοντα, καὶ αἱ ἀρτῦναι. Erat etiam ἡ βουλή.

Κοινῷ λόγῳ χρωμένους. Palàm, & publicè ea de re agentes. Iam enim clàm & priuato consilio agebāt duo isti viri cum Bœotiis.

C Ἤρεσκεν. Erat grata.

371. A Τὰ εἰρημένα προσκαλούμενοι. Ad ea prouocantes, quę duo illi viri postulauerant: de quibus illi egerant.

Ἐν δὲ τούτῳ. Narrat interea τοὺς βοιωτάρχας, Corinthios, Megarenses, & legatos ciuitatum, quæ erant in Thracia, cōmunicatis consiliis constituisse fœdus inter se facere, & religioso iureiurando cauere de ferendis inuicem auxiliis, & iuuandis iis, qui de suo numero ab hoste premerentur: de bello neq; inferendo cuiquā, neq; deponendo, nisi de cōmuni omnium sociorū sententia: sed priusquā fœdus fieret, τοὺς Βοιωτάρχας contulisse ea de re cū quatuor consiliis, quæ summam inter Bœotios habebant potestatem: & cùm illa rem improbassent, incepto destitisse. Βοιωτάρχαι duodecim erant.

Ἐν τῷ παρατυχόντι. Qualibet occasione.

Τῷ δεομένῳ. Egenti auxiliis.

B Δεδιότες. Veriti ne Lacedæmonios offenderent, si cum Corinthiis, qui defecerant ab illis, fœdus ipsi facerent ἀποστᾶσι. Atqui non erant offensuri. Illud enim erat propositum, vt primùm cum Argiuis, deinde etiam cum Lacedæmoniis tandem fœdus fieret & societas. λύσις. Hæc (inquit) consilia nesciebant quatuor illæ βουλαί.

C Ξυνομνύντες. Societatem iureiurando interposito facientes.

D Οἰόμενοι τὴν βουλήν. Consilium exponit, quo adducti βοιωτάρχαι rem suppresserint.

Ἀντέστη. Metaphora à rebus animatis, cùm res non successisset.

Οἱ δὲ βοιωτάρχαι. Exponit Thucydides τοὺς βοιωτάρχας nullam fecisse posteà mentionem societatis ineundæ cum Argiuis, quia prior conatus ipsis non successerat.

Ἀμέλεια δέ τις ἐνῆν, καὶ διατριβὴ τῶν πάντων. Sed incuria, vel negligentia & omnium rerum procrastinatio erat: id est, sed lentè, ac negligenter omnia administrabant procrastinando.

372. A Μετὰ δὲ ταῦτα. Ardebant Lacedæmonij desiderio recuperandæ Pyli. itaque nihil sinebant intentatum, quo voti compotes fierent. miserunt itaq; legatos in Bœotiam petitum Panactum castellum, & captiuos Atheniensium, sperantes his restitutis, se Pylum recuperaturos.

B Εἰρημένον. Quia erat cautum.

Ξυγχέαι. A rebus liquidis metaphora, miscere, confundere. Hoc autem ita dicitur, quia fœdera libationibus peragebantur, & propterea σπονδαὶ vocabantur, ὅρκοι etiam ob iusiurandum, & fidem datam. ἀντὶ τοῦ, διαλῦσαι igitur positum τὸ ξυγχέαι.

Ἅμα δὲ τῷ ἦρι. Docet Argiuos ineunte vere tentasse illos quidem facere societatem cum Lacedæmoniis, sed mora interposita, & controuersiis ortis inter Athenienses & Lacedæmonios, tandem fecisse fœdus cum Atheniensibus. Hæc narrat iam Thucydides: sed primo loco explicat causas, quibus adducti Argiui properauerint inire fœdus cū Lacedæmoniis: deinde ostēdit qua occasione mutauerint sententiam, & ad Atheniensium societatem se conuerterint. Causæ, quæ eos impulerunt, hæ fuerunt, quia Bœotij legatos non mittebant, quemadmodum promiserant, de societate facienda: quia intelligebant Panactum dirui: & societatem initam inter Athenienses, & Lacedæmonios suspicabantur: itaque verebantur, ne destituti & exclusi omnium fœdere, soli relinquerentur, atq; ita res suæ summum in discrimen adducerentur. Hæ igitur fuerunt causæ, &c. Occasio verò, quā inuitati Argiui ad Athenienses se conuerterunt, illa fuit: discordia orta inter Athen. & Lacedæm. ob Panactum dirutum, & alias pacis conditiones, non seruatas.

B Τό τε πάνακτον. Putabant Argiui Bœotios à Lacedæmoniis impulsos Panactum diruisse: ac eorundem authoritate futuros Atheniēsium socios: verebantur igitur ne simul bellum esset gerendum sibi aduersus Laced. Athen. Bœotios, & Tegeatas. hoc enim vix sustinere se posse intelligebant. C

Εἶναι: ἀντὶ τοῦ, ἐξεῖναι. D

Ἐκ τῆς διαφόρου. Propter controuersias, τὸ ἑξῆς, εἰ μὴ μένειαν, &c. ἐκ τῆς διαφόρων.

Ἀπορούντες οὖν ταῦτα. His igitur difficultatibus

C pressi ἀπορούντες ταῦτα, ἢ διὰ ταῦτα.

Ἐν φρονήματι ὄντες. Sed animis elati imperium Peloponnesi se adepturos sperarent, vel persuasum haberent se, &c.

373. A Ἡγούμενοι ἐκ τῶν παρόντων. Existimantes se in otio futuros quibuslibet conditionibus, inito fœdere cum Laced. quàm cōmodissimè fieri poterat pro præsenti rerum statu.

Ἐκ τῶν παρόντων: ἐκ τῶν δυνατῶν. ἐκ τῶν ὄντων etiam, & ἐκ τῶν ἐνόντων. Præsens rerum status postulabat, vt

D acciperent quaslibet pacis conditiones. Causæ antè memoratæ sunt.

Ὅπη ἂν ξυγχωρῇ: ἢ ὁ καιρός, ἢ τὸ πρᾶγμα. Quocunque res caderet: id est, quibuslibet conditionibus.

Καὶ τὸ μὲν πρῶτον. Petebant legati Argiuorum primùm vt controuersia de agro Cynuriaco permitteretur iudicio & arbitris. Quanuis autem non decreuissent pacem facere quibuslibet conditionib⁹, tamen, vt res ex sua dignitate transigeretur, ne in timoris suspicionem venirent, propterea hæc pe-

E tierunt: sed cùm Lacedęmonij recusassent de ea re iudicium, ita pacem impetrârunt, vt aliquando armis de eo agro decerneretur.

Ἐπιτροπὴν δίκης. Causæ arbitrium.

B Θυρέαν. De hoc certamine sunt plura ἐπιγράμματα in 3. lib. τῶν ἐπιγραμμάτων.

Δισσὰ τριηκοσίων τάδε φάσγανα θοῦρος Ἄρης,
Ἐσκέπτεν ἀργείων, καὶ λακεδαιμονίων.
Ἔνθα μάχην ἔτλημεν ἀνάγγελον ἄλλος ἐπ' ἄλλον
Πίπτοντες, θυρέας δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.

F Ἀνθήλην. Apud Stephanum, si codex mendo caret, legitur etiam αἰθήλη.

Ἀλλ' εἰ βούλονται. Supple λεγόντων.

Ἐπηγάγοντο: ὅθεν ἐπαγωγὰ ἔπη. Blanda verba. Allexerunt, quia valebant gratia plurimùm apud eos.

Λακεδαίμονι, καὶ Ἄργει. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

G Διαμάχεσθαι. Armis decernere.

Διώκειν δὲ μὴ ἐξεῖναι. Ius autē non esse persequendi quenquam, aut Lacedæmoniis intra fines Argiuorum, aut Argiuis intra fines Lacedęmoniorum.

G Hæc conditio addita, quia interdum exules, & homines facinorosos vtriq; intra fines vtrorumque persequebantur.

Ἐκέλευον δ' οἱ λακεδαιμόνιοι. Hortati sunt Lacedæmonij legatos, vt priùs quàm fœdus fieret Argos reuerterentur, & fœderis conditiones populo ostenderent, quas si probasset, tum verò reuerte-

rentur ad fidem dandam & accipiendam.

D Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ. Iam accedit Thucydides ad explicandam occasionem, qua adducti Argiui, neglecta societate Laced. ad Athen. sese cõuerterint. Summa est, quia Panacto diruto, & aliis pacis conditionibus non seruatis Athen. ægrè ferebant, & querebantur atq; expostulabant de Lacedæmoniis. Id cùm Argiui essent subodorati, ad eorum amicitiam transierunt.

374.A Ἐπὶ προφάσει Eo prętextu, quòd olim inter Bœotios & Athen. orta de castello controuersia, conuenerat, vt id neutri soli tenerent: sed vtriq; simul agrum illum colerent.

B Δεινὰ ἐποίουν. Vsitatiùs ποιεῖσθαι δεινόν. lib. 1. 12. 42.

Ὀρθόν. Integrum, non dirutum.

Ἐξηπατῆσθαι. Fraude circumuentos.

Ὥς τι χαλεπῶς. Grauiter tulerũt Athenienses Panactum dirutum, non integrum sibi restitutum: præsertim, cùm intelligerent societatem priuatim factam contra conditiones pacis, & alia quædam non præstari, quæ Laced. promiserant. Hæc suprà iam Thucydides addit legatos Lacedæmoniorum propterea dimissos cum responso asperiore: atque ita ob eiusmodi dissidium qui etiam Athenis bellũ paci anteponebãt, nactos occasionem in eam rem incubuisse, vt rumperentur fœdera. fuisse autem docet huius rei authores cùm alios, tum in primis Alcibiadem: & notat simul caussas.

C Διαφορῶν. Dissensionem. Ἡλικία, πλεονασμός.

Ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει: ἀξιώματι δέ. ἴσως ὡς ἐν ἄλλῃ δὲ πόλει οὐδεὶς ἀξιώματι προγόνων, &c.

Φρονήματι. In malam partem nunc: fastu) (L.V. ferocitate spiritus.

Φιλονεικῶν. Contentionis studiosus.

D Πανταχόθεν ἐλασσοῦσθαι. Vndique sibi detrahi, de suo iure detrahi.

Τότε. F.P. τό, τε) (ἐπὶ τὸ οὐ βεβαίους. Inconstantes, incertos.

375.A Ἐξέλωσι σφίσιν. Eximant sibi, id est, adiungant socios, & amicos lectos. Scholia σφίσιν referunt ad Athenienses.

Ἐπειδὴ ἡ διαφορά. Vbi nata dissensio, & animorum alienatio.

Αὐτὸς ξυμπράξοντων. Seque eis adfuturum studiosissime.

Οἱ δὲ Ἀργεῖοι. Docet missam statim legationem Athenas ab Argiuis, simul atque nuntium ab Alcibiade accepissent, & affert caussas: quia cognouerant nullam societatem factam inter Ath. & Bœotios: quia inter Ath. & Laced. orta erat ingens controuersia, & dissensio: quia vetus amicitia inter ipsos, & Athen. erat: quia eodem statu ciuitatis, populari scilicet vtebantur: quia denique magnam in mari habebant potentiam.

Ἐς διαφορὰν μεγάλην καθεστῶτας. In magna dissensione esse cœpisse.

Ἠμέλουν. Non curabant, non mouebantur ea legatione, quam miserant Spartam, vt ageretur de societate ineunda: sed potiùs ad Athenienses animum aduerterunt.

C Δείσαντες: Ἐναλλαγή.

Ἀπολογησόμενοι. Vt se purgarent.

Ὡς οὐκ ἐπὶ κακῷ. Se non fecisse societatem, vt incõmodum ac detrimentũ darent Atheniensibus.

D Καὶ λέγοντες. Itaq; cũ in Senatu hæc dicerent, & illud adderent, se cũ summa venisse potestate de cõponendis omnibus controuersiis, metũ Alcibiadi

A incutiebant, ne &c. id est, efficiebant vt Alcibiades vereretur, ne si ad populum eadem retulissent, plebem alliceret, & Argiui fœdere excluderentur.

Μηχανᾶται δέ. Stratagema, & fraudem Alcibiadis hîc explicat Thucydides. Adit Alcibiades legatos Lacedæmoniorum priuatim. His persuadet vt referant ad populum se non habere summam potestatem de omnibus rebus transigendi, allicit eos falsis pollicitationibus: spondet se, si ita faciant, curaturum vt Pylus illis restitueretur, & reliquæ

B tollerentur controuersiæ: parent legati: & cùm ad populũ hæc retulissent, populus indignari, & molestè ferre. Existimare se falli, ac decipi à Lacedæmoniis, qui aliud in Senatu dixissent, aliud ad populum retulissent: suspectam habere illorum inconstantiã. tũ verò Alcibiades grauis & vehemens in Lacedæmonios inuehi, eosq; exagitare: ita, vt in suam sententiam populum adduxerit, vt cum Argiuis societatem faceret: quam eo ipso die fecisset, nisi religione & terræmotu deterritus fuisset.

C Τοιόνδε τι. Hoc extenuationem, & vituperationem quandam habet.

Πίστιν αὐτοῖς δούς. Periurij latẽter arguit Alcibiadẽ.

Ὥσπερ ἐκεῖνον. Confirmatio.

Καὶ τ' ἄλλα ξυναλλάξειν. Et cæteras controuersias compositurum.

Βουλόμενος δέ. Quo consilio id egerit, ostendit. 376.A

Ἀποστῆσαι. Auertere, abducere à Nicia, cuius erat æmulus.

Διαβαλών. Criminatus eos, & notata eorum in-

D sinceritate, & inconstantia. διαβαλών: illis in inuidiam raptis.

Καταβοῶντος. Clamoribus insectantem audie- B bant, eique morem gerebant.

Ἑτοῖμοι. Erant propensis animis.

Σεισμοῦ δέ. In eiusmodi prodigiis, fas non erat agere cum populo, sed comitia dimittebantur: vt apud Romanos cùm de cœlo seruatum esset, populus dimittebatur. Cic. de Diuin. & alibi.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ. Quanuis & Lacedæmonij legati,

E & Nicias fraude circunuenti fuissent ab Alcibiade, ita vt fides ipsis apud Senatum, atque populum penitus esset abrogata, tamen Nicias impetrauit ab Atheniensibus vt supersederent, neque societatem cum Argiuis inirent, legatos interea Spartam mitterent, & quid propositi ac voluntatis Lacedæmonij haberent, explorarent.

Λέγων. Affirmabat eiusmodi dilationẽ sibi ho- C nestam, Lacedæmoniis verò turpem fore.

Ἐν τῷ σφετέρῳ καλῷ. Cum sua dignitate: καλῷ, αἰτῶ τε,

F ἀξιώματι: id est, si bellũ differatur vobis honestum, illis turpe futurum est. Cur ita? quia vos conseruabitis florentẽ istam fortunam: illi præ metu recusare bellum existimabuntur, & loco lucri ducent si bellum iam faciant.

Ἀπρεπεῖ: αἰτῶ τε, αἰσχύνη.

Σφίσι μὲν γάρ. Sibi enim ex vsu esse florente iam Rep. fortunam istam quàm diutissimè fieri potest, conseruare: illis vero in afflicta fortuna loco lucri fore, si belli fortunam primo quoq; tempore ex-

G periantur. Summa: affirmabat pacem Atheniensibus, bellum Lacedæmoniis expedire.

Εὕρημα εἶναι. Lucri loco esse.

Εἴπερ δίκαιον διανοοῦνται. Si sunt syncero animo.

Εἰπεῖν τι ἐκέλευον. Vt mouerent suo exemplo. D

Ὡς παρεῖναι. Facultas.

Διαβληθῇ. Malè audiret. 377.B

Ἐπι-

C Σπονδάς. Nomina eorum, qui fœdus faciũt, memorantur, tempus notatur, quod erat duraturum fœdus, additur qualitas fœderis, & alia attributa: mox ad conditiones societatis venitur.

D Κατὰ τάδε. Conclusio procœmij.

Καὶ ἦν πολέμιοι. Exponit fœderum & societatis conditiones.

Επαγγέλλωσιν. Significauerint, admonuerint: ὅθεν ἐπαγγελία, q̃ in sacris literis accipitur pro ꝓmissione.

Κατὰ τὸ δυνατόν. Pro facultate, pro viribus.

378. A Καὶ κακῶς πάσχειν. Bello esse persequendam.

B Οπλα δὲ μὴ ἐᾶν ἔχοντας. Altera conditio. Non esse permittendum transitum cuiquã armato per fines sociorũ, terra, marive, nisi ꝑmissu omniũ sociorũ.

Τὴν δίοδον εἶναι. Hic distinguo ὑποδιαστολῇ, vt quæ sequuntur, sint explicatio τῶν πόλεων ἁπασῶν.

Τοῖς δὲ βοηθοῦσιν. Altera conditio.

C Ἡ δὲ πόλις. Sepenumero in magnis societatib⁹ solet oriri controuersia, ad quem potissimũ summa imperij sit deferenda. Hæc controuersia vt tolleretur, additum fuit in conditionibus, vt summam imperij ea ciuitas obtineret, ad quam esset ventum ferendi auxilij gratia, si bellum gereretur in eius finibus: sin gereretur extra, imperium æquè ad omnes socios pertineret.

Ομόσαι δέ. Conditio de exigendo iureiurando. dare fidem.

D Κατὰ ἱερῶν τελείων. In lectas hostias. ὅμηρος, τελειέσσας ἑκατόμβας. In legendis bidentibus mos ille seruabatur, ne caudam aculeatam, ne linguam nigram, ne fissam aurem haberent. Seruius. (στρατηγοῖς.

379. A Ο πολέμαρχος. Tribunus militum, σύμψηφος τοῖς

C Αλλὰ καὶ. Immo paulò antè icto fœdere inter Eleos, Argiuos & Mantineos, ne eius quidẽ (inquit) participes esse voluerunt. Perstringit latenter pertinaciam, & acerbitatem Corinthiorum.

D Καὶ λακεδαιμόνιοι. Et Lacedæmonij aditu ad templum ab Eleis prohibiti fuerunt: propterea quòd mulctam irrogatã non persoluebant. interdictum fuit illis aditu ad templum.

Τὴν δίκην. Hæc erat, vt qui arma tulisset ludorũ, sacrificiorumq; tẽpore, is mulcta afficeretur. mulcta erat, duæ minæ pro singulis militibus.

Εν τῷ ὀλυμπιακῷ. Hoc paulò pòst explicat. Lectio altera. quam afferunt scholia mihi quidem non probatur. Εκ τῷ ὀλυμπιακῷ.

380. A Δισχίλιαι μναῖ. Duo millia coronatorũ. ergo mille fuerant milites.

Ηλεῖοι δὲ. διάλογος. Immo erat fœdus. quòd si non erant σπονδαὶ, erat certè ἐκεχειρία, quod est genus quoddam fœderis.

B Υπελάμβανον. Excipiebant, id est, respondebant.

Χρεὼν εἶναι αὐτοῖς. Oportuisse respondebant Lacedæmonij, priusquam mulctam irrogarent, mittere Spartam, expostulatum de iniuriis, quas se putarent accepisse.

Καὶ ὅπλα οὐδαμόσε. Et arma se in posterũ nulla illaturos spondebãt. partim iuridiciali absoluta nitebãtur Lacedęmonij, partim assumtiua, & eius parte, cõcessione, cuius partes purgatio, & deprecatio.

Ηλεῖοι δέ. At Elei in eadẽ perstabant sententia, vt persuasum haberent factam sibi iniuriam. L. V. illi eadem ratione respondere, non se iniuriosos esse, si non sit sibi creditum.

Εἰ δὲ βούλονται. Duas offerebant cõditiones Elei: aut Lepreum restituerent, (se enim mulctam persoluturos,) aut iurarent coram cœtu Græcorum se in

A posterum persoluturos.

Αφιέναι. Remittere. bita pecunia.

Γίγνεται. Debetur. τὸ γιγνόμενον ἀργύριον, iusta, & de-

C Ομως δὲ οἱ ἠλεῖοι. Veruntamen Elei veriti ne Lacedæmonij per vim sacrificarent, cum armata iuuentute excubias agebant.

D Υπέμενον. Præstolabantur.

Δέος δ᾽ ἐγένετο. Timor autem inuasit omnem cœtum, & frequentiam illã, ne Lacedæmonij armati eò venirent, &c. ξενοφῶν lib. 3. ἑλληνικῶν: ὅτι εἰσῆλθε λείχας στεφανώσων τὸν ἡνίοχον, μαστιγοῦντες αὐτὸν ἄνδρα ἐξήλασαν. & alibi, λείχας μὲν γὰρ ταῖς γυμνοπαιδίαις τοὺς ἐπιδημοῦντας ἐν λακεδαίμονι ξένους ἐδείπνιζε. Pausl. lib. 6. Laced. post Persarum irruptionem in Græciam, equos alendi studio Græcis omnibus præstitere: ἐν τοῖς ἠλιακοῖς.

381. A Πληγὰς ἔλαβεν. Cæsus est.

Καὶ ἀνακηρυχθέντος. Interdictũ fuerat certamine Lacedæmoniis, vt suprà diximus: Lichas tamẽ Laced. venerat ad ludos, & bigas adduxerat: atq; vt ad certamẽ admitteretur se Bœotiũ esse simulauerat: itaq; cũ vicisset, voce ꝑconis pronuntiatũ est bigas Bœotias vicisse. at Lichas, ne fraudaret patriã honore, ꝓdiit in stadiũ, & suũ aurigam coronauit, vt declararet nõ Bœotias, sed Laconicas esse bigas. tum itaq; cõtinuò à ministris, qui sciebant Lacedæmoniis interdictum fuisse ludis, cæsus est. (*Achilles.*

B Δόλοπας. *Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat*

Αἰνειάνας. Αἶνος πόλις θράκης, ἡ ἐν ἀψίνθος. στράβων δὲ erat & apud Locros Ozolas, ἐν κατ᾽ ἔσφον ἐν τὴν εὐφρατίαν. ἐν θετταλίας, περὶ ἧς νῦν.

D Μηλιεῖς: τρία μέρη, παράλιοι, ἱερῆς. τραχίνιοι: lib. 3.

C Προσοικοῦντα γάρ. Quia perpetuæ inimicitiæ erant inter eos. Cõfirmatio: quia Heraclea fuerat cõdita aduersus eas ciuitates. lib. 3. ἐν ὧν ἐπὶ τῇ γῇ ἐκτίζετο.

Φθείροντες. Atterentes.

Ο κνίδιος λακεδαιμόνιος. Κνίδιος puto expũgendum. Nam si Lacedæmonius erat, ex Gnido vrbe Cariæ esse non poterat. Sed ἀπορεία. Paulò pòst fit mentio Hegesippidæ viui vrbe expulsi à Bœotiis. λύσις: suffectum fuisse existimandum est.

E Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου θέρους. Narrat Bœotios ea æstate, quę secuta est, Heracleam in fidem recepisse: & ducem Lacedæmoniorum perperam illas res administrantem expulisse.

D Λακεδαιμόνιοι μέντοι. Bœotij hoc fecerãt, vt Lacedæmoniis gratificarentur. Thucydides docet rem cessisse contrà.

Καὶ τοῦ αὐτοῦ θέρους. Narrat Alcibiadẽ cum parua manu Athenis venisse in Peloponnesum: & adiunctis Peloponnesiorum copiis cùm alia cõstituisse, tum

F adduxisse Patrenses, vt muros vrbis ad mare vsque perducerent, & cùm tentaret alteros muros ducere Rhium versus Achaïcum, prohibitum à Corinthiis fuisse docet.

382. A Διαπορευόμενος. Per mediam Peloponnesum copias ducens. Laudem Alcibiadis hoc habet.

Καθεῖναι. Demittere. Καθειμένος πώγων.

Καὶ οἷς ἐν βλάβῃ. Et quibus ea res erat fraudi.

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ θέρους. Bellum natum inter Argiuos, & Epidaurios memorat.

G Θύματος. Victima, hostia.

Βοταμίων. Mendum est in vocabulo: sed Dauus sum, nõ OEdipus. Ex altera etiã lectione, παραποταμίων, q̃ est in margine codicis H. St. nullũ sensum elicere possum. Expectandum itaq; subsidiũ codicis manuscripti: nisi pro pascuis accipi dicamus, vt L. Valla. παραποταμία πόλις φωκίδος. στεφ.

Κυριώτατοι δὲ. Templum ipsum erat potissimum in potestate Argiuorum.

Ἔδοξε δὲ. Aperit veram causam: Inierant consilium Argiui, & Alcibiades de occupanda Epidauro, duas ob causas. altera, ne à Corinthiis aliquid esset timendum sibi: altera, vt Athenienses ferrent Argiuis auxilium itinere compendiosiore.

C Λύκαιον. Strabo lib. 8. ὄρη δ' ἐπιφανῆ πρὸς τῇ Κυλλήνῃ, Φολόη, καὶ Λύκαιον, καὶ Μαίναλον, καὶ τὸ Παρθένιον καλούμενον καθῆκον ἐπὶ τὴν Ἀργείαν.

Καρνεῖον. Maius, L. V. Καρνεῖος. Pausan. in Laconicis.

B Καλλίμ. αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώιον οὕτω,
Σπάρτη τοι Καρνεῖε τόδε πρώτιστον ἔδεθλον,
Δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης.

Καρνείων ἑορτὴν: Agebant Laced. per nouem dies. singulis diebus nouem immolabant tauros in nouem tabernaculis, quæ σκιάδας vocabant. in singulis tabernaculis nouem viri epulabantur. ita vt in singula tabernacula, & singulos cœtus nouem virorum singuli tauri quotidie darentur, nouem scilicet. idque cùm fieret per nouem dies, efficiebatur vt summa taurorum, qui immolabantur, essent LXXXI. Hoc institutum (inquit Eustathius) præ se ferebat speciem cultus, & vitæ militaris.

Καρνεῖος μὴν. L. V. Maiũ vocat: ego potius Quintile, id est, Iulium esse puto, qui à Syracusanis carnius, à Macedoniis πάνεμος, ἢ πανέμος. Sacra ipsa Κάρνεια.

Ἱερομηνία. Sacra stata. aliâs ἱερομηνία, primus dies mensis, Calendæ.

D Τετράδι φθίνοντος. Quinto Cal. Iulij.

Καὶ ἄγοντες. F. P. quanuis agerent illum diem festum. L. V. & eo die, quantus fuit, itinere facto. Lacedæmonios latenter carpit, vt superstitioni deditos, Argiuos, vt religionis, & cultus deorũ negligentes. Et sanè religio, vel potiùs superstitio sæpe & nimium morabatur Lacedæmonios. Singulis mensibus obseruabant diligentissimè dies mensis primos, vt sacros, eos etiam, quibus Luna erat plena: quo factum est, vt prœlio cõtra Persas in campis Marathoniis interesse nequiuerint: ex quo Athenienses insignem soli cum mille Platæensibus victoriam retulerunt.

383. A Τὸν μῆνα προὐφασίζοντο. L. V. partim illorũ nondum adesse mensem causabantur. F. P. alij causabantur sibi per mensem fas non esse: quia sacer erat Apollini.

Καὶ καθ' ὃν χρόνον. Docet per idem tempus Atheniensium hortatu venisse Mantineam legatos ex diuersis Peloponesi ciuitatib⁹, vt agerent de compositione: sed Corinthios egisse, vt Argiui primũ ab Epidauriorum finibus reuocari arma deponerent suasu eorundem Atheniensium: & cùm de compositione nihil esset transactum, Argiuos iterum rediisse, vastasseque agrum Epidauri.

Ἐφαμίδας: ἴσως εὐφαμίδας.

Ξυγκαθῆσθαι. Conuenisse, consessum hunc fecisse.

B Ἀντιπετάχθαι. Habere castra opposita.

Διαλῦσαι ἀφ' ἑκατέρων. Hinc inde dimittere exercitus.

Πεισθέντες. His probatis.

Καρύας. χωρίον τῆς Λακωνικῆς. στφ. Καρύα.

C Πυθόμενοι δὲ. Expungenda δὲ: & coniungenda hęc clausula cum superiore: alioqui sensus erit absurdissimus. L. V. sed cùm Lacedæmonios in expeditionem exiuisse audissent, suaque opera non amplius opus esse, discesserunt. Hoc sensu quid absurdius? imò res longè aliter se habet. Hæc igitur sunt ita vertenda. Atheniensium mille milites grauiter armati duce Alcibiade auxilium ipsis tulerũt. Cur? quia audierant Lacedæmonios ex suis finibus cum copiis egressos. Sed cùm ipsorum opera opus amplius non esset, abierunt.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Narrat Lacedæmonios misisse Epidauriis mari præsidium: Argiuos id ægrè tulisse, & cum Atheniensibus expostulasse,

B quòd passi essent mari mitti præsidium Epidauriis aduersus se: postulasseq; vt ipsi quoque Pylum reuocarent Messenios, & εἵλωτας: atq; id facilè impetrasse.

Φρουρούς. Milites præsidiarios.

D Γεγραμμένον. ὅπλα δὲ μὴ ἐᾶν ἔχοντας διιέναι πολεμίους διὰ τῆς γῆς τῆς σφετέρας αὐτῶν, καὶ τῶν ξυμμάχων, ὧν ἂν ἄρχωσιν ἑκάτεροι, μηδὲ κατὰ θάλασσαν.

384. A Κεραίων: πόλις Κεφαλληνίας. στφ. Κεραῖνιον ἐθνικῶς.

Τὸν δὲ χειμῶνα. Nihil memoratu dignum ea hyeme gestum, insidias tantùm & incursiones inter Argiuos & Epidaurios factas: sed exeunte hyeme, ineunte vere Argiuos paratis scalis Epidaurũ tentasse: sed re infecta domum se recepisse docet.

C Ἐκ παρασκευῆς. Aperto marte, instructa palàm acie) (ἐνέδραι, καταδρομαί.

Ὡς τύχοιεν. Vt casus tulisset, id est, modò ex his, modò ex illis aliqui desiderabantur.

B Ἐρήμου. Nudata defensoribus propter bellum, quòd eorum copias absumpserat.

D Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Explicat iam Thucydides Lacedæmoniorum expeditionem cõtra Argiuos, quã diligenter describit. docet quo tempore suscepta fuerit: quib. copiis, q̃b. locis: quo modo fuerit progressus exercitus, & tandem in fines Argiuorum peruenerit. Explicat simul causas belli, & exercitus ducum consilia, & alia id genus, quæ suo quæque loco aperiemus.

Ἐπὶ πλέον. Vlterius progressuras, id est, plures ciuitates defectionem facturas, & eas, quæ premebantur, grauius pressum iri.

E Φλιοῦντα: ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα, καὶ Ἀρχαντεία. ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου, ἡ Φλιασία ὅμορος τῆς Σικυωνίας. Pausan.

C Ἅμιπποι. Cæsar lib. primo. Equitum millia erant sex. totidem numero pedites velocissimi, ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos salutis suæ causa delegerant: hi, siquid erat durius, concurrebant: siqui grauiore vulnere accepto, equo deciderant, circumsistebant, siquo erat longiùs prodeundum, aut celeriùs recipiendum, tanta erat

F horum exercitatione celeritas, vt iubis equorum subleuati, cursum adęquarent. Septimo etiã libro.

D Ὡς ἕκαστοι. Cæteri, vt singuli, id est, quo quiq; numero pro copia, & pro suis opibus poterant.

Ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων. Ita vt nihil ab hoste timendum sibi esset, & propterea pars copiarum relinquenda, quæ esset vrbi, & finibus præsidio.

Ἀργεῖοι δὲ. Docet Argiuos tùm demum & ipsos eduxisse exercitum, & obuiam venisse Lacedęmoniis: sed ostẽdit eos serò accepisse nuntium de hostium aduentu.

G Τὸ τε πρότερον: ἐπειδὴ ἐς τὴν Φλιοῦντα, &c.

Προσμίξαι. Coniungere se cum aliis.

385. A Μεθυδρίῳ. Oppidum Arcadiæ, ὁ πολίτης Μεθυδριεύς.

Παρεσκευάζοντο. Ad pugnam se parabant.

Ἅμα ἕῳ. Fortasse hîc distinguendum: sensus erit apertior.

Πρω-

Πρῶτον μέν. Hæsitasse indicat Argiuos quorsum irent, & qua hosti occurrerẽt. in quo latenter carpit Argiuorum imprudentiam.

Τὴν κατὰ Νεμέαν ὁδόν. Ea via, quæ fert Nemeam.

Ἆγις δέ. At Agis non eâ duxit exercitũ: sed alia via ardua, & asperiore, cõmunicata re cum sociis.

Ἰόντες βοηθοῖεν ἐνδιαγῆ, αὐτὶ τῶ, ἴοιεν βοηθοῦντες.

Ἐφεπόμενοι. A tergo insecuti equos admitterent, equitatum immitterent.

Διατάξας. Instructo, digesto in ordines exercitu.

Σάμινθον: σάμικον vicum inuenio in agro Eleo mari proximum. Pauſ. in Eliacis.

Νεμέαν. Vicus in agro Eleo, & ager, quem Dryopes tenuisse feruntur. Steph.

Ἡμέρας ἤδη. Cùm iam eluxisset.

Καὶ Κορινθίων: erat etiam πυλώνης.

Καταβαίνης: οἱ Ἀργεῖοι δηλονότι.

Ἐν μέσῳ δέ. Erant autem Argiui vndique circumuenti & septi hostibus.

Τὸ μὲν οὖν πλῆθος. Quanto in discrimine fuerint Argiui, docet Thucydides: tamen præter vnum & alterum id non sensisse ac vidisse dicit. itaque stupiditatis eos arguit.

Δεινόν. periculosum. ἐν καλῷ: rectè, tutò.

386. B Σπένδεται τέσσαρας μῆνας. Concedit spatium quatuor mensium, fœdus facit in quatuor menses.

Ἐν αἰτίᾳ: dicitur etiam δι' αἰτίας ἔχειν τινά. Incusabant eum grauiter.

Ἐν αἰτίᾳ ἔχον. Quoniam talis occasio victoriæ neglecta erat.

Νομίζοντες: τὸ ἑξῆς ἀπιέναι.

Οὐδὲν δ' ἄξιον τῆς. Itaque cum dedecore.

Στρατόπεδον γάρ. Lectissimus enim, omnibúsque rebus instructissimus omnium superiorum temporum hic exercitus fuit.

Ξυνῆλθεν. Coactus est.

Ἐν ᾧ: χρόνῳ δηλονότι.

Καὶ ἔτοι: ἐλέξησις.

Ἀξιόμαχοι. Pares ad resistendum, virtute pares.

Τῇ Ἀργείων ξυμμαχίᾳ. Complectitur ipsos etiam Archiuos.

387. A Ἀργεῖοι δὲ αὐτοί. Docet Archiuos improbasse factum Thrasylli, & Alciphronis, qui iniussu populi fœdus fecissent.

Χαράδρῳ. Vt torrentis mentionem huius facit Pausanias ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς. erat etiam λιμὴν, ὁ ἐπίνειον κιλικίας, ὁ ποταμός. Στεφ.

Τὰς ἀπὸ στρατείας δίκας. Causas militares cognoscunt, vel habent quæstionem de causis militarib.

Περιγίγνεται. Euadit, seruatur.

Μετὰ δὲ τοῦτο. Venisse paulò pòst narrat Atheniensium auxilia: sed Argiuos primùm nõ ausos rumpere fœdus: postea tamen authore impulsoréque Alcibiade fregisse fœdera, & bellũ redintegrasse.

Πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. Hîc ego distinguo τὰς παρένδεσιν, alioqui sensus esset absurdus.

Ὅμως. Id est, quamuis improbarent ea, quæ iniussu suo facta essent, &c.

Χρηματίσαι: agere cum populo.

Ὅτι οὐκ ὀρθῶς. Accusabat eos, qui contra conditiones fœderis fecissent fœdus cum Laced. sine permissu sociorum. addebat rumpendum esse hoc fœdus.

Ἅπτεσθαι χρῆναι τοῦ πολέμου. Ineundum esse bellum.

Καὶ ὅμηροι. Tum etiam, vt recuperarent obsides Arcadum, quos Lacedæmonij custodiendos Orthomeniis tradiderant.

Οἱ δὲ Ὀρχομένιοι. Docet Orchomenios fecisse deditionem eâ conditione, vt datis obsidibus, & redditis suis, qui erant Arcadum, in societatem admitterentur.

Μετὰ δὲ τοῦτο. Docet ortam dissensionem inter socios de bello inferendo.

388. A Καί τινες αὐτοῖς. Accitos à nonnullis Tegeatis significat, qui deditionem vrbis moliebantur.

Λακεδαιμόνιοι δέ. Demonstrauit suprà parum abfuisse, quin Argiui Thrasillum lapidibus obruerent, propter fœdus factum cum Lacedæmoniis iniussu populi: hîc docet parem ferè calamitatem accidisse Agidi eandem ob causam, quòd tantæ victoriæ occasionem amisisset, & fœdus fecisset re non communicata cum sociis.

Παρασχὸν καλῶς. Oblata opportunitate.

Λαβεῖν. Reperire.

Ἐχαλέπαινον. Indignabantur.

Ἐβούλευον: αὐτὶ τοῦ, ἐβουλεύοντο, deliberabant. βουλευὴν aliâs, esse senatorem.

Παρὰ τὸν τρόπον. Contra suum institutum. Erant enim cunctatores.

Κατασκάψαι. Diruere, solo æquare.

Ἔργῳ ἀγαθῷ. Nouis beneficiis pristinas culpas aboliturum. Cæs. lib. 7. Aliquod incommodum maioribus commodis sanare.

Οἱ δὲ τὴν μὲν ζημίαν. Quamuis Lacedęmonij neque mulctam ipsi irrogassent, neque domum diruissent, tamen tulerunt legem nouam, & inusitatam, in eius contumeliam.

Μηκύνειν τι. Vt nullum haberet ius. hoc erat ei ignominiosissimum.

Ἰέναι κατὰ πόδας. Vt se sequerentur.

389. A Ἐν ᾧ τὸ πρεσβύτερόν τι. In qua parte senes, & iuuenes erant.

Ἀλλὰ τοῖς μέν. Docet variis difficultatibus impeditos socios hos, interesse prœlio non potuisse, breuitate temporis, quo erat veniendum: & interclusis itineribus: quia per hostium fines erat transeundum.

Ἐξ ὀλίγου: δὲ τὸ σύνθημα τοῦ χρόνου. At ἐξαίφνης ἦν.

Ἐγίγνετο: ἡ βοήθεια δηλονότι.

Ξυνέκλειε γάρ: ἡ πολεμία γῆ δηλονότι. Præcludebat illis transitum.

Ἀναλαβόντες. Adiunctis sibi auxiliis Arcadum.

Ὡς εἶδον αὐτούς. Vt in eorum conspectũ venerũt.

Ἐπειδὴ τῶν πρεσβυτέρων. Non cõmissum prœlium docet: sed reuocatum exercitum. vnum enim ex senioribus, qui regi in consilium dati fuerant, obiurgasse Agidem, qui duceret exercitum aduersus collem & incommodũ incommodo vellet curare.

Δηλῶν. Innuens receptum ex Argis, qui crimini dabatur, cui mederi iam volebat intempestiuo isto studio.

Ἐπιβόημα. Inclamationem.

Καὶ ἀφικόμενος. Demonstrat Agidem stratagemate effecisse vt hostes loca superiora desererent, & in planitiem descenderent, & æquo marte secum pugnarent. Erat flumen inter Tegeam, & Mantineam: hoc vtram in partem cursum cõuertisset, magna afferebat incommoda. itaque ipsum modò Mantinei Tegeam versus auertebant, modò Tegeatæ Mantineam versus idem faciebant: hancque ob causam duæ istæ ciuitates sæpius bellum gesserant: hoc flumen Agis iam cœpit ab agro Tegeatico, auertere in agrum Mantineum: quò videlicet hostes eliceret, vt in loca campestria

descenderent, & pari conditione secum signa conferrent.

Εβούλετο δέ. Explicat consilium. τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου. hîc distinguendum.

390.A Καὶ ὁ μὲν τὴν ἡμέραν. Docet Argiuos deserto colle in planitiem descendisse: sed non vt prohiberent hostem ne flumen auerteret, sed quia putabant eum aufugisse. narrat eos primùm miratos receptum hostium: deinde putasse eos aufugisse: itaque cœpisse criminari suos duces, & carpere vocibus, quòd hostem fugientem non insequerentur. duces denique coactos istiusmodi vociferationibus deduxisse copias in planitiem: & cùm incidissent in Lacedæmonios, qui ad vetera castra redibant, prælium commisisse.

Καταπλαγέντες. Obstupefacti.

Εξ ὀλίγου. Ad loci interuallum referendum: repentino receptu in tanta acierum propinquitate. σφεῖς. ποιητικόν.

Ουκ εἶχον ὅ, τι εἰκάζωσιν. Non poterât causam coniecturis assequi.

Εἶτα ἐπειδὴ ἀναχωροῦντες. Deinde cùm & illi ex conspectu se proripuissent, ipsi verò quiescerent, & non insequerentur, &c.

Απεκρύψαν ἑαυτοὺς δηλονότι. Synesius: ὑφ᾽ οὗ τάχυ μὲν τὴν γῆν ἀπεκρύπτομεν. Virg. Æn. 3. *Protinus aerias Phæacum abscondimus arces.*

Καθ᾽ ἡσυχίαν. Nemine insequente. L. V. per eorum cessationem.

Προδιδόντες. Per amplificationem. Definitio. moram illam proditionem appellat.

Εθορυβήθησαν. Territi sunt: timuerunt ne lapidibus obruerentur.

Μάλιστα δὴ Λακεδαιμόνιοι. Perculsos maximè narrat Lacedæmonios repentino hostium conspectu: propter angustias temporis ad instruẽdam aciem.

Μάλιστα ἐς ὃ ἐμέμνηντο. Maximè omniũ temporum, quæ memoria tenerent. magis quàm vnquam antè, quod ipsi meminissent. ἀντὶ τοῦ, ὅσον ἐμέμνηντο. Vel ad suam ipsorum memoriam.

Διὰ βραχείας μελλήσεως. Breui enim mora, vel momento enim temporis erat instruenda acies.

Πολεμάρχοις. Legatos iam, vel tribunos militum ita vocat.

Πεντηκοντῆρσιν. Qui dimidiæ centuriæ præerant.

Ενωμοτάρχαις. Decanis, præfectis decuriarum. ἐνωμοτία, exigua manus militum. δεκάς, vnde δέκαρχος. Erat etiam πεμπάς.

Ενωμοτία. Ordo militaris apud Laced. τὸ τέταρτον μέρος λόχου κατά τινας.

Κατὰ τὰ αὐτά. Eodem ordine, ac tenore procedunt, & citò permeant, à rege scilic. ad Ptolemarchos, &c.

Πλὴν ὀλίγου: τοὺς εἵλωτας intelligit, ni fallor.

Αρχοντες ἀρχόντων. Id est, alij parẽt aliorũ imperiis.

Τὸ ἐπιμελές. Cura rei gerendæ, ἀντὶ τοῦ, ἡ ἐπιμέλεια.

Σκιρῖται. Diod. lib. 15. ὁ δὲ σκιρίτης καλούμενος λόχος παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ ἰδίαν ἔχων σύστασιν, μετὰ τοῦ βασιλέως ἵσταται, καὶ παραβοηθεῖ τοῖς ἀεὶ θλιβομένοις μέρεσι. συνεστὼς δ᾽ ἐξ ἐπιλέκτων ἀνθρώπων, μεγάλας ποιεῖται ῥοπὰς ἐν τοῖς παρατάξεσι, καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αἴτιος γίγνεται τῆς νίκης. Σκῖρος, Αρκαδίας κωμίον.

Καθίσαντο. Collocati sunt. vel, læuum cornu faciebant: læuum cornu obtinebant.

391.A Επὶ σφῶν αὐτῶν. Per se, non permixti aliis.

Νεοδαμώδεις. Hi vtrique in Lepreo constituti fuerant, hoc ipso libro res declarata est.

Τὸ ἔργον. Prœlium. Erat enim in conditionibus, vt in suis cuiusque ciuitatis finibus ipsa ciuitas imperium haberet.

Ασκησιν. Facultatem exercendi.

Κλεωναῖοι. Κλεωναί, oppidum ab Argis distans viginti stadia.

Ορνεᾶται. ὀρνεαί. Strabo lib. 8. ait, fuisse in agro Corinthiaco à fluuio prætereunte sic vocatum: in quo Priapus religiosè colebatur.

Μεῖζον. Numero superior.

Αριθμὸν δέ. Petit veniam quòd numerum vtrarumque copiarum non tradiderit memoriæ, & purgat se.

Καθ᾽ ἑκάστους. τῶν Λακεδαιμονίων, ἡραιέων, μαιναλίων, τεγεατῶν, καὶ αὖθις Αργείων, Κλεωναίων, ὀρνεατῶν, μαντινέων, Αθηναίων.

Τῆς πολιτείας τὸ κρυπτόν. Propter institutum ciuitatis, quæ abdit & occultat suas res.

Εκ μέντοι τοιοῦδε λογισμοῦ. Tamen qui ineat hanc rationem, poterit inuenire Laced. numerum.

Ζυγοῦ. Ordo ab vno ad alterum cornu porrectus in transuersum: series militum porrecta in transuersum, ζυγὸν dicitur, ὅθεν ζυγεῖν, στοῖχος, & στοιχεῖν κατὰ βάθος.

392.A Επὶ δὲ βάθος. In longitudinem: ergo hucusque latitudinem descripsit.

Αλλ᾽ ὡς λοχαγός. Sed pro arbitratu cuiusque centurionis.

Κατέστησαν. In ordinem redacti sunt, in acie constituti sunt.

Η πρώτη τάξις. Prima acies.

Επεὶ δὲ ξυνιέναι ἔμελλον. Cohortationes vtriusque exercitus, & singularum ciuitatum scribit. Cùm autem concursuræ iam iam essent acies, singuli duces suos cohortati sunt.

Μαντινεῦσι μέν. Mantineorum duces suos sunt cohortati, vt pro patria, pro aris & focis, pro retinẽdo principatu, amouẽda seruitute fortiter pugnarẽt.

Τὴν μὲν ἐπάνοδος.

Πεπειρασμένοις: ἀπὸ τοῦ ἤδεος. Quòd gustassent.

Ισομοιρίας. Pausanias in Corinthiacis: μόνους δὲ ἐκ πάντων οἶδα ἀργείους ἐς τρεῖς βασιλέας διαιρεθέντας. Anaxagoras partitus est regnum æquis partibus cum Melampode, & fratre eius Biante.

Υπέρ τε τῆς παλαιᾶς. Vt principatum pristinum, & parem dignitatem recuperarent, & hostes finitimos vlciscerentur pro multis iniuriis, quas sibi fecerant.

Καλόν: à dignitate. Ευπελοποννήσω: ab vtilitate.

Λακεδαιμόνιοι δέ. At Lacedæmonij non desiderabant cohortationes ducum: sed partim legibus, & disciplina sui officij admonebantur, partim seipsos singuli adhortabantur.

Εποιοῦντο τὴν παρακέλευσιν τῆς μνήμης. ἀντὶ τοῦ, παρεκελεύοντο μεμνῆσθαι ὧν ἠπίσταντο ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀγαθοῖς οὖσιν. ἀντὶ τοῦ, παρῄνουν ἀλλήλοις.

Πολεμικῶν νόμων. Disciplinam militarem. L. V. Scholiastes intelligit carmina τυρταίου poetæ, cuius meminit Παυσανίας ἐν τοῖς μεσσηνιακοῖς: quæ carmina ad virtutem dignitatémque hortabantur, & ante conflictum canebantur, vocabantúrque ἐμβατήρια. ἴσως καὶ δηλοῦσι, aut vincere aut mori.

Ειδότες. Persuasi studium diuturnum disciplinæ militaris plus valere ad salutem, quàm exiguam verborum cohortationem.

Μετὰ ταῦτα. Cohortationes. ἡ ξύνοδος ἦν concursum est, acies concurrerunt.

Ευνιόντες

393.A Ἐντόνως. Acriter cum impetu. χωροῦντες ἐντόνως, impetu facto, ira incitati impetum fecerunt.

Βραδέως. Lentè) (ἐντόνως.

Αὐλητῶν. Romani tibicines, cornicinésque habebant.

Οὐ τοῦ θείου χάριν. ἀπολογία. Non rei diuinæ gratiâ: id est, non honoris ergâ Deum gratia. in sacris enim adhibebantur tibiæ, & ad earum sonum carmina canebantur.

Ὁμαλῶς. Æquabili gradu ad numerum incedentes, ne acies laxaretur: atque ita fieret infirmior. B

Διασπασθείη. Diuelleretur, id est, laxaretur, distraheretur.

Τὰ στρατόπεδα. Causa cur timuerit rex, ne circumueniretur læuum cornu. omnes (inquit) exercitus id agunt in pugna ineunda, vt explicata acie studeant circumuenire oppositum hostium cornu. Institutum militare obiter demonstrat. Propositio: ἐσήμαινεν τοῖς βραδείοις, &c.

Ἐξωθεῖται. Explicantur.

B Προστέλλειν. Vt protegant.

Καὶ νομίζειν. Quia existimant tutissimam esse densationem eiusmodi aduersus irruptionem hostium. τὸ πυκνοῦσθαι ὑπ᾽ ἀλλήλων, καὶ περιέχεσθαι. densatam & confertam aciem.

Ξύγκλεισις. Conclusio, id est, coniunctio.

Ἡγεῖται. Author est.

Πρωτοστάτης. Princeps. Omnes etiam qui sunt in prima fronte vocãtur πρωτοστάται. Iul. Pollux, lib. I. ὁ μὲν οὖν ἄριστος ἑκάστου λόχου πρῶτος καὶ ἡγούμενος ἐστὶν, ὃς καὶ λοχαγὸς ἐπονομάζεται, καὶ ἡγεμὼν καὶ πρωτοστάτης. ὁ δὲ τελευταῖος τοῦ λόχου οὐραγὸς, ὁ λόχος δὲ ὅλος, στοῖχος. παραστάτης, ἐπιστάτης ὁ μετ᾽ αὐτόν.

Ἐξαλλάττειν. Subducere nudam sui partem.

C Διάκενον. Vacuum explerent.

D Ἐσβαλόντας. Interiectis cohortibus.

Νομίζων. Consilium. Existimabat & dextrum cornu suum non infirmum fore detractis duabus cohortibus, & læuum confirmatũ in hoc subsidio.

Περιουσίαν. Militum copiam.

Ξυνέβη οὖν. Difficultates declarat quib⁹ impediti illi regi non paruerint, quia hostes imminebant; quia rex non dederat spatium temporis. in ipso enim congressu hoc impetrauerat.

Ἐξ ὀλίγου. Hoc ad loci spatium est referendum, vel ad tempus, id est, paulò antè, siue paulo ante congressum.

394.A Φθάσαι τῇ προσμίξει: ἀντὶ τοῦ, φθάσαι προσμίξαι, signa contulisse.

Οὐ παρῆλθον. τὸ ἑξῆς ἐπὶ τὰς σκιρίτας.

Ξυγκλῇσαι. L. V. Nec hostem concludere. F. P. claudere agmen. Cæsar, libro I. Capto monte & succedentibus nostris, Boij & Tulingi, qui hominum millibus circiter quindecim agmen hostium claudebant.

Ἀλλὰ μάλιστα δή. Docet Lacedæmonios, quamuis vsu & exercitatione rei militaris peritissimi omnium haberentur, tamen longè inferiores Argiuis, & sociis eo die fuisse: & nihilo minùs virtute sua vicisse. In quo igitur Thucydides videtur eos vituperare, in eo laudem eorum extollit & amplificat. G

B Οὐχ ἧσσον: ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον.

Ἐπειδὴ γὰρ. Nam vbi ad manus ventum est, quamuis læuum eorum cornu fusum, fugatumque fuisset, & ipsi ab ea parte, qua latus erat apertum, cladem accepissent, tamen dextro cornu tãtum profecerunt, vt non solùm oppositum hostium cornu profligauerint, sed etiam alterum victoria iam exultans in fugam verterint.

Τοὺς Λακεδαιμονίους διέφθειρον. Aperto latere aggressi cædebant.

Ἐπιτεταγμένων. Qui præsidio impedimentis præpositi fuerant. Hoc enim verisimilius videtur, quàm si subsidia intelligantur.

Προσπεσόντες. Facta impressione, facto impetu. C

Οὐδὲ ἐς χεῖρας. Ita, vt ne primum quidem impetum sustinuerint plerique eorum.

Καὶ ἔστιν οὓς καὶ καταπατηθέντας. Nonnullos etiam oppressos in ipsa fuga, dum metuunt ne ipsos hostis assequatur.

Τὴν ἐγκατάληψιν. Res pro personis. D

Ὡς δὲ ταύτῃ. Deuicta hac parte exercitus hostium, reliquæ, quæ erant contiguæ, laxabantur, ac disiungebantur, tum à dextra, tum à sinistra. Itaque Thucydides progressus prœlij narrat.

Παρρήγνυντο: πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Καὶ μάλιστ᾽ ἄν: τὰ ἐκβάντα. Et maximam cladem accepissent, nisi equitatus adfuisset, qui hostes retardabat: & nisi Agis suis, qui in læuo cornu profligati fuerant, auxilium ferri iussisset.

Καθ᾽ ἡσυχίαν. Nemine infestante. 395.A

Φυγή: τῶν ἀργείων. ἀποχώρησις: τῶν Ἀθηναίων. B

Βίαιος. Præceps, acris, effusa. Μακρὰ in longum spatium.

Χρονίους καὶ βεβαίους τὰς μάχας ποιοῦνται. Diu atque acriter pugnant.

Βραχείας. Neque diu, neq; procul persequũtur.

Καὶ ὅτι ἐγγύτατα. Purgatio aduersus eos, qui aliter asseuerarent.

Πλείστου δὴ χρόνου. Maximum omnium, quæ gesta sunt iam à longissimo tempore: in quo maximi nominis ciuitates concurrerũt. Extollit hoc prœlium per collationem. Confert cum prœliis superiorum temporum. Ait longè maximum fuisse: confirmat deinde: quia concursum est inter ciuitates potentes, & opibus florentes.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Ex hostiũ exuuiis trophæum erectum docet.

Προθέμενοι. In loco patenti, & conspicuo positis exuuiis.

Ἀπέθανον δέ. Notat numerũ occisorũ hinc inde. C

Οὐκ ἐταλαιπώρησαν. Ab hoste non fuerunt pressi, vt eorum numerus memoratu dignus desideraretur.

Χαλεπόν: διὰ τὸ κρυπτὸν τῆς πολιτείας, vt suprà dictum.

Καὶ τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Atque vno isto prœlio 396.A notã infamiæ deleuerunt, inustam sibi ab vniuersa Græcia, vt ignauis, tardis, & inconsultis propter cladem acceptam in insula Sphacteria.

Ἄλλην ἀβουλίαν μετωνυμία. Id est, aliis in rebus declaratam, sed breuitati seruit.

Τύχῃ μὲν ὡς ἐδόκουν κακιζόμενοι. Declararunt enim se ignauos existimatos fuisse nulla sua culpa, sed fortunæ iniquitate. animum enim minimè in se degenerasse. ἐγκώμιον.

Ὡς ἐδόκουν. Scilicet.

Τῇ δὲ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ. Pridiè quàm committeretur prœlium Epidaurij in agrum Argiuum irruperunt: & Argiuorum præsidium, quod venit obuiam, profligarunt.

Διελόμενοι. Partiti opus.

C Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ χειμῶνος. Nouam Lacedæmoniorum expeditionẽ narrat. docet Tegeam vſque eos cum exercitu veniſſe: inde miſiſſe Argos, qui de compoſitione agerent.

Λόγους ξυμβατηρίους. Conditiones de compoſitione ξυμβάσεις, pacis conditiones, σπονδάς.

Ἦσαν δ' αὐτοῖς. Opportunitatem declarat, quia adducti Lacedæmonij, ſe ſine armis rem poſſe tranſigere ſperatint.

Καὶ ἐπειδὴ ἡ μάχη. Facultas.

D Ἐβούλοντο δέ. Artificio & aſtu populum circumuentum oſtendit.

Ξυμβατήριος λόγος ἀντὶ τῶ σπονδαί.

397.A Καττάδε δοκεῖ. Hæ ſunt conditiones fœderis: vt Argiui reſtituerent obſides Orchomeniis, Mænaliis captiuos: Lacedæmonios, qui erant Mantineæ, Lacedæmoniis: vt munitiones factas ad Epidaurum desererent: ſi Athenienſes non excederent, hoſtes eorum eſſent: Lacedæmonij viciſſim obſides, & captiuos, quos haberent, reſtituerent: inter Argiuos & Epidaurios compoſitio aliqua fieret: ciuitates Peloponneſiæ liberæ, ac ſui iuris eſſent: ſi bellum Peloponneſo inferretur, ſimul propulſaretur: ſocij Laced. extra Peloponneſum participes eiuſdem fœderis eſſent: fœdus hoc ita iniretur, ſi cæteri ſocij Lacedæmoniorum id probaſſent: ius denique eſſet ac facultas immutandi conditiones communi conſilio.

Καττάδε: ἀντὶ τῶ, κατὰ τάδε. Doricè.

Τᾷ ἐκκλησίᾳ. Concioni, concilio.

Ξυμβάλεσθαι, id eſt, ξυμβαλεῖν, ἢ σπείσασθαι.

B Περὶ δὲ τῷ σιῶ. Deum Apollinem intelligit: pro quo Argiui honeſta quadam ac ſpecioſa cauſa bellum ſuſceperant: quia ſcilicet Epidaurij victimas quas afferre debebant, non afferebant. Sed locus hic eſt admodum corruptus: & verba aliquot (ni fallor) deſiderantur. ἀμόθι, id eſt, ἅμα.

Πελοποννασόνγαν: vt πατρίδα γαῖαν.

Ἐπὶ κακῷ. Maleficij cauſa.

Ἀμόθι βωλευσαμένους. Initis vnà conſiliis.

C Ἐν τῷ αὐτῷ. Eodem iure, eadem cõditione ſunto.

Ταὶ αὐτῶν ἔχοντες. Suum agrum obtinentes: etiamſi extra Peloponneſum, quaſi dicant, fuerint.

Ἐπιδείξαντες δέ. Ita verò demum eſſe fœdus faciendum, ſi pacis conditiones ſociis priùs oſtenderint: & ſi eas illi probauerint.

Αἰ δέ τι τῷ ἄλλῳ δοκῇ. Hîc ego diſtinguo ſenſu commodo, & congruo. In L. V. verſione eſt, Sin aliter, domum redeatur: in quo nullus eſt ſenſus aptus huic loco. Senſus germanus ergo eſt.

Quòd ſi quid Argiuis & Lacedæmoniis viſum fuerit præterea addendum demendúmue pacis conditionibus, hoc etiam cum ſociis eſſe communicandum: quò videlicet, qui æquo iure futuri eſſent, eorum quoque conſenſu omnia fierent.

D Ἐπράξαν. Tranſegerunt.

Διδόντας δίκας. L. V. dare pœnas: F. P. æquo & pari iure ſubeuntes iudicium. διδόναι δίκας, dicitur reus, qui iudicium ſubit, & dictorum factorúmue rationem reddit. λαμβάνειν δίκας, dicitur actor.

398.A Ὅπᾳ κα δικαιότατα. Si codex mendo caret, ſenſus erit, cognita cauſa quàm æquiſſimè fieri poterit. Sed locus mihi ſuſpectus eſt de mendo.

B Διακρίνωμεν. Diſceptent.

C Ἀνῦνα: ἴσως αἴτινα. Quæ æqua & idonea viſa fuerit vtriſque.

A Τοῖς δ' ἔταις. Ciuibus ius dicendum ritu patrio.

Καὶ ὅπως ἀλλήλων. L. V. quancunque belli materiam. Ego, alij aliis reſtituerunt, quæ in bello occupauerunt: & ſi qua erant crimina, ea diluerunt.

Καὶ τἄπι ἄλλα θυμῷ ἔφερον. Et cùm alia impetu quodam animi adminiſtrabant, tum in Thraciam vtrique miſerunt, qui Perdiccam ſolicitarent, vt ab Athenienſibus deficeret, & ſecum ſocietatem faceret.

B Τὸ ἀρχαῖον. Ex Perdicca Temeni filio Argiuo. Herodotus lib. 8. 399.A

Πρόφασιν. Hoc dictũ eſt appoſitiuè, cauſam ſpecioſam, vt prætexeret, προφάσεως χάριν, vt hoc prætextu alterum præſidium, ſiue alios præſidiarios milites educeret. πρόσχημα etiam, σκῆψις aliâs.

Καὶ Λακεδαιμόνιοι. Narrat Thucydides Lacedæmonios & Argiuos veniſſe Sicyonem, & ibi conſtituiſſe ſtatum paucorum: atque ita paulò pòſt Argis etiam ὀλιγαρχίαν depoſito ſtatu populari conſtitutam fuiſſe docet. B C

Μᾶλλον. Ergo non penitus. mutationes enim repentinæ in totum, violentæ ſunt.

Αὐτοὶ: ἐμφατικῶς. Κατέλυσαν: euerterunt, ſuſtulerunt.

Θέρους: τὸ ἦρος. Etiam apud vernum tempus apud Thucydidem complecti ſæpe iam diximus. C

Διῆς. Retineo Aldinam lectionem.

Ξυνιστάμενος. Habens concilia. ξυστάσεις, eiuſmodi coitiones & concilia clandeſtina nocendi cauſa. D

Ἀναθαρσήσας. Sumptis animis. ἀνὰ iam repetitionem habet.

Τηρήσαντες. Obſeruata opportunitate.

Γυμνοπαιδίας. Gymnicos puerorum luſus, qui maximè ſolennes erant, & in quibus puberes choros Apollini agitabant in ea parte fori, quæ chorus appellabatur.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Carpit latenter Laced. quòd quamuis multò antè euocati fuiſſent, tamen auxilio ſociis non venerint. D E

Ἀγγέλων. Quid hoc ſibi velit, non video. puto ab imperito librario in ipſum textum intruſum fuiſſe ex margine, in quo (vt ſuſpicor) alius imperitior hoc ſcripſerit, explicans τῶ πρέσβεων. Eſt igitur expungendum. 400.A

Ὁ δὲ δῆμος. Docet populum Argiuum interea metu Lacedæmoniorum, conuertiſſe animum ad Athenienſium amicitiam: eamque ob cauſam duxiſſe muros ab vrbe ad mare vſque: vt, ſi terra prohiberentur, mari iuuarentur auxiliis Athenienſium. F

Προσαγόμενος. Concilians.

Ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων. Commeatus importatio.

Ξυνῄδεσαν δέ. Adiutos clàm Argiuos oſtendit à nonnullis Peloponneſi ciuitatibus: iis (puto) quæ habebant ſuſpecta incrementa Lacedæmoniorum: & quæ cupiebant aliquo modo imminutionem eorum potentiæ. B

Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ χειμῶνος. Explicat ſuſceptam expeditionem à Lacedæmoniis aduerſus Argiuos: docet fuiſſe Argis nonnullos, à quibus euocarentur deditionis ſpe propoſita: ſed proditionem minùs ſucceſſiſſe: Lacedæmonios tamen muris potitos, eos diruiſſe. G

Ὑπῆρχε δέ τι αὐτοῖς πρασσόμ. honeſto verbo res turpis ve- C

pis velatur. Solicitauerant iampridem nonnullos ad proditionem vrbis. struebatur nescio quid ipsis iampridem in ipsa vrbe.

Τὰ ἐκ τῆς πόλεως. Proditio vrbana.

Ὑσιαῖς. ἡ κώμη, ἡ πόλις, Στεφ. Plures erant hoc nomine.

D Κατέκλεισαν. Id est, vsu maris & commeatu, ac mercibus maritimis intercluserunt. Μακεδονίας, αὐτὴ ἡ, ἐπὶ μακεδονίας.

401.B Οὐκ ἤθελον ὑπακούειν. Parere recusabant, parere nolebant.

Οὐδετέρων ὄντες. In partibus non erant antea.

Ἐς πόλεμον φανερὸν κατέστησαν. Hostes declararunt. Bellum palàm gerere cœperunt.

Πρὸς μὲν τὸ πλῆθος οὐκ ἤγαγον. Ad populum non produxerunt: quia Atheniensium eloquentia erat suspecta: verebantur itaque ne lenociniis orationis populo imponerent.

Ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος. Nouitate delectatur Thucydides. itaque & verbis inusitatis, & nouis verborum figuris: collocatione etiam non consueta frequenter vtitur. quare nunc etiam nouum genus concionis nobis proponit, in specie ac forma Dialogi. Hoc facit nactus occasionem, qua Melij agendi potestatem perpetua oratione apud populum Atheniensibus non permiserunt. Est itaque concio in Dialogo.

Procemium habet expostulationem. quæritur enim legatus de iniuria sibi facta: quòd agendi cum populo potestas sibi, quasi impostoribus fuerit negata. itaque quasi vindicandæ iniuriæ causa proponit Meliis duriorem conditionem, id est, vt ad singula capita rerum, quæ à se proponentur, respondeant. ac primùm quærit, probent nec ne istam agendi rationem.

Ἐπαγωγά. Quæ animos allicere possunt. Hæc sunt pollicitationes, & spes commodorum proposita.

Ἀνέλεγκτα. Quæ refelli, & redargui non possunt.

D Γιγνώσκομεν γάρ. Intelligimus enim vos eo consilio id fecisse.

Ὑμεῖς. Vos igitur, qui estis in hoc consessu, adiuuate & constabilite magis hoc vestrum consilium.

402.A Ξύνεδροι. Consessus.

Ἡ μὲν ἐπιείκεια. Probare se respondent Melij orationis æquitatem: at non ita probare illud, quod arma intulerint: & exercitu sibi terribiles immineant. repugnare enim inter se duo ista, id est, bona verba, & mala facta. itaque par pari & ipsi referunt, & expostulationem expostulationi opponunt.

Docere admoneréque mutuò nos nostri officij non vituperamus: est enim æquum & bonum.

Κριτάς. Non διδασκάλας, sed κριτάς. Itaque terribiles & extimescendos.

Καὶ τὴν τελευτὴν. Et exitum huius rei fore formidabilem.

Εἰ μὲν τοίνυν ὑπονοίας. Proponit legatus, de salute ciuitatis Meliorum agi in præsentia: itaque dicit missam esse faciendam consultationem quamlibet: neque spectandas esse suspiciones, & alia id genus, quæ (quasi diceret) ad rem non faciunt.

B Εἰκὸς μέν. Purgant se Melij necessitate. Par, æquum, rationi consentaneum est.

Ξύνοδος. Ad ξυνήκειν referendum. λόγοις: colloquium.

A Ἡμεῖς τοίνυν. Summa est, Petit legatus vt Melij pareant potentioribus, & imperium eorum non recusent: docet imperium iure partum: & meritò ad se pertinere. Præcludit Meliis aditum ad purgationem & defensionem sui, & vrget atque compellit eò, vt respondeant velint, nec ne Atheniensibus parere: sed est inuersus ordo.

Ὀνομάτων καλῶν. Speciosis nominibus.

Ἢ ἀδικούμενοι νῦν ἐπεξερχόμεθα. Vel quod lacessiti iniurias vlciscimur.

B Τὰ δυνατὰ δέ. Sensus: Petimus, vt ea, quæ fieri possunt nobiscum, transigatis. περιπλοκή.

Ἐξ ὧν ἑκάτεροι. Nostro vtrorumque iudicio, atque opinione.

Οὐ δίκαια μέν. Id est, humana ratio de iure disceptat cum paribus, potentioribus cedit, quamuis iniuria hoc fiat.

Ἴσης ἀνάγκης. Parem conditionem hominum appellat ἴσην ἀνάγκην: cùm vtraque pars controuersantium in pari necessitate sunt.

C Λόγῳ: Interpres λογισμῷ. Sed per λόγον præstat orationem intelligere, vt hic sit huius loci sensus: Oratione disceptatur de iure inter homines, cùm conditio est par. quare ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ, αὐτὴ τί, ἐν τοῖς ἀνθρώποις positum.

Δυνατὰ δέ. Cùm autē partium altera est potentior, altera infirmior, vim patitur. δυνατὰ iam non ea, quæ fieri possunt, sed quæ vim afferunt: quæ potentior vim affert, infirmior: quæ violenta sunt. ξυγχωροῦσιν, annuunt.

D Ἧ μὲν δὴ νομίζομεν. Refutant Melij argumentum Atheniensium. ἀντιπαραγαγεῖν μείζονος συμφέροντος: vtilius est ex æquo & bono agere cùm impotentioribus, quàm summo iure: vobis etiam longè satius futurum, quos grauior acerbiórque pœna manet si aliquando offenderitis.

403.A Ἡμᾶς: ἐνδιαγγῇ παρεστῶτι. Modestiæ causa.

Τὸ κοινὸν ἀγαθόν: τὴν ἐπιείκειαν εἰς τοὺς ἀσθενεστέρους intelligit.

E Ἐκτὸς τοῦ ἀκριβοῦς. Præter ius summo iure omisso, ita vt liceat cuique fructum aliquem percipere ex ea ratione, quam dicendo persuaserit etiam præter ius: ita, vt possit cuilibet ea, qua vsus fuerit, persuasio adiumento esse, summo iure omisso.

Ὑπεῖθεῖτι. περιθεῖτι. ὑπόθεσις.

Καὶ πρὸς ὑμῶν. Idque è vestra re futurum est eò magis, quò grauior acerbiórque pœna vos manet, si offenderitis. Ominatio.

F Ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας: ἀντιπαραγωγή. At si offendamus, & superemur ab aduersariis, hi non tam sunt nobis extimescendi, quàm vectigales & stipendiarij, qui sunt nobis subiecti. Hi enim solent crudeliter sæuire in dominos victos.

B Καὶ περὶ μὲν τούτου. Sed de hoc finite nos periclitari, id est, ne soliciti sitis de nobis, quod ad hoc attinet. sed ἀπρεπεστάτως. Docet deinde se adesse communis vtilitatis causa.

Ἀπόνως. Nullo imposito onere, id est, vectigali.

C Ἀμφοτέροις. Vobis, & nobis.

G Ὅτι ὑμῖν μέν. Quia vos deditione facta, extrema omnia vitabitis: nos salui vobis, quæstum faciemus, id est, nostra vectigalia augebimus.

Τὰ δεινότατα. Exilium: dignitatis, fortunarum, vitæ denique ereptionem.

Κερδαίνοιμεν. Auctis vectigalibus.

Ὡς τε δέ. Proponunt conditionem. Nonne verò ea nos conditione recipietis in fidem, vt

ab armis abstineamus: amici vtrisque, neutris inimici simus?

Οὐ γὸ τοσοῦτον. Recusant conditionem Athenienses, & afferunt rationem. Eiusmodi amicitia est detrimentosior inimicitia. Amicitia enim indicat nostram infirmitatem apud cæteros populos vectigales. Argumento enim est, nos amicitiam vobiscum habere, quia nequimus vos subigere: inimicitia verò declarat potentiam, id est, odium ex seruitute profectum. Δεινότης.

404. A Σκοπεῖσι δ' ἡμῶν. Hæc μετὰ θαυμασμοῦ & βαρύτητος dicuntur. Dixerat legatus subditos imperio Ath. damnaturos esse infirmitatis populum Atheniensem, nisi subegerint Melios: itaque Melij respondent iam, eos boni & æqui iniquos æstimatores esse, si ita de rebus iudicent, vt eodem loco habeant nocentes, & innocentes. Μετ' ἐρωτήσεως hoc proferendum.

Τοὺς μὴ προσήκοντας. In quos nullum habetis ius.

Δικαιώματι γὸ. Purgat legatus, & defendit eos, quos Melij accusant. affert excusationem facti eorum. propterea eo loco habent, quia existimant vtrosque habere rationes, quibus tueantur suam causam. interea, illos potentia superesse: nos metu terreri, quominus eos aggrediamur. Itaque præter propagationem imperij, quam estis allaturi, id etiam estis confirmaturi, si subigamini.

Οὐδετέρους: & τοὺς ἀποίκους, & τοὺς μὴ προσήκοντας. τοὺς δὲ μὴ καταστραφέντας ὑφ' ἡμῶν οὐ διὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν μένειν ἐλευθέρους.

B Ἐν δ' ἐκείνῳ: ἀντιτάξωμεν κατὰ σύγκρισιν. At periculosum hoc, illud tutum: si subigere vultis omnes, qui vestras partes non sequuntur, omnes à vobis alienabitis: hoc periculosum. sin abstineatis, minus hostium habebitis: hoc tutum.

Ἐν δ' ἐκείνῳ. In illo verò nihil præsidij esse putatis? at illa ratio tutior & munitior.

Δεῖ γὸ αὖ & ἐνταῦθα. Est enim hic etiam tuenda nostra causa vtilitate, quando aditus præclusus nobis est ad iuris defensionem. Expostulationem habet hæc parenthesis, vt illa superior. Ἀνάγκη γὸ ἐπειδὴ ὑμεῖς οὕτω παρὰ τὸ δίκαιον, τὸ ξυμφέρον, &c. quæruntur enim Melij de Atheniensibus, vt iniquè secum agentibus, & tyrannico ac violento more. προδιόρθωσις, & λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Ἐκβιβάσαντες. Extrusis nobis. Præcluso nobis aditu iuris & defensionis eiusmodi.

Ὅσοι γὸ. Vt scilicet nobis negotium non facessatis: sed omissa est hæc sententia. affertur eius ratio.

Ὅταν ἐς τάδε βλέψαντες. Mutata figura: cùm illi respexerint huc. περιπλοκή. Id est, cùm considerauerint vim, quam affertis nobis.

Τὰ ἡμέτερα πάθη. ἔμφασις.

Κἂν τούτῳ: tum verò. τῷ χρόνῳ supple. Vel, Interea.

Τί ἄλλο. Ἀριστοτ. οὐδὲν ἄλλο δεῖ πλὴν ἀποδέξαι. Liu. ventrem in medio quietum nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui.

C Μεγαλύνετε. Amplificatis, augetis. verbum familiare sacris literis sensu diuerso, pro laudibus extollere, ac celebrare.

Ἐπάγεσθε. Cogitis, impellitis.

Οὐ γὸ νομίζομεν. Negant Athenienses hoc sibi verendum esse. neque enim continentis, sed insularũ incolas se pertimescere, & suos vectigales. Sed cauillatoriè accipiunt Athenienses dictum illud, ὅσοι γὸ νῦν, de Epirotis, cùm tamen generatim, & in

A vniuersum fuerit dictum. Non est verendum nobis, &c. Ratio. οὐ γὸ.

Δεινοτέρους. Magis pertimescẽdos, formidabiliores. 405. A

Τῷ ἐλευθέρῳ. τῇ ἐλευθερίᾳ. Quia nullius parent imperio.

Ποιήσωνται τὴν διαμέλλησιν πολλῷ τῆς πρὸς ἡμᾶς φυλακῆς: ἀντὶ τοῦ, μέλλουσιν ἀκριβῶς φυλάττεσθαι ἡμᾶς, sibi diligenter à nobis cauebunt.

Τῆς ἀρχῆς τῷ ἀναγκαίῳ. Et qui pressi imperio irritantur.

B Οὗτοι γὸ. Hi enim cæco animi impetu rapti, & seipsos, & nos in apertum periculum adducant.

Τῷ ἀλογίστῳ. Appetitum: quia irritati dixit paulò antè.

Ἦ που ἄρα. Ergo si & vos pro retinendo imperio, & qui vobis sunt subiecti pro seruitute vitanda tantùm contendunt, sequitur vt nos, qui adhuc liberi sumus, quoduis discrimen subeundum ducamus seruitutis vitandæ causa: ex superiore disputatione hoc argumentum colligunt.

Μὴ πᾶν ἐπεξελθεῖν. Non experiri omnia potiùs, B quàm vt seruiamus.

Ποιοῦνται παρακινδυνεύειν: ἀντὶ τοῦ, παρακινδυνεύουσιν.

Πολλὴ κακότης. μικρωνυμία, ἀντὶ τοῦ, αἴσχιστον & ἀπρεπέστατον. Turpissimum & ignominiosissimum futurum est.

Οὐκ, ἤν γε σωφρόνως. Rem dissuadent Athenienses à magnitudine periculi, & atrocitate pœnæ. non agitur de dignitate, sed de salute vestra. non erit turpe, &c. Non agitur iam de fama, & existimatione, sed de summa rerum.

D Ἀλλ' ἐπιστάμεθα. Nolite, dixerunt paulò antè Athenienses, cum longè potentioribus cõgredi: respondent Melij, se non esse dubitaturos, sed bona spe sustentatos, libertatem suam. nam vsuuenire interdum, vt inferiores, & numero, & opibus superent longè superiores.

Τὰ τῶν πολεμίων. Scimus fortunam belli esse communem: nec semper eos, qui copiis & opibus superiores sunt, vincere, sed, &c.

E Λαμβάνειν κοινοτέρας τύχας. Rerum euentus habere communes, ita vt non pẽdeant ex numero, quo hostis hostem superat.

Τὰ τῶν πολέμων. Rem bellicam.

Τύχας. Iam euentum significat. lib. pr. discrimen, casum. περιίστασθαι ἐς τύχας, καθίστασθαι ἐς τύχας. Alludit autem Thucydides ad illud Homeri, ἰλ. σ.

Ξυνὸς ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα.

Cic. pro Milone. Adde incertos exitus pugnarum, martémque communem, qui sæpe spoliantem iam, & exultantem euertit, & perculit ab abiecto.

F Ἐλπὶς δέ. Dissuadent Atheniensium legati Meliis propositum eorum de deditione non facienda: C & refutant id, quod paulò antè dixerant, se sperare quamuis viribus & copiarum nũmero sint longè inferiores, tamen fore vt se tueantur à vi Atheniensium, & præsentem rerum statum retineant. non est itaque (inquiunt legati) cur hoc ita speretis. nam spes coniuncta cum potentia, non est ita G periculosa: per se verò, & sola, maxima affert damna & detrimenta: quæ vobis vitanda sunt, dum facultas datur.

Κινδύνῳ. Id est, periclitantibus. Sensus, spes, quæ solatio esse solet periclitantibus, &c. Spes ista, qua vos sustentamini.

Κἂν βλάψῃ. Quamuis damnum dederit.

Οὐ καθεῖ-

Οὐ καθεῖλε. Tamen non euertit, non diruit. Ab A ædificiis ducta metaphora.

Τοὺς χρωμένοις αὐτῇ. Eos, qui sperant.

Ἀπὸ περιουσίας. In magna opum abundantia.

Τοῖς δ᾽ ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναρριπτοῦσι. Qui autem se iactant in quodlibet oblatum periculum, his lapsis spes cognoscitur, &c. Eius enim natura detrimentosa est: id est, Qui autem de fortunis omnibus, & de summa rerum periclitantur, iis verò, si ea tantùm nitantur, maxima incommoda, & detrimenta affert: quæ tum demum cognoscun- B tur, cùm mederi eis nulla ratione possumus: vel, Qui autem aleam de summa suarum fortunarum iaciunt. Sed metaphora sumpta est ab aleatoribus: & locutio est aleatorum ἀναρρίπτειν ἐστι. id est, proposita aliqua pecuniæ summa, de ea experiri, & prouocare aduersarium.

Τὸ ὑπάρχον: τὰ ὑπάρχοντα, τὰ ὄντα.

Ἀναρρίπτουσι: ἐλλειπτικῶς, deest τοὺς κύβους. libro 4. in oratione Pagondæ πρὸς δὲ κίνδυνον ἀναρρίπτουμεν.

Δάπανος: ἀντὶ τοῦ δαπανηρά. Id est, damnosa, detri- C mentosa: quia qui spe ducũtur, in magnas calamitates sæpè incidunt.

Γιγνώσκεται. Cognoscitur spes quàm sit damnosa quamque detrimentosa. Alludit ad illud Homericum, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Καὶ ἐν ὅτῳ ἔτι. Nec relinquit locum, quò se recipiat quis, vt ab ea cognita sibi caueat. A re militari ducta metaphora.

406.A Ὃ ὑμεῖς. Quare vos infirmi, & in maximo discrimine positi, id ne accidat vobis, diligenter cauete, D qui casus vobis pertimescendus est.

Ἐπὶ ῥοπῆς. Momentum. Cicer. in Ant. Minimis enim momentis maximæ temporum inclinationes fiunt. Ὅμηρος, ἰλ. Κ.

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

A libræ æquilibrio sumpta metaphora.

Μὴ δὲ ὁμοιωθῆναι. A turpi deterret. nolite imitari imperitos.

Παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι. Cùm facultas detur sui seruandi humana ratione, humanis subsi- E diis) (μαντικὴ χρησμούς.

Αἱ φανεραὶ ἐλπίδες. Postquàm certa spe destituuntur, ad incertam confugiunt.

Χαλεπὸς μὲν καὶ ἡμεῖς. Concedunt Melij, se aduersus longè potentiores esse bellum gesturos, sed tamen se bonitate causæ & innocentia sua fretos esse, & sperare à Lacedæmoniis auxilia dicunt: itaque non temerè, sed certa ratione se non esse facturos deditionem. Legatus dixerat eorum opes esse tenuissimas, ἀσθενεῖς. Melij occurrunt: quamuis F nostræ opes sint tenuissimæ, tamen opes Lacedæmoniorum, qui nunquam nos deserent, non sunt tenues. Hæc enim est summa argumentationis. Opponitur potentia Lacedæmoniorum potentiæ Atheniensium.

Χαλεπὸν μέν. Concessio: arduum: τὸ δέξης εἶναι μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου. &c.

Εὖ ἴστε: scilicet, absolutè. vt οἶμαι, δοκῶ, credo: opinor, apud Latinos.

B Ἐλασσώσεσθαι: ἀπλῶς, ἀντὶ τοῦ, ἐλαττωθήσεσθαι.

Ἐκ τοῦ θείου. αἰτιολογικῶς. Deo sic annuente: Θεῖον, genere neutro, καὶ δαιμόνιον. Apud veteres accipitur pro summo Deo rectore & moderatore rerum omnium.

Οὐ δικαίως. Minùs valet iam negatio. Parcunt legatis Melij: aliâs plus valet, quàm affirmatio.

--*Nec sum lætatus euntem Accepisse lacu.* Virg. 6. Æn. Aliàs idem valet.

Ὅσιοι, insontes, innocentes) (ἄδικοι. ὅσιον) (ἱερόν. μετεῖναί τινι ὁσίων καὶ ἱερῶν. Aliquem obtinere omnia iura ciuitatis. ἀμύναι ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὁσίων, pro aris & focis dimicare.

Τῆς δὲ δυνάμεως. Quod autem ad potentiam attinet, persuasi sumus Lacedæmonios nostræ tenuitati esse prospecturos, & defensuros nostram imbecillitatem, tum quia socij, tum quia cognati, tum denique quia honesta erit defensio.

Τῷ ἐλλείποντι. Tenuitati potentiæ: opes tenues ita vocat.

Ξυμμαχίαν: προσωποποιΐα: vt ἀνάγκην, ἀντὶ τοῦ ἀναγκαίως.

Καὶ οὐ παντάπασιν. Itaque non ita efferimur temerè penitùs, & inconsultè.

Τῆς μὲν τοίνυν. Infirmant legati rationes Meliorum. Dixerant Melij deos sibi adfuturos: Lacedæmonios non defuturos: iam legati negant Lacedæmonios adfuturos, & auxilium laturos. Deos autem non minùs sibi, quàm illis adfuturos affirmant. Itaque alterum negant, alterum de deorum fauore concedunt, sed per antiparastasin docent se non deteriore conditione futuros, quod ad hoc attinet.

Τῆς μὲν τοίνυν. Ne nobis quidem defuturam existimamus deorum beneuolentiam: nos etiam speramus deos secundos & propitios nobis futuros, quia nihil noui facimus, sed ius naturæ sequimur, ius autem est, vt qui potétior est, præsit minùs potenti: quinetiam dij ipsi hoc ipso iure vtuntur, vt minùs potentes cedant potentioribus.

Λείπεσθαι τινός: non assequi:) (οὐ λείπεσθαι, assequi.

Οὐδὲν γὰρ ἔξω. Quia eos colimus hominum ritu & institutis.

Δικαιοῦμεν. Postulamus à vobis.

Ἔξω τῆς ἀνθρωπείας νομίσεως τῆς ἐς τὸ θεῖον: extra ritus & instituta hominum in colendis diis. Νόμισιν ἀνθρωπείαν appellat τὰ τοῖς ἀνθρώποις νομιζόμενα erga deos.

Ἀνθρωπείας, ἀντὶ τοῦ, τῶν ἀνθρώπων.

Τῶν δ᾽ ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως. Hæc ad δικαιοῦμεν G refer. Neque postulamus quicquam à vobis, quod vos etiam non sitis postulaturi ab aliis imbecillioribus videlicet. Hic est sensus, Legati Atheniensium nituntur loco communi, & iure naturæ: quo potentiores minùs potentes subigunt, & sibi parere cogunt.

Νομίσεως ╳ βουλήσεως

Δικαιοῦμεν ╳ πράσσομεν

Ἡγούμεθα γάρ. Sensus est: Nam & de Deo sentimus, quæ opinione recepta sunt: & de hominibus ita naturâ esse comparatum existimamus, vt potentiores imperent minùs potentibus. Hunc locum Scholiastes satis rectè explicat παραφραστικῶς: τὸ ἀνθρώπειον. τοὺς ἀνθρώπους.

Ἡγούμεθα δόξῃ: νομίζομεν θεούς.

Σαφῶς. Haud dubiè. διὰ παντὸς ἀεί.

G Ὑπὸ φύσεως ἀναγκαίας. Naturæ necessitate: instinctu quodam immutabili & inuiolabili: φυσικῆς ἀνάγκης.

Καὶ ἡμεῖς. Hanc verò legem nos neque tulimus, neque primi cœpimus ea vti: est enim perpetua: ἐπιμονή.

Τῆς δὲ ἐς Λακεδαιμονίους δόξης: Quod autẽ attinet ad 407.A

vestram de Lacedæmoniis opinionem, vestram simplicitatem laudamus, stultitiam nō probamus.

Λακεδαιμόνιοι γάρ. Quamuis Lacedæmonij domi virtutem & iustitiam colant, tamen non ita ea vtuntur erga peregrinos, sed honestati & æquitati voluptatem & vtilitatem anteponunt.

Οὐ πρὸς τῆς. Non facit pro vobis, qui salutem ab illis temerè speratis.

Ἡμεῖς δὲ, ἔνστασις. Immo facient, succurrent ob id ipsum, quia eorum interest: quasi dicant Melij, Si nostri commodi causa nolint, suæ vtilitatis gratia succurrere nobis non recusabunt: quia coloni eorum sumus: quia nisi hoc faciant, amicos à se alienabunt, hostes amplificabunt.

Κατ' αὐτὸ τοῦτο, pro δι' αὐτὸ τοῦτο: Hæc refer ad illud, τὰ δὲ ξυμφέροντα.

Τοῖς μὲν εὔνοις τῶν Ἑλλήνων ἀπίστους καταστῆναι. Suam authoritatem minuant apud amicos, hostium commodis seruiant. καθίστασθαι ἄπιστον: fidem nostram fieri suspectam: amittere authoritatem.

Οὐκοῦν οἴεσθε. Ergo putatis vtilitatem abesse à periculis: honestatem & æquitatem coniunctam esse cum periculis: quæ Lacedæmonij non adeunt libenter, præsertim pro aliis. Colligunt legati ex oratione Meliorum, hanc summam, vt efficiant illud, Lacedæmonios non esse laturos illis auxilia. Eò enim spectat tota hæc argumentatio.

Μετὰ ἀσφαλείας. Cum presidio firmo coniunctā, cum salute, cum incolumitate: quia dixerant, τῷ ξυμφέροντι αὐτῶν: interpretantur illud demum esse, incolumitatem eorum: in quo enim sita est vtilitas Lacedæmoniorum? in incolumitate imperij.

Τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλόν. Quod positum est in fide seruanda: in non deserendis sociis, cognatis, & colonis. Hoc autem coniunctum cum periculo est: qui enim protegit & defendit quempiam, necesse est discrimen & pericula adeat.

Δρᾶσαι. ὥστε δρᾶσαι.

Ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Correctio, quæ seruit probabilitati: hominum enim opinio de Lacedæmoniis longè alia erat.

Ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους. Refutant Melij quod dixerant legati Atheniensium Lacedæmonios nō esse laturos auxilium vitandi periculi causâ. Infitiatio: imò ferent, & pericula pro nobis nulla recusabunt.

Βεβαιοτέρους: πιστοτέρους. Vel existimaturos nos certiores esse & constantiores amicos, quàm alios. ἢ καὶ βεβαιοτέρους πρὸς ἐκείνους, ἢ πρὸς ἄλλους.

Πρὸς μὲν τὰ ἔργα. Ad bella gerenda.

Τῷ ξυγγενεῖ τῆς γνώμης: nostra cognatione. ἢ, τῆς δὲ γνώμης, ἀντὶ τοῦ, ἕνεκα δὲ τῆς γνώμης.

Τὸ δ' ἐχυρόν γε. Negāt Athenienses rem ita fore, vt putabant Melij: negant Lacedæmonios laturos auxilium. Ratio: quia res vestræ, atque opes paruæ ac tenues sunt: itaque (inquiunt) qui suppetias laturi sunt, non tam mouentur beneuolentia, quàm opibus & potentia eorum, quibus veniunt auxilio. quasi dicant Atheniensium legati, si opes eorum firmas esse intelligunt, ferunt auxilium: sin minùs, non ferūt: quia periculosum esse iudicant. Enthymema ab infirmis opibus Meliorum. Refutant legati id, quod à Meliis dictum fuerat, Lacedæmonios facilè suscepturos suam defensionem, & pericula subituros propter fidem & cognationem eorum. Refutant (inquam) hoc per ἔνστασιν. imò non subibunt pericula: neq; enim (inquiunt) beneuolentia implorantium opem adimit periculum opitulantibus, sed opum robur, & valida potentia.

Τὸ εὔνουν: ἡ εὔνοια. τὸ ἐχυρόν, incolumitas, ἡ ἐχυρότης, ἡ ἀσφάλεια τὸ δ' ἑξῆς. τὸ γὰρ ἐχυρὸν οὐ φαίνεται τὸ εὔνουν.

Quia præsidium non in beneuolentia implorantium opem, sed in eorum opibus & potētia ad bellum gerendum ponunt, qui ad belli societatem euocantur. Primùm γενικῶς, deinde εἰδικῶς res explicatur.

Ὁ Λακεδαιμόνιοι. Quod Lacedæmonij in primis spectare solent.

Τῆς γοῦν οἰκείας παρασκευῆς. A signo ducit fidē: vel suis ipsorum opibus diffisi propter tenuitatem earum, nulla bella mouent, nisi coactis magnis sociorum copiis, & magnis auxiliis.

Οἱ δὲ, καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιεν πέμψαι. At nisi ipsi veniāt auxilio, mittent alios: facilè autem hoc præstabūt. Melos æquali interuallo inter Cretam & Peloponnesum sita.

Δι' οὗ. Quo faciliùs euadere salui poterunt, qui venient nobis auxilio, quàm à vobis intercepti, quamuis maris imperium teneatis.

Ἀπορώτερος ἡ λῆψις. Difficiliùs intercipi poterunt. Per contrarium sensum more suo rem explicat: id est, qui missi fuerint, faciliùs euadere, quàm intercipi poterunt.

Καὶ εἰ τοῦδε σφάλλοιντο: ἀντιπαράστασις. Sed fac vos tātum posse classibus, vt transitum prohibeatis: at Lacedæmonij in vestros fines irrumpentes cogēt vos obsidione desistere, & patriæ periclitāti opem ferre: vel socias ciuitates, quæ vobis reliquæ sunt in Thracia oppugnabunt: atque ita à nostra oppugnatione vos reuocabunt, & auertent.

Εἰ τοῦδε σφάλλοιντο. Si hoc assequi non possint.

Βρασίδας. Faciunt mentionem Brasidæ, vt doceant facilè id posse fieri.

Καὶ ὁ πόνος. Itaque laborandum erit vobis potiùs pro vestris, & sociorum finibus tuendis, quàm pro alienis occupandis.

Τούτων μὲν καὶ πεπειραμένοις. Minabundi iam legati dirimunt colloquium, & iubent vt secum ipsi constituant, vtrum pacem, an bellum velint. Hæc enim est summa huius loci: sed afferunt rationem sui facti, cur ita commoti cum ipsis agant: quia scilicet in tam lōga disputatione ne verbum quidem fecerint de deditione, aut de cōditionibus, quibus se dederent. Admonent etiam eos denuò ne falsa spe decipi se patiantur, néve dedecore deditionis moueantur, sed salutem suam cæteris rebus anteponant.

Vos verò malo vestro docti cognoscetis an cœptam obsidionem simus omissuri, & aliquo terrore rem propositam intermissuri. Cum animi molestia, & comminatione hoc dictum à legatis.

Καὶ ὑμῖν. Vobis quoque, ἐμφατικῶς: ergo etiam aliis. Innuit autē Mitylenæos, Potidæatas, & alios.

Γένοιτο ἂν περιπλοκή. τι. ἐναλλαγή. Incertum pro certo. Interitum eorum & euersionem intelligit.

Καὶ πεπειραμένοις, καὶ οὐκ ἀνεπιστήμοσιν: id est, vos verò experiemini, & penitus cognoscetis hoc. sed negatiuè more suo loquitur.

Ἀνεπιστήμοσιν: ἐπιμονή.

Ἐνθυμήμεθα δέ. Admonet vt summatim deliberent vtrum pacem, an bellum malint. animaduertimus autem, &c.

Οὐδὲν ἐν τοσούτῳ. Ne verbum quidem in tam longa dispu-

ga diſputatione. Ω ἄνθρωποι: id eſt, ſalutare: circumlocutione deditionem ſignificat.

Αλλ' ὑμῶν. Sed quæ firmiſſima putatis, ea ſunt leuiſſima, & inaniſſima, ſpes ſcilicet; & ventura auxilia. Opes autem veſtræ ſunt infirmiſſimæ aduerſus longè potentiores. Admonent itaque eos, vt cùm ſint impares potentiæ Athenienſium, cedant potiùs. Eſt autem ἀνακεφαλαίωσις. Repetuntur enim argumenta ſuperioris diſputationis de potentia Athenienſium, de tenuitate Meliorum.

Ελπιζόμενά μέλλεται: id eſt, ſperantur fore: id eſt, nituntur ſpe incerta: hoc eſt, ſunt incerta, & talia ſperantur fore.

Τὰ δ' ὑπάρχοντα. Præſentes opes.

Βραχέας. Breues. A ſtatura corporum ducta metaphora.

Πρὸς τὰ ἤδη. Aduerſus opes oppoſitas.

Πολλὴν τι ἀλογίαν. Quare valde inconſulti & inconſiderati eſtis: multam inſaniam declaratis. Conuicium.

Επὶ τὸ ἐξῆς γνώσεσθε.

Οὐ γὰρ δή. Admonent eos, ne moueantur deditionis dedecore. Primùm; quia honeſtum potiùs, quàm turpe facere deditionem vrgente neceſſitate ſalutis cauſa. Deinde, quia Athenienſium fidem ſecuti, facturi eſtis deditionem: quod honorificentiſſimum. Poſtremò, quia commodiſſimis conditionibus hoc eſtis facturi.

Πολλοῖς γάρ. Multos enim quanquam cernentes & videntes mala propoſita, tamen id quod vocatur turpe ſolet allicere, ita vt verbo victi, re in maximas difficultates incidant.

Προορωμένοις ἐπὶ τὸ ἐξῆς ἐκεῖνα ἐς ἅ: ſed οἷα, ἀντὶ τοῦ, ἅ.

Τὸ αἰσχρὸν καλούμενον. Quæ vocatur turpitudo.

Ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει. Fallaci verbi vi. ἐπαγωγόν. quod vim alliciendi & in errorem inducendi habet.

Επισπάσαντο. Attraxit: id eſt, impulit: ſed vim ſignificat hoc verbum ἐπισπᾶν, ἀποσπᾶν, ἀνασπᾶν. σπασμὸς inde. Μετὰ ἀνοίας. Propter ſtultitiam. ἢ μετὰ τύχης. ἀντὶ τοῦ, ἀτυχίας. ἢ, ἀντὶ τοῦ ἤπερ.

409. A Καὶ οὐκ ἀπρεπές. Neque turpem exiſtimabitis deditionem, quam facturi eſtis prouocati à nobis, commodis & honorificis conditionibus: id eſt, vt ſitis ſocij: vt fines veſtros retineatis, vectigal tantùm pendatis.

Μεγίστης. Id eſt, potentiſſima.

Δοθείσης αἱρέσεως. Data optione. δίδοσθαι αἵρεσιν τινός, καὶ περί τινος, τὶ ἐξῆς ξυμμάχους γενέσθαι, καὶ μὴ φιλονεικῆσαι τὰ χείρω. ἀσφαλείας: αὔξησις. Pacem appellat incolumitatem.

Φιλονεικῆσαι τὰ χείρω: id eſt, per contentionem, vel ſtudio contentionis ſequi deteriora. μετωνυμία, cauſa pro effectis.

Ὡς οἵτινες. Qui enim paribus non cedunt, potentioribus cedunt, erga inferiores moderati ſunt, iis maximè res cedunt proſperè. συναθροισμός.

Καλῶς προσφέρονται. περιπλοκή. Rectè ſe gerunt: id eſt, cedunt.

Πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖντο. Diutiſſimè ſtare poterunt: horum ſtatus & imperium maximè diuturnum futurum eſt. ὀρθοῦμαι) (σφάλλομαι.

Σκοπεῖτε οὖν. Admonent iterum vt diligenter ſecum ipſi conſiderent, & illud ſibi ante omnia proponant, de patria & ſalute omnium ſuarum fortunarum agi: quam (ſi rectè deliberauerint) ſunt retenturi: ſin minùs, ſunt funditus euerſuri.

Ἣν μιᾶς πέρι. Hîc aut aliquid deeſt, aut certè verba illa ἣν τυχοῦσαν τε καὶ μὴ κατορθώσασαν legenda ſunt, ἢ τυχοῦσά τι καὶ μὴ κατορθώσασα. Nam non eſt cur putemus genus aliquod παραλείψεως & ἀποσιωπήσεως, in fine concionis eſſe. Hoc enim durum admodum, & inuſitatum eſſet.

Μιᾶς πέρι: βουλῆς, non πατρίδος, vt Schol. ἀπολογητικῶς, cum genitiuo. Alludit autem fortaſſe ad ſacrã anchoram.

Ες μίαν. Commoratio. Super vna, & in vna deliberatione poſita eſt.

Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι. Egreſſi ſunt ex curia Athenieſes: Melij ſeorſum re deliberata ſententiã non mutãt. dant itaque reſponſum in eandem ſententiam.

Παραπλήσια καὶ ἔλεγον: ἀντὶ τοῦ, παραπλήσια οἷς ἔλεγον.

Οὔτε ἄλλα. Eadem ſe eſſe ſententia Melij reſpondent, paratos ſe eſſe ad defendendam priſtinam & peruetuſtam libertatem, ſperareque auxilia tum à Deo, cuius nutu liberi huc vſq; fuerint, tum à Lacedæmoniis, quorum cognati & coloni eſſent.

Nos verò neque aliud ſentimus, quàm paulò antè declarauimus, neque libertatem vetuſtiſſimam ciuitati noſtræ eripiemus: ſed freti tum fortunæ, quæ diuinitus huc vſque eam conſeruauit, tum auxiliis, dabimus operam, vt eam retineamus.

Οὔτε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Vt faceret antitheſin τῷ ἑπτακόσια.

Προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς. Vos tamen prouocamus iſtis conditionibus.

Αλλ' οὖν μόνοι γε. Diſcedunt legati comminantes Meliis exitium. Quando vos pertinaciùs perſiſtitis in eadem ſententia, & incertas ſpes certæ vtilitati anteponitis, non erit mirandum, ſi veſtram Rempublicam euertatis.

Τῷ βούλεσθαι. Nam quæ volumus, ea etiam libenter credimus.

Παραβεβλημένοι. Obiecti, vos ipſos permittentes. Hom. ιλ. α. Αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναίων. Redeunt in caſtra legati: referunt quæ acceperant à Meliis. duces, qui ſperauerant compoſitionem, deiecti ea ſpe, ad oppugnandos Melios ſe conuertunt. Partiti itaque opus inter ciuitates ſingulas, quæ aderant in caſtris, munitiones extruunt: & vallo circumdant vrbem. relicto deinde præſidio in munitionibus cum maiore exercitus parte domum redeunt.

Αφέντες τὰς σπονδάς. Soluto fœdere. 310. B

Εκήρυξαν δέ. Edicto autem permiſerunt cuilibet impunè prædam agere ex finibus Athenienſium.

Παρεσκευάζοντο τὴν φυλακὴν ἄμεινον. Diligentiùs excubias agebant.

Τοῦ δὲ ἐπιγιγνομένου. Narrat Lacedæmonios eduxiſſe exercitum aduerſus Argiuos: ſed cùm de more ſacrificium pro tranſitu feciſſent, nec litare potuiſſent, reduxiſſe exercitum.

Διαβατήρια. Plena locutio eſt ἱερὰ διαβατήρια, vt hîc videmus. Aliâs: ἐλλιπῶς διαβατήρια tãtùm dicitur.

Καὶ Αργεῖοι. Memorat Argiuos fuiſſe ſuſpicatos nonnihil de proditione: itaque nonnullos ſuorum comprehenſos in carcerem conieciſſe: alios etiam profugiſſe.

Καὶ οἱ Μήλιοι. Declarat Melios cepiſſe aliã partem munitionũ Athenieſium, ſed paulò pòſt miſſo Athenis alio exercitu fuiſſe expugnatos: puberes omnes interfectos: vxores atque liberos in ſeruitutem abductos.

FINIS V. LIBRI.

LIBRI SEXTI ARGVMENTVM.

411\. A Hic liber continet Atheniensium expeditionem in Siciliam, & res gestas in ea insula: nihil ferè præterea habet. Sed primo loco habet descriptionē totius insulæ, situm, ambitum, & figuram: expositionem gentium tam barbararum, quàm Græcarum, quæ eam incolebant, & originem earum, atque opes. Secundò loco demonstrat occasionem, qua impulsi Athenienses expeditionem susceperunt: quæ erat, vt ferrent Leontinis cognatis auxilium, præsertim euocati ab Egestæis, qui pecunias ad bellum gerendum pollicebantur. Tertio loco habet deliberationem Atheniensium de eo bello suscipiendo: & conciones inter se aduersarias Niciæ, & Alcibiadis: huius suadentis bellum, illius dissuadentis. Habet etiam apparatum, & magnificentiam classis Atheniensium. Quarto loco habet conciones Hermocratis Syracusani & aliorum: quorum alij admonent Syracusanos, vt sibi caueant ab Atheniensibus, vt facit Athenagoras: alij mittendos esse exploratores, qui rebus diligenter exploratis, aliquid certi referant. Vt denique Athenienses ex insula Corcyra in Siciliam transmiserint: quò primùm appulerint, quas ciuitates ad belli societatem solicitauerint, vbi copias exposuerint: belli initia, & prœlia, & alia id genus hoc in libro declarantur.

Hic liber est, vt qui maximè pernecessarius. Continet enim res magnas & graues, quæ animos lectorum admiratione suspensos retinent. Habet multas conciones, & nonnullas inter se contrarias: in quibus elucet copia inuentionis, & admirandum inest artificium. Denique summa delectatione lectores afficit.

Narrat Thucydides Athenienses eadem hyeme constituisse vere ineunte maiore apparatu, quàm antea fecerant, Siciliam petere: sed damnat consilium eorum, qui bellum non leuius susceperint, ignari rerum illarum. Explicat deinde magnitudinem insulæ, & multitudinem eius incolarum, & non contemnendam potentiam.

Μετὰ Λάχητος. libro 3. cuius collega erat Charæades.

Εὐρυμέδοντος. Initio libri quarti: cuius collegæ Sophocles & Pythodorus.

Καὶ ἐνμλειόνων, καὶ βαρβάρων. De quibus paulò pòst.

Πολλῷ τινι. διαστήματι δηλονότι.

Σικελίας γὰρ περίπλους. Describit iam Siciliæ ambitum, & quo interuallo ab Italia distet. De ambitu Siciliæ Strabo lib. sexto diligentissimè scripsit: & Plin. lib. 3. cap. 8.

Sicilia olim Trinacria: deinde θρίνακις εὐφωνότερον, propter tria promontoria, Pachynum, Pelorum, & Lilybæū: de quibus Ouidius Metamorph. libro 13.

—Intrant
Sicaniam: tribus hæc excurrit in æquora linguis,
E quibus imbriferos est versa Pachynos ad austros:
Mollibus expositum Zephyris Lilybæon ad arctos
Æquoris expertes spectat Boreamq; Peloros.

B Trinacria itaque primùm dicta propter tria

A promontoria. λυκόφρων τρίδειρον: Γινδ. τριγλώχινα. Sicania deinde à Sicanis populis Hispaniæ: Sicilia denique à Siculis Italiæ populis, qui pulsi ab Opicis in eam traiecerunt. Eius ambitus (vt placet Posidonio) Strabone referente, continebat 720 stadia, præter quatuor millia: quę summa circiter sexcenta millia passuum efficit. Plinius scribit ambitum Siciliæ complecti sexcenta, & octodecim millia passuum. Ptolemæus septingenta millia passuum. Vtcunque sit, constat maximam insularum esse, quæ sunt in mediterraneo mari.

B Περίπλους. Ambitus Siciliæ non multò minor est nauigatione octo dierum naui onerariæ circumuectæ: id est, tantum, quantum nauis oneraria circumuecta cursu conficere potest octo dierum spatio. Strabo dissentit à Thucydide. Scribit enim ex quinque dierum nauigatione constare ambitum Siciliæ: nisi ad nauis longæ nauigationem referamus.

Ελασσον: ἀντὶ τοῦ, ἐλάσσονι.

C Καὶ τοσαύτη οὖσα. Cùm autem tantum pateat, angusto admodum freto ab Italia auulsa est. Nam viginti stadiorum interuallo maritimo à continente disiuncta est, ab ea scilicet parte, qua Rhegium habet oppositum, ita dictum à diuulsione facta. Nam cùm olim Sicilia Italiæ adhæreret, vi terræ motus auulsa dicitur. Itaque ῥήγιον vocatum oppidum, ad quod eiusmodi auulsio facta est, παρὰ τὸ ῥήγνυσθαι. Iustinus non terræmotu id accidisse scribit, sed magno impetu maris superi. Virg. D Æneid. 3.

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt: cùm protinus vtraque tellus
Vna foret: venit medio vi Pontus: & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit: aruaq; & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.

Εἴκοσι σταδίων. Alij minore.

Τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα, ἀντὶ τοῦ μὴ ἤπειρος εἶναι.

Ὠκίσθη δέ. Iam demonstrat quæ gentes in ea insula E sedes habuerint: barbaros primùm, deinde Græcos eam incoluisse docet. Barbaros fuisse Cyclopas & Læstrygonas, quorum originem, aduentum, & discessum se nescire ingenuè fatetur: deinde Sicanos ex Hispania profectos: mox Troianos nonnullos profugos, secutos Siculos ex Italia: Phœnicas etiam postremò ex Phœnice eò venisse docet.

Κύκλωπες: Οδ. ι. Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων, ἱκόμεθ'.

F Ἀρκείτω δέ. Satis sint, scilicet lectoribus, quæ à poetis prodita sunt: & quæ vnusquisque de hoc genere hominum sentit. Reiicit itaque nos vel ad poetas, vel ad varias hominum opiniones.

Καὶ ὡς ἕκαστος. Alij monoculos: alij pyratas, alij fabros ærarios, fuisse tradunt.

Ενοικισάμενοι. Sedem posuisse.

Ὡς μὲν αὐτοί φασιν. Refutat falsam opinionem Sicanorum.

Αὐτόχθονες. Indigenæ: eodem solo nati, atque eG ducati, quorum eadem terra parens, altrix, patria dicitur: Cicero pro P. Flacco.

Ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια. Vt autem veritas comperitur: re vera autem compertum est.

Λιγύων. Pulsi suis sedibus à Ligyis, vel Liguribus λιγυστινή, πόλις λιγύων, prope occidentalem Hispaniam prope Tartesum. Στῖφαι. Ad Colchos etiam

Cytæam

Cythæam λιγυστικὴν πόλιν. Sed in Hispania nullos populos hoc nomine inuenio: quare vereor ne codex sit corruptus.

Τῶν Τρώων τινές. Quos Virgilius fingit ab Ænea relictos ibi fuisse propter diuturnæ nauigationis tædium.

412.A Ἔρυξ. Vbi Venus Erycina religiosissimè colebatur. ἀπὸ ἔρυκος τοῦ ἀφροδίτης, καὶ βύτου. Στέφαν. Erat etiam Romæ Veneris Erycinæ templum ante portam Collinam. Strabo lib. 6.

Ἔγεστα: τὰ ἀπὸ τοῦ ἐγέστου τοῦ Τρωός. λέγεται καὶ θηλυκῶς. Στέφαν.

B Ὀπικοὺς, τοὺς καὶ ὀφικούς. A copia serpentum: iidem, atque Osci spurcæ, præposteræque libidinis nomine maximè infames. Barbara lingua, & sermone maximè inquinato vtebantur: vt & Volsci. Erant autem Opici Campaniæ populi.

B Καὶ ἡ χώρα. Digressiuncula, vnde nomen inuenerit Italia.

C Τὰ πλείω. Non omnibus.

Πάνορμον. Hodie Palermo vocatur.

D Ξυνοικίσαντες. In vnum coeuntes.

Πίσυνοι. Vocabulum poeticum. freti societate Elymorum, & propinquitate Carthaginiensium, qui & ipsi ex Phœnice erant oriundi.

Ἐλάχιστον πλοῦν: αὐτὶ τοῦ, ἐλάχιστον.

Ἀρχηγέτου. Ducis, cuius auspiciis & ductu eò peruenissent.

Θεωροί. Rerum diuinarum curatores. Innuit Thucyd. religiosissimam fuisse eam aram.

413.A Νήσου. Ortygiam intelligit.

Οὐκέτι περικλυζομένη. Non amplius mari alluitur.

Ἡ ἔξω: ἡ ἐν τῇ σικελίᾳ δηλονότι. Nã antea insululam occupauerant, Ortygiam scilicet, & in ea oppidum condiderant: postea insulam ponte iunxerunt insulæ Siciliæ, & vrbem ampliarunt.

Λεοντῖνοι, καὶ τὰ μέγαρα. Clarissimæ quondam vrbes Siciliæ.

Πολυάνθρωπος. Populo frequens facta est.

B Τρόπαιον πλεῖστον τρώγιλον. χώρα σικελίας, παρὰ Στεφάνῳ.

Θάψος. Erat καὶ Λιβύης πόλις. Στέφ.

Οἱ δ' ἄλλοι, ἐκ τῆς θάψου. Cæteri Hyblam condiderunt. Ὕβλα. Vulgò Auola: ab Hyblæis apibus dicta.

D Λίνδιος. A Lindo vrbe Rhodi.

414.A Ἐκπίπτουσιν. Eiiciuntur, sedibus pelluntur.

Οἱ μήδους φεύγοντες. Quo tempore Xerxes Græciæ bellum intulit.

B Μεσσήνην αὐτὴν ὠνόμασεν. αὐτὶ τοῦ, ζάγκλης ὠνόμασεν.

Καὶ φωνὴ ἐκράθη. Et quamuis lingua ex vtraque gente mixta fuerit: leges tamen, & instituta Chalcidensium obtinuerunt.

Ἀπὸ ζάγκλης. Ni fallor antequam Messene appellaretur.

Καὶ φωνὴ μέν. Id est, lingua neutrorum euicerit, sed medium ex vtraque genus, mixtum fuerit: iura tamen Chalcidensium fuerunt potiora: id est, obtinuerunt Chalcidenses, vt iura legesque suæ retinerentur.

C Λύτρα αἰχμαλώτων. Pro pretio redemptionis captiuorum. Ergo prœlio vicerat Syracusanos.

D Κατῴκισε. Collocauit, restituit.

Τοσαῦτα ἔθνη: ἐπίλογος. Efficit tantas fuisse opes Siciliæ, tot gentes, tam barbaras, quàm Græcas coluisse insulam, quo tempore Athenienses eam petebant bello, vt temeritatis accuset populum

A Atheniensem, qui susceperit tam temerarium consilium.

Ὡρμηντο στρατεύειν. Bellum inferre cogitabant: ferebantur studio, impetu animi ferebantur ad istam expeditionem.

Ἐφιέμενοι μέν. Eius imperium re affectantes, sed honesta quadam præscriptione, auxilium se velle ferre suis cognatis & sociis prædicantes.

415.A Προθυμότερον ἐπικαλούμενοι. Qui alacrius auxilium implorabant.

B Ὅμοροι γὰρ ὄντες. Affert rationem cur Egestæi acriùs quàm cæteri instarent: quia (inquit) bello impliciti à Selinuntiis & Syracusanis terra, marique premebantur.

Εἰς πόλεμον καθεστῶτες. Bellum aduersus eos susceperant: bellum gerere cum illis cœperant.

Περὶ γαμικῶν. Belli causæ fuerunt controuersiæ ortæ propter sponsalia, vel nuptias, & propter confinia & limites. Diod. libro 12. facit mentionem vnius causæ tantùm, propter agri limites.

C Scribit enim fines Egestæorum & Selinuntiorum flumine diuisos fuisse: Selinuntios flumen transisse, & proximum ripis agrum occupasse, & cum magna Egestæorum contemptione progressos bonam agri partem sibi vindicasse. Quæ autem fuerint nuptiarum controuersiæ, mihi non constat: sed coniicio fuisse aliquas id genus: vel ductas in matrimonium sponsas, deinde per contumeliam remissas, vel vi raptas, & inuitis earum ciuibus: vel alias huiusmodi.

D Γαμικῶν τινῶν. Nonnullis de rebus ad nuptias spectantibus.

Γῆς ἀμφισβητήτου. Confinia sic vocat, terram controuersam & dubiam περιφραστικῶς.

Καὶ οἱ σελινούντιοι τοὺς συμμάχους. Nihil tale est apud Diod.

Ἐπαγόμενοι. Accitis.

Κατεῖργον. Premebant eos bello terra, marique: quod libro 3. dixit τῆς τε γῆς, καὶ τῆς θαλάσσης εἶργον.

E Καὶ κεφάλαιον. A periculo imminenti mouebãt: si cognatos & socios vestros Syracusani subegerint, & bellum illud confecerint, facilè contra vos arma conuertent: & vnà cum Lacedæmoniis vestrum imperium euertent.

B Ἀτιμώρητοι γενήσονται. Impunè ferent.

Διαφθείροντες. Atterentes. ἴσως διαφθείραντες.

Ξυγκαθέλωσιν. Vnà demoliantur.

C Σῶφρον δ' εἶναι, αὐτὶ τοῦ, σωφρόνων. Esse autem prudentum distinere procul eas copias vnà cum sociis.

F Ὧν ἀκούοντες. Narrat Athenienses decreuisse mittere legationem in Siciliam, vt exploraret & pecuniam, & quo in statu esset bellum aduersus Selinuntios.

D Λακεδαιμόνιοι δέ. Narrat Lacedæmonios eadem hyeme duxisse exercitum in fines Argiuos, vastasse agrum, & magnam frumenti vim absportasse: exules Argiuorum Orneis collocasse, & illis reliquisse nonnihil præsidij ex sociorum copiis: fœdus denique iniisse cum Argiuis, atque ita domum se recepisse.

G Ὀρνεάς. In agro Sicyonico: sed erat ditionis Argiuorum. Strabo lib. 8.

Ζεύγη: plaustra.

Ἀπῳκισμένον: ποιητικόν. ἀπωθεν κοινόν.

Κατασκάψαντες. Solo æquatis.

B Καὶ ἐς μεθώνην. Narrat Athenienses misisse in Thraciam equites nonnullos, qui excursionibus fines Perdiccæ popularentur, atque infestarent. μεθώνην. Hæc est illa ad cuius oppugnationē postea Philippus Macedo alterum amisit oculum, telo erutum ab Astere quodam Amphipolitano. Ἀστὴρ φιλίππῳ θανάσιμον ἐπιπέμπει βέλος. Ἀστὴρ δ' ὢν λάβῃ φίλιππος κρεμήσεται.

C Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Hyeme missi fuerant legati in Siciliam ad Egestæos. Hos docet iam rediisse vere cum legatis Egestæorum, qui sexaginta talenta afferebant pro stipendio sex nauium. Itaque Athenienses aduocata concione, & legatis auditis, decreuisse Egestæis auxilia mittere.

Ἀσήμου. Non signati.

D Ἐπαγωγά. Apposita ad persuadendum, apta ad animos pelliciendos.

Αὐτοκράτορας. Cum summa potestate, merum imperium habentes.

Ξυγκατοικίσαι δέ. In suas sedes restituerent. nam suprà dixit, εἰ συμμαχούσιοι λεοντίνοις αἰαστάντες, &c.

Ἤν τι περιγίγνηται αὐτοῖς τοῦ πολέμου. Si qua detur facultas inter administrandum bellum. τὶ τοῦ πολέμου: id est, aliquod belli tempus.

Καὶ τἆλλα τὰ ἐν σικελίᾳ πρᾶξαι. Et reliquas Siciliæ res perinde gererent, ac Reipub. Atheniensium maximè expedire iudicassent. περιπλοκή.

E Καθότι. Qua ratione.

Καὶ τοῖς στρατηγοῖς. Et vt ducibus decernerentur, quæ ad eam expeditionem viderentur necessaria.

417.A Καὶ ὁ Νικίας. Significat Niciam progressum in concionem vt suis ciuibus eam expeditionem dissuaderet. Sed explicat primùm causas cur id dissuaserit.

Ἔργου. Hoc opus, hic labor est.

NICIÆ CONCIO.

Ἡ μὲν ἐκκλησία. Summa istius concionis est dissuasio. Dissuadet enim Nicias expeditionē istam. Argumenta quibus nititur dissuasio, hæc sunt: quia periculosa, quia non necessaria, quia si non suscipiatur, nulla damna afferet: si suscipiatur, & aliqua accidat offensio, maxima grauissimaq; incommoda afferet. Hæc est summa: sed admonet interim populum, ne Egestæos audiant alienigenas, & suam rem agentes, nihil prætereà curantes, néue audiant Alcibiadem, qui imperij cupiditate motus, & spe dignitatis, vtilitatisque ex ea re percipiendæ, instat & vrget istam expeditionem. Admonet deniq; Senatum, & πρύτανιν, Senatus principem, vt quasi moderator leuitatis populi adhibitus ei resistat, & deliberationem istam reuocet in integrum.

Ἐπισήμαντορας. Schol. Qui à nobis ducibus curandus est. Ego hoc ad apparatum classis præfecturæ referendum puto.

Ἐμοὶ μέν τοι. ἀνάστασις. Ego verò censeo de hoc ipso iterum deliberandum, atque consultandum.

Καὶ μὴ οὕτω. Ratio ab vtili: nec tam breui consultatione magnis de rebus bellum suscipere.

B Ἀνδράσιν. Ratio cur non debeant, vt προσήκοντα.

Οὐ προσήκοντα. Quia barbari, quia remoti, vt non facilè fructus ex illis possint percipi.

Καίτοι ἔγωγε. Quærit fidem & authoritatem suæ sententiæ. Meâ interest potiùs suadere bellum hoc, quàm dissuadere. Cur ita? quia honores geram & imperium habebo. προκατάληψις, καὶ λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

A Ἐκ τοῦ τοιούτου. Bellum intelligit.

Καὶ ἧσσον ἑτέρων. Altera Ratio: & sum senex ita vt naturæ quodammodo satisfecerim: & non ita mihi sit laborandum de vita conseruanda. δεινότης.

Περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι: vt δέδοικα περὶ ξανθῷ μενελάῳ.

Νομίζων. Quanquam existimo eos quoque, qui sibi & suis fortunis cauent, nec ita temerè periculis sese obiiciunt, bonos esse ciues. Paulò antè dixerat, καὶ ἧσσον, &c. Itaque ne videretur nimium sibi tribuere, qui prædicaret suam fortitudinem, & periculorum contemptionem, cæteros ciues parui facere, addit correctionem.

B Μάλιστα γὰρ ἄν. Ratio probabilis: qui enim rem priuatam saluam cupit, idem rem publicā saluam volet, quæ constat ex rebus priuatorum. ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Isocr.

C Ὅμως δέ. Pergit quærere sibi authoritatem exemplo vitæ actæ: vt antea nihil suasi aliud, quàm id, quod Reipub. expedire iudicabam: ita nunc idem facturus sum.

Διὰ τὸ προτιμᾶσθαι. Ratio probabilis, vel propter honores delatos, quasi dicat, vt vobis assentarer, & vestræ seruirem voluntati, &c. vel, vt impetrarem à vobis eiusmodi honores: sed priorem sensum probo magis.

Καὶ πρὸς μὲν τοὺς τρόπους. Castigat latenter Atheniensem populum, qui erat τολμητὴς, καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευτὴς, adeò vt nollet audire monentes vt sua conseruaret, ab alienis rebus abstineret, néve se periculis obiiceret. Scio me non esse persuasurum vobis, qui tali estis ingenio: sed tamen officio meo non decero.

D Τοῖς ἑτοίμοις. Rebus certis.

Ὡς δέ. Distributio totius causæ. Bellum periculosum suscipitis: difficile & arduum est subigere Siciliam.

Ἐν καιρῷ σπεύδετε. περιπλοκή, σπεύδετε. Matura consultatione opus esse innuit, & loco, ac tempore.

E Φημὶ γάρ. Præter veteres hostes, nouos comparatis. σεμνότης.

Καὶ οἴεσθε. Refutat opinionem eorum, qui putabant fœdera cum Lacedæmoniis inita duratura. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Ὀνόματι. Extenuatio. Verbo tenus erunt. D

Οὕτω γάρ. Sic enim quidam ex nostris, atque ex aduersariis rem transegerunt. Παρένθεσις.

Σφαλέντων δέ που. Ominatio. accepta verò clade aliqua insigni. 418.A

F Οἷς πρῶτον μέν. Confirmatio: Quia Lacedæmonij necessariò, non voluntariè hoc fœdus fecerūt, quia plures supersunt controuersiæ inter nos, & eos.

Ξυμφορῶν. Cladem intelligit acceptam ad Pylum, & Sphacteriam.

Ἐκ τοῦ αἰσχίονος. Quia ipsi priores pacem petierunt.

G Τὰ δὲ ἀμφισβητούμενα. Intelligit Amphipolim non restitutam, Panactum, & quæ de cogendis Bœotiis vt fœdera facerent, suprà sunt declarata.

Εἰσὶ δ' οἱ. Corinthios intelligit.

Λάβωσιν. Metaphora à viatoribus: itaque addit paulò pòst σπεύδομεν.

Πρὸ πολλοῦ. Plurimi æstimassent.

Ὡς

Ωςπ ἀρχή. Conclusio argumenti.

Μετεώρῳ πόλει. Metaphora à nauibus, quæ in alto sunt, & in periculo constitutæ. Neque suspensis, & incertis rebus nostris.

Εἰ χαλκιδεῖς γε. A maiori. Quæ nobis essent curanda diligenter, & constituenda, non curamus, neque constituimus: quæ minùs sunt curanda, ea verò curamus diligenter, & summo studio: quasi dicat, hoc est peruersè & præposterè Rempublicam administrare.

B Socij Chalcidenses à nobis iã multos annos defecerunt: & ferimus eos impunitos: nõnulli etiam alij fidei dubiæ sunt: & tamen non prospicimus, vt nihil nobis ab illis sit timẽdum. Egestæis verò, qui (quasi dicat) sunt barbari, & à nobis remotissimi, properamus ferre auxilium, & hac de re adeò laboramus.

Hic locus mihi suspectus est de mendo: videtur enim aliquid deesse. Sed quoniam authoritate codicum manu scriptorum destituor, & sensus commodus elicitur, nihil muto.

Εἰ: quoniam, quia. Probat τὴν πόλιν εἶναι μετέωρον.

C Ενδοιαστῶς ἀκροῶνται. Dubiè parent. ἄπιστοι, καὶ σφαλεροὶ σύμμαχοί εἰσιν. ἐνδοιαστῶς, ποιητικόν. Hom. Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι. Callimachus: ἐν δοιῇ εἶναι.

Ὑφ᾽ ὧν δὲ αὐτῶν. Alienas properamus vlcisci iniurias, nostras ipsorum negligimus? A maiori. Si nostras negligimus, multò magis alienas negligere debemus.

Επιμέλλομεν. Cunctamur adhuc bello persequi?

Καί τοι τοὺς μέν. A commodis consecuturis demõstrat hoc potiùs esse curandum, illud negligendũ: si Chalcidenses subigamus, eos facilè retinere poterimus: si Siculos subigamus, non ita facile imperio subiectos nostro habebimus. quia remoti, quia multi.

Διὰ πολλοῦ γε ὄντων. Longo locorum interuallo.

D Ανόητον δέ. à turpitudine futura deterret. Amentia verò fuerit bellum inferre illis, quos si viceris, habere in potestate tua nequeas: nisi viceris, in maximo discrimine sis futurus. ἀναλλαγή, vitandæ offensionis gratia.

419.A Μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ. Non eundem statum retinere, qui erat antea κατ᾽ εὐφημισμόν. meliore nomine appellat rem infaustam, & cladem grauissimam acceptam.

Σικελιῶται δ᾽ ἄν μοι. Dixerant Egestæi legati (vt suprà vidimus) verendum esse Atheniensibus, ne Syracusani, euersis impunè Leontinis cognatis Atheniensium, subactis etiam sociis eorundem, magnis auxiliis in Græciam traiicientes vnà cum Peloponnesiis euertant imperium Atheniensium, eaque oratione concionem territabant. Hanc igitur legatorum rationem Nicias iam refutat, & bono esse animo populum iubet, nec tale quippiam vereri. Negat enim Syracusanos etiam subactis illis rebus traiecturos vnquã in Græciã, quia periculosum hoc, & arduũ futurum est: imò nunc potiùs traiecturos, vt gratificentur Lacedæmoniis.

Equidem existimo Siculos neque nunc extimescendos nobis esse, neque posthac, cùm Syracusani rerum illarum potiti fuerint: qua quidem re nos Egestæi territant.

Καὶ ἔτι ἧσσον: τὸ ἑξῆς, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν.

Σικελιῶται. Aduenæ: vt, ἰταλιῶται. σικελοὶ οἱ ἀπὸ σικελοῦ: ὡς ἰταλοὶ οἱ ἀπὸ τοῦ ἰταλοῦ τοῦ ἀρχηγέτου.

Νῦν μὲν γάρ: ἀντιπαράθεσις. A contrariis rem probat: nunc potiùs venturi sunt.

Αρχὴν ἐπὶ ἀρχήν. τὸ δύσκολον. Aduersus integrum imperium. Imperium eorum habet sua impedimenta, quæ retineant eos, nec patiantur abesse à Sicilia, ne fortè illis absẽtibus aliqua fiat defectio, aut ab externis insulæ inuasio. Imperium Athen. integrum & florens opibus non ita facilè ab illis poterit expugnari. Hanc vim habere videntur illa verba ἀρχὴν ἐπὶ ἀρχήν.

B Ημᾶς δ᾽ ἄν. Proponit commoda futura nisi suscipiatur ista expeditio: maximè formidabiles erimus illis Græcis, si eò non eamus: & si eamus, & ostentatis nostris opibus paulò pòst incolumes discedamus: sed si quam calamitatem accipiamus, facilè nos contemnent, & vnà cum Peloponnesiis bellum nobis inferent.

Επειτα δ᾽: τὸ ἑξῆς δι᾽ ὀλίγου ἀπέλθοιμεν. Respicit Thucydides ad ea, quæ scripsit Nicias ad populum Atheniensem, vt reuocarent classem: quia reperiebat bellum illud arduum, & perdifficile.

C Τὰ γὰρ διὰ πλείστου. Probat illud, εἰ μὴ ἀφικοίμεθα, ἐνθυμήματι illo, consueta & ante oculos posita facilè contemnuntur. A contrario. Ergo remotissima quæque suspiciuntur, & admirationi sunt.

Διὰ πλείστου ἐλλειπτικῶς. διαστήματος ἀφεστηκότα, ἢ ἄλλο τι ὅμοιον.

Καὶ τὰ πεῖραν τῆς δόξης δόντα. Et quæ minimè specimen virtutis dederunt, & opinionis, quæ de illis est: id est, quorum virtutem minimè experti sumus, sed tantùm opinionem de ea habemus διδόναι

D πεῖραν) (λαμβάνειν πεῖραν, ἐναλλαγή, res pro personis.

Δόξης. ἀντὶ τοῦ, τῆς δοκούσης ἀρετῆς.

Ὅπερ νῦν ὑμεῖς. Exemplo domestico petito ab iis, apud quos agit, fidem facit res consuetas, & familiares parere contemptum. nam (inquit) vos ipsi contemnitis Lacedæmonios, & cæteros Peloponnesios, propterea quòd assuefacti bello, quod iam diu geritis cum illis, eos contemnitis: ita vt bella extera & peregrina iam appetatis.

E Πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε. Præter opinionem vestram, qui antea eos timebatis: sed ἐναλλαγή res pro personis. τὸ ἑξῆς, καταφρονήσαντες ἤδη περὶ ἃ ἐφοβεῖσθε τὸ πρῶτον.

L.V. circa ea, quæ metuebatis antea. F.P. contemnentes eos, quos antea timebatis, ἤ, ὃ καὶ βέλτιον, παρὰ γνώμην πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε.

C Χρὴ δὲ μὴ πρὸς τὰς τύχας. Locus communis de vitanda insolentia: de colenda continentia. Castigat Nicias Athenienses: & quasi magister vitæ præcepta dat, vt compescat fastum eorum, & insolentiam. Νουθετικὸς λόγος.

F Μὴ δὲ λακεδαιμονίους. Incutit terrorem à persona Lacedæmoniorum, eorumq; consiliis. Existimandũ est Lacedæmoniis ob idipsum, quod victi sunt, id vnum agere ac moliri, quò studiosiùs & diutius virtutem colunt.

Περὶ πλείστου, vel τιμώμενοι, vel ποιούμενοι, vel aliud simile συνηθικῶς supplendum.

Δόξαν ἀρετῆς. Vt Fulgores syderum, tenebræ calamitatum: gloriam: bonã famam & existimationem, ac opinionem virtutis, virtutem claram quærunt: vt sit δόξα, pro gloria.

G Ωςτε οὐ περὶ τῶν ἐν σικελίᾳ. Efficit cogitandum esse, & laborandum potiùs de conseruanda sua salute, quàm de inferendo bello Siciliæ. 420.A

Ο ἀγών ἐστι ἀγῶνα περί τινος. Agi de re aliqua. A re militari, vel à foro & iudiciis ducta metaphora.

Οξέως. Citò, sine mora. ταχέως. Monet, quasi in-

sidiæ sint proximæ ita, vt nisi caueant, statim in eas sint ruituri.

Δι' ὀλιγαρχίας. Nouitate rerum, & periculo amittendæ libertatis terret. A genere politiæ aduersario. ὀλιγαρχία) (δημοκρατία.

Καὶ μεμνῆσθαι χρὴ ἡμᾶς. Admonet iacturę ciuium, qui partim bello, partim pestilentia absumpti fuerant: admonet etiam immensi sumptus in istud bellum facti, vt deterreat ab ista expeditione, quæ sine maximo apparatu suscipi non poterat: innuēs Rempublicam esse exhaustam pecunia & copiis. Occurrit etiam ad illud: immo adsunt & pecuniæ & copiæ: vtamur itaque (inquit) illis pro nobis potiùs, quàm pro alienigenis.

Λελωφήκαμεν. Respirauimus, recreati sumus. λωφᾶν κυρίως τὸ ἀποθέσθαι τὸ ἐπὶ τῷ λόφῳ. ὁ ἐπὶ τραχήλῳ ἄχθος, κατ' ἔκτασιν τῆς λο συλλαβῆς. Hom. Οδ'. ι. καὶ δή κ' ἐμὸν κῆρ λωφήσειε κακῶν.

Βραχύ τι. Extenuatio. aliquantisper.

Φυγάδων. Eleuat Egestæorum authoritatem: quia è Troia profecti, & barbari.

Τό, τι ψεύσασθαι. Iis mendacij suspicionem vocat.

Καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ. Qui aliorum periculis suos sustentant casus: qui verba tantùm afferunt: qui futuri ingrati, si rem obtinuerint: si non obtinuerint, socios secū in perniciem sint pertracturi.

Τῶ τοῦ πέλας. Aliorum periculis rem suam agūt. ἢ κατορθοῦσι, καὶ κατορθώσαντες μὴ εἰδέναι χάριν ἀξίαν. Sed breuitatis causa ita dixit.

Χάριν. Dignas & meritas non habeant gratias.

Πταίσαντας. Accepta clade.

Εἴ τέ τις ἄρχειν. Docuit huc vsque bellum esse periculosum, & minimè necessarium: & propterea non suscipiendum. Iam eleuat Alcibiadis authoritatem, qui huius belli author erat. Demōstrat non esse audiendum eum, qui periculis Reipub. priuatam dignitatem, & vtilitatem quærat.

Quòd si aliquis creatus imperator, bellum suadeat, minimè eum audite, nec permittite, vt Reipub. periculis priuatam dignitatem, & splendorem quærat. Sed probationes sunt interpositæ.

Ἄσμενος. Lubens propter vtilitatem, & dignitatem, quam sperat ex hoc imperio.

Νεώτερος. Ab ætate argumentum. Non callet vsum rerum.

Ἱπποτροφίας. Currus habebat, & equos alebat ita, vt septem currus simul miserit ad ludos Olympiacos.

Διὰ πολυτέλειαν. Propter sumptuum magnitudinem. Hic est sensus germanus, & referendum est hoc ad ὠφεληθῇ: perinde, ac si diceret: & vtilitatem percipiat ex hoc imperio, vt leuetur magnis sumptibus, quos in alendos equos facit. Cic. de Orat. libr. 2. Si auaritia tollenda est, tollenda est mater eius luxuries.

Νομίσατε δέ. Existimate verò huiusmodi ciues non esse bonos.

Τὰ δημόσια ἀδικεῖν. Quia dignitatē & vtilitatem quærunt ex malis & periculis Reipub. & quia non sunt pares propter ætatem tantæ rerum moli administrandæ: & tamen affectant imperium.

Τὰ δὲ ἴδια. Ergo non sunt frugi neque publicè, neque priuatim.

Οὓς ὁρῶν. Eleuat autoritatem aduocatorum Alcibiadis, & Senatus fidem implorat aduersus eos.

Μὴ καταισχυνθῆναι: μετωνυμία. Causa pro effecto, id est, pro ipsa erubescentia, qua retineri poterant, ne resisterent.

Μὴ δ' ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθοιεν. Hortorque ne eodem morbo afficiantur, quo ipsi adolescentes, vt perditè absentes ament.

Γνόντας. Incommoda proponit, ac deterret.

Καὶ ψηφίζεσθαι. Præscribit sententiam, & quasi formulam quandam illis tradit. Vt Sicilienses intra suos limites se contineant, intra mare Siculum, & mare Ionicum: sua colant, & res inter se componant, Egestæi bellum, quod ipsi sua sponte susceperant, sponte sua etiam deponant. populus Atheniensium ab eiusmodi societate abstineat, quæ periculosa, minimè fructuosa esset.

Οὐ μεμπτοῖς. Non angustis: id est, satis amplis. κατ' ἄρνησιν. de quibus non est quod querantur.

Οἷς κακῶς μὲν πράξασιν. à quibus si ab hoste premātur, bellum propulsemus.

Καὶ σὺ ὦ πρύτανι. Præsidem Senatus iam alloquitur, qui erat Princeps collegij τῶν ἐννέα ἀρχόντων, cuius erat mittere populum in suffragia; & rogare sententias, easq; de consilij authoritate cōfirmare. 421.A

Ἐπιψήφιζε. ὁ πρόεδρος ἐπεψήφιζεν. Αἰσχίνης. ἀνάγνωθί μοι τίς ἐστιν ὁ ταῦτα γράψας, καὶ τίς ὁ ταῦτα ἐπιψηφίσας πρόεδρος.

Κήδεσθαι τῆς πόλεως. Curare nequid Respublica detrimenti capiat.

Καὶ γνώμας προτίθει αὖθις. Et roga iterū sententias.

Νομίσας. Illud persuasum habens (si modò reformidas plebiscitum rescindere) hanc rem tibi crimini datum non iri. Cur ita? quia dolo, & fraude carebit, & coram populo fiet, Reipub. autem salutem afferet.

Καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι. Atque id demum esse, rectè & præclarè fungi magistratu, si patriam beneficiis quamplurimis affeceris, damna nulla dedita opera attuleris. Ab officio magistratus.

Τῶν δὲ Ἀθηναίων. In magna concionis multitudine, alij aliter sentiebant, plerique tamen bellum susceptum cupiebant. Hi suadebant: nonnulli etiam dissuadebāt. sed Alcibiades in primis vrgebat, tum vt aduersaretur Niciæ, cui in Repub. administranda etiam alias resistebat; tum quia criminatione ab eo prouocatus fuerat: tum denique quia flagrabat imperij cupiditate, & honorum atq; cōmodorum, quæ inde facilè sperabat se adepturum.

Διάφορος. Aduersarius.

Ὢν γὰρ ἐν ἀξιώματι. Cum enim emineret authoritate inter suos ciues, sumptibus etiam erat profusior, quàm facultates eius perferre possent: tum in alendis equis, tum in aliis impensis faciendis.

Ὢν ἐν ἀξιώματι. Similis formula locutionis est illa, qua vsus est de Pausania lib. 1. ὢν καὶ πρότερον ἐν μεγάλῳ ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν Πλαταιᾶσιν ἡγεμονίαν.

Ἐχρῆτο ταῖς ἐπιθυμίαις μείζοσιν: ἀντὶ τοῦ, μειζόνων ἐπεθύμει. Maiora appetebat, quàm ferre poterant eius facultates cùm in alendis equis, tum in aliis sumptibus faciendis.

Τῆς τε κατὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα παρανομίας: ἀντὶ τοῦ, τὴν περὶ τὸ σῶμα δίαιταν παρὰ τοὺς νόμους. Cùm intuerentur cultum corporis, & victus lautitiam, qua vtebatur præter institutum patrium. De Pauf. lib. 1. οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ καθεστηκότι τρόπῳ βιοτεύειν, &c. hoc est, Metuentes eum propter cultū corporis, & victus lautitiam, quā extra modum, & præter victus institutum vtebatur: metuentes etiam animi magnitudinem in rebus, quas gerendas suscepisset, ab eo vt tyrannidem affectante, alienati sunt.

Καὶ δημο-

Καὶ δημοσίᾳ κράτιστα διαθέντα τὰ τοῦ πολέμου. Et quamuis bella gerendo optimè Rempublicam administrauerit, tamen ob vitam & mores eius auersati eum, aliis Rempublicam permiserunt, qui non multò pòst eam euerterunt.

A

ALCIBIADIS CONCIO.

422.A Καὶ προσήκει μοι. Nicias dissuasit bellum: Alcibiades iam suadet. Sed quoniam Nicias in peroratione criminatus eum fuerat, primo loco respondet eius criminationi: deinde aggreditur ad causam. B Hoc facit rectè & ex arte: nam nisi prius insitas de nobis opiniones, & malam existimationem euellamus, nullam nostra oratio authoritatem habitura est apud quos agimus: qua de re Aristoteles tertio libro Rhetoric. Itaque Alcibiades refutat crimina primùm: deinde insinuat se in causam. Dixerat Nicias non esse audiendum Alcibiadem bellum suadentem, & imperium appetentem, quia est adolescens, & impar rebus magnis, & arduis administrandis: quia mira est hominis C luxuries & ambitio. Ad hæc crimina occurrit Alcibiades statim in ipso proœmio, & ea refutat, docet suam ambitionem, suumque luxum non modò nullam turpitudinem, nullumq; detrimentum afferre reipublicæ, sed summam etiam dignitatem, atque vtilitatem: suam verò iuuentutem dedisse iam documentum vtrum commoda, an incommoda sit reipublicæ, Rempublicam sua opera non solùm non imminutam, sed etiam amicitiis, societatibusque auctam. Hæc est summa. D Argumenta sigillatim expendemus inter explicanda verba. Habemus hîc locum communem pro luxu, & contra luxum. Nicias damnat luxum, Alcibiades tuetur. Qui studio tenentur eloquentiæ debent notare diligenter hos locos, eosque ad imitandum sibi proponere: alit enim vires eloquentiæ huiusmodi exercitatio: & exemplum propositum authorum probatissimorum, quasi regula quædam errare eos non patietur. Hac ipsa ratione vtebatur Aristoteles cùm suos audito- E res exercebat, vt in vtramque partem differerent.

Προσήκει μοι. λαμπρύνεσθαι. Ego verò nego imperium ad alium quenquam pertinere magis, quàm ad me, & dignum me eo esse existimo, vel tu negas ad me pertinere imperium: ego aio & pertinere, & meritò pertinere. Nicias ait imperium ad me non pertinere, & me indignum eo esse: ego verò aio, & imperium ad me magis quàm ad alios pertinere, & me dignum eo esse. Hæc oratio ha- F bet splendorem, & magnificentiam, quæ continet iactantiam, & gloriationem. Itaque Alcibiades dum de suo splendore, & magnificentia loquitur, splendida simul oratione, & magno vtitur apparatu.

Sed dixerit quis huiusmodi prædicationem suarum laudum esse vitiosam: solet enim esse grauis, & molesta auditoribus. λύσις. At vitatur fastidium (vt docet Hermogenes) triplici ratione. Si generatim, & in vniuersum agamus, nostrasque G laudes cum aliorum laudibus communicemus: si necessitate nos coactos id facere ostendamus: si personam immutemus. Hîc necessitate coactum Alcibiadem dicemus prædicare suas laudes: prouocatus enim à Nicia hoc facit.

Καὶ, καὶ. πλυσιωθῆναι. ἰνστασις.

Μᾶλλον ἑτέρων. Propter generis, & maiorũ meorum nobilitatem, & propter virtutem, meaque in rempublicam merita.

Ἀνάγκη γάρ. Detegit artificium necessitatis: vitandæ arrogantiæ causa: & est correctio quædam.

Καθήψατο μὲν. καθάπτεσθαι τὸ τραχύτερον προσφέρεσθαί τινι ἐν λόγοις. Apud Homerum, τὸ ἁπλῶς προσφθέγγεσθαί τινα, demulcere, & alia quædam. pupugit, momordit, *m'ha toccato, m'ha touché.*

Καὶ ἄξιος. Propter virtutem, & prudentiam.

Ὧν γὰρ πέρι. Ratio: Nam ea, propter quæ sum celebris, non solùm mihi, & meis afferunt gloriam priuatim, sed publicè etiam afferunt præter gloriam, vtilitatem quoque: quasi dicat, ne dum incommodum, & turpitudinẽ, vt Nicias calumniatur. ἐπιβόητος εἰμι, Θουκυδίδιον, περιβόητος.

Οἱ γὰρ Ἕλληνες. Docet quomodo splendor suus, & B magnificentia afferat vtilitatem reipublicæ. Græci enim intuiti magnificentiam apparatus, quo ego ludos Olympiacos adij, existimarunt nostram ciuitatem longè potétiorem quàm re ipsa est: quasi dicat, Si vnus ciuis tantum potest, quid sentiendum est de totius ciuitatis potentia?

Μείζω ὑπὲρ δύναμιν. Longè potentiorem, quàm est re ipsa.

Τῷ διαπρεπεῖ τῆς θεωρίας. Apparatu splendido, θεωρίαν appellat aditum ad ludos, qui in honorem Iouis fiebant.

Διότι. Explicat quis fuerit splendor, & apparatus ille.

Καθῆκα: καθιέναι. Inter alias significationes, quas habet, significat dimittere in stadium, mittere in currule certamen.

Καὶ δεύτερος. Secunda tuli præmia: erant & tertia, & quarta.

Καὶ τἄλλα. Quia victores in patriam reuertebantur triumphantes. Erat etiam moris, vt aperta parte murorum in vrbem inueherentur.

Ἀξίου τῆς νίκης. Pro eo, ac merebat victoria, pro eo, ac postulabat.

Νόμῳ μὲν γάρ. Hæc enim & legitimum habent honorem, & potentiæ opinionem afferunt. Νόμῳ. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Magnifici isti sumptus tyrannici sunt: imò legitimi.

Ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου. Mutata figura: ex iis autem quæ geruntur, etiam potentia ciuitatis cognoscitur, suspicione: id est, coniectura.

Καὶ ὅσα αὖ. Transit ad aliam partem splendoris: G illa erat extra vrbem: hæc intra vrbem, & domestica: reliquus itaque (inquit) splendor meus domesticus in publicis sumptibus mihi parit inuidiam apud meos ciueis. Sed apud exteras gentes parit & ipse opinionem potentiæ. ad illud διὰ δὲ πολυτέλειαν.

Λαμπρύνεσθαι τι τινί. Quærere aliquem splendorem ex re aliqua.

Χορηγίαις. Sumptus. erogatio in ludos, omnis impensa voluntaria, & munus. Propriè ipsius choragi, τοῦ διδασκάλου καὶ ἐξάρχοντος τοῦ χοροῦ, κορυφαίου.

Φθονεῖται. Inuidiosus est natura. πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ὁ φθόνος ἕρπει.

Καὶ οὐκ ἄχρηστος ἡ διάνοια. Efficit eiusmodi animi magnitudinem fructuosam esse: διάνοια: mens, animi propositum.

Οὐδέ γε ἄδικον. Neque verò est iniquum: Occurrit ad illud: Non seruas æquabilitatem in libera ciuitate: concedit, sed iure se tuetur: qui ma-

gnitudine animi cæteris antecellit, is si cæteris par esse nolit, non est propterea damnandus. audax sententia. Facit fidem: quemadmodum nemo libenter venit in partem calamitatum, quibus potentes premuntur: sic etiam si dignitatis præstantia excellamus, non sumus vituperandi si pares vulgò esse recusemus. ἔννοιαι δὲ νεότητος τολμηραὶ, καὶ ἐπικίνδυνοι.

Ο κακῶς πράσσων: ἐναλλαγή, ἀντὶ τοῦ οὐδεὶς πρὸς τὸν κακῶς πράσσοντα. ἰσομοιρεῖν τῆς ξυμφορᾶς πρός τινα, ἀντὶ τοῦ, ἴσην μοῖραν τῆς ξυμφορᾶς ἔχειν ὥσπερ τις.

Εὐπραγούντων. A florentibus fortuna si despiciatur.

Η τὰ ἴσα νέμων, τὰ ὅμοια ἀνταξιούτω. Alioqui idem tribuat vt idem referat: id est, ne contemnat nos in calamitate positos; ne contemnatur & ipse dum dignitate est inferior.

Οἶδα δὲ τοὺς τοιούτους. Eleuat eiusmodi inuidiam, & compensat si quid in ea vitij est, commodis, quæ consequuntur. Quanquam scio huiusmodi homines, qui splendore ac dignitate cæteris antecellũt, premi aliorum inuidia. Concedo (inquit) sed tantummodo dum viuunt: nam mortui gloriam immortalem tum patriæ, tum sibi relinquunt. τοὺς τοιούτους: τοὺς μέγα φρονοῦντας ἐφ' ἑαυτοῖς.

Τῶν δὲ ἔπειτα ἀνθρώπων. Relinquere nonnullis posteris vendicationem cognationis: id est, eam gloriam, & eam de se opinionem posteris relinquere, vt nonnulli cupiant cognati eorum appellari, & id iuris sibi vendicet, quo videlicet participes eorum gloriæ fiant. προσποίησιν ξυγγενείας. Summam gloriam, & admirationem, ita, vt nonnulli ius cognationis sibi vendicent: hoc est, prædicent se esse cognatos illorum.

Ως περὶ ἀλλοτρίων: Commoratio: ἄρσις καὶ θέσις.

Ων ἐγὼ ὀρεγόμενος. Concludit superiora vt transeat ad alia: suprà respondit ad crimen luxus, iam respondet ad crimen iuuentutis. Quarum rerum ego desiderio captus, & propterea celebris. Σολοικοφανές. nisi coniungamus τὸ μεταχειρίζω cum ὀρεγόμενος.

Πελοποννήσου γάρ. Dixerat Nicias Alcibiadem propter iuuentutem, & rerum imperitiam non esse aptum ad imperium gerendum. Occurrit Alcibiades: negat se esse rerum gerendarum imperitum, quamuis sit adolescens: probat. Nam neque eloquentia, neque prudentia mihi deest. Exemplo fidem facit. Nam mea eloquentia, meaque prudentia impulit Argiuos, & Mantineos, vt societate nobiscum facta prœlio certarent cum Lacedæmoniis, cùm Lacedæmonij in maximum discrimen adducti de summa rerum dimicarunt. Et quamuis vicerint, tamen vires suas ita attriuerunt, vt non admodum adhuc eis fidant.

Τὰ δυνατώτατα. Ciuitates potentissimas. Mantineam, & Argos intelligit. sed χωρία supplendum.

Ξυστήσας. Conciliatis amicitia, & societate vobiscum. ξυστάσεις. coitiones, & conspirationes.

Κατέστησα. Adduxi, compuli, vt de summa rerum decernerent. λαμπρότης.

Καὶ περιγενόμενοι. Quamuis prœlio superiores discesserint.

Βέβαιος θαρσοῦσιν. Tamen nondum suis rebus planè confidunt: nondum omnino metu liberati sunt.

Καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης. Conclusio. Hęc autem mea iuuentus, meaque imperitia partim eloquentia, partim prudentia transegit. Sed εἰρωνικῶς.

Καὶ μετὰ βαρύτητος. Per iuuentutem intelligitur grauitas: per imperitiam, & stultitiam, peritia, & prudentia.

Ωμίλησεν. ὁμιλεῖν, τὸ συναναστρέφεσθαι, τὸ ἀπαντᾶν, τὸ ἐντυγχάνων. μετὰ δοκῆς, μετ' ἀπατηκῆς νῦν, ὁμιλητής, ἡ ὁμιλοῦσα διεπράξατο. Transegit familiaritate, & amicitia: erat enim gratiosus apud Argiuos.

Οργῇ. Οργὴ παρὰ Θουκυδίδῃ ἡ διάνοια, ὁ τρόπος, ὁ σκοπός, suprà καὶ γὰρ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας. Σχολιαστής, καὶ ἀπειλήσασα μετ' ὀργῆς αὐτοῖς, εἰ μὴ θέλοιεν προσχωρεῖν, irata etiam comminata est eis, nisi societatem, & amicitiam nobiscum inirent, fore scilicet, vt nos cum Lacedæmoniis eos oppugnaremus, atque adeò euerteremus. ὀργῇ, impetu animi.

Παρέχεσθαι πίστιν. Confirmare, comprobare, facere fidem.

Αλλ' ἕως ἐγώ. Iam accedit ad bellum suadendum, & expeditionem istam suscipiendam: præcipua argumenta, quibus bellum suscipiendum censet, illa sunt: Ego ætate floreo, Nicias felicitate. Vtamini igitur vtriusque nostrûm commodo ad vsum Reipublicę: verùm tantisper dum & ego adhuc vigeo, & floreo.

Μετ' αὐτῆς. τῆς ἀνοίας δηλονότι. Vigeo ætate, authoritate, & prudentia.

Αποχρήσασθε. Liberè, & abundè vtamini: aliud enim est καταχρήσασθαι. Ωφελεία commodo.

Ως ἐπὶ μεγάλην δύναμιν. Refutat illud Niciæ, quo terrebat Athenienses.

Καὶ τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν. Propositio, ne reuocetis sententiam de suscipienda expeditione. μεταγινώσκω, μετάνοια.

Οχλοις. Argumenta: ciuitates illæ sunt frequentes non certo genere ciuium, sed multa, & varia colluuie aduenarum: itaque ex morum voluntatumque varietate, proficiscitur facilis earum mutatio.

Επιδοχάς. Facilè admittunt, ac recipiunt aduenas venienteis.

Καὶ οὐδείς. Hæc autem colluuies non est instructa armis priuatim: publicè neque mœnibus, neque castellis, neque etiam cæteris rebus necessariis ad hostium impetum propulsandum.

Νομίμοις. Vsitato apparatu. Sed, quasi dicat, obsoleto, & barbaro, munitiones vsitatas intelligit.

Ο τι δὲ ἕκαστος. Summa est, Vnusquisque prospicit non publicæ, sed suæ vtilitati: sed singulatim, non generatim, vnusquisque prospicit, &c. peculatu, & direptione ærarij, si possit dicendo persuadere: si non possit, seditionem concitat, in qua nisi propositum obtineat, non curat, si solum vertere cogatur, quia non ducit eam ciuitatem pro patria: vult omnino efficere summam omnium rerum confusionem ibi esse.

Καὶ οὐκ εἰκός. Magna igitur ex ea re dissensio tum in sententiis, tum in rebus gerendis.

Ταχὺ δ' ἄν. Itaque speranda deditio, si quæ conditiones commodæ proponantur.

Καὶ μὴν οὐδ' ὁπλῖται. Erat opinio, & rumor magnam vim armatorum militum esse in Sicilia: & Nicias hoc attigerat in sua concione: hanc opinionem refutat Alcibiades à maiori, ne apud nos qui-

nos quidem qui Græci sumus constat hæc opinio de vi & copia τῶν ὁπλιτῶν. multò magis apud barbaros.

Πεμπομπεύωνται. Inflatiùs prædicantur, & commemorantur. hoc fortasse ad tempora Troiana referendum.

B Ὅσοι ἕκαστοι. Quot singuli se esse iactabant.

Ἀλλὰ μέγιστον. Sed nostris tandem temporibus iustum armatorum numerum habere cœpit Græcia, quæ antea falsum prædicabat.

Τά τε οὖν ἐκεῖ. Concludit argumentationem istam de facultate & facilitate belli huius, vt ad alteram partem facultatis transeat: & refutat illud Niciæ, bellum fore in Græcia graue. Rerum igitur illarum status talis est, & longè facilior.

Τοιαῦτα. Ex colluuie gentium.

Καὶ ἔτι εὐπορώτερα. Propositio sequentium.

Βαρβάρους τε γάρ. Habebimus auxilia barbarorum, qui Syracusanos oderunt, neque bello domestico impediemur.

Τὰ ἐνθάδε: ad illud. φησὶ γὰρ ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε ὑπολιπόντας, καὶ ἑτέρους ἐπιθυμεῖν ἐκεῖσε πλεύσαντας, δεῦρο ἐπαγαγέσθαι. Refutat à magnitudine classis, & confirmat rem. Exemplum.

Ἢν ὑμεῖς. Insinuatio, nisi vos Niciam audiatis.

C Καὶ νῦν. Accommodat id quod dicebat, ad id de quo agebatur: & nunc Peloponnesij minùs sunt nobis formidandi, quàm anteà: & si sunt formidandi, tamen classe non sunt formidandi.

Ἀνέλπιστοι μᾶλλον. Infirmiores: sed figuratè à consequenti, magis desperantes, & suis rebus atque opibus diffidentes. Vel, Nunquam antè magis destituti fuerunt spe nos superandi.

Ὥστε τί ἄν. Conclusio: quare suscipiendum bellum.

Τὴν δὲ ἀρχήν. Ab vtili: non otio, nec desidia, sed negotio, laboribus, & periculis subeundis imperia quæruntur.

425.A Ἤρξαν. Rerum potiti sunt.

Παραγιγνόμενοι προθύμως. Impigrè succurrendo.

Ἐπεὶ εἴγε ἡσυχάζοιεν. A contrariis. nam otio, & cũctatione imperia non solùm non propagantur: sed etiam parta amittuntur.

B Τόν γὰρ προύχοντα. Quilibet enim solet præpotentem prior euertere, nedum bellum inferentem propulsare. Itaque, quasi dicat, Græci & barbari metuentes nostram potẽtiam sibi formidabilem, & periculosam, nos etiam quiescentes, & à bello abstinentes euertent, vt metu isto se liberent.

Καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι. Neque licet nobis arbitratu nostro modum imperio statuere: sed necesse est, quando hoc loco sumus constituti, vt eos, quibus præsumus, coerceamus, alios imperio adiungamus: à quæstoribus ἡ μεταφορά, ἀπὸ τοῦ ταμιείου.

Ἐν τῷδε: hoc loco. ἐν τῷ ἄρχειν ἑτέρων.

Τοῖς μὲν ἐπιβουλεύειν. Aliorum affectare imperium, qui iam non parent, Siculos, Italos, Carthaginienses innuit.

Μὴ ἀνιέναι. Non missos facere: id est, coercere.

Διὰ τὸ ἀρχθήνεσθαι. ἂν ὑφ' ἑτέρων. Quia periculum nobis imminet, ne seruiamus aliis, nisi ipsi rerum potiamur.

Καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Non eadem ratio otij habenda est nobis, atque aliis. Quam ob rem? Quia alij, quasi dicat, nati sunt, vt seruiant: nos, vt imperemus. Aut igitur natura, & instituta mutanda sunt, A aut retinendum imperium quibus artibus licet. A necessario.

Ἡμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις. Legendum longè meliore sensu. codices priores erant corrupti, secuti sunt posteriores idem mendum. τὸ ἥσυχον, ἐπὶ ἡσυχίαν.

Εἰ μὴ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα. Nisi eadem studia, & instituta sequamini. εἰρωνεία καὶ βαρύτης. Alij otium amplexantur, quia non ad imperium: sed ad seruitutem nati sunt. vos non ita. Quare vel mutandum vitæ studium, ac institutum, vel opera nobis danda, vt quibuslibet rationibus imperium retineamus, atque propagemus.

Λογισάμενοι οὖν. Quare suscipiendum bellum, vt imperium propagemus. ἐπὶ λόγοι. τάδε τὰ πράγματα.

Ἵνα πελοποννησίων. Vt spiritus Peloponnesiorum deprimamus magnitudine nostri animi.

Καὶ ἅμα. Commoda proponit: aut subacta Sicilia totius Græciæ imperium obtinebimus: aut certè Syracusanorum opes affligemus.

Τὸ δὲ ἀσφαλές. A tuto. Licebit nobis, & manere tutò si velimus, & discedere, si lubeat, propter classis præsidium.

Τὸ ἀσφαλές. τὴν ἀσφάλειαν. Incolumitatem.

Αὐτοκράτορες γάρ. Nam etiam apud illas gentes merum imperium maris obtinebimus.

426.A Καὶ μὴ ὑμᾶς ἡ Νικίου. Hortatus est Senatum Nicias, vt opponeret sese, atque aduersaretur iuuentuti, & aduocatis Alcibiadis. itaque iam Alcibiades refutat, & eleuat eam partem orationis Niciæ. ait, nihil aliud hoc esse, quàm seditionem concitare. itaque non esse audiendum eum efficit, nec sententiam de bello inferendo reuocandam.

Neque auertat vos à bello suscipiendo Niciæ oratio, quæ otium suadet, & dissidium inter iuuenes, & senes excitat.

Τῷ δὲ εἰωθότι κόσμῳ. Sed solita modestia, & consensu omnium ordinum amplificate Rempublicam.

Τό, τε φαῦλον. τὸ θητικόν. τὸ μέσον, οἱ ζευγῖται, καὶ τὸ ἱππικόν. τὸ ἀκριβές, οἱ πεντακοσιομέδιμνοι, vel ad quatuor istos census ciuitatis respicit, vt per medium intelligat τοὺς ζευγίτας, καὶ τοὺς ἱππεῖς, vel generatim, & in vniuersum respicit ad fortunam summam, imam, & mediocrem ciuium.

Φαῦλον. Infimam plebem: Infimi cum summis, summi cum infimis: vtrique cum ordine medio ciuium consentiant, si omnis respublica consentiat.

Τὸ μέσον. Ciueis loco mediocri natos.

Τὸ ἀκριβὲς πάνυ. Summo loco natos. ἂν abundat.

Καὶ τὴν πόλιν. Et Rempublicam si cesset, & delectetur otio, attritum iri paulatim, futurumque vt omnium rerum disciplina apud nos consenescat: sin bella gerat, vsum, & disciplinam rei militaris esse amplificaturam, & hostem non verbis, sed factis propulsaturam. τρίψεσθαι: ἀντὶ τοῦ τριφθήσεσθαι.

B Αὐτὴν περὶ ἑαυτήν. Sponte sua: ipsam sua mole, suis opibus attritum iri.

Ὥσπερ καὶ ἄλλο τι. Vt vasa fictilia, & alia id genus, quæ temporis vetustate teruntur, & consumuntur.

Ἕξειν μᾶλλον σύνηθες. Et meliùs cognituram, vel longè notiorem ei fore facultatem hostis propulsandi re potiùs, quàm verbis, faciliùs percepturam qua ratione hostis propulsandus sit.

Παράπαν τε ξυγγινώσκω. In summa ita sentio, in otio inesse periculum iis præsertim, qui

ad negotium sunt: in negotio autem, etiam si sua sponte probandum non videatur, tamen incolumitatem & salutem esse positam.

Δοκεῖν μοι. Meo iudicio.

Μεταβολὴ ἀπραγμοσύνης. Mutata ratione, vt ex negotiosa, otiosa fiat. cōmutato negotio cū otio.

Ἀσφαλέστατα οἰκεῖν. Tranquillissimè & tutissimè vitam degere.

Τοῖς παροῦσιν ἤθεσι, καὶ νόμοις. Patriis institutis, & legibus, quamuis sint deteriores, viuunt minimè discordes.

Ἥκιστα διαφόρως. Respicit ad illud Niciæ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων αὖ τοῖς παρακελεύομαι.

Niciæ concio.

Ἐπειδὴ πάντως ὁρῶ ὑμᾶς ὦ ἀθηναῖοι. Dissuadet bellum Nicias etiam hac concione, sed ratione diuersa, ac fecit suprà. Suprà enim apertè, & simpliciter dissuasit: hìc artificiosè, & tectè idem facit. Quasi enim & ipse assentiretur cæteris, qui bellum decernebant, illud tantùm addit de magnitudine apparatus, quoniam bellum grauissimum suscipiebatur, & aduersus ciuitates instructissimas, & omnibus rebus bellicis ornatissimas. Censet itaque magnam classem esse parandam. 200. naues longas, multas præterea onerarias, magnas copias peditum, equitum etiam, magnam vim pecuniæ, & commeatus. Extollit opes Siciliensium: docet plures esse ciuitates aduersus quas itur, quæ liberæ, & potentes sunt, & peditatu, equitatu, commeatu, & pecuniis abundant: itaque opus esse firmissimo apparatu, & copiis ad bellum eis inferendum.

Prooemium est perbreue à persona populi ductum, & habet coniunctam propositionem totius causæ.

Quoniam intelligo vos omnino flagrare studio belli inferendi, cupio equidem lætum successum rei huius in posterum: nunc tamen meam expromam sententiam.

Ὡρμημένον. ὁρμῶμαι στρατεύειν. Feror animi studio, & impetu ad bellum inferendum: appeto &c. animatos ad istud bellum.

Ξυνενέγκοι μέν. Conciliat sibi populum optatione successus. Vtinam hæc eum exitū habeant, quem cupimus, & volumus.

Ἐπὶ γὰρ πόλεις. ἡ πρότασις. Apparatu magno opus est: sed exponit præcipuas causas, cur magno apparatu opus sit: quo in loco extollit opes, & potentiam Siculorum. Præcipuum enthymema: aduersus liberas ciuitates bellum mouemus, quæ nullius imperio parent, ita, vt nouarum rerum sint cupidæ, quasi dicat, qui aliis seruiunt, hi, vt illa seruitute se liberent, facilè transeant ad alios: sed hæ ciuitates nemini seruiunt: itaq; tuendæ libertatis gratia, extrema quæq; sunt toleratura, & omnia tentatura ne in alterius potestatem veniant.

Ἀκοῇ αἰσθάνομαι: ἀντὶ τοῦ ἀκούω. Λύσις τῶν ἀντιπιπτόντων.

427.A Οὔτε δεόμενοι: ὅτι οὐχ ὑπήκοοι.

Ἥδ' ἄν. Quæ ex dura seruitute in meliorem rerum statum transeat.

Ῥᾴω, meliorem iam. ῥάων γίνομαι, meliusculè habeo, conualesco. ῥαΐζειν τῆς νόσου, leuari morbo: à re medica ἡ μεταφορά.

Οὐδ' ἂν τὴν ἀρχήν. Neque suam libertatem cum nostro seruitio esse commutaturas.

Πολλαὶ τὸ πλῆθος: τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἑξῆς. Duo sunt argumeta: quia Græcæ ciuitates, & propterea libertatis studiosæ; quia multæ, vt sint potentes. hic est sensus genuinus.

Γενέσθαι. Secuturas nostras partes: adfuturas nobis.

Νάξος. μεταξὺ Κατάνης, καὶ Συρακουσῶν.

Ἐπιλα: Συράκουσαι. Σελινοῦς. Γέλα. Ἀκράγας. Μέγαρα. Μεσσήνη. Ἱμέρα, ἡ καμαρίνη.

Ὁμοιοτρόπως. Perinde atque nos.

Ὄχλος. Hominum multitudo.

Ἀπαρχὴ ἐσφέρεται. Tributum penditur.

Οἰκείῳ. Dominato, non extrinsecus importato, non aduentitio.

Πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην δύναμιν. Expositis causis, iam docet magno apparatu opus esse.

Φαύλης: infirmis, vt κλυτοὺς ἱπποδάμεια.

Πεζὸν πολλήν. Multum peditatum.

Ἄξιον τῆς διανοίας. Dignum cogitatis, & incœptis nostris.

Ξυστῶσιν. Conspirent metu nostri.

Αἰσχρὸν δέ. A turpi.

Βιασθέντας. Vi pulsos, reiectos.

Ἀσκέπτως βουλευσαμένους. Inita deliberatione temerè, & inconsideratè.

Αὐτόθεν δέ, supple δεῖ. Sed ex hoc ipso loco cū firmissimo apparatu est bellum inferendum.

Ἀξιόχρεω. Pari, numero scilicet, & virtute. ἡ μεταφορὰ à debitoribus.

Γνόντας. Proponit necessitatem, quia procul à nostris finibus sumus nauigaturi, quia non habebimus ibi vnde euocemus auxilia, sicuti facere cōsueuimus in his regionibus: vbi si bellum inferamus, facilè, & celeriter iuuari possumus à sociis, & amicis ciuitatibus. Hic autem locus ita legendus; ἐν τῷ ὁμοίῳ, καὶ ὅτι. &c. nisi legamus ἐν τοῖς τῇδε οὐχ ὑπηκόοις. quod videtur durius.

Ὅθεν ῥᾴδιαι. ἀντὶ τοῦ ῥᾳδίως δύνασθαι κομίσασθαι. Docet quæ sit commoditas in bellis, quæ geruntur in Græcia: quæ incōmoda in externis, & longinquis.

Αἱ κομιδαὶ ὧν προσδεῖ. Comportatio rerum necessariarum, ex amicorum finibus.

Ἀπαρτήσοντες, ἀντὶ τοῦ ἀπαρτηθέντες: id est, πολὺ τῆς οἰκείας χωρισθέντες, ἡ ἐνεργητικῶς: vt subintelligatur ἑαυτούς. Suspendentes nos ipsos: id est, in discrimine ponentes. Ἀπαρτᾶν, suspendere. ἀπαρτᾶν τὸν λόγον τῆς γραφῆς. Δημοσθένης περὶ στεφάνου, abducere orationem à causa, & ab ipsis criminibus. Innuit eiusmodi nauigationem in tam longinquas oras, fore periculosam, & incertam.

Ἐξῆς. Vnde ne quadrimestri quidem spatio nūtius facilè venire huc poterit.

Ὁπλίτας. Efficit magno esse opus apparatu: & enumeratione vtitur.

Ἢ πεῖσαι. Aut oratione suadentes, aut mercede adducentes.

Ἐκ Πελοποννήσου. Multi enim Argiui, & Mantinæi amicitiæ causa secuti sunt Alcibiadem.

Πολὺ περιεῖναι. Longè superare aduersarios.

Τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον. Frumentum etiam hinc conuehendum nauibus onerariis, triticū inquam, & hordeum tostum.

Σῖτος. Varia significat frumentum, panem, commeatum, & alia. interdum est loco generis, vt far, & frumentum apud Latinos, quod complectitur plura genera frumenti. hâc significatione positum nunc, complectitur enim πυροὺς καὶ κριθάς.

κριθὰς. Quia ingens frumenti copia difficilè parari poteſt, ideo additur hordeum, milium, faba, & alia id genus, ad inopiam tolerandam. πεφρυγμένας. Cur? vt ita paratum, in piſtrino faciliùs moleretur.

Σιτοποιούς. Piſtores. ἠναγκασμένους: qui cogantur per vices dare operam piſtrino, vel qui cogantur ſequi iſtam expeditionem.

Ἀπλοίας. Vt ſi tempeſtatibus in aliquo loco teneamur.

Πολλὴ γὰρ οὖσα. αὐτὴ ἡ πολλὴ οὖσα. Nam cùm hæc claſsis futura ſit ingens, non quælibet ciuitas poterit eam accipere, & iuuare commeatu.

Τά τε ἄλλα: repete δοκεῖ μοι χρῆναι.

Καὶ μὴ ἐπὶ ἑτέροις γίγνεσθαι. Neque nitendum eſt aliorum ſubſidiis. pendere ex aliis non oportet.

Μάλιστα δέ. δεῖ ſupple. In primis autem ingens pecuniæ vis eſt nobis exportanda. neque habenda fides Egeſtæis. nam poteſt fieri, vt vis pecuniæ, quàm ſe habere prædicant, verbo tenus exiſtat, re non ita.

Ἢν γὰρ αὐτοί. Affert rationem, cur tanto ſit opus apparatu. vix enim inquit hoc ipſo apparatu poterimus propoſitum obtinere, nedum ſi infirmiore, ac tenuiore proficiſcamur. Ingreditur in epilogos: repetit paucis argumenta de magnitudine apparatus, ac neceſſitate: terret à periculis imminentibus, omnino latenter bellum diſſuadet.

Τῶν μὲν. τῶν συρακουσίων, Σελινουντίων. καὶ τῶν συμμάχων.

Τὰ δέ. Λεοντίνων, καὶ ἐγεσταίων. Res pro perſonis.

Πόλιν δὲ νομίσαι χρή. Deterret Athenienſes propoſita difficultate exponendi copias. Illud autem in primis exiſtimandum eſt, nos proficiſci, vt vrbem aliquam vendicemus apud alienigenas, & hoſtes: itaq; niſi ſimul atq; eo appulerimus, terra potiamur, omnia nobis infeſta fore. πόλιν, συρακούσας, innuit.

Ὅπερ ἐγὼ φοβούμενος. Quod ego formidans, & compertum habens recta conſultatione opus nobis eſſe, & ſecundiore, ac magis propitia fortuna (id, quod homini difficilè impetratu eſt) volo proficiſci non temerè ac fortunæ me committens, ſed firmiſſimo apparatu ſeptus.

Πολλὰ μὲν εὖ βουλεύσασθαι. Multarum rerum recta deliberatione, plurium etiam læto ſucceſſu. Innuit deliberationem iſtam periculoſam eſſe.

Καὶ εἰδὼς δέον ἡμᾶς, αὐτὶ τοῦ δεῖν ἡμᾶς.

429.A Χαλεπὸν δέ. Cauſa ſequitur. Homines ſumus: rerum viciſſitudini obnoxij ſumus, vt ex florenti in afflictam fortunam aliquando labamur.

Ἀπὸ τῶν εἰκότων. Παρασκευῇ ἀξιόχρεῳ, dixit ſuprà: vt ſit, ἀπὸ τῶν εἰκότων, ſimili, pari, ἢ ἀσφαλὴς ἀπὸ τῶν εἰκότων, vt conſentaneum rationi videbitur.

Βεβαιότατα. Firmiſſima, tutiſſima.

Εἰ δέ τῳ ἄλλως δοκεῖ. Quòd ſi quis aliter ſentit, huic ego magiſtratu, & imperio cedo, Alcibiadem tacitè deſignat.

Ὁ μὲν Νικίας. Hæc Nicias (inquit author) dixit ſperans fore, vt Athenienſes ab hac expeditione deterreret, propoſita apparatus magnitudine, vel ſi cogeretur proficiſci, melius inſtructus proficiſceretur.

Οἱ δὲ τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν. Illis autem incenſa, nedum reſtincta eſt cupiditas belli ſuſcipiendi.

Ὀχλῶδες. ὀχλώδης ὁ ταραχώδης. Iam pro multitudine apparatus accipitur. Ὀχλῶδες: turbulentum: ſed iam αὐτὶ τοῦ ὄχλου.

Καὶ τοὐναντίον περιέστη αὐτῷ. Res illi ceſſit aliter ac ſperabat.

Καὶ ἀσφάλεια. Et res hoc pacto futura admodum tuta.

Ἐνέπεσε. Nauigandi deſiderium omnes pariter inuaſit.

Ὅμιλος. Iam turba, multitudo. apud Homerum τὸ μέσον τῶν μαχομένων ὄχλου. media arma Virgilio libro ſecundo Georgicῶν.

—nec dum horrida miſcent
Prælia, ſed dubius mediis Mars errat in armis.

Οὔτε ποτ' ἐς πληθὺν μένεν ἀνδρῶν, οὐδ' ἐν ὁμίλῳ,
Ἀλλὰ πολὺ προθέεσκε τὸ ὃν μένος οὐδενὶ εἴκων. Hom. λ. Odyſſ.

Ὅμιλος καὶ στρατιώτης: ἓν διὰ δυοῖν. Vt cultus, atque humanitas. agri, & cultus. Cæſar, Pœna, metúſque aberant. Ouidius primo Metamorph. πολὺς ὅμιλος ingens turba militum, vt eos diſtinguat ab iis, qui munus aliquod gerebant, qui erant pauci.

Στρατιώτης. Σύνεκδοχή. Supple, ἐλπίζων, ὢν εὔελπις, ἢ ἄλλο τι. Eſt autem mutata figura verborum.

Πρὸς κτήσασθαι δύναμιν. Imperium amplificare.

Ὥστε διὰ τὴν ἄγαν. Efficit omnes ordines, atque ætates decreuiſſe, comprobaſſeque hoc bellum. nam (inquit) ſi quis erat, qui non probaret, is quoque vel cæca cupiditate impulſus, vel ne videretur aduerſari commodis reipublicæ à contraria ſententia dicenda abſtinebat.

Κακόνους. Hoſtis) (εὔνους.

Καὶ τέλος. Progreſſus explicat iſtius expeditionis. Tandem.

Μὲν, abundat. μερισμὸς ἀπόλυτος.

Μᾶλλον. Amplius, accuratiùs, melius.

Ὁπλίτας δέ. Numerum militum grauiter armatorum non minorem, quàm quinque millium. Ampliorem etiam ſi poſſint. 430.A

Πλευστέα, εἶναι ſupple.

Τὴν δὲ ἄλλην παρασκευὴν, τὸ ὅλης καὶ τοξοτῶν, καὶ σφενδονητῶν.

Ὡς κατὰ λόγον. Pro magnitudine exercitus. pro rata portione, τῶν ὁπλιτῶν. Imperatores enim tenent hanc rationem, vt pro peditatus magnitudine, aut paruitate adhibeant equitatum, & alia id genus. itaque Nicias pro numero τῶν ὁπλιτῶν, parandum etiam numerum, τῶν τοξοτῶν, καὶ τῶν σφενδονητῶν cenſebat.

Ἄρτι δ' ἀνειλήφει. Occurrit ad illud, quod poterat à lectoribus obiici. magna vis ciuium abſumpta fuerat peſtilentia. hic autem apparatus requirebat ingentem numerum militum: & erat præterea multa manus relinquenda, quæ eſſet vrbi præſidio. Præterea ærarium erat exhauſtum belli ſuperioris ſumptibus: hoc bellum poſtulabat magnam vim pecuniæ. poterat igitur lector obiicere; quomodo id fieri poterat, vt ciuitas exhauſta peſtilentia, & ſumptu bellico haberet copias, & pecuniæ ſatis ad iſtud bellum; occurrit itaque: iā ſe recreauerat ex peſtilentia, & bello aſſiduo, ita, vt & numero ciuium floreret, & pecunia ex vectigalibus coacta abundaret.

Ἐπιγεγενημένης ἡλικίας. Quæ poſt peſtilentiam nata eſt.

Καὶ οἱ μέν. Tranſit ad alia. Docet interea dum apparatus fieret, mercurij ſimulachra magna ex parte fracta fuiſſe. Qua re iniectam religionem

populo Atheniensi, & quia rei authores ignorabantur proposita fuisse ingentia præmia edicto publico ei, qui indicasset authores. itaque indicatos adolescentes nonnullos, qui per lusum temulenti non Mercurij, sed alia simulachra fregerant, & sacra arcana per cõtemptionem domi fecerant: in quorum numero Alcibiadis etiam factam mentionem.

Ἐπιχώριον. Ritu patrio.

Ἡ τετράγωνος ἐργασίας. Opus ex lapide quadrato.

Ἀδεῶς. Liberè.

Καὶ τὸ πρᾶγμα μειζόνως ἐλάμβανον. Et rem maioris momenti esse existimabant, non contemnendam esse putabant. At religiosius interpretabantur.

431. A Ἀκολούθων. Famulos intelligit.

Περικοπαὶ, μειοῦνται συλληπτικῶς.

Παιδιᾶς. Laurent. Val. per puerilitatem: F. P. per lusum.

Ἐφ' ὕβρει. In contumeliam & contemptionem.

Ὑπολαμβάνοντες. Excipientes.

Προεστάναι τοῦ δήμου βεβαίως. Præesse populo planè.

Οὐ μετ' ἐκείνου. Illo nesciente.

Τὴν ἄλλην παρανομίαν. Reliquam vitæ licentiam in victu, & in cultu corporis preter patrium, & populare institutum.

Ὁ δέ. Ille verò & indicia refutabat, & iudicio se offerebat, si quid tale patrasset, purgabat se aduersus indicia.

Ἑτοῖμος ἦν κρίνεσθαι. Iudicio se offerebat, stare iudicio volebat, paratus erat ad causam dicendam, paratus erat ad iudicium subeundum.

Ἐπεπόριστο. Coactus fuerat.

Καὶ ἐπεμαρτύρετο. Obtestabat ne audiret crimina.

Καὶ ὅτι σωφρονέστερον. Res pro persona. Prudentis est eum non præficere tantis copiis, & eius fidei tantam classem committere, qui iis criminibus teneatur.

Μετὰ τοιαύτης αἰτίας. Affinem talibus criminibus.

Οἱ δ' ἐχθροί. Veriti inimici ne facilè absoluere-tur suffragiis populi, & eorum presertim, qui erant secuturi eum ad hoc bellum, & qui intelligebant Argiuos, & Mantineos eum sequi amicitiæ causa, noluerunt iam fieri iudicium: & quæstionem de ea re haberi.

Μὴ εὔνουν ἔχῃ. Ne studia, & gratia exercitus iam haberet.

Μαλακίζηται. Languidius: remissore animo, non tanta contentione animi rem gereret, de eius causa iudicaret.

Θεραπεύων. Eius habens rationem.

Ἀπέτρεπον. Dissuadebat.

Ἀπέσπευδον. Ab ea contentione, & studio deterrebant.

Ἐνιέντες. Submissis à stadio, ἡ μεταφορά.

Ῥήτορας. Omnes, qui dicebant sententiam, & suadebant, vel dissuadebant, tam apud Senatum, quàm apud populum ῥήτορες vocabantur.

Ῥητὴν. ἐπανελθόντα. ῥητῆς. Statis, certis.

432. A Βουλόμενοι. Detegit astum eorum: & carpit latenter Athenienses.

Ἐκ μείζονος. Maiore cum inuidia, & grauioribus criminibus.

Μετὰ δὲ ταῦτα. Hic reb. gestis. coacto apparatu, id est, quæstione de violata religione in aliud tempus reiecta.

Ἡ ἀναγωγὴ ἐγίγνετο. Profectio in[illegible] cœpit.

Τῶν μὲν οὖν ξυμμάχων. Docet non omnem apparatum. Athenis profectum fuisse. socios enim plerosque, & naues onerarias, & alias quæ erant commeatum vecturæ, iussas fuisse Corcyram cõuenire, atque ibi expectare aduentum reliquæ classis.

Καὶ ὅση ἄλλη παρασκευή. Milites scilicet, sagittarij, funditores, &c.

Ἄκραν Ἰαπυγίαν. Ad Hydruntem.

Καὶ ὀλοφυρμῶν. Desperatione.

Τὰ μὲν ὡς κτήσοιντο: ἐπανόδους. Spe ampliandi imperij: mœsti, quia dubitabant de salute suorum.

Ἐνθυμούμενοι. Facit fidem, dubitandum fuisse ob locorum distantiam.

Ὅσον πλοῦν ἀπεστέλλοντο. Quàm longè mitterentur:

Καὶ ἐν τῷ παρόντι. Arguit leuitatem, & temeritatem populi.

Ὁ μὲν δέ. Veruntamen recreabantur, & animos colligebant, cùm apparatus magnitudinem respiciebant.

Ἀξιόχρεων. Vt ad rem visu dignam, & opinione maiorem.

Παρασκευὴ γάρ. Amplificat primùm per collationem, deinde per partium enumerationem. confert cum aliis Græcorum ciuitatib. docet nullam tantum emisisse apparatum. confert cum alio domestico apparatu. qui & ipse magnus fuit: sed tamen efficit hunc longè maiorem fuisse.

Δυνάμει ἑλληνικῇ. Græcorum copiis: vt distinguat à barbarorum apparatu, & opibus, quæ fuerunt summæ, & innumeræ. cùm Darius primùm, deinde Xerxes Græciæ bellum intulerunt.

Εὐπρεπεστάτη. Nam potest esse quid magni pretij, sed non εὐπρεπής.

Ἀριθμῷ δὲ νεῶν. Confert cum apparatu classis, quam primùm duxit Pericles in Peloponnesum: deinde Agnon, & Cleopompus aduersus Chalcidenses in Thraciam. vide libro secundo ante extremam Periclis concionem. fuit ille quidem magnus, sed neque tam diuturnus, neque tam magnificus.

433. A Ἐπὶ βραχεῖ πλῷ At perfecte sunt in expeditionem suam breuem, id est, exigui temporis: & propterea parui sumptus.

Ἐνθυμούμενοι, ὅσον πλοῦν.

Φαύλη Tenui. πολυτελὴς) (εὐτελὲς, φαῦλον.

Ὁ στόλος. Expeditio iam aliàs classem significat. de copiis etiam pedestribus, & expeditione dicitur.

Καὶ ἐξαρτυθείς. Summa. πολυτελέστατος: sed dilatat orationem.

Οὐκ ἂν δέῃ. αἰτία τοῦ ὀπτέρου.

Ἐκπονηθέν. Laboriosè parata.

Ὑπηρεσίας. Ministros. κελευστάς. & *qui requiémque modúmque, Voce dabat nautis animorum hortator Epopeus.* erat etiam Κυβερνῆται.

Τὰς κρατίστας. Peritissimos. Itaque opus erat maiore sumptu.

Ἐπιφοράς. Pecuniam adiectam publico stipendio appellat iam ἐπιφοράν, stipendium extraordinarium.

Θρανῖται: ζύγιοι. θαλάμιοι. Σχόλια Ἀριστοφάνους ἐν βατράχοις, 126. ἦσαν δὲ τρεῖς τάξεις τῶν ἐρετῶν, ἡ κάτω, θαλαμῖται, ἡ δὲ μέση, ζυγῖται, ἡ δὲ ἄνω θρανῖται. ζυγίτης ὁ μέσος. θαλαμίτης, ὁ πρὸς πρύμναν, οἱ θαλαμῖται ὀλίγον ἐλάμβανον μισθόν. θρανῖται, παρὰ τὸ θρανίος, transtrum.

Σημείοις: Σουίδας. Σκυθικὰ, ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ ὑφάσματά εἰσι, βαφῇ πεποικιλμένα. ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα ὄφεων εἰκάσαι, καὶ ἀπηώρηνται κοντῶν συμμέτρων, &c.

Κατα-

Κατασκευαῖς. Opificio, artificio. A

Καὶ ἐς τὰ μακρότατα. Amplificat à studio, & contentione vniuscuiusque adhibita in superādis aliis, προθυμηθῆναι ἐς τὰ μακρότατα. ἀντὶ τοῦ χρήσασθαι μεγίστῃ προθυμίᾳ. summum studium vnoquoque adhibente. Laurent. Val. vnoquoque in longissimum præparante.

Τὸ δὲ πεζόν: τὸ ἑξῆς. τὸ μὲν ναυτικόν, τὸ δὲ πεζόν. Peditatus autem, vel pedestrium copiarum delectus habiti diligentissimè.

C Χρηστοῖς. Spectatę virtutis, vel figuratè tribuit delectui, quod ipsis militibus delectis erat tribuendum. vel vox accipienda vt Scholia tradunt. B

Καὶ ὅπλων, καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα. Qui pedites inter se magna contentione certabāt cùm armatura, tum cætero cultu corporis. σπουδῇ ὅπλων, τὸ ἑξῆς. σκευῶν: vestimenta sic vocat.

Ξυνέβη δέ. Locus amplificationis ab adiunctis consequentibus. Sequebatur autem, vt dum inter se ita certarent, viderentur potius ostentare Græcis suam potentiam, quàm bellum parare aduersus exteras gentes. C

Εἰ γάρ τις ἐλογίσατο. Probat à magnitudine sumptus publici, & priuati; si quis enim rationem iniisset.

D Ἐφόδιον. In viaticum. Στρατείαν χρόνιον. diuturnam militiam. ἐπὶ μεταβολῇ. Mercaturæ, negotiationis gratia.

434.A Καὶ ὁ στόλος. Conclusio. itaque classis, & apparatus hic habuit plus ostentationis, quàm expeditionis aduersus Siculos.

Τόλμης θάμβει. Propter admirandam audaciam, & spectaculi splendorem, & magnificentiam. D

Καὶ ὅτι μέγιστος. Alia causa, & quia magna maria erant traiecturi.

Ἐπειδὴ δέ. Describit iam profectionem, μετὰ σημειώσεως. Postquàm omnes conscenderunt, & omnia, quæ erant asportanda, nauibus imposuerūt, tuba datum signum, & silentium indictum: inde præconis voce vota solennia nuncupata. factis denique libationibus cùm pæana cecinissent, è portu soluerunt. E

C Καὶ οἱ μέν. Transitio: narrat nuntios, & rumores allatos Syracusas de aduentu hostium: sed his ad multum tempus fidem non habitam fuisse.

D Ἄπιστα μὲν ἴσως. Cohortatur Hermocrates Syracusanos ad bellum de hostium aduētu minimè dubitādum ait: itaque hortatur, vt se comparent ad eos propulsandos. confirmat eos variis rationibus: & iubet esse bono animo de belli euentu. suadet vt instructa classe obuiam hosti prodeant in Apuliam vsque: hæc est summa concionis. F

Procœmium ductum est, ἐξ ὑπολήψεως: opinabantur plerique Syracusani falsos esse rumores, & nuntios de hostium aduentu: itaque ridebant & stultos esse eos existimabant, qui eiusmodi rumores disseminabant. Hinc igitur orditur Hermocrates. Quamuis (inquit) sciam vos non esse fidem habituros mihi, sed potius stultum existimaturos esse me, tamen non verebor istam infamiam, vt patriæ periclitanti feram opem.

Ἄπιστα. Nullam mea oratio, vt aliorum quorundam, est apud vos habitura authoritatem de certissimo aduentu hostium, sed potius contemnenda, & irridenda existimabitur, veruntamen non propterea veritus infamiam, quæ sentio, dissimulabo. G

435.A Σαφέστερον. Certius, exploratius.

Ἀθηναῖοι γάρ. Ingreditur in causam. καὶ μετὰ παρρησίας ait verum esse, quod dicebatur.

Ὡς οὖν ἐν τάχει. Conclusio. quare videte qua ratione pro viribus, & opibus vestris eis resistatis, qui propediem huc sunt venturi.

Κάλλιστα. Summa cum dignitate. Hæc erat (vt postea videbimus) si eis obuiam issent. eius itaque argumenti iacit hic semina. B

Ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων. ἐκ τῶν ὄντων, ἐκ τῆς δυνάμεως. Pro præsenti rerum statu, pro viribus.

Καὶ μήτε καταφρονήσαντες. Mouet à periculis imminentibus. si hæc negligatis, facilè imparati, atque incauti opprimemini. negligetis autem, nisi fidem habueritis.

Εἰ δὲ τῷ καὶ πιστά: δόξω λέγειν, supple. πρὸς τὸ ἄπιστα μέν. Neque tamen propterea, q.d. volo vos territos ea re trepidare. nam non magis lædere nos, quàm lædi à nobis poterunt. erigit iam eorum animos, & benè sperare iubet.

Ἀνωφελής, ἀντὶ τοῦ φοβεροί. Consequens pro antecedenti. id non inutile nobis futurum est. imò vtilius, & melius apud Siculos, quo malent ob illorum metum sese nobis adiungere.

Καὶ ἢν ἄρα: ἀπὸ τοῦ καλοῦ.

Οὔτε γὰρ πλείους. Nam neque numero superiores veniunt, vt separari nequeant à loci incolis, & vicinis, neque ita abundant commeatu, vt diutius hîc morari valeant, & si non superentur marte, sed inopia commeatus, & fame necentur, tamen, &c. C

Ὥσπερ καὶ Ἀθηναῖοι. Exemplum. Quare Athenienses creuerunt, cùm Medi præter opinionem plusquàm semel offenderunt. D

Περὶ σφίσιν αὐτοῖς. Per se, sponte sua, id est, non ab hoste profligati, sed inopia commeatus pressi.

Ἐπὶ τῷ ὀνόματι. Dum nomen vnius ciuitatis prædicat se velle oppugnare, & bello petere, quanquam, q. d. non Athenas tantùm, sed Græciam vniuersam bello petebat. 436 A

Καὶ ἡμῖν οὐκ ἀνέλπιστον. ἀντὶ τοῦ ἐλπιστόν.

Θαρσοῦντες οὖν. Conclusio superiorum, & transitio: Quare bono estote animo: & parate copias vestras: quærite etiam externa auxilia.

Δηλοῦντες. Declarantes commune esse periculum.

Δοκεῖ δέ μοι. Censet petenda etiam auxilia à Carthaginiensibus.

Οὐ γὰρ ἀνέλπιστον. Nam ne ipsis quidem non est verendum. B

Δυνατοὶ δ' εἰσί. Si velint, poterunt.

Εὐπορεῖ. Commodè administrantur.

Ὃ δὲ μάλιστα. Hortatur iam, vt parata, instructáque classe in Apuliam vsque obuiam hosti prodeant. affirmat eam rem peropportunam fore. magnum enim terrorem hosti se incussuros dicit. C

Ὑμεῖς τε. διὰ τὸ ξύνηθες ἥσυχον. προκατάστασις. Quanquā vos difficilè me estis audituri propter otium, cui estis assueti.

Ἡσυχόν. ἡσυχίαν. Propter solitam desidiam.

Τροφοῖς. Cibariis.

Τάραντα. πόλις, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. Magnæ Græciæ vrbs clarissima in intimo recessu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus, à Tarente Neptuni filio condita. à Lacedæmoniis aucta, duce Phalaco: Iustinus libro 3.

Καὶ ἐς λογισμόν. Et cogemus eos cogitare, nos non solùm esse paratos ad nostros fines tuendos, sed etiam ad occurrendum procul hostibus, & ha- D

bere ciuitates socias,& amicas,quæ nos recipiunt: vnde bellum ducere facilè valeamus.

Ορμώμεθα. Tamen bellum ducimus in alienis finibus. tamen belli administrandi sedem alibi deligimus.

437. A Βραδεῖα.βραδέως πλεῖ. Tarda.quæ enim diutius in mari manent, grauiores humore, tardioresque fiunt, & non eundem vsum celeritatis habent, vt quæ ex sicca materia factæ sunt. Laurent. Valla breui spatio,& ordine venientes inuadere.videtur pro βραδεῖα,βραχεῖα, legisse in codice suo. sed & sic res malè habet.

Καὶ κατὰ λόγον: ἐκ ἀθρόα. Vt possit commodius reperire commeatum.

Ταῖς ταχυναυτούσῃ: ταῖς ναυσὶ ταῖς ταχείαις.

Κουφίσαντες. Leuatis onere,exoneratis nauibus.

Κώπαις χρήσαιντο. κωπηλατεῖν. ἐλαύνειν, ἐρέσσειν.

Οἱ δὲ ἀποροῖεν. Illi quo se vertant, vt iuuentur commeatu non habebunt. Quòd autem inopia commeatus sint laboraturi coniecturis probat.

Τὴν τι ἄλλω. Quia τῇ ταχυναυτούσῃ, dixit paulò superius.Intelligit autem exercitus impedimenta.

B Καὶ τὰ τῶν πόλεων. Et cùm nullas sint habituri ciuitates, à quibus certò recipiantur,soliciti,& anxij erunt: vel & incerti, an aliquæ ciuitates sint se recepturæ, animis consternabuntur.

Ωστ' ἔγωγε.Conclusio τὸ καὶ εἰς λογισμὸν καταστήσαιμεν. itaque hac ratiocinatione deterriti,ne soluturi quidem sunt ex insula Corcyra.

Αλλ' ἤ. Sed existimo aut aduentum illorum hyemem protractum iri, dum consultant, dum mittunt, qui res nostras deplorent, aut perculsos inceptum intermissuros.

Καὶ κατασκοπαῖς. Res pro personis. ἀντὶ τὸ κατασκόποις. Solent enim exercitus, & classes promittere speculatores, qui hostium consilia, & apparatus explorent.

Εξωσθεῖεν ἄν. Metaphora à nauibus, quæ vento reiectæ portum capere nequeunt. ἐξωθεῖν,ἀποκλείειν.

Καταλύσαι. καταλύειν τὴν τέχνην. Desinere artem, sic,τὸν πλοῦν.

Αλλως τι καὶ τὸ ἐμπειρότατε. Confirmat rem enthymemate à Niciæ personæ ducto: Nicias abhorret ab isto bello: itaque oblatis difficultatibus nactus occasionem,reducet classem Athenas.

C Καὶ ἀσμένως. Et lubenter sit occasionem arrepturus.

Εἴτι ἀξιόχρεων.Si quæ copiæ pares ad resistendum à nobis ostendantur.

Αγγελλοίμεθα ἄν. Occurrit ad illud: ignorabunt nostros apparatus: imò non ignorabunt: sed maiores esse credent, quàm sunt. fama enim eos amplificabit. nam vireis acquirit eundo. fortasse etiam latenter perstringit nonnullos proditores. nuntius, vel rumor de nostro apparatu emanabit, vel perferetur ad eos, ἐπὶ πλεῖον, amplificaturus vireis,& nostras copias.

Τῶν δὲ ἀνθρώπων. Hominum autem opiniones perinde sunt,ac rumores ipsi.

Ισανται. Confirmantur. πρὸς τὰ λεγόμενα, ἀπὸ τῶν ἐμψύχων. Sensus. Pro rumorum aut paruitate, aut magnitudine mentes hominum aut eriguntur, & confirmantur, aut deprimuntur, & consternantur. Æ. P.

Ισοκινδύνων. Pares ad resistendum.]

Ωσπερ ἄν. Quod summatim, & in genere proposuit, id singillatim iam persequitur.

A Δικαίως καταγνώσῃ. Meritò contemnentes. accusat Syracusanos, quòd Lacedæmoniis nulla antea miserint auxilia, vt oppugnarent Athenienseis.

Εἰ δ' ἴδοιεν. A contrariis, quòd si præter opinio- D nem audere nos viderint, terrebuntur magis inopinato hoc nostro conatu, quàm verò apparatu.

Πείθεσθε οὖν. ἐπίλογος. Assentiamini igitur mihi audendo potissimùm ire obuiam hosti: sin minus, opes vrbanas, externasque apparando. ταῦτα

B πολεμίσαντες. enumeratio, ἀνακεφαλαίωσις.

Καὶ παρασῆναι παντί. Et cuilibet vestrum in mentem illud veniat, contemptionem hostium in ipso certamine esse declarandam: cautionem verò fore maximo vsui. δεῖ, supple. 438. A

Οἱ δ' ἄνδρες. Repetit sententiam suam, & asseuerat de aduentu hostium. ἐν πλῷ εἰσίν. in itinere sunt.

Εἰ καὶ ἦλθοιεν. Et si venerint, plus detrimenti accipient, quàm nobis dabunt. B

C Πιθανώτατος. Maximam authoritatem apud plebem habent.

ATHENAGORÆ CONCIO.

Τοὺς μὲν ἀθλίως. Refutat Athenagoras Hermocratem. negat verum esse quod ille dixerat de aduentu hostium. Sed ipsum comminisci hæc, & serere huiusmodi rumores, vt ciuitatem in metu constituat, vt imperium ipsi decernatur. in summa bipartita est ista concio. altera pars refutat sen-

D tentiam Hermocratis pluribus argumentis: altera habet eiusdem vituperationem grauissimam, ignauiam, & timiditatem ei exprobrat, fraudem etiam, & tyrannidis affectationem.

Procemium partim conciliat animos, auditorum significatione summi studij erga rempublicam: partim accusat Hermocratem; qui cùm sit ipse timidus,id agat, vt ciuitatem vniuersam vocet in partem sui timoris: & cùm fraude, & astu rempublicam circumueniat, tamen adeò sit stultus, vt

E putet suas fraudes celatum iri.

Quisquis non cupit Athenienseis eò dementiæ progredi, vt huc veniant, & à nobis subigantur, is vel timidus est, vel reipublicæ hostis, id est, equidem vellem, & cuperem Athenienses adeò insanire, vt bellum nobis inferant: nam spero eos profligatum iri. A contrariis deinde rem probat.quòd signa aliter cupit,is,&c.

Ελθόντας: ἀντὶ τὸ ἐλθεῖν, καὶ φθείρεσθαι ὑποχειρίους. Sed C breuitati seruiunt hæc participia, vt ἦλθον, καὶ διελ-

F φθάρησαν. ἐλθὼν διελέγξω.

Τοὺς δ' ἀγγέλλοντας. Eorum verò, qui huiusmodi rumores, & nuncios afferunt, & vehementer vos perturbant, audaciam non miror, imprudentiam miror, si sperant suos dolos celari posse. innuit Hermocratem.

Περιφόβους. In magno timore vos constituunt.

Τῆς μὲν τόλμης. Per contrarium sensum. sed est liptote, timiditatem damno, vel contemno, vt etiam imprudentiam. vel,nō inuideo illis audaciam,

G qua scilicet audent prodire obuiam hosti. Αρετῆς καὶ θάσεις.

Οἱ γὰρ δεδιότες. Istiusmodi enim homines, qui timidi sunt priuatim, volunt rempublicam in eundem metum adducere, vt publico metu suum occultent. οἱ δεδιότες, ad δειλοὺς, αὐταὶ αἱ ἀγγελίαι, ad ἐκ εὔνους sunt referenda.

Επηλυ-

Ἐπηλυγάζωνται. Contegant, dissimulent, occultent. λύγη ἡ σκιὰ κατὰ τοὺς παλαιούς. εὐσταθιος. additur, τὸ η, & fit, ἡ λύγη, ἡ σκέπη, ἡ σκιά. vel suam rem agant.

Καὶ νῦν αὗται. Et nunc isti rumores eò spectant. neque enim temerè disseminantur, sed ab hominibus struuntur, qui tales motus moliuntur. οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου) (ξυγκεῖνται. sed ex composito. suspicionem serit.

Ὑμεῖς δέ. Concludit proœmium, & proponit suam sententiam. summa est: vos autem ne eos audiatis. ratio, quia rumoribus incertis fidem habentes non rectè deliberabitis: sed viros graueis qui rerum vsum callent auditis. Ἄνθρωποι δεινοί. se ipsum κατὰ περίπλοκὴν innuit.

D Λογιεῖσθε τὰ εἰκότα. Deliberatis de rebus, quas facere decet.

Δεινοί. Prudentes.

Ὥσπερ ἐγώ. Vt ego existimo Athenienses fecisse: qui q. d. non temerè suscepissent istam expeditionem, relicto post se bello longè grauiore.

439.A Ἐπεὶ ἔγωγε. Confirmat coniecturam coniectura. præclarè secum agi putant, quòd, &c.

Εἰ δὲ δή. A contrario: non venient Athenienses. sed fac eos venire. Βίαιον.

Ἱκανωτέραν. Iudico Siculos facilius debellaturos esse eos, quàm Peloponnesios. plus virium, plus facultatum habituros.

Ὅσῳ κατὰ πάντα. Quò omnibus rebus sunt instructiores.

B Οἷς γ' ἐπίσταμαι. Quos scio nullum equitatum esse adducturos: neque hic facilè paraturos. ἐπὶ νεῶν γε: τὸ χαλεπόν.

Μέγα γάρ. Arduum enim fuerit vel inani classe tantum cursum conficere. αὐταῖς: solis.

Τὴν τε ἄλλην παρασκευήν. Sagittarios, funditores, commeatum, &c.

Ὥστε. Concludit non esse verisimile Athenienses aduentare: & si veniant, fore, vt male pereant. facit simul fidem à magnitudine potentiæ Syracusanorum.

Παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω. Adeò ab Hermocrate dissentio. Καινοπρεπὲς σχῆμα, ἀντὶ τοῦ διάφορα γινώσκω.

Πόλιν ἔχοντας. Vrbem obtinentes in Sicilia scilicet pro sede belli.

Ὅσαι πεγακόσαι. Nam habebant Egestam: habuerunt etiam Καταναν: sed non erant hæ pares Syracusis.

C Ἡ που γε δή: Multò minus vitare cladem poterunt iam, cùm tota insula sit eorum hostis. ἢ που, aliàs multò magis. Δημοσθ. κατ' ἀριστοκράτους. εἰ τοίνυν τῶν ἀψύχων, καὶ μὴ μετεχόντων τοῦ φρονεῖν οὐδέν, ἐάν ὅσιον ποιαύτην ἔχον αἰτίαν ἐᾶν ἄκριτον, ἢ που τόν γε ἀδικοῦντα μὲν οὐδέν ἐὰν τύχῃ, ἴσως δὲ ἀδικοῦντα, ἀλλ' ἄνθρωπον γε ὄντα, καὶ μετειληφότα τῇ τύχῃ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως. ἀνόσιον καὶ δεινὸν ἄνευ λόγου, καὶ ψήφου ποιεῖν ἔκδοτον ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ.

Ξυστήσεται γάρ. Facit fidem signis per enumerationem: aut licebit illis, copias suas exponere, aut non licebit. si liceat, castra eorum infirma erunt, & malè munita, angustè, & incommodè in his habitabunt: non poterunt vagari procul, equitatu, quo valemus, prohibiti. atque ita, q. d. eorum copiæ atterentur, nisi liceat, (vt ego fore puto) multò magis atterentur.

Ξυστήσεται γάρ, ἡ στρατιὰ δηλονότι. Consistet in castris, quæ ex nauibus fient, & quæ nauibus munientur.

ἱδρύεσθαι στρατόπεδον. Locare, figere, ponere castra. σκηνῶν. itaque opportuna q. d. incendiis.

Ἐκ σκηνιδίων. Itaque angustè degent. Solent autem consequi angustias istiusmodi morbi, & pestilentia.

Ἀναγκαίον. Quia non licebit cædere materiam, parare vallos, &c. οὐκ ἐπὶ πολύ: non longè latéque.

Τοσούτῳ: ἐπιφώνημα.

Ἀλλὰ ταῦτα. Efficit Athenienseis propterea non esse venturos.

Καὶ ἐνθένδε ἄνδρες. Transit ad criminationem, & inuehitur in Hermocratem, qui huiusmodi rumores comminiscebatur, & ferebat. vocat eum in inuidiam, & suspicionem affectati imperij malis artibus.

Κακουργοτέροις. Versutioribus.

440.A Καὶ δέδοικα. Ac vereor ne sæpius idem conantes, id aliquando consequantur.

Ἡμεῖς δὲ κακοί, τὸ ἑξῆς, προφυλάξασθαι. Nos autem sumus tardi, & stupidi, tum ad præcauendum antequàm opprimamur, tum ad sumendum de aliis supplicium, quos nocentes esse deprehendimus, vel κακοί, ignaui.

Τοι γὰρ τι δι' αὐτά. Hinc fit, vt sæpius tumultus, & seditiones in ciuitate oriantur: & bella sæpius contra ciues ipsos, quàm contra hostes. αὐξήσεις, vt terreat concionem, inuidiam conflet Hermocrati, ipse sententiam obtineat.

Ὧν ἐγώ. Pollicetur suam operam in refrænanda B improborum eiusmodi ciuium libidine, si se sequatur populus.

Μὴ μόνον αὐτοφώρους. Non modò deprehensos in D facinore: sed propter perniciosa eorum consilia, etiamsi nullum euentum habuerunt.

Τὸν γὰρ ἐχθρόν. Hostis enim non solùm pro maleficio, sed & pro consilio est vlciscendus.

Εἴπερ καί. Vt adhibita cautione, & prouidentia maleficium arceatur.

Τοὺς δ' αὖ ὀλίγους.)(τοὺς πολλούς. Supra, magistrum morum agit, conuertit iam orationem ad locupletes, & nobiles, qui paucorum dominatum cupere videbantur: & propterea motus in ciuitate E (vt ipse criminatur) excitabant: eosque grauiter castigat.

Ἐλέγχων. Deprehensos in facinore, vt hostes, vt authoritatem habens.

Διδάσκων. Vt ciueis.

Φυλάσσων. Ne detrimentum dent. vt προστάτης τοῦ δήμου.

Καὶ δῆτα ὁ πολλάκις. Instituit disputationem cum C eo genere ciuium, & quærit causas, cur nouis rebus studeant: turbulenta, & seditiosa oratio, virulenta, & plena bilis.

F Ὦ νεώτεροι. Cum iuuentute agit, cuius studia sibi adiunxerat Hermocrates. hoc enim suspiciosè innuit Athenagoras. vtitur autem, ἐναλλαγῇ προσώπου. non agit cum Hermocrate, sed cum eius factione. Quid vultis? rerum potiri? & rempublicam administrare? at hoc legibus cauetur. γοργότης. ὑποφορά, ἀνθυποφορά.

Ὁ πολλάκις. ἀξιοπιστία.

Ὁ δὲ νόμος. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Ergo contemniG mur? non. Sed rerum administrandarum estis adhuc imperiti.

Ἀλλὰ δὴ μή. An recusatis pari esse iure cum plebe?

Καὶ πῶς δίκαιον. Ἀνθυποφορά.

Τῶν αὐτῶν. Pari iure.

Φήσει τις. Dixerit quis popularem statum neque grauem esse, neque æquabilem.

Ἐγὼ δέ φημι. Ego verò respondeo, primùm populum fuisse appellatum vniuersam rempublicam. Paucos, & locupletes esse partem: deinde paucos ad custodiendas pecunias valere multum: prudentes ad consultandum: multitudinem ad iudicandum. Primum argumentum est axioma mathematicum: totum esse maius sua parte: alterum est physicum & ethicum, diuites natura temerarij & consiliis præcipites.

D Ξύμπαν. Vniuersam rempublicam. τὸ κοινόν.

441. A Ἔπειτα δέ. Deinde dicebat locupletes, vt diligentes sint in conseruanda priuata pecunia, tamen non ita esse aptos, & accuratos ad rempublicam conseruandam.

Καὶ ταῦτα ὁμοίως. Atque hos ciuium diuersos ordines, & simul, & per partes in statu populari iuris æquabilitate frui.

Ταῦτα. τὰ μέρη. δηλονοῦ. Referenda hæc pars ad illud, ὅτ' ἴσον εἶ).

Ὀλιγαρχία δέ. Collatio. Dominatus paucorū non ita iuris ęquabilitate vtitur. abutitur enim plebe ad bella, & pericula subeunda: ipse commodis, fructibus, & vectigalibus reipublicæ fruitur.

Τῶν δ' ὠφελίμων. Commodorum, & vtilitatum non solùm vberiorem, potioremque partem, sed summam ipsam retinent.

Ἃ νῦν δ'. Conclusio argumenti. hæc ipsa volunt iam locupletes, & iuniores obtinere: sed in libera & ampla ciuitate non poterunt.

Προθυμοῦνται. Student.

Ἀλλ' ἔτι γε νῦν. Conclusio dehortatur iuuenes, & deterret à rerum nouarum studio: proponit incommoda, & infamiam futuram si pergant affectare nouas res. perniciosam esse dicit rerum mutationem: & infamiam afferre eius authoribus. hortatur mutato proposito reipublicę incrementis studeant. inde nanque fructus vberiores ad ipsos, quàm ad plebem esse redituros. Contrà si perseuerent in istiusinodi incœptis, dicit fore, vt partem, & totum propemodum amittant. desinant itaque rumores istiusinodi comminisci.

B Σπεύδοντες κακά. Perniciosam rem affectare.

Ἡγησάμενοι. Σχόλια. τοῦτο καὶ ἴσον, καὶ πλέον εἶ) τὸ ἴσυ, τὸ τῶν αὐτῶν μετέχειν. ὧ καὶ πᾶσα ἡ πόλις. F.P. Sperantes parem, & vberiorem partem huius reipublicæ vos esse percepturos, vberiorem, inquam, quàm ipsa multitudo sit habitura, id est, Nam ita demum voti compotes fietis.

Ὡς περιαισθανομένυς: ἀττικῶς ἀντὶ πλαγιασμῦ.

C Αὐτὴ δ' ἐφ' ἑαυτῆς. Sed ipsa per se, ac liberè consultans, de rumoribus, quos feritis, habebit quæstionem: & pristinam libertatem tuebitur. Sed κατ' ἄρσιν, καὶ θέσιν res effertur.

442. A Οὐδένα. Ne seditio aliqua oriretur.

Πρὸς τὰ παρόντα. Pro re præsenti, pro præsenti rerum statu. status rerum videbatur turbulentus, quia Athenagoras calumniis prouocauerat nobilitatem, & locupletes: itaque res spectabat ad seditionem, ad quam sedandam opus erat necessario remedio: remedium repertum est castigatio populi, & Athenagoræ, qui seditiosa oratione statum ciuitatis perturbarat. Castigat itaque vtrumque, & Athenagoram, & populum.

Διαβολάς μεν ὐ σῶφρον. Imprudenter faciunt & qui calumniæ alios premunt, & qui eos audiunt. τὸ προοίμιον ἀπὸ διαβολῆς.

Οὐ σῶφρον. ἀναλλαγή. Vt asperitas sententiæ leni-

A retur, numerus etiam immutatus eadem de causa ἀντὶ τῦ. neque illi, qui alios calumniis premunt, sapientes sunt.

Ἀποδέχεσθαι. Admittere, probare.

Πρὸς δὲ τά. Docet quod sit officium concionis huius deliberantis de rumoribus, & nuntiis allatis. illud autem videndum potius, qua ratione instructi priuatim, atque publicè hostem propulsemus, ὁρᾶν. deest δεῖ, ἢ σῶφρον ἐστίν.

Πρὸς τὰ εἰσαγγελλόμενα. vt πρὸς τὰ παρόντα. Respiciendum

B potius ad ea, quæ nunciantur. assentitur hic Hermocrati.

Παρασκευασώμεθα. Instruamur, apparemur.

Καλῶς. Pro dignitate.

Καὶ ἢν ἄρα μηδὲν δέῃ. Respondet Athenagoræ, qui negabat vllos hostes aduentare. nulla (inquit) iactura fiet, quanuis nulli hostes veniant, si ciuitas sit instructa copiis, & omnibus rebus ad bellum necessariis.

Οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται. Quæ sunt in bello neces- B

C saria: sed breuis est προσωποποιΐα. quibus bellum exultat, & gaudet.

Τὴν δ' ἐπιμέλειαν. Nos autem curabimus hæc, cogemus copias, instruemus, lustrabimus, recensebimus.

Τῶν διαπομπῶν: τὴν ἐπιμέλειαν. ἑρμοκράτης. ἐς τε τὴν ἄλλην σικελίαν πέμπωμεν πρέσβεις, &c.

Καὶ ἤν τι: καὶ ἐς ἄλλο. ἤν τι ἄλλο φαίνηται ἐπί.

Οἱ δ' Ἀθηναῖοι. Redit ad Athenienses, quos Cor-

D cyram nauigantes reliquerat, eos iam peruenisse eò docet: duces autem exercitus primùm, & ante omnia copias recensuisse, atque instruxisse. classem deinde in treis partes distribuisse misisse denique tres naues in Italiam, & Siciliam, quæ explorarent, quæ ciuitates se essent recepturæ.

Ἐπεξέτασιν ἐποίησαν. Iterum recensuerunt.

Ὁρμεῖσθαι. Portum capere. L. V. cursum con- C ficere.

Ἐκλήρωσαν. Sortitò ducem singulis præfecerunt. ἑαυτὺς δηλονότι.

E Πρός τε ἄλλα. Vt reliquiæ etiam in rebus essent aptius instructi, & paratiores ad imperia ducum.

Τἄλλα. Prœlium intelligit.

Εὔκοσμος. Rectè atque ordine instructus. facilius enim seruantur ordines in exiguo numero copiarum, quàm in magno.

Ῥᾴυς ἄρχειν. χαινοπρεπῶς. Aliâs vsitatius. ῥᾴυς ἄρχεσθαι, vt facilius regerentur à ducibus.

Προστεταγμένοι. Attributi singulis ducibus per partes ternas.

F Κ εἴρητο αὐταῖς. Præceperántque, vt classi occurrerent, sed ἀπροσώπως.

Ὅπως ἐπιστάμενοι. Vt certiores facti, adeas appellerent.

Τοσῇδε. Tanto, quantum ipse paulò pòst docet.

Πεντηκοντόροιν. Quæ 50 remis agebantur, τριακόντοροι, quæ 30. κατάλογος.

Στρατιῶται δέ. Id est, grauiores, tardiores: Sed est causa.

Ἐκ καταλόγυ. Ex catalogo. Legionarij. 445. A

G Θῆτες. Famuli. liberi erant isti etiam, sed ob pauperiem mercede seruiebant.

Ἐπιβάται. Defensores.

Ξύμμαχοι δέ. Auxilia Atheniensium narrat. B

Λιθολόγυς. Fabros structores lapidum. C

Ὡς ἕκαστοι εὐπόρησαν. Prout cuique facultas data est.

pro ea

pro ea facultate, quam quique nacti sunt. oram Italiæ legentes prætervehebantur.

Τῶν μὲν πόλεων. A nulla civitate neque foro, neq; urbe recepti. δέχεσθαι ἀγορᾷ: admittere ad forum, quod extra urbem erat, itaque ἀγορᾷ) (ἄστει. id est, nulla re adiuti, nisi aquæ, & stationis usu. Αἰτιολογία cur παρεκομίζοντο.

Ανελκύσαντες. Ut siccarentur ad usum celeritatis.

Ἀξιοῦντες. Postulantes.

444.A Ξυνδοκῆ. Quod ab omnibus fuisset comprobatum.

Οἱ δὲ περὶ τὰ ἐν τῇ σικελίᾳ. Quare illi ducti ea spe, illud unum cogitare de bello inferendo Siciliæ quàm rectissimè fieri poterat.

Πρόπλους. Ad imitationem τῶν προδρόμων, id est, antecursorum.

Τοῖς δὲ συρακουσίοις. Redit ad Syracusanos. Docet eos acceptis undique nuntiis de adventu hostium rem tandem credidisse. itaque ad bellum sese instruxisse.

Ως ἐπὶ τούτοις. Propterea Σχόλια μετ' αὐτά.

Πάσῃ τῇ γνώμῃ. Omnium consensu, nemine iam dissentiente.

Καὶ ἔς τε τοὺς σικελούς. Et ad Siculos mittebant quoque versus, ad hos præsidia, ad illos legationes.

Περιπόλια. Castella. περίπολοι custodes.

Τά, τε ἐν τῇ πόλει. Et quæ intra urbem erant, an absoluta essent, & integra explorabant. an scilicet satis armorum, satis equorum esset. εἰ ἐντελῆ ἦν. A contrario sensu.

Αἱ δὲ ἐκ τῆς ἐγέστης. Demonstrat naves, quæ præmissæ fuerant, ut explorarent, quæ civitates essent eos recepturæ, rediisse iam, nuntiumque attulisse, rumores disseminatos de ingenti vi pecuniæ Egestæorum falsos fuisse.

Ενὰ θυμίᾳ ἦσαν. Animis angebantur, animos desponderunt.

Αντικεκρούκει. Incommodè ceciderat. παρὰ γνώμην ἀπήντηκει. Non successit, vel quod in eo offenderunt. Virg. lib. 10.

> — *Septem numero: septenaq; tela:*
> *Coniiciunt, partim galea, clypeoq; resultant*
> *Irrita.* ————

Καὶ οἱ ῥηγῖνοι. ἀντικεκρούκασιν δηλονότι. Restiterant, repugnaverant, noluerant sequi eorum amicitiam.

Εἰκὸς ἦν. ξυστρατεύειν δηλονότι.

Καὶ τῷ μὲν Νικίᾳ. Neque nova, neque præter opinionem Niciæ accidisse ait Thucyd. Quæ de Egestæis renuntiabantur. Hæc enim illum providisse. itaque in postrema concione dixerat τὰ δὲ παρ' ἐγεσταίων ἃ λέγεται ἐκεῖ ἑτοῖμα, νομίσατε, καὶ λόγῳ ἂν μάλιστα ἑτοῖμα εἶναι. Alcibiadi autem, & Lamacho nova, & inopinata accidebant. Commendat itaque prudentiam Niciæ, carpit latenter imprudentiam Alcibiadis, & Lamachi.

Προσδεχομένῳ ἦν: αἰτιατικὴ τοῦ προσδέχεσθαι. βουλομένῳ ἐμοί ἐστιν, ἀντὶ τοῦ ἐν βουλομένῳ ἐστί. Id est, sic fore existimabat.

Αλογώτερα. ἐναλλαγὴ τοῦ σχήματος. εὔλογα) (ἄλογα.

Οἱ δὲ ἐγεσταῖοι. Astum, & artificium Egestæorum explicat, quo Athenienses fefellerunt: atque induxerunt, ut sibi magna mitterent auxilia. Vidimus in principio huius ipsius libri missos legatos Atheniensium in Siciliam, qui explorarent tantam necne haberent Egestæi vim pecuniæ, quantam eorum legati prædicabant. Tunc ergo Egestæi circumductis legatis passim magnam vim vasorum, & supellectilis argenteæ, aureæ etiam monstrarunt.

Ex finitimis etiam civitatibus multa argentea vasa acceperant, quibus privatim in conviviis utebantur ita, ut admiratione affecerint legatos, & cæteros Athenienses, qui talem apparatum cernebant: & in eam opinionem adduxerint, ut crederent maximas esse opes Egestæorum. Itaq; Athenas reversi eas prædicabant, atque ita populus captus his nuntiis, affectavit res illas.

Ερυκι. πόλις σικελίας, ἀπὸ ἔρυκος τοῦ ἀφροδίτης, καὶ βούτου. Polyb. lib. primo μεταξὺ δρεπάνων, καὶ πανόρμου, τὸ τῆς ἐρυκίνης ἱερὸν ἐπιφανέστατον ἐστὶν ὁμολογουμένως τῶν κατὰ τὴν σικελίας ἱερὸν τῷ τε πλούτῳ, καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ.

Spinosas Erycina serens in pectore curas. Catul. Argon. Est & mons eodem nomine.

Οἰνοχόας. Cyathos, trullas, vasa vinaria. ἡσίοδ. ἐν ἔργοις, καὶ ἡμέραις. Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν.

Πολλῷ πλείω τὴν ὄψιν. Longè maiorem speciem præbebant, quàm valebant, quæ plus ostentationis habebant, quàm solidæ opulentiæ, id est, pluris æstimabantur, quàm valebant.

445.B Καὶ Νικίου μὲν ἦν γνώμη. Tres erant duces: tres dictæ diversæ sententiæ. Nicias iudicabat Selinuntiis, quorum causa potissimùm missus fuerat apparatus, bellum esse inferendum, & si Egestæi pecunias suppeditarent, & stipendium exercitui darent, in eo esse perseverandum. Sin minus relinquendas tot naves, quot petierant, 60 scilicet cum reliqua classe Athenas redeundum. Hæc erat Niciæ sententia. Alcibiadis verò erat ut priusquam aut Selinuntiis, aut Syracusanis bellum inferrent, solicitarent per legatos civitates Siciliæ: & alias sibi adiungerent, alias ab amicitia Selinuntiorum, Syracusanorumque averterent: in primis Messenios propter urbis opportunitatem sibi conciliarent, in summa nullo modo redeundum nisi re tentata iudicabat. Lamachus censebat Syracusis esse inferendum bellum: veruntamen Alcibiadi tandem est assensus.

Πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι. Pro summa pecuniæ capere consilium.

Παραμείναντας. Permanentes, castris positis.

Βιάζεσθαι ἐξελεῖν συλληπτικῶς.

Καὶ μὴ κινδυνεύειν. Conclusio, censebat vitanda esse pericula. Vitandos esse sumptus. τὸ ἑξῆς, ἀποπλεῖν οἴκαδε, καὶ μὴ κινδυνεύειν, &c.

Τῇ πόλει: κινδυνεύειν τῇ πόλει. Id est, quærere reipublicæ pericula.

Εν πόρῳ. Loco opportuno sitos: ad quos traiect⁹, & appulsio ad insulam est facilior. πόρος. traiectus.

446.A Εφορμισιν ἱκανωτάτην. Stationem, quæ classem nostram maximè, ac facilimè capere potest.

Μεθ' ὧν τις. πολεμήσει. Quos sit habiturus socios.

Χρῆναι πλεῖν. Contendendum esse Syracusas.

Τὴν μάχην. Et propè urbem prœlium committere. Tria hic proponit. prœlium, victoriam, & obsidionem. μάχην ποιεῖσθαι, περιγενέσθαι, πρὸς τῇ πόλει στρατιὰν κρατοῦσαν καθίζεσθαι, atq; ita oratio ordine progredietur. Primùm enim prœlium committitur: commisso prœlio sequitur victoria: parta victoria, sequitur obsidio. Præterea nusquam reperies μάχην ποιεῖσθαι, pro premere obsidione, obsidere.

Τὸ γὰρ πρῶτον. Quemlibet enim exercitum afferre maximum terrorem principio: sin moram interponat, neque in conspectum statim veniat, animos hominum confirmari ita ut eum etiam venientem in conspectum contemnat potius quàm metuat. Enthymemata sumpta ex re militari.

B Καὶ τῇ ὄψει. αὐτὴ τὸ ὁρῶντας.

Προςπέσωσι. Inuaserint.

Περιδεεῖς. Metu consternati, perculsi.

Σφᾶς πρὸς τὸ σημαινόμενον: αὐτὸ τὸ στράτευμα.

Κατὰ πάντα. Omnibus rebus terrorē incussuros, iniecturos.

Τῇ τε ὄψει, ἐξηγ. τῆς κατὰ πάντα. Tū aspectu (plurimos enim tum visum iri) tum expectatione cladium, &c. tum rei nouitate.

Τὸ αὐτίκα κινδύνῳ. Subito periculum prœlij ineundi.

Ἀπολειφθῆναι. Intercipi.

Καὶ ἐσκομιζομένων αὐτῶν. Quod si recipiant se in vrbem, exercitum, qui iā obsidione premet eam, copiam commeatus habiturum.

C Καὶ οὐ διαμελλήσειν. Nullā moram interposituros, minimè cunctaturos.

Περιοσκοποῦντας. Belli euentum expectantes, circunspicientes, vtri victores futuri sint.

Ναύσταθμον δέ. Stationes obtinendas, & naualia habenda esse.

Μέγαρα. Hodie Augusta. Ad Megara, quę essent deserta, & à Syracusis terra, marique parum distarent. Λυσίας τὸ ἀντιπέπλουτος. Δημοσθένης in prima Philippica. ποῖ δὴ προσορμιούμεθα ἤρετό τις.

447.A Ἐπικάρσως. L. V. classe opportunè digesta. Σχολ. Συντόμως πεπαγμένως mihi magis probatur altera lectio ἐπὶ κέρως, longo agmine instructis cæteris nauibus, decem tantùm præmissis, &c. alio ordine scilicet.

B Κηρύξαι. Pronuntiare, ad vrbem accedentes, vt vox præconis audiri posset. L. V. egressi in terram.

Τοὺς οὖν. Leontinis igitur, qui erant Syracusis licere ad Athenienses amicos, & bene de eis meritos transire.

Ἀδεῶς. Intrepidè, audacter, impunè.

Κατεσκέψαντο τὴν πόλιν. Situm vrbis perspexerunt, contemplati sunt.

Ἐξῆς. Vnde bellum ducendum erat.

C Καὶ ἐκκλησίας γιγνομένης. Nihilominus Catanenses classem non recipiebant: sed coacta concione, admiserunt duces, vt eos audirent, dum itaque Alcibiades agit cum populo, & omnium animi, atque ora conuersa sunt in eum, milites Athenienseis nacti portulam vrbis malè obstructam, clam custodibus in vrbem cùm irrepsissent, ad forum veniūt, & necessarias res emunt. id conspicata factio Syracusanorum id est, Catanenses, qui Syracusanorum rebus fauebant, metu perculsi profugiunt ex vrbe. Cæteri Catanenses ineunt amicitiam cum Atheniensibus, & totam classem à Rhegio accersunt, eamque recipiunt.

Ὅ τι βούλοιντο. Si quid vellent.

Ἠγόραζον. τὰ ἐπιτήδεια δηλονότι.

D Περιδεεῖς γενόμενοι. Territi.

Οἱ γὰρ ἀθηναῖοι. Digreditur, & redit ad Athenienses, qui ante classis profectionem, cœperant iam habere quæstionē, de mercurij signis fractis, & de mysteriis pollutis, docet eos quamuis Alcibiades discessisset non desiisse tamen habere quęstionem de vtroque: & multos viros bonos, & frugi coniecisse in carcerē, & vincula propter improborū ciuium indicia. exponit simul causas istius leuitatis, & iniquitatis, & metum regni causam fuisse dicit.

448.B Τῶν περὶ τὰ μυστήρια. De polluta religione.

Ὡς ἀσεβούντων περὶ τῶν μυστηρίων. Quod impiè mysteria polluissent. polluebātur autem mysteria loco, tempore, personis: quòd neq; loco, neq; tempore vsitato, neque ab iis, à quibus debuerant, à sacerdotibus videlicet, tractarentur.

C Καὶ διὰ πονηρῶν. Et habita fide improbis, facinorosisque hominibus.

Πάνυ χρηστούς. Admodum frugi, modestos, probos.

Οὐ δοκιμάζοντες τοὺς μηνυτάς. Nullo indiciorum delectu habito. δοκιμάζειν. Experiri, periculum facere, explorare.

B Ὑπόπτως. Propter suspicionem regni scilicet, non iudiciorum.

D Χρησιμώτερον. Satius esse iudicantes habere de re quæstionem, & reperire pollutæ religionis authores, quàm nō habere fidem indiciis ob eorum improbitatem, atque ita aliquem accusatum indicta causa euadere ex iudicio propter opinionem probitatis. αἰτιαθέντα delatum, accusatum.

Ἀνέλεγκτον. Indicta causa, non habita quæstione.

C Ἐπιστάμενος γὰρ ὁ δῆμος. Affert rationem, quia populus regnum vehementer metuebat: cuius metus causas affert. quia fama acceperat, regnū Pisistrati extremis eius temporibus grauissimum fuisse, & vix euerti potuisse: idq; non ab ipsis Atheniensibus, sed à Lacedæmoniis.

Τελευτῶσαν. Postremò id est, post Hipparchum fratrem Hippiæ regis interfectum. nam antea (vt ipsemet autor paulò pòst docebit) eius tyrannis erat tolerabilis.

D Ὑπὸ τῶν λακεδαιμονίων. Duce Cleomene rege, vide Herodot. ἐν τερψιχόρῃ.

Ὑπόπτως ἐλάμβανε. In deteriorem partem accipiebat, suspiciosè accipiebat.

Τὸ γὰρ Ἀριστογείτονος. Digreditur per occasionem, & refutat vulgi opinionē de Harmodio, & Aristog. vulgus putabat Harmodium, & Aristogitonem Tyrannicidas fuisse: hoc refutat Thucydides occasio digressionis, fuit mentio facta ἁρμοδίου.

Τόλμημα. Facinus audax.

E Ἐρωτικῆς ξυντυχίας. Rei euentum amoris gratia.

Ἐπεχειρήθη. Fuit susceptum.

449.A Ἣν ἐγὼ ἐπὶ πλέον διηγησάμενος. Proponit se fusius hanc rem narraturum: & vulgi opinionem refutaturum.

Περὶ τῶν σφετέρων τυράννων. Vulgo enim erat opinio, Hipparchum fuisse Tyrannum: & tamen non Hipparchus, sed Hippias natu maior erat Tyrannus.

F Περὶ τοῦ γενομένου. De cæde non tyranni, sed fratris eius. sciendum autem Platonem dissentire à Thucydide in eo Dialogo, cuiq; est inscriptio ἵππαρχος, ἢ φιλοκερδής. Plato ait Hipparchum fuisse Tyrānum, & natu maiorem: Hippiam successisse ei mortuo, & regnasse tres annos.

B Πεισιστράτου γάρ. Sūma istius narrationis est, mortuo Pisistrato, filium eius maiorē natu, Hippiam, regno successisse: Hipparchum eius fratrem, qui Harmodium delitias Aristogitonis tentauerat, sed frustra, ab Aristogitone fuisse interfectum. Hæc

G est summa, sed res latius, & fusius explicatur.

Γενομένου δὲ Ἁρμοδίου. Cùm autem Harmodius forma, & ætate esset clarus, & insignis.

Μέσος. Mediocri loco natus, mediocris fortunę.

Τῶν ἀστῶν (Rustici.

Εἶχεν αὐτὸν κτήσει, ἐχ ἕνσι. Eo fruebatur eum in suo iure, ac potestate habebat.

Πειρα-

Πειραθείς. Solicitatus: sed frustra. πειραθείς. Sermone, internuntiis, pollicitationibus, præmiis.

Προσαγάγηται αὐτόν. Ad se pertraheret. Hoc erat illud ἐρωτικῶς περιαλγεῖν.

Ἐπιβουλεύει. Per insidias conatur regnum euertere pro sua facultate, authoritateque. Pro suis opibus. Vel, init consilium de tyrannide per insidias euertenda, vel tyrannidem euertere molitur.

Βίαιον μέν. Nihil vi agere decreuerat.

Οὐ διὰ τοῦτο δή. Quòd reiectus, contemptusque fuisset.

Οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχήν. Nã ne superioribus quidem dominatus temporibus erat grauis, & molestus multitudini. Sed citra inuidiam sese gerebat.

Ἀρετήν. Iustitiam, probitatem.

Καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ προσοικοδομήσας μεῖζον μῆκος, id est, cùm amplificasset aram, quæ erat in foro, cùm altius erexisset.

Ἠφάνισεν. Abrasit, deleuit.

Ἐπίγραμμα. Quicquid aut in lapidibus insculpebatur, aut in tabellis inscribebatur, ἐπίγραμμα κυρίως dicebatur. inde verò vsus obtinuit, vt quæcunq; carmina, quæ in laudem, vituperationemve alicuius fiebãt, etiamsi non insculperẽtur marmoribus, aut tabulis inscriberentur, sed chartis (vt nostris fit temporibus) mandarẽtur, Epigrammata vocentur. ἐν τῷ ἱππάρχῳ, ἢ φιλοκερδεῖ περὶ πλάτωνι,

Μνῆμα τόδ' ἱππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν·

——— Μὴ φίλον ἐξαπάτα.

450.A Πυθίου. ἴσως πυθίῳ.

Ἀμυδροῖς. Subobscuris, semideletis, ἀμυδρὸν· παρὰ τὸ α. & τὸν μύδρον ferrum ignitum, & candens.

Λέγον τάδε. In hæc verba.

Μνῆμα τόδ'. Laus est Epigrammatos inter cæteras, rem breuiter, & planè, ac dilucidè exponere. Hæ laudes hîc apparẽt. Habet enim hoc epigramma nomen, genus, & munus, quod gerebat, qui dicauit aram habet nomen loci, in quo dicata: & causam cur dicata.

Ὅτι δὲ πρεσβύτατος. Redit eò, vnde digress⁹ fuerat.

Πεισιστράτου γάρ. &c. Argumentatur, & fidẽ facit non Hipparchum, sed Hippiam regnum obtinuisse patre mortuo, primùm quia erat natu maximus, deinde, quia in veritate indaganda operam, & studium ipse posuit: non ita vulgus q. d. tertiò, quia Hippias tantùm memoratur filios habuisse. erat autem verisimile eum primùm ducere vxorẽ, qui natu erat maximus. præterea, quia in cippis, qui in arce stabant, & in quibus erant descripta Tyrannorum nomina ad perpetuam rei memoriam, & eorum odium, post Pisistratum statim Hippię nomen sequebatur. Postremò docet non esse verisimile oppresso Tyranno, Hippiam fratrem fuisse retenturum regnum, & eodem die, quo Hipparchus interfectus est, res constituturum. Hæc sunt argumenta quibus author fidem facit Hippiam, non Hipparchum regnum obtinuisse. Diluit etiam in fine obiectionem illam: cur igitur fama vulgo obtinuit Hipparchum regẽ fuisse quia (inquit) ille oppressus fuit: quod facinus fuit celebre. propterea ab imperitis addita fama etiam de regno, id est, quòd ille rex fuisset interfectus.

Εἰδώς, & ἀκοῇ. Partim scientia, partim fama, vel εἰδὼς ἀκοῇ.

Παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ. Constat enim eũ solum inter fratres legitimos filios suscepisse. γνησίων) (νόθων.

Στήλη. Cippus. Pila quæ constat structura aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. στηλίτας οἱ ἄτιμοι, capite diminuti maxima illa diminutione, qua licebat cuilibet eos impunè interficere. ἐν στήλῃ ἀδικίας γραφείς.

Ἀδικίας. Scelere. Quòd patriam communem parentem libertate spoliassent.

Ἀκροπόλει. ἡ ἐπὶ πόλις.

Εἰκὸς γὰρ ἦν. Assumptio.

Καὶ ἐν τῇ πρώτῃ στήλῃ. Aliud σημεῖον. Primus erat adscriptus post patrem. πρώτῃ. Ergo erant plures.

Οὐ δὲ τοῦτο ἀπεοικότως. Idque consentaneè.

Πρεσβεύειν. Quòd & ab eo natu maximus esset, & regnum obtinuisset.

Οὐ μὴν οὐδ' ἄν. Nunquam Hippias tam facilè regnum retinuisset, nisi ipse rerum potitus esset.

Τὸ παραχρῆμα. Confirmatio à breuitate temporis. nam rege oppresso, ad regnum cõstituendum, & animos populi conciliandos, præsidia comparanda & c. spatio temporis opus est ei, qui regno successurus est.

Καθίστατο τὴν τυραννίδα. Res cõstitueret, cõponeret.

Ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πρότερον. A contrariis rem cõfirmat. at potuit retinere regnum, quia ciues iam pridem assueuerant eum formidare: qui stipabant latus, diligenter custodire.

Τὸ πρότερον. ξυνήθες φοβερόν. Pristinum, & solitum ciuium metum.

Ἀκριβὲς ἐς ἐπικούρους. Diligentiam in præsidio satellitum.

Πολλῷ τῷ περιόντι, &c. Facillimè. τὸ περιόν. τὸ ὑπερβάλλον. Σουίδας. ἐκ τοῦ περιόντος, ex abundanti. πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς. id est, multa incolumitatis abundantia, citra periculum, nullo cum periculo. κατεκράτησεν. Retinuit imperium, id est, tyrannidem.

Καὶ οὐκ ἠπόρησεν. A contrariis confirmatio: neque hæsit, ac dubitauit, sicut frater fecit per ætatem: & quia regnũ cõtinenter antea nõ administrauerat.

Ἱππάρχῳ δέ. Diluit obiectũ, cur igitur fama obtinuit Hipparchum regem fuisse? Calamitas eum adeò nobilitauit, vt etiam hanc famam ei adiunxerit, id est, calamitas eius adeo fuit insignis, vt hominum iudicio meruerit hanc etiam opinionem. τὸ ἑξῆς ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη προσλαβεῖν ἐς τὰ ἔπειτα καὶ τὴν δόξαν τυραννίδος ὀνομασθέντα τῇ δυστυχίᾳ τοῦ πάθους.

Ἐς τὰ ἔπειτα. Res pro personis.

Τὸν δ' οὖν ἁρμόδιον. Redit eò, vnde digressus fuerat: βίαιον μὲν & c.

Ἀδελφὴν γάρ. Expositio. Erat mos, vt in pompis præsertim verò Mineruæ ludis, Quinquatrib⁹ virgines euocarentur, vt pompam prosequerẽtur: & aliæ alia vasa circunferrent, quare Soror etiam Harmodij virgo euocata, vt Canistrum ferret, fuit reiecta, vt indigna, & ea, quæ ne euocata quidem fuisset. Hanc contumeliam ægerrimè ferens Harmodius, & eius causa Aristogiton, inter se communicant consilia de opprimendo Tyranno.

451.A Καὶ αὐτοῖς. Itaque rebus constitutis cum iis, cum quibus coniurauerant, tempus tantùm opportunum rei aggrediendo expectabant.

Ἐκείνους. τοὺς ξυνεπιθησομένους.

Ἀσφαλείας ἕνεκα. Ne res enunciaretur: quo facilius res occultaretur.

Ἤλπιζον γάρ. λύσεις τοῦ αὐτίκα ἀπροσδοκήτους. At pauca manus non poterat rem tantam transigere: Sperabant (inquit) cæteros etiam ciues, qui nihil de coniuratione nouerãt, oblata occasione libertatis recuperãdæ, facilè sibi opem laturos: pſertim iã armatos,

Κεραμεικός. Loc⁹ erat Athenis in quo sepeliebantur, qui in bello cecidissent, erat etiã lupanar. Via erat vrbis hinc, atque inde porticum habens. ἀπὸ Κεραμου τινός. Παυσανίας ἀττικοῖς. ὅπου οἱ Ἀθηναῖοι συνετέλουν λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. Erat autẽ ibi turris, vnde deiecta lampade dabatur signum cursoribus, qui stabant ad carceres, vt se effunderent.

Ὡς ἔκαστοι. Alij enim primo loco, alij medio, alij postremo collocari solent.

Ἐγχειρίδια. Pugiones, sicas.

Τὸν λυπήσαντα. Eum, qui læserat, qui offenderat, qui contumeliam fecerat.

Καὶ δι᾽ οὗπερ. Et cuius causa de salute, ac fortunis suis periclitabantur. De summa rerum suarum periclitabantur.

Καὶ ὥσπερ εἶχον. Eo impetu animi, id est, sine mora. Potest etiam referri ad corpus, eo habitu corporis, & iis armis, quæ habebãt. lib. primo de Pauſ. καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ἀποψύχειν, ὥσπερ εἶχεν ἐν τῷ οἰκήματι, αἰσθόμενοι, ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Id est, semimortuum.

Εἴσω τῶν πυλῶν. Nam Hippias erat extra.

Ἀπερισκέπτως. Præcipites. Non circunspecta periculi magnitudine. εὐθὺς δ᾽ ἀπερισκέπτως legendum, & punctum ponendum post καλούμενον.

Καὶ ὡς αἱ μάλιστα δι᾽ ὀργῆς. Et διὰ μεγίστης ὀργῆς.

Ὁ μὲν ἐρωτικῶς. Alter, ob amasium: alter ob contumeliam.

Οὐ ῥαδίως διετέθη: αὐτὶ τοῦ χαλεπῶς διετέθη. Id est, tormentis excruciatus, ita demum necatus est. Sed εὐφήμως.

Ἀγγελθέντος δέ. Allatum regi nuntium narrat: illum prouidè non ad fratrem cæsum accurrisse, sed ad ciues, qui arma ferebant, & pompam prosequebantur, se conuertisse, & re dissimulata, quasi aliud ageret, præcepisse, vt inermes locum quendam caperent: ea re peracta, iussisse stipatores arma colligere, & eos comprehendere, qui suspecti erant: & excutere, atque scrutari si quas sicas gestarent.

Ἀγγελθέντος. τοῦ πράγματος δηλονότι.

Τὸ γενόμενον. Cædẽ fratris intelligit: sed suppressit nomen rei acerbæ.

Πομπέας. Ductores pompæ armatos, priusquam rem rescíscerent.

452.A Πλασάμενος. Cùm finxisset scilicet se ipsum, id est, cùm cõposuisset ad cladem dissimulãdam: fingere vultum Cæsar lib. primo de Bello Gallico.

Ἀδήλως τῇ ὄψει. ἐναλλαγή. Vultu sereno, vel doloris vestigia nulla præ se ferente, vultu dolorẽ non indicante.

Πλάττειν ἑαυτὸν πρός τι. Dissimulare.

Ἐπῃτιᾶτο. Insimulabat, culpabat, id est, quos coniurationis socios esse suspicabatur.

Τοιούτῳ μὲν τρόπῳ. Conclusio: ὑπὸ γὰρ Ἀριστογείτονος, καὶ Ἁρμοδίου τόλμημα δι᾽ ἐρωτικὴν ξυντυχίαν. ἐπεχειρήθη. Hæc habuit initia coniuratio, ab amatoria indignatione profecta. & causa facinoris ab Harmodio, & Aristogitone patrati hæc fuit, nimirum metus detectæ coniurationis.

Ἐρωτικὴν λύπην. Molestiam susceptã amoris gratia. ξυντυχίας suprà.

Ἐκ τοῦ παραχρῆμα περιδεοῦς. Propter repentinum metum.

Τοῖς δ᾽ Ἀθηναίοις. Regnum porro asperius Atheniensibus postea fuit.

Διὰ φόβου μᾶλλον ὤν. Magis timens quàm antea. vehementius sibi metuens quàm antea.

Καὶ πρὸς τὰ ἔξω. Et ad externa præsidia conuertit animum, id est, cœpit cogitare, & circunspicere, vnde sibi præsidium extrinsecus accerseret.

Μεταβολῆς γενομένης. Facta mutatione rerum. alienatis à se ciuium animis.

Ἀθηναῖος· ἐμφατικῶς. Ἀθῆναι ἑλλάδος μουσεῖον. Id est, domicilium omnium doctrinarum, & bonarum artium, totiusque humanitatis, ἑλλάδος ἑλλάς κατὰ Πίνδαρον.

Ἑστία, & πρυτανεῖον τῶν ἑλλήνων. καὶ τὸ πυθιον. Id est, perfugium salutis, & consilij, quo Græci vtebantur.

Λάμψακος in Asia, vbi barbaries mera. ipsi Lampsaceni præcipuè, vt molles & effœminati malè audiebant.

Ἀνδρός. Laudationem habet hoc epigramma Archedices, à generis nobilitate: à nobilitate familiæ, & coniugis, & ab ipsius modestia. Docet eam fuisse filiam Hippiæ viri clarissimi, & dignitate præstantissimi. Habuisse patrem, fratres, coniugem, & filios reges, & tamẽ ipsam coluisse modestiam, nec propterea inflatam fuisse.

Τυραννεύσας. Pergit narrare Hippiam regnasse adhuc triennium Athenis: postea pulsum à Lacedæmoniis, Lampsacum venisse: inde ad regem Persarum confugisse, & impetrasse magnas copias &c.

Ἀλκμαιωνιδῶν. Nobilis fuit familia Athenis, ab Alcmeone, qui vixit Thesei temporibus, oriunda. Hi corrupta Pythia vate, induxerunt eam, vt Lacedæmoniis oraculo suaderet, vt Athenas tyrannide liberarent. itaque Lacedæmonij cum sæpius ea de re admoniti fuissent, ab oraculo, rem susceperunt, & tyrannum expulerunt. ἡρόδοτ. ἐν τερψιχόρῃ.

Ὑπόσπονδος. Fide impetrata à Lacedæmoniis, & concessis quinq; diebus intra quos finibus Atticis excederet. ἡρόδοτος ἐν τερψιχόρῃ.

Μαραθῶνα. δῆμος τῆς λεοντίδος φυλῆς.

Ὧν ἐνθυμούμενος. Redit eò, vnde digressus est. ἐπιστάμενος γὰρ ὁ δῆμος ἀκοῇ τὴν πεισιστράτου, καὶ τῶν παίδων τυραννίδα χαλεπὴν τελευτῶσαν γενομένην. Quæ reputans populus Atheniensis, & memoria repetens, quæcunque fama acceperat.

Χαλεπός. Grauis, acerb⁹, ὕποπτος. Suspiciosus modò pro eo, qui alteri suspectus est: modò pro eo, qui alterum habet suspectum.

Λαβόντας. Qui insimulati fuerant: αἰτιᾶσθαι· αἰτίαν ἐπιφέρειν.) (λαμβάνειν αἰτίαν.

Ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ. Vt dominatus paucorum, vel regnum à coniuratis constitueretur.

453.A Καὶ ὡς αὐτῶν. Docet quendam ex iis, qui erant in vinculis indicasse tandem authores pollutæ religionis: quamuis dubia esset fides, verũ nec ne esset indicium. Causas præponit, quia furor populi quotidie crescebat: & multi magnæ authoritatis ciueis erant iam in vinculis, & res non videbatur habitura esse finem.

Ἐφαίνετο: πρὸς τὸ σημαινόμενον. ὁ δῆμος.

Οὐκ ἐν παύλῃ. Nondum erat in quiete, id est, adhuc erat commotus. nondum sedatus. παύλη. V.F. nec dum sedatus, & tranquillus videbatur.

Ἐπεδίδοσαν μᾶλλον ἐς τὸ ἀγριώτερον. Magis proficiebant in sæuitia, id est, crescebat populi sæuitia in comprehendendis pluribus. sæuiebant magis ac magis, & plures comprehendebant.

Αἰτιώτατος. Maximè affinis crimini.

Εἰκάζε(το). Erat enim suspicio in vtranque partem.

Τὸ σαφές. Nemo enim neque tunc, neq; postea potuit affirmare certò qui facinus patrassent.

Ἀδηλα

Ἄδειαν ποιησάμενον. Parta sibi impunitate, interposita side publica.

Καὶ τὴν πόλιν παῦσαι. Et rempublicam liberare istis suspicionibus. Hinc possumus colligere impunitatem promissum edicto publico ei, qui coniuratos indicasset.

Βεβαιοτέραν γὰρ. Facilius enim se esse salutem impetraturũ si fassus fuisset, proposita præsertim impunitate, quã si negauisset, & indiciũ subfugisset.

Ὁ δὲ δῆμος. Gratum accidisse hoc indicium populo significat, vt ingratum erat antea non posse scire authores eius rei, itaq; liberasse indicem: soluisse etiam cæteros, qui innocentes habebantur: reliquos supplicio capitali affecisse, iis exceptis, quibus fugere licuit. δεινόν. ὃ ἐστὶ ἀνάξιον, ἀφόρητον.

C Ἐπανεῖπον. ἐπικηρύττειν χρήματά τινι. Δημοσθ. ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. καὶ διὰ ταῦτα χρήματα αὐτοῖς τοὺς θηβαίους ἐπικηρυκεύεσθαι. Pronuntiare certam summam pecuniæ per præconem ei, qui interfecerit aliquem.

Κἀν τούτῳ. Interea non constabat iure an iniuria sumptum fuisset supplicium de iis. carpit latẽter Athenienses, qui temere suppliciũ capitale sumerẽt, de ciuibus magnæ authoritatis, & innocentibus.

Περιφανῶς ὠφέληται. Commodum accepit consensu omnium, sine controuersia.

Περὶ δὲ τὸν Ἀλκιβιάδην. Accedit ad causam: & redit vnde digressus fuerat. οἱ γὰρ ἀθηναῖοι. ἐπειδὴ ἡ στρατιὰ ἀπέπλευσεν, οὐδὲν ἧσσον ζήτησιν ἐποιοῦντο.

D Ἐναγόντων. Instigantibus.

Χαλεπῶς ἐλάμβανον. Iratis animis accipiebant.

Καὶ ἐπειδὴ τὸ τῶν ἑρμῶν. Et quoniam signorum fractorum authores se comperisse existimabant, etiam crimine sacrorum pollutorum eum teneri iudicabant.

Ὧν ἐπαίτιος ἦν. De quibus insimulabatur.

Μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου. Eodem consilio.

Καὶ τῆς ξυνωμοσίας. ἐπὶ τῆς αὐτῆς ξυνωμοσίας, αὐτὶ τοῦ τῶν ξυνωμοτῶν.

Ἐπὶ τῷ δήμῳ. Aduersus statum popularem.

Καὶ γάρ τις ἡ στρατιά. Affert nonnullas suspiciones confirmandæ rei gratia. exercitus (inquit) Lacedęmoniorum sub ea tempora, quibus in vrbe motus iste erat, ad isthmum vsque venit, itaque suspicabatur populus propterea susceptam illam expeditionem, vt statum populare euerteret. quanquam author causam eius expeditionis fuisse ait res Bœotias, non Atticas.

Περὶ ταῦτα ἐθορυβοῦντο. Ciuitas erat perturbata istarum rerum causa.

Πρὸς βοιωτούς τι πράσσοντες. Struentes nescio quid contra Bœotios.

455.A Ἐκείνου πράξαντος. Illius opera, illo agente, struente, solicitante.

Ἀπὸ ξυνθήματος. Ex composito.

Καὶ εἰ μὴ ἔφθασαν. Et nisi ipsi eum anteuertissent, & homines comprehendissent. κατὰ τὸ μήνυμα. διὰ τὸ μήνυμα.

Θησείῳ. Templo Thesei. Proximũ erat gymnasio: in quo pictæ erant variæ res gestæ ab Atheniensibus pugna contra Amazonas, prœlium lapitharum, & centaurorum, &c. Παυσανίας lib. I. Att.

Τῷ ἐν πόλει. Nam erant etiam extra vrbem, & agrum Atticum.

B Περιειστήκει. Multis denique, & variis suspicionib⁹ premebatur, & quasi circunseptus tenebatur.

Ὥστε βουλόμενοι. Concludit iam totum istum locum cuius initium fuit, ἐς καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐκ τῶν ἀθηνῶν ἥκουσαν, &c. Itaque volentes eũ capitali supplicio afficere iudicio damnatũ.

Καὶ ὧν περὶ ἄλλων: καὶ ἐπὶ ἐκείνους τοὺς ἄλλους.

Εἴρητο δέ. Mandatum autem fuerat, vt præciperent ei, vt se sequeretur ad causam dicendam.

Θεραπεύοντες. αὐτὶ τοῦ εὐλαβούμενοι. Habentes rationem: cauentes ne tumultum aliquem in castris excitaret apud suos milites, vel etiam cum hostibus aliquid tentaret, si comprehenderetur.

Οὐ φανεροὶ ἦσαν. Delituerunt, euanuerunt: veriti C iudicium calumniæ.

Ἐρήμη δίκη. Frequentius ἐλλειπτικῶς. D

Μετὰ ταῦτα δέ. Narrat reliquos duces partitos inter se omnes copias in duas parteis singulos singulis præfuisse: atque ita cum tota classe Selinuntem versus contendisse.

Λαχών. Et suam vterque partem sortitus, id est, suscepta sortitò administratione, & imperio alterius partis, sortitus vterque suam partem.

Ἐν ἀριστερᾷ. Occidentem versus. 455. A

Τυρσηνικόν. Mare inferum.

Ἱμέρα. ἡ δὲ καὶ ποταμός, ὁ ἱμέρας. Στέφανος.

Ὕκκαρα. Vnde nobile illud scortum, & celebre, ἡ λαΐς.

Ἄγουσαι: καταχρηστικῶς. Vehentes. B

Νικίας δὲ εὐθύς. Redit ad expugnationem τῶν ὑκκάρων: docet Niciam capto, & direpto oppido, statim Egestam contendisse. egisse cum Egesteis quæ opus esse videbatur: triginta accepisse talenta: atque ita Catanam rediisse.

Χρηματίσας. Cùm egisset cum illis.

Καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν. Confecta sunt ex præda 120 talenta.

Καὶ ἐς τοὺς τῶν σικελῶν ξυμμάχους. Venerũt etiam ad Siculos, qui erant socij, & copias vt mitterent imperabant.

Γελεάτιν. Γέλα. Ghecza hodie. C

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Narrat Athenienseis ineunte hyeme statim se apparasse, vt Syracusas inuaderent: & simul Syracusanos sese instruxisse, vt contra eos irent.

Τὴν ἔφοδον. Bellum inferendum.

Ὡς ἐπ' ἐκείνους ἰόντες. αὐτὶ τοῦ τὴν ἔφοδον ἐπ' ἐκείνους.

Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῖς. Λύσις τοῦ ἀντιπίπτον. Qui contenti esse debuerant si bellum propulsare ab vrbe, ac defendere possent, ij procul ab vrbe bellum hostibus inferunt? q. d. vix videatur verisimile. respondet itaque, & affert rationem cur ita factum sit. confirmati (inquit) sunt animis: & sumpta fiducia eos iam contemnebant: confirmatio, quia procul aberant: quia non statim aggressi eos sunt, simul atq; ad insulam appulerunt, quemadmodum ipsi suspicabantur, & propterea timebant vehementer: pręterea, qui Hyblam oppugnarant expugnare non potuerant.

Κατὰ τὴν ἡμέραν. Et progressu temporis.

Καὶ ἐπειδὴ πλέοντες. Et quia dũ orã illam insulæ ꝑterueherentur, procul ab ipsis esse videbantur.

Τὰ ἐπέκεινα: τῶν Συρακουσῶν δηλονότι. D

Ἐφαίνετο. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Πειράσαντες. Cùm expugnare conati fuisset, cùm expugnationem tentassent.

Ἐφύβριζον ἄλλα τε. Cùm alia probra ingerebãt per contumeliam. (συλληπτικῶς.

Καὶ εἰ ξυνοικήσοντες. Verbum generale supplendũ

Ἐλέγον. An venirent exules, vt sedes nouas qrerẽt potius q̃, vt Leontinos in suas restituerent. di- 456. C

ctum, & locus facetię in eo videtur positus: vos nullas habetis sedes: & tamen id vobis arrogatis, vt alios in suas sedes velitis restituere? q.d. summã esse hanc dementiam. Cauillabantur autem Athenienseis nullas habere sedes, propter angustias (opinor) agri Attici. vel, vtrum venitis vt insulam Siciliam occupetis, an &c. vt innueret eos neutrum facturos esse.

Ἀπὸ τῶν ὅπλων. ὅπλα apud Thucyd. castra, statione, in qua armati sunt milites significat. agmen etiam armatorum. libr. primo. Καὶ τῆς μὲν γῆς ἐκράτουν, ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ τῶν ὅπλων. & initio tertij, καὶ τὸν μὲν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον, τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν.

Ἡμέρα ῥητή. Ita etiam γέρας ῥητόν. lib. primo. πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

Ἅμα ἕῳ. Simul atque illucesceret: tẽpus opportunum proponebant, quo facilius eos fallerent, dulces enim somni esse solent eo tempore.

Οἱ δὲ στρατηγοί. Fidem habitam homini docet iam Thucyd. & carpit duces Syracusanorum, qui nimium creduli fuerint. credulitatis causas fuisse ait nimiam fiduciam, quam animis iam conceperant: & quia iam secum constituerant etiam non euocati hoc ipsum facere.

Πολλῷ ἀπερισκεπτότερον. Si addatur gradus intensionis comparatiuo, fit superlatiuus. itaque hoc ἀντὶ τοῦ ἀπερισκεπτότατα positum.

Ξυνθέμενοι ἡμέραν. Constituta die.

Ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα. Comparatis itaque omnibus rebus, quæ ad eam expeditionem videbantur necessariæ, aduentante die, ad quam sese venturos constituerant, iter ingressi ad Symæthum flumen castra posuerunt.

Συμαίθῳ. Flumen non procul ab vrbe Catana, in mare influens.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. Docet Athenienses simul atq; per exploratores cognouerunt Syracusanos aduentare impositis classi copiis omnibus Syracusas noctu contendisse.

Ἡ ἄλλος τις. Innuit ex Italia quoque aliquas copias secutas, quanquam earum mentionem nullam fecit supra.

Καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι. Narrat eodem tempore Athenienses ad Syracusas appulisse, & equitatum Syracusanorũ Catanam adequitasse. & cognita profectione Atheniensium, reuersum rem copiis pedestribus renuntiasse: itaque omnes conuerso itinere, celeritate quanta maxima potuerant, rediisse Syracusas: sed Athenienseis interea capto loco idoneo ibi castra posuisse.

Μάχης τε ἄρξειν. Id est, ad ineundum prœlium nisi vellent, cogi non poterant.

Ἐν τῷ ἔργῳ: In prœlio. lib. primo ὥσπερ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας.

Παρὰ δὲ τό, αἰτιατικὴ τοῦ τῇδε.

Δάσκωνι. Σικελίας χωρίον. τὸ ἐθνικὸν δασκώνιος, ἢ δασκωνίτης. Στέφανος. Laurent. Vall. hoc omisit. fortasse quia deerat in codice vnde vertebat. αἱ Συράκουσαι πεντάπολις ἦν τὸ παλαιόν. ρ'. ὀγδοήκοντα σταδίων ἦχον τὸ τεῖχος ἴσως οὖν ὁ Δάσκων μία τούτων ἦν, alioqui locus erit suspectus de mendo.

Ἡ εὐεφοδώτατον. Ex ea parte, quæ erat aditu facillima hostibus.

Ἀνάπου. Θεόκριτος. Οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω, primo εἰδυλλίῳ.

Παρασκευαζομένων δέ. Quas munitiones dũ comparant, nemo egressus vrbe prohibuit: sed postea equitatus prior, deinde peditatus venit munitionibus iam confectis.

Προσῆλθον. Vt pugnæ potestatem facerent.

Ἐπειτα δέ. Vbi verò eos suis se contineri locis animaduertunt.

Ἑλωρίνην. Στέφανος. ἕλωρος. πόλις Σικελίας, ἀπὸ ἑλώρου ποταμοῦ τοῦ κατὰ Πάχυνον, ὅς λέγεται τοὺς θρασεῖς ἰχθῦς ἔχειν, ἀπὸ χειρὸς ἐσθίοντας.

Μάλιστα ἐφορῶντας. Diligentissimè obseruantes.

Σκευοφόρους. κυρίως qui ferunt sarcinas militum. σκευαγωγοὶ ἅμαξαι. σκευοφόρα ὑποζύγια. σκευαγωγεῖν, σκευοφορεῖν.

Εὐτός. Introrsus: τῶν ἐπιτακτῶν. Qui erant in subsidiis collocati.

Οὕτως πανδημεί. Qui erant Syracusani ex omni ordine, atque ætate.

Ἀκοντισταί. Velites, qui hastis amentatis vtebãtur.

Πολλὴ μὲν παραίνεσις. Cohortatur ad prœlium Nicias: proponit commoda, quæ illis aderant, & hostium incommoda: quibus docet fortiter pugnandum esse: proponit etiam incõmoda futura, & pericula imminẽtia, nisi strenuè pugnauerint. Commoda erant, copiæ firmissimæ, & legiones robustissimæ: incommoda hostium, manus promiscua, & confusa, quæ ex tyronibus, & imperitis rei militaris hominibus constabat. incommoda verò erãt, quòd in aliena terra rẽ gerebãt, vt nisi parta victoria vix possent consistere, atque salutem retinere.

Πολλὴ μέν. Procemium à re ipsa, & à firmissimo totius causæ argumento ductum est. firmitudo ipsa nostrarũ copiarum debet vos hortari, vt strenuè pugnetis, & hostes profligetis, non longa, & bene composita oratio.

Οἱ πάρεσμεν. Cõciliat, q. eos appellaret cõmilitones. ô viri οἱ πάρεσμεν. Socij futuri certaminis, & periculi. ὑπερβατόν, ἐναλλαγὴ προσώπου.

Αὕτη γάρ. Ingreditur in causam, & affert rationem cur non opus sit lõga cohortatione. Hîc apparatus valet magis ad vos animandos, quàm oratio bene composita, quæ careat firmis copiis.

Ὅπου γάρ. Distributione vtitur, & enumeratione copiarũ, vt fidẽ faciat, & bene sperare de victoria iubeat. Docet copias suas constare ex flore totius Græciæ, & ex fortissimis quibusque ciuitatibus. itaque non esse dubitandum de victoria.

Ἀργεῖοι, &c. ἐμφατικῶς.

Καὶ νησιωτῶν. Chios, Lesbios, Rhodios, & alios intelligit.

Ἐσμέν. Συλληπτικῶς.

Πανταπᾶσι. Quemlibet, πλεονασμὸς ἀντὶ τοῦ πάντας.

Ἄλλως τε καί. Collatio.

Πανδημεὶ ἀμυνομένοις. Qui resistũt manu tumultuaria, id est, turba confusa, infirmis copiis, & raptim coactis, nullo delectu habito.

Πανδημεί) ἀπολέκτους. Manũ delectam sic appellat.

Σικελιώτας q. d. barbaros, & hominũ colluuiem, quæ diuersis ex regionibus pulsa suis sedibus in Siciliam confluxerit.

Ὑπερφρονοῦσι μέν. Occurrit ad illud: Atqui Syracusani longè aliter de nobis sentiunt, quàm tu prædicas. nam contemnunt nos, tantum abest, vt aliquam virtutis opinionem de nobis habeant.

Λύσις. Quanuis contemnant, tamen non sustinebunt nostrum impetum ob rei militaris imperitiam, ὅτι τὴν ἀπειρίαν.

Παρα-

Παρασήτω δὲ ὑμῖν. Iam proponit incommoda. procul à nostris finibus, & in agro hostili bellum gerimus: vnde nisi parta victoria, vix liceat discedere saluis. illud etiam in mentem veniat, nos procul à nostris finib. abesse, neq; in solo amico, ac beneuolo cõsistere, nisi id armis, & virtute quæsiuerimus. A

Καὶ τοὐναντίον. Itaq; vos admoneo contrà, ac sunt facturi hostes, nos in alienis, non in nostris finib. esse pugnaturos. itaq; aut vincendum, aut vix salutis, nedum receptus spes erit nobis reliqua.

459.A Τῆς ἀξίας ἐπιλόγος. Dignitatis, quòd Athenienses, quòd Dorienses, quòd insularum dignitate præstantium incolæ sitis. B

Ἀπορίαν. Difficultatē, φοβερωτέραν, terribiliorem.

Ἤδη ἀπροσδόκητοι, ἀντὶ τοῦ προσδόκων. Nõdum expectabant prœlium: imparati ad prœlium erant.

B Ὡς δὲ ἕκαστος. Verumtamen vt singuli ad exercitum perueniebant, ita ad aliquos ordines accedebant, & in iis sese collocabant.

Ἀλλὰ τῇ μὲν αὐδρείᾳ. Virtute quidem non erant inferiores Atheniensibus: rei militaris scientia erant inferiores: eamq; ob rem voluntas etiam interdum deficiebat. C

Ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη. Quatenus rei militaris scientia suppetebat.

Τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς. Eius verò defectu, id est, vbi ea deerat, ἀντιμεταβολή.

Ὅμως δὲ. Redit eò vnde digressus.

C Προύμάχοντο. Ante vtranque aciem pugnabant.

Λιθοβόλοι. Qui manu lapides iaciebant.

Ἔπειτα δὲ μάντεις. Vates deinde mactatis de more victimis, & tubicines dato signo. L. V. Deinde, & aruspices bene litatum esse palàm fecerunt, sed parum commodè. D

Ξύνοδον ἐπώτρυνον, ἀντὶ τοῦ ἐπότρυνοντες ἐσήμαινον. Classicum canebant, vel ἀνακλησιν. ἐπὶ τὴν ξύνοδον ὤτρυνον τοὺς πολίτας.

Συρακούσιοι μὲν. Quo animo, atque consilio confligerent, explicat.

460.A Μέγιστον ἔχον τὸ πρόθυμον. Præcipuè erant alacres suæ salutis causa, de qua nisi vicissent, desperabant. E

Ἔπειτα δὲ ἐν παρέργῳ. L. V. secundo loco, si non ob aliud, certè vt indulgentiores haberent illos, quibus parebant, quòd eorum adiutores in subigenda Sicilia fuissent. Locus quanquam non omnino bene versus est, tamen habet sensum non incommodum. Sed tamen non germanum ni fallor. Est igitur sensus germanus: erant alacres ad pugnam salutis suæ causa potissimum, de qua nisi vicissent, desperabant: deinde secundo loco, vt alij quoque eandem seruitutem subirent, vt fortunæ societate se consolarentur, q.d. persuasi se leuatum iri quodammodo, si plures essent, qui seruirent Atheniensibus. etenim solatium est miseriæ, multos eiusdem calamitatis socios habere, vel quæ res erat allatura ipsis solatium, erat eos leuatura oneribus, & tributis, quæ pendebant. F

Παρέργῳ. ἔργον, dicitur id, quod potissimum agendum instituitur. πάρεργον id cuius causa opus non est potissimum institutum. πάρεργον quod alterius causa attingitur, vel præparatur.

Εἴ τῳ ἄλλῳ, ἀντὶ τοῦ ἵνα τι ἄλλο. Sed ita loquitur quia de re incerta agitur. exitus enim bellorum, & prœliorum incertus est, dubitanter hoc dictum, ἀντὶ τοῦ εἴ τινες ἄλλοι. res est pro personis, id est, vt alij etiã aliqui stipendiarij fierēt Atheniensium, præsertim adiuuantib. ipsis, qui eos leuarēt tributis, q̃ pendebant.

Ῥᾷον αὐτοῖς. Solatium ipsis futurum, ῥᾷον γίνεσθαι, conualescere, μεταφορικῶς leuari animo.

Ξυγκατεστρεψαμένοις. Quasi essent persuasi ambitiosius, nisi ipsi adiuuissent, eos nũquam subacturos per se fuisse Siciliam.

Γενομένης δέ. Cùm itaq; ad manus ventum esset. Conserta manu, vt distinguat prœlium ἀπὸ τοῦ ἀκροβολισμοῦ. (runt.

Ἐπὶ πολύ. Ad multas horas alteri alteris restite-

Ὥς τισι μὲν ἀθλιωτάτοις μαχομένοις. Vt ea res plus terroris attulerit: vt ea re timor creuerit. Laur. refert hoc ad Syracusanos: ego ad vtrosq;.

Ὁμιληκόσι. Qui minimè in bellis versati fuerant.

Παρερρήγνυτο. Laxabatur. παρὰ remissionem inter- B

Καταστῇ ἐς φυγὴν. Cœpit fugere. (dũ significat.

Καὶ ἐπὶ πολύ. Nec longius persecuti sunt Atheni-

Ἀνεῖργον. Reprimebant. (enses. C

Ἐπακολουθήσαντες δέ. Insecuti verò conferti quoad rectè facere id potuerunt.

Ἐκ τῶν παρόντων, ἐκ τῶν ἐνόντων, ἐκ τῆς δυνάμεως. Pro præsenti rerum statu, & fortuna.

Ξυνταξάμενοι, ἢ ἑαυτοὺς, ἢ αὐτὶ παθητικοῦ. 461.A

Πρὸς μὲν τὸ ἱερόν. Vel casu, vel consilio, ne sacrilegi haberentur, si Iouis templũ religiosissimè cultum spoliassent.

Ξυγκομίσαντες. L. V. receptis. F. P. congestis.

Ἔχοντες. L. V. quorum ossibus, & spoliis lectis, omisit ἔχοντες.

Χειμών τε γὰρ ἦν. Tres affert causas profectionis. erat hyems: nullus erat equitatus: non habebant pecunias. itaque iudicabant bellum nullo modo ad Syracusas posse tunc administrari. B

Ἱπποκρατῶνται. Equitatu essent inferiores, equitatu superarentur. nouatum, & iunctum verbum.

Ὑπακούσεσθαι. Dicto audientes fore.

Ἐς τὰ ἄλλα. Non solùm in re militari: sed etiam in rebus ad pacem pertinentibus prudentia nullo inferior. (re bellica. C

Ἱκανὸς ἐμπειρίᾳ. Rerum vsu potens, exercitatus in

Καὶ οὐκ εἴα. Hortatusq; est, ne id quod acciderat, grauiter ferrent, ne propter incommodum acceptum succumberent.

Τὴν μὲν γὰρ γνώμην. Obliqua cõciuncula, sine prooemio causam aggreditur.

Eleuat, & extenuat incommodum acceptum Hermocrates: atq; ita consolatur, & cõfirmat Syracusanos. negat animi fortitudinem sibi defuisse: vsum, & rationem rei militaris defuisse ait. eamq; rem detrimentũ attulisse. & tamen detrimentum non adeò esse graue, vt esse poterat, præsertim prœlio commisso cum rerum bellicarum peritissimis: quarum rerum ipsi essent imperiti. ducum etiam multitudinem ait nocuisse: itaq; efficit si vitia hæc tollatur, futurum vt hostes facilè superentur.

Χειροτέχνας. Artifices, qui artem sedentariam exercent. (νος ἔστω. D

Πολυαρχίαν, Ἰλιάδ. β. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρα-

Ἦσαν γάρ. Thucydidis est hoc quod nunc dicitur.

Τῶν τε πολλῶν τὴν ἀξιώτακτον ἀναρχίαν. Et propter cõfusam hominum turbam sine imperio.

G Ὡς πλεῖστοι, πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Καὶ τῇ ἄλλῃ μελέτῃ. Et cogant eos exercere se cæteris etiam in rebus, id est, non solùm ἐν τοῖς ὅπλοις, sed etiam in muneribus velitum, sagittariorum, & equitum, ἀντὶ τοῦ ἐπιμελείᾳ τῶν ἄλλων.

Εὐταξίας. Ratione, & ordinis conseruatione. 462.A

Ἐπίδοσιν. Factura progressus.

Αὐτά, τ̃ ἀνδρείαν, καὶ τ̃ εὐταξίαν.

Τὴν μὲν, τ̃ εὐταξίαν. χιασμός.

Μελετωμένων μετὰ κινδύνων. Cùm adhibebitur in periculis, cum periculis exicultam, animosiorē se ipsa.

Θαρσαλεωτέραν. Animi fortitudinē adiuncta rei militaris scientia, constantiorē, firmioremq; fore.

Αὐτοκράτορας. Summa cum potestate, & mero cum imperio.

Καὶ ὀμόσαι αὐτοῖς τ̃ ὅρκιον. Et religioso iureiurando eis cauere. Vos permissuros illis, vt arbitratu suo præsint copiis, & bellum administrent.

Ὅπῃ ἂν ἐπίστωνται. Nō ex præcepto vestro, sed pro eorum scientia.

Οὕτω γὰρ. Commoda. ita enim & consilia eorum tegi poterunt: & cætera rectè, atq; ordine administrari, & opportunè fieri. (tione.

B Ἀπροφασίστως. Sine tergiuersatione, sine excusa-

Τὸ δὲ ἐν τῇ Κατάνῃ στράτευμα τ̃ ἀθηναίων. Erant Messanæ duæ factiones: altera fauebat Syracusanis: Atheniensibus altera. Hæc significauerat iam ante discessum Alcibiadis, fore vt ad certū tempus vrbem proderet. Cùm dies promissorū iam adesset, Athenienses profecti sunt eò cum classe, opinione tamen frustrati sunt. nam detecta proditione per Alcibiadem, cùm reuocatus est, factio contraria oppressit eos, qui erant facturi proditionem.

C Ὡς προδοθησομένην. Quam per proditionem, sibi traditum iri sperabant. quam proditione captum iri sperabant.

Ἀ ἐπράχθη, ἀντὶ τ̃ ἡ προδοσία. Non successit.

D Ἐχειμάζοντο. Tempestate iactabantur.

463.A Θρᾳκας, χάρακας puto scribendū esse: & ex margine translatum in contextum: antea (vt suspicor) legebatur καὶ σταύρωμα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενος, deinde imperitus aliquis addidit explicationē vocabuli vel in margine, vel supra σταύρωμα hanc vocem: quam postea librarius in cōtextu posuit, equidem neq; apud Strabonem, neq; apud Pliniū, neq; apud Solinum, & Pomponiū Melam, neq; apud Ptolemæum potui reperire locū in Sicilia sic vocatum.

Ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ συρακούσιοι. Transit ad Syracusanos, & exponit quæ ipsi quoq; egerint per eā hyemem. docet eos producta munitione vrbis complexos fuisse muro loca quædam suburbana: vt si prœlio superarentur, non ita facilè obsiderentur. Megaris etiam præsidium imposuisse, & Olympieo: & litora proxima vrbi, quacunq; aditus patebat hosti, munitionibus occupasse.

Ἐτείχιζον, τεῖχος πρὸς τῇ πόλει παρὰ πᾶν, &c. ποιησάμενοι ἐντὸς τ̃ τεμενίτην, τὸ ἐξῆς τοῦτο. (Locus præruptus.

Ἐπιπολάς, χωρίον ἀπόκρημνον ὑπὲρ τῆς συρακούσαις Στεφ.

Τὸν τεμενίτην. L. V. fanum vertit. Sed τέμενος τόπος σικελίας ἀπὸ ταῖς ἐπιπολαῖς, πρὸς τ̃ συρακούσαις. Στεφ. ἐντὸς ποιησάμενοι. complexi. (vrbis ambitu.

Ὅπως μή. Ne facilè circumuallarētur angustiore

B Τὴν θάλασσαν προεσταύρωσαν Et litora muniuerunt. quacunque fieri exscensus poterat.

Καὶ τὰς ἀθηναίων. Castra etiam Atheniensium, quæ erant ad Catanam incenderunt: & agrum Catanensium populati sunt.

Καὶ πυνθανόμενοι. Acceperant Syracusani, Athenienses solicitare Camarinæos, vt societatem secū facerent. Itaq; missis legatis ipsi quoq; enixè contenderūt ab amicitia Atheniensium eos auertere.

HERMOCRATIS CONCIO.

Οὐ τ̃ παρούσης δυνάμεως. Summa istius concionis est petitio, & refertur ad genus deliberatiuum. petiA tio enim est quædam suasio. Petunt itaq; Syracusani à Camarinæis societatem, & amicitiā, & quoniam Athenienses idē erant petituri, eam rē Hermocrates dissuadet: ita, vt tota causa cōstet ex suasione, & dissuasione. dissuadet societatē ineundam cum Atheniensibus, suadet amicitiam secū faciēdam, atq; in dissuadendo grauissima vtitur criminatione aduersus Athenienses, & eos in inuidiam vocat, auaros, simulatores, astutos, insidiatores eorum libertatis esse dicit, venisse in Siciliam verB bo quidem vt Leontinos in suas sedes restituerēt: re, vt Siculos omnes suis sedib. pellerent. Hanc suspicionē exemplis confirmat, atq; adeò castigat Siculos, qui cùm habeant huiusmodi exempla ante oculos posita, tamen dubitēt conspirare, & vnanimes talem hostem à se propulsare. terret eos propositis periculis impendentibus. diluit obiter obiecta quædam: postremò suadet, vt secum amicitiam, societatemque Camarinæi ineant, & Atheniensium insidiosam amicitiam vitent.

C Procemium habet eleuationē, & contemptionem quandam hostiū, eorumq; exercitus, & classis, & simul ferit suspiciones aduersus eloquētiam eorū, & artificium. erat magna opinio copiarum, & classis Atheniensiū, præsertim parta paulò ante victoria. itaq; intelligebat Hermocrates vix se suasurum, vt ab eorū societate Camarinæi abstinerēt, quorū opes essent formidabiles. Quare statim in ipso vestibulo causæ docet non esse formidabiles hostium opes: sed potius eloquentiam eorum, & D in dicendo artificium esse extimescendum.

Οὐ τ̃ παρούσαν. Non ideo legati ad vos sumus viri Camarinæi, quòd vereamur ne istis Atheniēsium copiis terreamini: sed potius veriti orationis eorū lenocinium, ne priusquam nos quoq; audiatis fu-

Μέλλοντας) (παρόντων. (cū nobis faciant.

Ἥκουσι γάρ. Ingreditur in causam. Primum crimen. Doli mali eos accusat.

Καί μοι δοκοῦσιν. Expositio τ̃ διανοίας. 464.A

Κατοικίσαι, ἐξοικίσαι. Sedibus nostris pellere.

Οὐ γὰρ δὴ εὔλογον, εἰκός. Facit fidem, non est consentaneum, qui Græcas ciuitates, & propinquas euertunt, eos remotos velle componere, & pacare.

Καὶ λεοντίνων Aliud signum, Chalcidenses proximos, qui sunt in Eubœa seruitute premunt: Leontinos Chalcidenses, qui sunt remotissimi, liberos esse volunt? hoc non est verisimile.

Κήδεσθαι. Solicitos esse.

Τῇ δὲ αὐτῇ ἰδέᾳ: προφάσει, τρόπῳ, διανοίᾳ. Specie, sed eodem genere, eadē ratione, eodē artificio & illas F res iā occuparunt: & has nunc occupare conantur.

Ἡγεμόνες γάρ. Probat exemplis. delato enim ad eos vltro imperio à gente Ionū, cæterisq; sociis, eos in

Ἀπὸ σφῶν. Coloni eorū. (seruitutē redegerūt.

Ὡς ἐπὶ τ̃ μήδου τιμωρίᾳ. lib. I. πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον δηοῦντες τ̃ βασιλέως χώραν.

Λειποστρατίαν ἐπενεγκόντες. Crimen desertæ militiæ B inferētes, id est, quòd se sequi ad bellū recusarent.

Καὶ οὐ περὶ τ̃ ἐλευθερίας. Rem amplificat per cōquestionem. à causa finali, in qua latet locus misericorG diæ: ergo neq; isti, neq; cæteri Græci pro libertate retinēda aduersus barbaros pugnarūt. Sed isti pro potentatu suo, & dominatu in Græcos obtinēdo: cæteri Græci vt seruirēt, & dominū tantummodo mutarēt. Et tamē q. d. lōgè alia erat opinio, δείνωσις.

Καταδουλώσεως, ἀντὶ τ̃ ἐπὶ τῷ καταδουλῶσαι τοὺς ἕλληνας, δηλονότι οἱ μὲν σφίσιν, οἱ δὲ ἐπὶ τῷ μεταβαλεῖν δεσπότην, &c.

Ἐπὶ

Ἐπὶ διαφόρου μεταβολῆ. Vt mutarent dominum. A

Οὐκ ἀξυνετωτέρου. L. V. non pro eo, qui minus, eũ, qui magis, sed pro eo, qui peius eũ, qui melius sentiret, at F. P. non stultiorem, & insipiẽtiorem: sed astutiorem, & latu grauiorem, id est, longè deteriorem, hoc est, vt dominum alioqui non nimis malum cum domino teterrimo commutarent.

Κακοξυνετωτέρου. Vt δυσαρισοτοκεία. Locus est misericordiæ à mutatione fortunæ in deterius. q.d. habebant illi quidem antea dominum barbarum, sed stultum, & imperitum: nunc habent dominos Athenienses non stultos, sed versutos, & graues, atque acerbos in eos, quos premunt imperio.

Ἀλλ' οὐ γὰρ δή. Transit ad accusationẽ Camarinæorum. Sed concludit aptè superiorem criminationem. Quanquam non propterea legati ad vos sumus, vt accusationem in Athenienses instituamus, quamuis abundè copia criminũ suppetat, sed potius vt vos castigemus, qui nobiscum non conspiratis ad eos propulsandos, præsertim malis, & calamitatibus aliorum docti. Sed primùm in genere accusat omnes Siculos. Deinde ἰδικῶς καμαρίναίους.

Εὐκατηγόρητον οὖσαν. Quamuis suppetat abundè criminum copia.

Εὖ εἰδόσιν. Apud vos rerum gnaros, apud vos qui res probè scitis. causa cur non opus sit demonstratione.

Ἡμᾶς αὐτοὺς. Correctio κατὰ σύλληψιν, vt minuat offensionem.

Οὐκ ἀμυνόντες, dum vim non propulsant.

Σοφίσματα. Fallacias.

Ξυστραφέντες. Coeuntes, cõspirantes, conglobati.

Προθυμότερον. ἀντὶ τοῦ ἐθελουσ, προθύμως. Sic & infra.

Δεῖξαι αὐτοῖς. Declarare nos esse viros fortes, & liberos, ac libertatis vindices, non molles, & effœminatos, & iugo seruitutis assuetos, vt sunt Iones, τὸ καλόν.

Τάδε τὰ πράγματα δηλονότι. ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς, πρὸς τὸ σημαινόμενον.

D Ἡ μένομεν. An expectamus tãtisper dum disiuncti, singuli capiamur? cùm illud sit compertum. Hac sola ratione nos capi posse? τὸ αἰασκέιν.

Ληφθῶμεν, ἁλῶναι. A re venatoria.

Ἁλωτοί. Nomina in τος epitheta potestatem eius rei, de qua agitur, significant, φευκτός, λυτός.

Καὶ ὁρῶντες. A persona aduersariorum, qui versutè, & astutè secum agerent, argumentatur.

Εἶδος. Rationem, artificium, in malam partem iam accipitur.

465.A Ἡμῶν, τῶν ξυγκτισίων. διίστασιν. Dissocient, vel serant dissidia.

Τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι. Alios spe societatis suæ scilicet ad bellum mutuum impellant, vel concitent.

Τοῖς δέ. Aliis verò imponant, quacunque ratione possunt.

Προσηνές. Blandum, affabile, ἦθος, ὁ ἀγαθός.

Καὶ οἰόμεθα. Castigat Camarinæos, & cæteros Siculos, qui putarent euersis Syracusis, se immunes fore eiusdem periculi.

Ξυνοίκου. Vicino.

Αὐτὸ ὕσινα. In nos quicunq; sumus.

Πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον. Sed potius eũ tantũ, qui est oppressus, laturũ calamitatem: vel sed potius futurũ, vt consistat calamitas in eo solo, qui oppressus est.

Καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε. Iam docet periculum esse commune: neq; de Syracusarum tantùm, sed de totius Siciliæ salute agi. Λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.

Τοσούτῳ δὲ ἀσφαλέστερον. Proponit commodum B futurum, si saluis Syracusis, cæteræ ciuitates hostem propulsent, eò tutius, faciliusq; eos propulsabitis, quò socios Syracusanos habebitis.

Τοῦτο ἀθλιώτερον. Cogitet etiam Atheniensem nolle vlcisci Syracusanos, vt hostes: sed ista præscriptione velle sibi conciliare vestram amicitiam, τὸ ἑξῆς, τοῦτο ἀθλιώτερον ἐνθυμηθήτω βούλεσθαι κολάσασθαι, οὐχ ἧσσον δὲ, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον δέ.

Εἰ δέ τις φθονεῖ. Memorat nonnullas causas, quibus B adducti Camarinei poterãt abhorrere à iuuandis Syracusanis: easq; refutat. Causæ erant inuidia, & metus, id est, quòd Syracusanis inuiderẽt, vel metuerẽt Syracusanorum potentiã, eamq; cuperent propterea reprimi ab Atheniensibus; ita tamen, vt nõ funditus euerteretur, sui causa, id est, ne ipsi euersis Syracusis, in discrimẽ salutis vocarẽtur. Hoc igitur Camarineorũ consiliũ refutat Hermocrates, & docet fieri nõ posse, vt modus is adhibeatur ita, vt Syracusanorum potẽtia deprimatur ab Atheni-

C ensibus, ita tamẽ vt non omnino euertatur. Exitus enim bellorũ dicit nõ in hominum, sed in fortunæ potestate esse: itaq; q.d. vbi semel Syracusani clade aliqua affecti fuerint, facilè futurum est, vt etiam omnino expugnentur, atq; ita salus etiam Camarineorũ in discrimine versetur. Quare efficit iungenda esse arma, & ineundam amicitiam, quia res agitur eorum, & causa communis est.

Τὰ μείζω. Potentes, qui dignitate, opibusq; præstant. Πρὸς γὰρ τὸ ἰσχυρὸν ὁ φθόνος ἕρπει vt sæpe dictum.

D Σωφρονισθῶμεν. Vt demittamus spiritus, vt simus C modestiores, vt reprimamur, vt refrenetur nostra insolentia, & superbia.

Οὐκ ἀνθρωπίνης, id est, τῶν ἀδυνάτων ὀρέγεται. Non humanarum virium spem concipit.

Βούλησιν ἐλπίζει. Id est, sperat ea, quæ homines vt velint, præstare tamen nequeunt, non sperat desiderium humanæ facultatis.

Οὐ γὰρ οἷόν τε. Homo enim nõ æquè esse potest arbiter fortunæ, ac suæ voluntatis, id est, non æquè

E potest statuere de fortuna, atq; de sua ipsius volũtate, ἡ βούλησις γὰρ ἐφ' ἡμῖν, ἡ τύχη οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

Ταμίαν. Qui in arbitrio, & potestate sua fortunam habet, τὸ ἐφ' ἡμῖν eleganter.

Καὶ εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι. Itaq; si frustretur opinione, & res aliter cedat, atq; ipse optabat, suo malo doctus, optabit ille quidem nos saluos, & incolumes: sed frustra optabit. itaque efficit fore vt eos pœniteat, cùm res in integrum restitui non poterunt.

Τοῖς αὐτοῦ κακοῖς ὀλοφυρθείς. L. V. calamitatis suæ

F tœdio. F. P. is ob sua mala deploratus, optabit aliquando fortasse me pristinam fortunam obtinere, cui inuidebat, sed optabit frustra.

Ἀγαθοῖς. Florenti fortunæ. 466.A

Φθονῆσαι. Consequens pro antecedenti.

Τοὺς αὐτοὺς οὐ περὶ τοῦ ὀνόματος, τὸ ἑξῆς, σώζοι tuebitur.

Καὶ μάλιστα εἰκὸς ἦν. Huc vsq; visus est Hermocrates non tam de Camarineis, quàm de Siculis vniuersis queri, & eos accusare. iam totã orationem conuertit ad eos solos, & accusat grauiter. ait sa-

G lutem eorum versari in maximo discrimine, qui sunt finitimi Syracusanis, & tamen non moueri.

Καὶ τὰ δεύτερα κινδυνεύσοντας. Et qui secũdo loco, id est, post nos estis eandẽ belli fortunã periclitaturi.

Αὐτά. Hæc pericula impendentia.

Μαλακῶς. Segniter: cunctanter. quia 20 tantùm equites miserant.

Αὐτοὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς, τὸ ἑξῆς, αὐτοὺς δὲ μᾶλλον φαίνεσθαι παρακελευομένους ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου ἔχοντας, ἰόντας πρὸς ἡμᾶς, ἅπερ εἰ οἱ Ἀθηναῖοι πρότερον ἀφίκοντο ἐς τὴν Καμαριναίαν, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε. Id est, oportuerat potius vos vestra sponte ad nos venire, & hortari nos ne succũberemus, vt fecissetis, si Athenienses vos priores aggressi fuisset. Camarinæos officij neglecti accusat.

B Φαίνεσθαι παρακελευομένους. Palam hortari.

Ἀλλ' ὅτι. Expostulatio.

Ἐπὶ ταῦτα ὡρμήσθε. Hoc estis animo, has cogitationes suscepistis. L. V. ad hoc agendum accesserunt.

Δειλίᾳ δὲ ἴσως, τὸ δίκαιον. Diluit iam nonnulla obiecta. Nõ licet vobis ferre auxilia aduersus Athenienses socios. Λύσις. ex fœderis cõditionibus hoc licet. Exemplo Rheginorum rem confirmat.

Θεραπεύσετε. Habebitis rationem, coletis æquitatem.

Ἤν γε, λύσις. Non fecistis societatem cum Atheniensibus vt nos oppugnaretis. Sed si vos à quoquam oppugnaremini: atq; vt Athenienses vestris auxiliis iuuaretis, si ab hoste premerentur: non si ipsi nos vicinos vestros inuasissent.

C Ἐπεὶ οὐδ' οἱ Ῥηγῖνοι. Exemplo rem confirmat, & loco à maiori.

Rhegini sunt Chalcidenses: & tamen nolunt Leontinos Chalcidenses, & ipsos iuuare, & in suas sedes vnà cum Atheniẽsibus restituere: vos, qui non estis Chalcidenses adiuuabitis? quasi dicat, multò minus.

Καὶ δεινόν. Et indignum sanè est Rheginos abstinere à societate Atheniensium contra ac debuerant facere propter suspicionem eorum facti, cui prætexunt honestam petitionem: vos verò honesta ista præscriptione societatis scilicet, hostes minimè dubios velle iuuare: nos verò vestros cognatos vnà cum illis euertere. Amplificatio est per conquestionem. Conferuntur Rhegini cum Camarinæis: factum eorum cum facto Camarinæorum, vt efficiat Hermocrates æquum esse, vt sibi potius ferant auxilium, quàm Atheniensibus.

Τὸ ἔργον) τοῦ δικαιώματος, δικαίωμα vocat petitionem Atheniensium vt Rhegini Chalcidenses adiuuarent secum Leontinos.

Σωφρονοῦσιν, μετωνυμία. Causa pro effectis.

Ἀλόγως. Præter rationem. Contra ac par, & cõsentaneum videtur, quia Chalcidenses Chalcidẽsibus ferre opem æquũ, & rationi consentaneum videtur.

Εὐλόγῳ προφάσει) ἀλόγως. Præscriptionem societatis Atheniensium intelligit.

Φύσει πολεμίους. Vt Ionas. nos enim Dorienses, q. d. & propterea cognati.

Ἀμυνοῦμεν δὲ. δίκαιον δηλονότι. Transitio, docet illud, quod in principio attigerat, non esse extimescendas Atheniensium copias.

467.A Οὐ γὰρ ἢν ἡμεῖς. Neque enim si nos conspiremus erit formidabilis eorum apparatus: sed potius si disiungamur, ac dissociemur.

Ἐπεί. Rem confirmat signo. Bellum nobis intulerunt: prœlio nos superarunt: & tamen discesserunt, nec sunt ausi tentare obsidionem vrbis, quod signo est eos diffidere suis copiis. Nam etsi nos solos adorti sunt, & prœlio superarunt, tamen non ea peregerunt, quæ cupiebant: multò minus voti compotes erunt, si omnes coeamus.

Ἀθυμεῖν. De victoria desperare.

Εἶναι δὲ, δίκαιον δηλονότι, vel εἰκὸς repetendum. Sed

A potius societas alacriùs ineunda.

Ἄλλως τε. Confirmat animos, & bene sperare iubet. Ex Peloponneso enim auxilia ventura dicit.

Οἳ διαφέρ. Amplificatio à qualitate auxiliorum. Qui sunt istis in re bellica longè præstantiores.

Καὶ μὴ ἐκείνην. Occurrit ad illud: nos verò neutris feremus auxiliũ, quia vtrorumq; socij sumus. Refutat hoc à magnitudine periculi imminentis nisi succurrant sibi, & à nullo incommodo futuro Atheniensibus, si non iuuentur auxiliis Camari-B næorum, nisi iuuetis nos, actum est de nostra salute, nisi iuuetis Athenienses, nullo eos damno afficitis: imò beneficium facitis: eos enim ab iniuria inferenda sibi temperare cogitis.

Οὐ γὰρ ἔργῳ ἴσον. Neq; enim vt verbo, & oratione, ita & re est æqua ista vestra recusatio, δικαίωμα, τῇ δικαιολογίᾳ.

Ἴσον πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Καὶ τι κάλλιον. A contrariis: sed miscet locum honestatis, & æquitatis.

C Τὴν κοινὴν ὠφέλειαν, αὔξησις, ἢ τοὺς συγκαλοῦντας.

Ξυνελόντες τε, ἐπίλογοι. Denique aimus facilè vos, & cæteros spõte vestra videre, & cognoscere posse quid sit agendum, illud nos testatum omnibus relinquemus: enumerat deinde capita, Ionas Doriensibus bellum inferre, quod quasi dicat indignissimum, & turpissimum, nos Dorienses à vobis Doriensibus deseri. Quare si superemur, culpa vestra nos superatum iri sciatis. Gloriam belli non vestram, sed Atheniensium fore: si supere-D mus hostem, nos pœnas à vobis esse repetituros.

Ξυνελόντες In pauca contrahentes.

Σκοπεῖτε, οὖν. Quare rem considerate, ac perpendite diligenter: & aut societatem, & amicitiam Atheniensium sequimini, aut nostram, id est, (vt planius, & apertius loquamur) statuite vtros nostrum vobis amicos, & socios esse malitis. Sed cõsequens affert pro antecedenti. 468.A

Ἀκινδύνως. Sine alea belli, id est, neutris auxilia mittentes.

E Δουλείας. Id est, societatem, & amicitiã perniciosam, quã per amplificationem appellat seruitutẽ.

Ἀκινδύνως αὐτίκα. Quæ in præsentia nullum periculum videtur allatura.

Ἢ κἂν. Id est, aut nostram societatem, quæ si hostem vnà superauerimus, liberabit vos malis duobus, seruitute scilicet, & nostris inimicitiis.

EVPHEMI CONCIO.

Ἀφικόμεθα μέν. Duo illa continet hæc Euphemi concio superiori aduersaria, purgationem, ac de-F fensionem contra Syracusanorum crimina, & petitionem, vt fœdus, & societas iam inita confirmetur. Criminatus fuerat Hermocrates Athenienses subegisse Græcos, atq; adeò Ionas sibi cognatos, & colonos. Hoc fatetur Euphemus, sed iuridiciali absoluta tuetur suam causam. Docet enim se iure hoc fecisse. Ionas enim qui debuerant non barbaros, sed Athenienses, ac Metropolim suam iuuare suis opibus, cùm Græciæ bellum illatũ est, conuersa ratione, bellum vnà cum barbaris Græ-G ciæ intulisse. Præterea Athenienses dedisse operã, vt imperium propagarent, firmiusq; redderent, vt se à dominatu Peloponnesiorum, qui sunt hostes perpetui, vindicarent. Veritos enim semper fuisse, ne si rem ipsi neglexissent, Peloponnesij omnes sibi adiungerent, atque ita firmissimis, maximisq; copiis se oppugnarent: eamque ob causam in Si-

in Siciliam etiam venisse, vt incrementa virium Peloponesiorum impedirent: simul etiam obiter docet non esse cur formident magnitudinem sui apparatus: apparatum enim istum esse aduersus Syracusanos, non aduersus Camarinæos, & cæteros Siculos. His purgat Athenienses Euphemus, & causam eorũ tuetur. Petit deinde, vt suam potius fidem, & amicitiam sequantur, quàm Syracusanorum: & commoda proponit, si hoc faciant: contrà incommoda, nisi faciant.

Ista concio est ferè similis illius, quæ libro primo habita est à legatis eorundem Atheniensium coram magistratibus Lacedæmoniorum. Nam illa etiam habet purgationem: ab ea tamen differt, quòd ista suadet societatem ineundam: illa post purgationem à bello dissuadet.

Procœmium est ἐξ ὑποδιαιρέσεως, id est, ex causæ ipsius diuisione sumptum: complectitur enim vtrunq; caput causæ.

Τεκμήριον, σημεῖον, παράδειγμα, in prologo, συνώνυμα.

Τὸ μὲν οὖν μέγιστον μαρτύριον. Docet necessitate se coactos hoc facere, quia metuunt Dorienses hostes perpetuos. Hanc rationem appellat μαρτύριον, id est, argumentum, & μέγιστον, id est, maximi ponderis. Ex ipsius enim aduersarij verbis sumit argumentum.

C Γνῶ καθ' ὅσον: λύσις τ' ἀντιπίπτοντος.

469.A Καὶ οὐκ ἐπολμήσαν. λαμπρῶς.

Εκλιπόντες τ' πόλιν. Partim oraculo illo moti.

Τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον δίδοι εὐρύοπα Ζεὺς. Ηροδ. lib. 7. pag. 107. μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τὸ σε, τέκνα τ' ὀνήσει. Partim autoritate Themistoclis. Vide vitam eius. Iustinus lib. 2. pag. 34. responsum fuit Atheniensi salutem muris ligneis tuerentur, Themistocles nauium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus patriam municipes esse, non mœnia ciuitatemque, non in ædificiis, sed in ciuibus positam, &c.

Εβούλοντο. Seruire malebant.

Καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ, τ' αὐτὴν δουλείαν.

Ανθ' ὧν, τὸ ἑξῆς ἀνθ' ὧν ἄρχομεν, & οὐκ ἄλλῳ ἐπόμεθα ἅμα ἄξιοί τε ὄντες, &c. ἅμα ϛ ὀρεγόμενοι.

Quare imperio hoc potimur, nec alterius auspicia sequimur. Simul quia digni sumus, vt qui plus nauium, & studij erga Græcos contulerimus, isti verò barbaros iuuantes nos oppugnabant: simul quia præsidia quæsiuimus aduersus potẽtiam Peloponnesiorum.

Τὸ δίκαιον, & τὸ ἀναγκαῖον. Simul in hac conclusione demonstrat.

Απροφάσιστον. Sine cunctatione, & tergiuersatione.

B Τοῦτο, τ' προθυμίαν. Locutio superiori respondens.

Εβλαπτον ἡμᾶς. Detrimenta, & incommoda nobis afferebant.

Αμα ϛ ὀρεγόμενοι, τὸ ἀναγκαῖον. Simul etiam cupidi virium, &c. id est, studentes parare nobis præsidia aduersus, &c.

Ως ἡ τ' βάρβαρον. Ratio, cur noluerint sequi alterius auspicia, quia vel soli Barbaros superauimus: & pro libertate potius Ionum, quàm cæterorum Græcorum, aut nostra suscepimus pericula.

Εἰκότως ἄρχομεν. Hæc verba suspicor ab imperito Librario ex margine translata in contextum: puto aliquem explicandi causa huius loci in margine apposuisse, supple εἰκότως ἄρχομεν καθελόντες μόνοι τ' βάρβαρον. Librarius deinde ex albo libri transtulit in ipsum orationis contextum. Impediunt enim potius, quàm adiuuant cursum orationis. Cursus enim orationis est. Οὐκ ἄλλῳ ἑπόμεθα ἢ μόνοι καθελόντες, ἢ κινδυνεύσαντες, &c.

Πᾶσι ϛ ἀνεπίφθονον. Non est vertendum vitio: ad illud referendum: nostro imperio eos subiecimus, & præsidium nobis parauimus, vt rempubl. nostram tueremur: salutis nostræ causa: quod minimè inuidiosum est. Ανεπίφθονον, αἰτὶ τ' οὐ φθονητόν, οὐ μεμπτόν, πᾶσι ϛ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων περὶ κινδύνων εὖ τίθεσθαι. Non est autem cuiquam inuidendum, si quærat, paretq; suam salutem.

Καὶ νῦν τ' ἡμετέρας. Dicit eadem necessitate adductos se suscepisse istam expeditionem, id est, vt constituant aliquos aduersarios Syracusanis in Sicilia, qui eos coerceant ne contra se auxilia mittant Peloponnesiis, accedit ad causam.

Ασφαλείας. Præsidij, & vestræ vtilitatis gratia.

Αποφαίνομεν ϛ. Ex ipsius aduersarij verbis hanc etiam argumentationem ducit.

Demonstramus eandem scilicet rem fore vobis vsui: tum oratione aduersariorum, tum vestra suspicione.

Διαβάλλουσι. Criminantur nos venisse huc magno apparatu, vt omnes vos subigamus.

Επὶ τὸ φοβερώτερον. Ad maiorem vestrum terrorem, id est, ita vt vehementius terreamini.

Εἰδότες. Compertum habentes: quippe qui sumus persuasi eos, qui suspicionibus terrentur, capi illos quidem orationis illecebris protinus: sed re maturiùs considerata, cùm ad eam gerendam veniunt, suorum commodorum habere rationem. Eò spectat oratio hæc. Monet, vt depositis metu, & suspicionibus, æquo animo rem considerent. Futurum enim ita, vt perspecta vtilitate societatis ineundæ cum Atheniensibus eã minimè recusent.

Τῇ δ' ἐχρήσει, id est, ὅταν ἐχρῶσιν.

Τὴν τε γὰρ ἐκεῖ ἀρχὴν. Repetit argumentum superius, τ' ἀναγκαίου, vt doceat non esse, cur extimescant suum aduentum, suumq; apparatum: necessitate adducti illud imperium cõstituimus: eadem necessitate adducti huc venimus, vt res istas vobiscum sociis, & amicis constituamus, non vt iugum seruitutis vobis imponamus.

470.A Τὸ πλεῖστον ϛ μηδείς. Occurrit ad illud. Quid rei vobis est cum Siculis? Λύσις. Si vos sitis superstites, & vires resistendi Syracusanis habeatis, Syracusani non poterunt iuuare suis opibus Peloponnesios ad nos opprimendos.

Καὶ διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς. Id est, & vires, ac potentiam habentibus, & resistentibus potentiæ Syracusanorum.

Προσήκον. Cùm ea res ad nos non attineat. ξυγγένεια, cùm nulla necessitudine sitis cõiuncti nobiscum. Hanc sententiam probo.

Καὶ ὁ χαλκιδεὺς. Λύσις τ' ἀντιπίπτοντος. Hoc ad illud referendum, & Λεοντίνων μὲν χαλκιδέων ὄντων κατὰ τὸ ξυγγενὲς κηδεσθαι. χαλκιδέας ϛ τοὺς ἐν εὐβοίᾳ, ὧν οἵδε ἄποικοί εἰσιν, δουλωσαμένους ἔχειν, αἰτὶ τ', ξυμφέρει γὰρ ἡμῖν τοὺς χαλκιδεῖς, &c. Expedit nobis Leontinos, & vos hic esse liberos, & potentes ad resistendum Syracusanis. Quemadmodum in Græcia Chalcidenses non esse potentes, & liberos, sed imperio nostro subiectos, & vectigales. Inficiatio. Venistis vt nos subigatis: non, ratio, quia nõ expedit: expositio à contrario: at Chalcidenses expedit vectigales habere.

Ἀπαράσκευος. Infirmus, non instructus.

Οὐδὲν ἄλογον. Nihil est, quod rationi consentaneum non sit.

Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ. Locus communis: imperia fulciri vtilitate.

Οὐδ᾽ οἰκεῖον. Res pro persona: neq; amicus, ac necessarius, nisi sit fidelis. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος: at Græci sunt: λύσις, οὐκ οἰκεῖοι, id est, ἐπιτήδειοι, φίλοι, ἐὰν μὴ πιστοί.

Πρὸς ἕκαστα. Commoratio: amicitiæ, atq; inimicitiæ loco, ac tempore sunt ineundæ pro rebus, quæ tractantur. Res illæ postulabant, vt Chalcidenses stipendiarios, & vectigales haberemus: hoc ita fecimus. Res istæ non ita postulant: itaq; amicos, & florentes vos esse volumus.

C Καὶ ἡμᾶς τοῦτο. Atq; hæc ratio cōmoda nobis est, vt non amicos subigamus, sed vt hostes coerceamus opera vestra vsi, qui nobis amici estis. Καιρὸς τοῦ συμφέροντος.

Καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους. Facit fidem: eadem vtimur ratione erga socios, quos in Græcia habemus. Nam alios patimur esse liberos, & suis vti legibus exiguum nauium numerum, cùm opus est, præbentes, alios vectigales habemus: aliis plenam, & absolutam potestatem facimus viuendi liberè, & sui iuris esse, nullo tributo imposito.

Ἐξηγούμεθα. Præsumus, imperamus. Libro primo. ἐπὶ τῶν πελοποννησίων πιέζεσθαι μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι, in fine concionis Corinthiorum.

Ὡς ἕκαστοι. Prout quisq; vobis est vtilis.

Νεῶν παροχῇ. ἀντὶ τοῦ ναῦς παρεχομένους.

Βιαιότερον. Durius.

Φορᾶς χρημάτων. ἀντὶ τοῦ φόρον φέροντας, πλουτοῦντας. Sed honesto, & leui verbo rem duram exprimit.

471.A Εὐλήπτους. Iniuriæ obnoxios, qui facilè subigi possunt.

Ἀρχῆς γὰρ ἐφίεται ὑμῶν. ἀντιβολή. Criminatur Syracusanos affectare imperium, & velle Camarinæos, ac cæteros Siculos sibi seruire, ac propterea vocare in suspicionem Athenienses, vt si illi re infecta discesserint, ipsi per otium, & nullo resistente totam Siciliam sibi subigant.

Ξυστήσαντες ὑμᾶς. Adiunctis in societatem: verbum significat conspirationem, id est, coitionem subdolam nocendi alicui causa.

Ὑποψίᾳ. ὑποψίᾳ. Propter nostram suspicionem.

Η κατ᾽ ἐρημίαν. Facta ab illis deditione: sed est causa pro effecto.

Ἀνάγκη δέ. Terrorem incutit, ἀπὸ τοῦ ἀναγκαίου.

B Οὔτε γὰρ ἡμῖν. Nam neq; nos tam facilè poterimus posthac cogere tantas copias, & eas huc transportare: neq; Syracusani nobis absentibus erunt infirmi contra vos.

Καὶ ὅστις ταῦτα μὴ δοκεῖ. Altero Enthymemate probat se velle, ac cupere Camarinæos non solùm liberos, sed florentes, & potentes, vt sint acres aduersarij Syracusanorum: Enthymema est sumptum ex dictis ipsorummet Camarinæorum. Vos olim euocastis nos, vt vobis succurreremus, illud afferentes si vos neglexissemus, futurum, vt nos quoq; pericula subiremus: itaq; quasi dicat, verisimile est nos velle vos saluos, & florentes opibus, vt pericula à nobis arceatis. ἐπηγάγεσθε. accersistis.

C Ἡμεῖς μέν γε, τὸ ἀδύνατον. Supra docuit Athenienses nihil tale cogitare, nihil tale velle, Siculos videlicet, & Camarinæos subigere: iam addit alias rationes ad hoc ipsum probandum: non est verisimile hoc, quod à Syracusanis contra nos affertur. Nam fac nos velle, tamen non poterimus neque consistere hic sine vobis, neq; res istas tam remotas à nobis retinere. Quare non est verisimile q. d. nos tantam rem aggressuros temere, ex qua nulli fructus sint ad nos redundaturi. Negat omninò aut voluntatem, aut facultatem sibi adesse subigendi Siculos.

Οὔτε ἐμμεῖναι. Ne consistere quidem.

Κακοί. Perfidi, & fraudulenti.

B Καὶ τῇ παρασκευῇ ἠπειρωτίδων. Quæ copiis mediterraneis sunt instructæ, id est, peditatu, & equitatu.

Ἐποικοῦντες. Proximi, accolæ vobis, χωλία, ἐφεδρεύοντες. 472.A

Πολὺ δὲ ἐπ᾽ ἀληθεστέραν. Nos verò hortamur vos, vt nobiscum societatem ineatis, tum quia salutare hoc vobis est, tum quia æquum, tum quia necessarium.

Τὴν παρέχουσαν. σωτηρίαν δηλονότι. Certam, & paratam salutem.

C Νομίσαι τε. A comparatis. Syracusani etiam sine sociis poterunt, cùm volent vos inuadere, propter vrbis amplitudinem, & frequentiam: vobis talis occasio rarò sanè offeretur, vt tali cum societate, tantoq; apparatu eos vlciscamini. B

Εἶναι ἐπὶ πολὺ ὁδόν. Ad futuram facultatem, μεταφορικῶς.

Παραγγεῖλαι. τὸ ἰδόν, ἢ τὸ τυχὸν ἀπολύτως. Futuram facultatem.

Σφαλεῖσαν. Accepta calamitate, re infeliciter gesta, terrorem incutit Camarinæis. D

Οὐδὲν. ad πολλοστημόριον. ὠφελεῖ, Proficiet, quia quasi diceret actum erit iam de vobis.

Ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς. In Epilogos ingreditur. Petit primo loco à Camarinæis ne Syracusanorum criminationibus adducti societatem deserant Atheniensium, qui magna momenta erant eorū rebus allaturi. Falsas esse ait, & inanes suspiciones, quæ à Syracusanis ferebantur. Imperium in Ionas iure sibi partum: venisse in Siciliam partim vt in liber-

E tatem assererent eos, qui premerentur à Syracusanis, partim vt sibi cauerent, ne ab iisdem aliquādo oppugnarentur. Euocatos autem venisse, non sponte sua. Non esse cur iam eos præsentes dehortentur, vt bellum susceptum deserant, sed potius vtātur, istis copiis aduersus Syracusanos communes hostes.

Ἀλλὰ μήτε. Suppliciter hoc dictum.

Atqui neque vos ô Camarinei, moueamini.

Εἰρήκαμεν. Quamuis verò supra exposuimus F causas, cur suspecti simus, tamen eas per capita nunc quoque repetemus.

Ὑπομνήσαντες. Commemorantes, vel in memoriam vobis reuocantes, commonefacientes. G

Ἀξιώσομεν πείθειν. Postulabimus. ὥστε πείθειν.

Ἀλλ᾽, πελοποννήσου.

Ὅπως μὴ ὑπ᾽ αὐτῶν βλαπτώμεθα. Subactis à Syracusanis, qui deinde per otium arma in nos conuertent.

Πολλὰ δ᾽ ἀναγκάζεσθαι πράσσειν. Illud caput repetit:

G ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς ὡς οὐδὲν προσῆκον ὑμῖν κηδόμεθα. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Curiosorum est externa, & remota curare: λύσις. Magnitudo imperij, & hostium imminentium multitudo nos cogit ita facere. πολλὰ πράσσειν, ὅθεν πολυπραγμοσύνη.

Καθ᾽ ὅσον δὲ τι ὑμῶν. Sed vtimini vos quoq; nostra ista curiositate quatenus vobis prodesse potest. 473.A

Πολυπραγμοσύνης, καὶ τρόπου. αὐτὶ τῆς πολυπραγμοσύνης τρόπου.

Ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ. Nã quilibet in qualibet regione, vel in ea, in qua nostrum non patet imperium metu nostræ potentiæ abstinet ab iniuria inferenda infirmioribus: infirmiores verò ipsi nostrum non desperant auxilium.

Ἑτοίμην. Certam, non dubiam, ἀσφάλειαν. præsidium.

Μὴ ἀδεεῖς εἶναι. Fore formidabiles, vel metu non cariturος eos. Aliàs qui caret metu ἀδεής dicitur. vel non immunes se fore periculorum.

Κινδυνεύειν. ὥστε κινδυνεύειν.

Ἀπραγμόνως. Nemine facessente ei negotium.

Ταύτην οὖν τὴν κοινήν. Quare ne reiiciatis auxilia, quas patent cùm aliis omnibus, tum vobis in præsentia.

Ἀλλ' ἐξισώσαντες ἑαυτοὺς δηλονότι. Sed idem, ac cæteri facientes, qui scilicet sperant, & impetrãt nostrum præsidiũ, Syracusanis vices reddite nobiscum iuncti: & bello eos nobiscum petite, quod illi vobis aliquando sunt illaturi: vel vt vitetis bellum eorum, bellum vos ipsis inferatis.

Τοῖς ἄλλοις. χρόνια, qui solent nõ solùm vitare bella sibi inferenda, sed præuertere interdum, & aliis inferre ipsi quoque arma.

Οἱ δὲ Καμαριναῖοι. Consilia, & cogitationes Camarinæorum, explicat. Studiis erant propensiores erga Athenienses, eisq; fauebant, vna re excepta. Syracusanos oderant, veruntamen veriti belli euentum, ne Syracusani finitimi etiam sine suis auxiliis Athenienses bello superarent, decreuerunt verbo quidem neutros iuuare, vt socios vtrosque, re verò Syracusanos: sed parce admodum mittere auxilia, atque ita legatis responderunt.

Τό, τι πρότερον. Sic ego distinguo. Viginti equites antea miserant, & quinquaginta sagittarios.

Ἐλάσσω εἶναι. αὐτὶ τῆς παρεῖναι. Ne minus tribuere viderentur, id est, vt pari conditione vtrosq; dimitterent: vel repetendum εὖνοι præcedens, id est, ne illis minus beneuoli esse, minusque fauere viderentur.

Ἐπειδὴ καί. Amplificatio à rebus gestis, & prælio secundo Atheniensium, αὐτὶ τῆς καὶ τῶν τε ἐπικρατεστέροις τῇ μάχῃ γεγενημένοις.

Λόγῳ ἀποκρίνασθαι ἴσα. Par vtrisque dare responsum, λόγῳ, πλεονασμός.

Εὔορκον. Æquum, & iustum.

Τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐξηρτύοντο. Res suas ad bellum apparabant, id est, vrbanas copias) (τὰ πρὸς τοὺς Σικελούς.

Τὰ πρὸς τοὺς Σικελοὺς ἔπρασσον. Agebant, vt quàmplurimi Siculi suam fidem, & amicitiam sequerentur: solicitabant Siculos.

Ὡς πλεῖστοι: περὶ τὸ σημαινόμενον. πεδία loca plana, & campestria.

Ἀφειστήκεσαν. ἀμφιβολογία, id est, non sunt secuti societatem Atheniensium.

Τῶν δὲ τὴν μεσόγειαν ἐχόντων. Eorum autem qui loca mediterranea tenebant ferè omnes adiunxerunt se Atheniensibus.

Οἰκήσεις. Domicilia, id est, parua oppida, οἰκήσεις ὡσεί.

Καὶ ὑπό. Fortasse ἀπό.

Ἀπεκώλυον. Auertebant, arcebant.

Μεθορμισάμενοι. Mutata statione. (castris.

Ἀνορθώσαντες. Excitatis, erectis, id est, instauratis

Καὶ ἔπεμψαν μέν. Docet Athenienses misisse legatos Carthaginem, qui de ineunda amicitia agerent, & impetrarent auxilia. Misisse etiam in Hetruriã, quia nonnullæ ciuitates vltro socias belli se fore spoponderant. κατὰ κῶλον ἐπαναφορὰ μετὰ μειώσεως καλὸν καὶ γοργὸν ποιεῖ τὸν λόγον.

Ἐξόμενοι τοῦ πολέμου. Bellum inituri.

Μὴ περιορᾶν τὰ γιγνόμενα. Ne paterentur Athenienses subigere Siciliam, subacturos mox etiam ipsos Italos.

Ὡς ἐπιβουλευόμενα. Quæ struerentur.

Λόγους ἐποιοῦντο. Egerunt cum Corinthiis, postularuntque pro iure cognationis auxilia.

Τὴν περὶ τῶν μαντινικῶν πρᾶξιν. Propter ea, quæ gesserat ad Mantineam, id est, propter bellum commotum aduersus Lacedæmonios.

ALCIBIADIS CONCIO.

Ἀναγκαῖον. Suadet Alcibiades Lacedæmoniis duo illa: vnum est, vt auxilia, & ducem rei militaris peritum mittant Syracusanis: alterum est, vt bellum inferant Atheniensibus, & in agrum Atticum irrumpant. Hæc duo suadet. Sed quia qui agit, est Alcibiades, qui (vt in quinto libro vidimus) infestus aduersarius Lacedæmoniorum fuit. & qui Athenienses impulit, vt deserta societate Lacedæmoniorum, & inito cum Argiuis, & Mantinæis fœdere, admodum formidabiles Spartę essent, ideò primo loco se purgat de eo, quod oppugnauerit Lacedæmonios. Docet se prouocatum hoc fecisse, præsertim cùm de illis non malè esset meritus: præterea debuisse demonstrat, & iure optimo hoc fecisse, quia ciuis erat eius ciuitatis, quæ statu populari regebatur. Itaq; partim translatione criminis, & iuridiciali assumptiua, partim iuridiciali absoluta se tuetur.

Procemium est perquam breue ἐξ ὑπολήψεως, id est, ab opinione eorum, apud quos agitur: & quibus eius fides erat suspecta tanquam Atheniensis, & hostis. Necesse est me purgem vobis primùm, & ante omnia: q. d. scio, & persuasum habeo meam fidem suspectam esse vobis, quia grauis olim aduersarius extiti. Itaq; necesse est primùm, vt de mè ipso agam, & crimina de me diluam. Affert simul rationem. Ne (inquit) propter suspiciones meas fidei priuatim, alieno animo accipiatis, quæ de Republica, vestrisque commodis sum suasurus.

Διαβολῆς. Calumnia: non crimẽ, sed calumniam vocat: non multa, sed vnam. Est igitur ταπείνωσις, ἢ διαβολῆς. pro suspicione.

Χεῖρον. Alieniore animo: τὰ κοινά, causam publicam.

Τῶν δ' ἡμῶν προγόνων. Purgationem aggreditur. Non mea, sed vestra culpa factum est, vt vestris rebus grauiter aduersatus, & vobis infestus fuerim. Ratio: quia, quanuis mei maiores publicum vestræ ciuitatis hospitium vobis renuntiassent; ego tamen enixè dedi operam, vt in gratiam vobiscum redirem, sed vos cùm de fœdere faciundo Athenis per legatos ageretis, meos inimicos alebatis, me ignominia afficiebatis: itaque lacessitus me vobis opposui.

Τῶν προγόνων. τοῦ πάππου. Expostulatio.

Ἐθεράπευον. Colebam. Multis, & variis officiis prosequebar.

Καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου ξυμφοράν. Libro quinto: καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν προξενίαν ποτὲ οὖσαν οὐ τιμήσαντες, ἣν τοῦ πάππου ἀπειπόντος αὐτὸς τοὺς ἐκ τῆς νήσου αὐτῶν αἰχμαλώτους θεραπεύοντα, διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι. In clade accepta ad Pylum.

Καὶ διατελοῦντος μου. Et cùm ego in hoc studio perseuerarem.

Καταλλαττόμενοι. De compositione agentes. Vel, in gratiam cum Atheniensibus redeuntes.

Δι' ἐκείνων πράξαντες. Cùm rẽ per eos tentassetis.

Καὶ διὰ ταῦτα. Conclusio, eadem & propositio.

Καὶ νῦν εἴ τις τότε. Purgationis conclusio. Quare si quis tunc mihi irascebatur, nunc desistat irasci: quia non iure tunc irascebatur.

Ἢ εἴ τις διὰ. Transit ad aliud argumentum. Aduersabar vobis tum quia domus mea iampridem τοῖς τυράννοις fuit aduersaria, tum propter genus politiæ in quo natus, & educatus eram: statum scilicet popularem, qui est contrarius τῇ ὀλιγαρχίᾳ.

Προσεκείμην. Hærebam, tuebar.

Χεῖρόν με ἐνόμιζε. Malè de me sentiebat, vel me vobis infestiorem hostem esse putabat.

426.A Πᾶν δὲ τὸ. Quicquid autem tyrannis aduersatur, δῆμος vocatur.

Καὶ ἀπ' ἐκείνου. Hinc factum est, vt in tuendo populari imperio perseuerauerim: quia mei maiores idem factitarunt.

Τῆς δὲ ὑπαρχούσης. Insita. Extenuat suum factum, & tamen in administranda re publica moderatius gessimus nos, quàm soleat licentia, & intemperantia popularis.

Ἄλλοι δὲ ἦσαν. Remotio criminis. Ἐπὶ νῦν, & nostra memoria.

Καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι. Et maiorum temporibus.

Ἐπὶ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον. Qui plebem ad deteriora concitabant. ἡ μεταφορὰ à curribus, qui incitati acriùs metam transeunt.

Ἡμεῖς δὲ. Collatio, illi ad licentiam impellebant: & vt vobis insultaretur suadebant: ego tantùm dabam operam, vt libertas ciuitatis cõseruaretur.

Δικαιοῦντες. Æquum esse censentes.

Ἐπεὶ δημοκρατίαν γε. Venatur iam Alcibiades gratiam Lacedæmoniorum: & improbat statum popularem, vt ineat eorum, apud quos agit, gratiam. Nam dum improbat statum popularem, probat latenter eius contrarium, id est, τὴν ὀλιγαρχίαν. Hoc est illud, quod Socrates apud Platonem, in Epitaphio ait, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν. id est, gratas esse laudes auditoribus: quod ità intelligendum est, etiam si qui agunt, sunt ex diuersa gente, vt est nunc Alcibiades Atheniensis scilicet. Nam popularem statum cognitum habebamus.

Οἱ φρονοῦντές τι. Qui aliqua eramus prudentia, ergo populus imprudens.

Καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον. Ipse verò eò meliùs aliis, quò grauiorem ab eo accepi iniuriam: vt liceat, quasi diceret mihi liberiùs conuicium ei dicere.

Ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένως. Correctio, quanquam silentio prætereunda res: ratio, quia minimè dubia est leuitas, & stultitia popularis: itaque nihil afferam noui.

Καὶ τὸ μεθιστάναι αὐτὴν. λύσις τῆς ἀντιπίπτοντος. Cur igitur cùm præesses, non mutasti statum? non erat tutum.

Καὶ τὰ μὲν. Conclusio purgationis, ac mearum calumniarum, meæque inuidiæ hæc fuit origo, id est, caussa, & origo earum rerum, quæ gessi contra vos. Sed περὶ πλέον.

Περὶ δὲ ὧν. Proponit alteram partem, suasionem: nunc cognoscite ea, de quibus vobis deliberandum, & quæ mihi, qui sum earum rerum peritior sunt demonstranda.

Εἴ τι πλέον. Modestiæ est, δι' ἐνδοιασμοῦ, ἢ δι' ἀπορήσεως, aliquid de se dicere.

Ἐπλεύσαμεν. Exponit Atheniensium cõsilia, quibus adducti expeditionem illam susceperant. Exponit autem hæc primo loco, vt plus ponderis, & autoritatis habeat suasio sua.

Ἀφορμαῖς. Adiumentis, subsidiis. 477.A

Ἐντεχνασάμενοι, αὐτὶ τὸ περιτειχισάμενοι, χαριεντως.

Χρήματα δὲ ἔστιν. Occurrit ad illud: vnde erat futurus commeatus, vnde pecunia ad alendas tantas classes, tantasq; copias? λύσις. Illæ res erant nobis pleraq; subministraturæ: nos præterea hinc partem eramus collaturi.

Τοιαῦτα, τὸ λῆς, ὡς διενοήθημεν τοιαῦτα, ἀκηκόατε περὶ τῆς, &c. παρὰ τοῦ, &c. ab eo, qui hæc exploratissima habet.

Ὡς δὲ εἰ μὴ βοηθήσετε. Paulo antè egit de periculis imminentibus Peloponneso: iam proponit pericula impendentia Siciliæ, & Syracusanis, nisi ipsis succurratur. Extenuat res illas, & demonstrat eorum imbecillitatem, vt efficiat omnino ipsis succurrendũ esse. Primùm imperiti rei militaris sunt, deinde disiunctis viribus omnes Siculi. Syracusani priuatim sunt prœlio iam superati.

Πανδημεί. Magno prœlio superati, vel summis copiis.

Οὐκ ἂν διὰ μακροῦ. Breui, non longo temporis interuallo, non multo pòst ingruet.

Ὥς τι μὴ περὶ τῆς Σικελίας. Hæc est propositio coniuncta cum ratione postremo loco posita. Quare mittenda sunt celeriter auxilia, res enim vestra agitur.

Αὐτερέται. Quo remiges, & iidem mox milites futuri sint. vt expeditiores scilicet citius eò veniãt.

Ὑπάρχοντες)(ἐνδοιάζοντες. Dubij.

Καὶ τὰ ἐνθάδε. Simul etiam bellum apertius hinc faciendum Atheniensibus.

Ἐκπολεμοῦν, ἐκπολεμῶσαι. Alienare, auertere ab amicitia. ἐκπολεμεῖν aliud, efferre bellum ex Peloponneso, id est, bellum inferre graue. αὐτὶ τοῦ τὸν ἐκεῖ δὲ πόλεμον κινεῖν.

478.A Ἵνα προθυμότερον οἵ τε. Duo proponit commoda: Syracusani alacrius resistent Atheniensibus, si intelligant se à vobis non negligi: Athenienses nõ mittent suis auxilia in Siciliam.

Τειχίζειν δὲ χρή, Δεκέλεια δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.

Ὃ περ Ἀθηναῖοι. Ergo magni momenti est. Hoc probat ipse paulò pòst.

Καὶ μόνου αὐτοῦ, αὐξήσεις. Quasi diceret, omnia incommoda, hoc vno excepto, se putant perpessos in hoc bello. Itaq; efficit dandam esse operam, vt cùm sint hostes, hoc etiam experiantur.

Βεβαιότατα δή ἄν τις. Locus communis: ea sunt certissima incommoda, & detrimenta, quæ hostes ipsi metuunt: probatio. Verisimile enim est eos melius cognoscere quæ premant, & quæ minus, itaq; ea metuere.

Ἃ δὲ ἐν τῷ ἐπιτειχισμῷ. Enumerat commoda futura Lacedæmoniis, & incommoda futura Atheniensibus extructa ista munitione, potiemini agro eorum, & omnibus bonis fruemini: potiemini sectùris argenti, vnde magna commoda Athenienses capiũt: auertetis vectigalia sociorum, qui non pendent, vel parcius pendent, quia negligent Athenienses à vobis quodammodo circumuallatos. Hæc autem quæ vobis commoda futura sunt, illis nimirum erunt incommoda.

Οἷς τε

Οἷς τι γὰρ ἠχῶρα. Nam omnia, quibus ager eorum instructus est, ea in potestatem vestram partim sponte sua venient, partim vi capientur.

Καὶ τὰς τῶ λαυρείω. Et fructus, quos ex argenti sectutis, quas habent ad Laurium percipietis. Thucyd. supra lib. 2. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι (inquit) παρῆλθον ἐς τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρείου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐστὶν Ἀθηναίοις.

Λαυρείῳ: ὄρος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἀττικῆς.

Καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς, καὶ δικαστηρίων. Et quæcunq; commoda capiunt ex agro, & iudiciis.

Δικαστηρίων. Erant quędam iudicia, in quibus pœna erat pecuniaria: in iis ergo commoda ex fructibus agrorum erant percipienda.

Μάλιστα δέ. Maximè autem si sociorum vectigalia non afferantur.

Καὶ χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ, ἠθικόν. Ad illud occurrit iam Alcibiades, quod poterat eum vel in suspicionem, vel in inuidiam vocare. Teterrimus es Alcibiade, qui cum capitalibus hostibus tuæ ciuitatis coisti: & euertendæ patriæ es autor, præsertim cùm te eius studiosum esse præ te feras.

Τὴν φυγαδικὴν προθυμίαν, αἰτῇ τῶ τῶν φυγάδων προθυμίαν. Pro studio, quod exules solent declarare ineundæ gratiæ causa eorum apud quos exulant.

Φυγάς τε εἰμί. Exul sum propter aduersariorum improbitatem. Exulo à patria, & ab iis, qui propter improbitatem suam me expulerunt vrbe: non exulo à vobis adiuuandis. id est, careo improbis ciuibus, qui me per iniuriam eiecerunt: adsum vt vobis prosim: non mea culpa quasi diceret mihi hoc euenit, sed improbitate meorum ciuium: accedo autem ad vos, vt si me autorem sequamini, magnas vtilitates vobis afferam.

479.A Καὶ πολεμιώτεροι. Eodem pertinet hoc etiam argumentum: culpa meorum ciuium, qui per improbitatem me vrbe expulerunt, cogor ex amico inimicus fieri, sed κατὰ σύγκρισιν.

Τό, τε φιλόπολι. Studium, & amorem in patriam tunc retinebam, cùm tutò in Republica mihi viuere licebat: non nunc. τὸ φιλόπολι οὐκ ἔχω, αἰτῇ τῶ οὐκ εἰμὶ φιλόπολις.

Οὐδ᾽ ἐπὶ πατρίδα. Non infero bellum patriæ: sed cupio recuperare patriam.

Καὶ φιλόπολις. Definitio. Hoc ad illud, τὸ φιλόπολι οὐκ ἔχω referendum.

Et simul λύσις τῶ ἀντιπίπτοντος. Patriæ bellum infers, nefarius, & sceleratus es. Imò pius, & sanctus, qui eam recuperare studio.

Οὕτως: ἐπίλογος. Petitio. Itaque vtimini mea opera ad labores, &c. Ratio ducitur ab vtilitate, & coniuncta est cum confirmatione, si cùm hostis essem multa vobis incommoda intuli, multa commoda vobis amicis afferre iam potero.

Ὅσω τὰ μὲν ἀθηναῖοι. Confirmatio.

Τὸν ὑφ᾽ ἁπάντων. Tritum, & vulgatum illud, quod passim circunfertur, & ab omnibus iactatur.

Καὶ αὐτοὺς νῦν νομίζοντας. Peto vt mea opera vtamini, & Siculis auxilia mittatis, & exercitum in Atticam ducatis.

Μὴ ἀποκνεῖν. Ne detrectetis.

Ξυμπαραγιγνόμενοι. Vestra præsentia.

Βραχεῖ μορίῳ. Exigua manu, τὸ ῥᾳδιον) (μεγάλα.

Καὶ οὐ βίᾳ: οὐκ ἀκόντες. Non inuita, non coacta.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι. Impulsos docet Lacedæmonios oratione Alcibiadis, vt bellum Atheniensibus inferrent, quod ipsi quoque iampridem cogitabant, & Syracusanis auxilia mitterent.

Μέλλοντες δέ, ὅτι μελληταί. Cunctatores.

Γύλιππον. Hic est ille, qui postea Athenis expugnatis, à Lysandro Spartam missus est cum magna vi auri: & qui dissutis vtribus bonam summam surripuerat, cuius rei conuictus exilio mulctatus est. πλούταρχος in Lysandro.

480.A Ἀσίνην. πόλις Λακωνική. Ὅμηρος Ἰλιάδος β´. Ἑρμιόνην, Ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας.

Ἅμα δὲ τῷ ἦρι. Explicauit Thucydides in superioribus res gestas anno decimo septimo istius belli. Iam reliqua persequitur. Narrat Athenienses ineunte vere anni octaui, & decimi mouisse castra ex Catana, & Megara venisse: agrosque Megarensium vastasse, munitionem quandam Syracusanorum tentasse, & alia nonnulla.

Τοῦ ἦρι τῶ θέρους. Quia libro secundo in principio Γέγραπται δὲ ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρος, καὶ χειμῶνα.

Ἀναστήσαντες. Suis pulsos sedibus post annos ducentos quadraginta quinque, quibus eas tenuerant.

Τηρίαν. Fluuius non procul à Catana.

Τὸ πεδίον ἀναβαίνες. In loca mediterranea, & campestria penetrantes, ἀνάβασις, κατάβασις, καὶ μετὰ προθέσεως ἐπὶ, ἢ εἰς, ἀναβαίνω ἐπὶ τὸ ἱερὸν, εἰς τὸ ὄρος.

Τὸν σῖτον. Frumenta succendebant.

Καὶ ἀποκτείναντες. Percurrit res minutas, ἐπιτροχασμός.

Κεντόριπα. τά. Oppidum Siciliæ supra Catanam, contiguum Ætnæ monti. Strab. lib. sexto.

Ἰνησσαίων. Ἴνησσα in monte Ætna Strabo libro sexto, 118.4.

Ὑβλαίων. Megarenses erant.

Σκευῆς. Ephippiis, frænis &c. cultu.

Σεισμοῦ δὲ γενομένου. διοσημεία Romanis etiam Ioue tonante, fulgurante comitia habere nefas erat, orto terræ motu.

481.A Καὶ Ἀργεῖοι. Narrat Argiuos retulisse gratiam Lacedæmoniis, & irruptione facta in agrum Thyreatem, ingentem prædam abegisse.

Καὶ ὁ Θεσπιέων δῆμος. Narrat populum Thespiensem fecisse impetum in potentiores, & in magistratus: sed alios captos, alios vrbe eiectos fuisse.

Οὐ κατέσχεν. Rerum non est potitus.

Ἐξέπεσον ἀθήναζε. Athenas confugerunt.

Καὶ οἱ συρακούσιοι. Docet Syracusanos occupasse præsidiis aditus omnes, qui ad collem præruptum vrbi imminentem, ducebant. Sed Athenienses occupasse collem: & castellum ibi extruxisse, ac præsidium imposuisse. Exponit autem consilia Syracusanorum, quibus adducti aditus occupare statuissent.

Ὡς ἐπύθοντο. Id est, quia intelligebant sibi imminere periculum & hostium aduentum metuebāt.

Ἀποκρήμνου. Præruptum.

Αὐτῶν. τῶν ἐπιπολῶν aditus.

Ἐξήρτηται γάρ. Reliquæ enim partes collis præruptæ sunt, altæ, & vrbi impendentes, id est, ascensu difficiles.

Ἐπικλινής. Decliuius.

C Ἐπιφανής, altus. Consequens pro antecedenti. Conspicuus.

Διὰ τὸ ἐπιπολῆς. Quia supereminet reliquis locis campestribus scilicet; vel, quòd cętera loca campestria scilicet supereemineat, supra cætera loca emineat.

Ἐξέτασιν τῶν ὅπλων ἐποιοῦντο. Exercitum lustrabant.

D Ξυνεστῶτες. In vnum congregati.

Οἱ δ' Ἀθηναῖοι. Docet Athenienses ex improuiso appulisse: suas copias exposuisse, ac recensuisse: mox aggressos Epipolas occupasse.

482. A Εὐρύηλον, στέφανος οὕτως ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐπιπολῶν. πολίχνιον δὲ τοῦτο συρακουσῶν ἀπόκρημνον.

B Τοιούτῳ τρόπῳ: ἀτακτότερον ἢ ὡς ἕκαστος τάχους εἶχε.

Ἀτακτότερον. ἀντὶ τοῦ ἀτάκτως. Perturbatis ordinibus.

C Ὡς οὐκ ἐπεξῄεσαν. Nemine contrà prodeunte.

Λαβδάλῳ. στέφανος. ἄκρον τῶν ἐπιπολῶν συρακουσῶν πλησίον.

Ἀποθήκη. Vt esset quasi horreum, vbi reponerent pecunias, & vasa militaria.

Προσῄεσαν. ἴσως περιῄεσαν.

Σκεύεσι. Vel instrumenta bellica, vel vasa, & sarcinas militares intellige.

D Συκῆν. πόλις συρακουσῶν ἐγγύς. Fortasse à copia ficus arboris, vt κυπάρισσος, ἐλαία. Quanquam pleraque nomina vrbium, quæ ab arborum copia denominantur, formam τῶν περιεκτικῶν, & speciem præ se ferunt, in ὧν vel in οῦς, σικυῶν, μαραθῶν, δαφνοῦς, κισσοῦς. &c. Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν αἱ συρακοῦσαι. στράβων, libro sexto.

Καθεζόμενοι. Castris positis confidentes.

Τὸν κύκλον. Orbem, ambitum murorum non omnem intellige, sed eum tantùm, qui ex ea parte erat, vbi castra locauerant Athenienses.

Διεσπασμένον. Diuulsos, dissipatos.

483. B Τρωγίλον. στέφανος, χώρα ἐν σικελίᾳ.

ᾗπερ βραχύτατον. Qua minimum deerat, quin ab altero in alterum mare munitionem perducerent, quà breuissima erat futura muri ædificatio.

Καὶ ἅμα ἐν τούτῳ. Et inter opus faciendum si illi prohiberent se partem suarum copiarum oppositúros, vallo etiam impedituros hostium incursiones: quod si hostes omnes copias in se conuertissent, finem facturos muniendi, & sui circunuallandi.

484. C Τεμένιτην: χῶρον, τόπον δηλονότι. τέμενος, locus ὑπὸ τῶν ἐπιπολῶν, ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν τεμενίτην καλουμένην supra.

D Ἐπαναχωρήσασα. Regressa, venerat enim vrbem versus, vt prohiberet Syracusanos ne suis subsidium ferrent.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ. Docet Athenienses postridie eius diei nouam instituisse munitionē, vt maiore compendio, minore negotio Syracusanos circunuallarent. Ductam itaque munitionem ex muri ambitu, quem iam absoluerant, per rupem paludi imminentem, quæ portum versus vergebat: atque ea re Syracusanos permotos vallum contra instituisse fossamque addidisse: vt impedirent ne Athenienses munitionem ad mare vsque ducerent.

Ἐτείχιζον. Muro cinxerunt.

485. A Καταβῆσι. ἵνα καταβαίνωσιν. ἐφ' ὧν καταβαίνειν.

Ἄνδρες στρατιῶται. Cohortatur Nicias ſuas copias ad prœliũ. Proponit in primis neceſſitatem: & eo argumento paſſim nititur: agi nanque ait de ſalute communi tum ipſius exercitus, tum ſuæ cuiuſque patriæ. Confirmat eos, & pauorem animiq; angorem, quòd prœlio nauali paulò antè ſuperati fuiſſent, deponẽdum eſſe dicit: ſperandumq; bene de victoria recuperanda, & detrimẽto accepto compenſando. Oſtendit facultatem adipiſcẽdæ victoriæ. Se enim proſpexiſſe iis commodis, quibus malè habiti antè fuerunt: & aduerſus ea reperiſſe remedia: ad locorum anguſtias copiam ſagittariorũ, & iaculatorum: ad roſtra nauium curtiora, & frõtes nauium firmiores, manus ferreas, quibus facilè retinerent naues hoſtiũ, vt retrocedere, & iterum confligere non poſſent. Hortatur ſeparatim nautas ne territi propter aduerſum prœlium paulò antè factum, cadant animis, ſed erecti, atque alacres ſuum officium faciant, quandoquidem nunc habeant magnam propugnatorum copiam, quæ eos proteget, & numerum maiorem nauium. Hortatur etiam inquilinos ad virtutẽ, vt ipſis liceat diutius perfrui ciuitate, inſtitutis, & commodis, quibus perinde atque ipſi ciues fruebantur. Denique vtroſque animat, & ciues, & inquilinos aduerſus Corinthios, & Siculos: aduerſus illos, quos ſæpius vicerint: aduerſus Siculos, qui fateãtur ſe eſſe longè inferiores.

Poſtremo loco admonet Athenienſes priuatim, & mouet in epilogis à magnitudine periculi imminentis ſibi, & vniuerſæ Reipublicæ. In tota igitur actione Nicias modò Athenienſes ſimul, & ſocios, modò Athenienſes ſeorſum, modò ſocios nauales, & defenſores nauium, modo inquilinos cohortatur.

Prooemium eſt ductum à re ipſa, & à prœlio, quod erãt inituri: & à magnitudine periculi, quod erant ſubituri. Docet Nicias non agi de re leui, & ludicra, ſed de grauiſſima, & maximè ſeria. Agi enim de vnius cuiuſque vita, & ſanguine, & de ſalute patriæ, ac Reipublicæ vniuſcuiuſque. Itaque miram facit attentionem. Sed quia hoc poterat animos aliquorum conſternare, & perterrefacere, adhibet ſtatim confirmationem, qua eos erigit & fulcit. Demonſtrat non eſſe eis quaſi rerum bellicarum imperitis abiiciendum animum, quòd vno prœlio fuerint ſuperati, ſed ſperandum virtute adhibita incommodum acceptum ſarciri poſſe. Communem enim eſſe martem, & incertos, & varios belli euentus, ita, vt qui modò victor fuit, paulò pòſt ſuperetur: & qui modò afflictus, ſtatim excitetur. Explicat deindè facultatem, qua benè ſperare de victoria eos iubet.

Ἄνδρες στρατιῶται, vt ἀνὴρ τέκτων.

Ἐπιδεῖν. Hîc nonnullæ ſententiæ deſiderantur, quæ conſultò, & dedita opera ſuppreſſæ ſunt à Thucydide, ne augeret mœrorem militum, & deſperationem. Quæ ſunt iſtæ? aſpicere, & frui, & tueri, & conſeruare patriam. præterea, ſi non vicerimus, actum de nobis, & de noſtra vniuſcuiuſque patria. Cur ſuppreſſæ? Quia non ſeruiunt cauſæ: ſed augerent mœrorem, & timorem militum, qui prœlium erant inituri, quo nihil pernicioſius. addendi enim tunc potius animi, quàm demendi: eſt igitur notanda prudentia ſcriptoris grauiſſimi. ἑρμογ. περὶ πραγματικῆς. 21. 18. artis eſſe docet inuenire, & parare copioſam rerum ſupellectilem: iudicij, & prudentiæ iis tantùm vti, quæ locis, temporibus, cauſis, & perſonis aptæ, & neceſſariæ videntur. Et Cic. lib. 2. de Oratore 136 docet non ſolùm dicenda eſſe ea, quæ nõ opus eſt, ſed etiam tacenda, & minimè dicenda, quæ non opus eſt.

Ἀθυμεῖν δ' οὐχί. Confirmat milites, & iubet poſito mœrore, erecto, & alacri animo eſſe.

Οὐ δὲ πάσχειν. A turpi. Turpe eſt idem accidere vobis, quod ſolet imperitiſſimis quibuſq; rerum bellicarum accidere, qui, ſi primis in prœliis res malè ceſſerit, nunquam deinde ſperant de ſucceſſu, ſed ſemper aduerſum timent exitum.

Τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου: ἀντὶ τοῦ τὴν φόβον. περιπλοκή. id eſt, ſemper timent eaſdem calamitates.

Ξυστρατευόμενοι. Socij eorundem bellorum ſemper fuiſtis.

536. Μνήσθητε. Mementote, eſtote memores bellorũ exitus, & euentus incertos eſſe.

Καὶ τὸ τῆς τύχης. τὸ ἑξῆς. καὶ παρασκευάζεσθε ἐλπίσαντες τὸ τῆς τύχης, &c. τὸ τῆς τύχης, ἀντὶ τοῦ τὴν τύχην. Præparate vos ad pugnam ſperantes bene de victoria propter incertos belli euẽtus, & freti noſtrarum copiarum magnitudine.

Ἀναμαχούμενοι. Iterum pugnaturi.

Ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν. Occurrit ad illud: virtus non defuit nobis, nec defutura eſt: ſed hoſtes artificio ſuperant. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. At reperta ſunt remedia à nobis aduerſus eorũ artificia. Quæ au-

tem profutura nobis in his locorũ angustiis aduersus hostem cognouimus, ea pręter nostrorum gubernatorum scientiam excogitauimus, & parauimus. τὸ δυνατόν.

Χρεῖα. Vtilia, commoda. ποιητικόν.

B Εὕρηται δ' ἡμῖν. Repertæ sunt nobis etiam manus ferreę aduersus crassitiem tignorum, quę sunt in fronte nauium hostilium.

Τὰ ἐπὶ τούτοις. Quæ reliqua sunt: quæ postea requiruntur, exequantur.

C Διαμάχεσθαι. Resistere perpetuò.

D Ὑπάρχει δ' ὑμῖν. τὸ δυνατόν. Numero copiarũ præstamus.

537. A Τήν τε παρασκευήν. Tum quia copia propugnatorum, tum quia numero nauium superiores estis. βελτίω, firmiorem.

Ἐκείνην τε τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθε. Inquilinos iam hortatur, eos, qui cùm non essent indigenę, & αὐτόχθονες, tamen ciuitate donati fuerant.

Ἡδονήν. Ius ciuitatis ita vocat, fructum & voluptatem.

Οἵ γε τὸ ἐξῆς ὑμῶν. Qui de vobis.

Ἐθαυμάζεσθε. Suscipiebamini, eratis clari.

Οὐκ ἔλασσον, ἀλλὰ πολὺ πλεῖον, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἔλασσον ἦ, μᾶλλον δὲ καὶ πολὺ πλεῖον.

B Ἐλευθέρως. ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐλεύθεροι.

Ἕως ἤκμαζε. Quãdiu vigebat. tempus illud notat, quo Demosthenes venit cum noua classe. fortasse etiam illud ante Gylippi aduentũ: cùm Syracusani nondum classem parauerant. Classis enim (vt vidimus) parata est post Gylippi aduentum.

Καὶ δείξατε. Et declarate vestrã scientiam etiam infirmis copiis, & acceptis incõmodis esse anteponendam virtuti hostium secundis rebus vtentium.

Ἑτέρας. ἀντὶ τοῦ ἑτέρων. Res pro persona.

Τοὺς δὲ ἀθηναίους. Redit ad Athenienses, docet nisi summa virtute connitantur, & victoriã adipiscantur, actũ esse de se, & de sua Republica. τὸ ἀναγκαῖον. nam nullas alias classes esse reliquas, nullas copias ciuium. Hostes autem esse multos, & potentes in Græcia: quibus hos etiam transmarinos additũ iri dicit. Sciendum autem has sentẽtias duras, & molestas pertinere ad eam partem, quam vidimus in procemio, ἦν γὰρ κρατήσωμεν νῦν, &c. Hic enim erat ordo sententiarũ (vt suo loco diximus) si vincamus iam, licebit vnicuiq; nostrum patriam reuisere, & solitis commodis, & voluptatibus perfrui. Deinde sequebatur necessariò altera pars clausulæ, quã requirebat sententia antecedens. i. nisi vincamus, actum est de nobis, & de nostra Repub. Hic erat ordo orationis: sed suppressa est ibi hæc sentẽtia posterior, ne animi militum, magis ac magis consternarentur: hic autem iam additur. Quam ob rem? quia cõfirmauit eos supra multitudine copiarum, & nauium, scientia rerum maritimarum: itaq; non erat cur dubitaret, ne, si excitandi eos gratia adderet nũc istam necessitatem, demonstraretq; summa vi esse certandũ, si de salute sua, & totius Reip. soliciti essent, eos terreret.

Ἡμῶν. Dupliciter potest accipi: vel enim intelligit eos, qui ex nostro cœtu sunt: qui sunt ex numero totius exercitus, vel nostros q.d. ciues. Charos itaque eo nomine, vt sit nota affectus.

Ὑπομιμνήσκω. In memoriam reuoco, admoneo: mouet ab incommodis, & malis consecuturis.

C Ἡλικίαν: supple συμμαχικὴν ὁμοίαν τῇδε.

Ἀδυνάτους ἐσομένους. Fore impares ad resistendum

A tam Peloponnesiis, quàm istis hostibus, qui hinc sunt eos inuasuri.

Οἷς αὐτοὶ ἴστε: ἐπιφώνημα. q.d. acerbissimorum hostium.

Ὡς τε. ἐπίλογοι. Quare cùm in hoc vnico certamine duo grauissima incõmoda sint vobis proposita, publicũ scilicet, & priuatũ, si superemur, fortiter si vnquam aliàs, resistite, & singuli, atq; vniuersi.

Ὑπὲρ ἀμφοτέρων. ὑμῶν τῶν παρόντων δηλονότι, καὶ ἐκείνων τῶν ἀπόντων.

B Καὶ περὶ. id est, de summa rerum agitur. D

Περὶ ὧν: ἀθηναίων δηλονότι. Pro quibus si qua in re alter altero est pręstãtior, vel scientia, & artificio, vel virtute, is sibi persuadeat se nũquam opportunius nauaturũ esse suam operam Reipub. nec magis salutarem aut sibi ipsi, aut vniuersę fore Reipublicę. 538. A

Ἡ ἐπιστήμη. Hoc ad socios nauales, & gubernatores refero.

Εὐψυχία. ad propugnatores, & defensores refer.

Τῷ δὲ Γυλίππῳ. Porrò Gylippo, & Syracusanis licebat præsentire Athenienses esse inituros nauale

C prœlium, &c. Sed, id est, quanuis hoc oculis cernerent, & intelligerent, &c. Tamen etiam per perfugas fuit indicatum, &c.

Ἡ ἐπιβολή. ἴσως ἡ ἐπιβολή. χόλια, ἡ ἀντίληψις.

Καὶ πρὸς τε τ' ἄλλα. Et cùm ad alia eorum inuenta, B remedia excogitarunt, tũ aduersus manus ferreas.

Κατεβύρσωσαν. Coriis contexerunt.

Καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβήν. Neque esset quod prehenderet, & cui hæreret manus iniecta.

D

SYRACVSANORVM, ET GYLIPPI CONCIO.

Ὅτι μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα. Cohortantur suos etiam Syracusani, & Gylippus. Proponunt eis exempla, pristinam virtutem, & res præclarè gestas: & secunda prœlia: atque ita iubent benè sperare etiam de futuro. Confirmant eos propositis consiliis hostium: quos aiunt de summa rerum desperare. Nisi enim desperassent, de fuga iam non co-

E gitassent: itaq; quò magis illi animum abiiciunt, & de suis desperãt rebus, eò magis se erecto, & excelso animo esse oportere dicunt, & cum cõtemptione hostium inire prœliũ. Scientiam rerum maritimarum, & artificium Atheniensium nihil eis iam victis profuturum affirmant. Docent non esse cur terreantur copia propugnatorum quos aduersarij classi imposuerant. Nam eam rem pro se potius, quàm contra se futuram. Multitudinem etiam nauium parui momenti, immò impedimẽto fore ho-

F stibus demonstrant, propter angustias loci, in quo certandum erat. Efficiũt in summa illud, Atheniẽses rerum suarum summa desperatione adductos, non spe vincendi, fortunam belli periclitaturos, & ereptionem tẽtaturos. Quare dandã sibi operam, vt eos interclusos, & obsessos opprimant. Epilogi postremo loco habent affectus, & amplificationẽ: vt suo loco demonstrabimus, incendunt omninò animos Syracusanorum aduersus Atheniẽses. opponunt autem argumenta argumẽtis: multitudini

G propugnatorum virtutem Doriensium: numero nauium loci angustias: scientiæ rerum maritimarum fortunã, & victoriã partam: manibus ferreis, coria, & byrsas, quibus bona pars nauiũ erat tecta, ne manus ferreæ ad transtra adhærescerent.

Procemium est ductum à re ipsa, & à prœlio ineũdo, in quo dicunt positã esse magnam gloriam: sed ha-

ſed habet adiunctam æmulationē ſumptam à rebus geſtis, & victoria paulò antè parta: vnde etiam de futuro optimè ſperare eos tacitè iubent.

Ὅτι μὲ καλά. puto pleroſq; veſtrum ſcire res geſtas à nobis præclaras eſſe: & de præclaris, ac ſimilibus certamen nobis paulò pòſt fore: ſi qui tamen ſunt, qui quantum ſatis eſt, neſciunt, hoc ego iam docebo.

Οὐδὲ γὰρ ἂν ὅτως: Neq; enim tanto ſtudio, & animi ardore eas gerendas ſuſcepiſtis, niſi q. d. perſuaſi fuiſſetis eas præclaras eſſe. hoc beneuolentiæ conciliationē habet, in qua ſe bene ſentire de eorum virtute ſignificat.

Ἀθηναίους γὰρ. Ingreditur in cauſam: & probat præclaras eſſe res geſtas: nam nauali (inquit) prœlio ſuperaſtis Athenienſes, qui rerum nauticarum q. d. ſunt omnium peritiſſimi: & qui venerant inflati, maximis rebus ſibi propoſitis: nempe, vt Siciliam ſubigerent primùm, deinde Pelopōneſum, cæteramque Græciam: Itaq; quos antea viciſtis, eoſdem iam ſuperabitis.

Εἰ κατορθώσειαν. Si rem feliciter geſſiſſent.

Τὴν ἤδη μεγίστην. iam pridem maximum. Itaque q. d. firmiſſimum: Imperia enim modò parta etiamſi maxima ſunt, ſunt lubrica, & parum firma.

Τῶν δὲ πρὶν ἑλλήνων: & ſuperioris, & noſtræ memoriæ Græcorum.

Πρῶτοι: amplificatio.

Τὰς μὲ: partim, cum aliis viciſtis naualibus prœliis, tum hoc eoſdem ſuperabitis.

Ἄνδρες γὰρ: homines enim fracta virtute, qua ſe aliis præſtare perſuaſum habent, longè minorem poſtea de ſe opinionem concipiunt, quàm ſi nunquam antea quicquam de ſe tale ſenſiſſent.

Κολουθῶσι: κολούειν τὸ κολοβοῦν, καὶ τὸ ἀτελὲς ἀφιέναι τι. cùm in ea re retunduntur, qua &c.

Τὸ γ' ὑπόλοιπον: reliqua eorum opinio eſt infirmior, & imbecillior ſe ipſa: μετωνυμία. i. concipiunt in poſterum de ſe longè minorem opinionē, quàm &c. ἠθικὴ πρότασις.

539. A Καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα. & fruſtrati opinione ſua præter ſpem, virtute etiam ſuccumbunt infra vires: & ſua opinione excidentes præter ſpem, etiam infra vires virtute, atque animis ſuccumbunt. i. minus virtutis, & fortitudinis præſtant, quàm poſſent, itaque fracti, & abiecti animis ſunt.

Ἡμῶν δὲ τό, τι ὑπάρχον: Nos contra longè erectiores, excellentioreſque animis eſſe debemus, qui noſtra imperitia peritiſſimos, & rerum nauticarum ſcientiſſimos ſuperauerimus.

Τό, τι ὑπάρχον πρότερον: & priſtina virtus.

Ἀποτολμήσαμεν: belli fortunam periclitati ſumus.

Βεβαιότερον. firmior, validior iam eſt.

Καὶ τῆς δοκήσεως προσγιγνομένης αὐτῷ: adiuncta verò ſummæ virtutis opinione, quia fortiſſimos ſuperauimus, ſpes vnius cuiuſque noſtrum duplo maior eſſe debet. i. multò magis eſt nobis ſperandum de ſucceſſu etiam iſtius paulò pòſt futuri prœlij.

Τὸ κρατίστους εἶναι: planior, & dilucidior fuiſſet oratio, ſi τοῦ κρατίστους εἶναι dixiſſet, ſed vitat communem dicendi conſuetudinem.

Διπλασία ἡ ἐλπὶς: ἀντὶ τοῦ ἐλπιστέον διπλασίως. i. & quia illi animos abiecerunt, & quia nos parta victoria ſumpſimus animos.

Τὰ δὲ πολλὰ: plerunq; autem magna ſpes in rebus gerendis magnam affert animis alacritatem. Locus communis pro ſpe.

Τὰ δὲ τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν: tranſit ad aliud argumentum. Docet non eſſe cur terreantur propugnatorum multitudine. Primùm ea res nobis minimè noua eſt: illis noua. Quatenus nobis non eſt noua, nihil nocere poterit: quatenus illis noua, & inuſitata, eos nouitate ipſa perturbabit. Non reſpondet ita. Pares numero copiarum, & propugnatorum futuri ſumus: ſed quia hoc non poterat verè dicere, aliò ſe conuertit.

Τὰ δὲ τῆς ἀντιμιμήσεως: eleuatio: quod autē æmulati noſtrum apparatū, propugnatorum copiam in naues impoſuerint, hoc nihil nos debet mouere.

Τῷ μὲ ἡμετέρῳ τρόπῳ: hæc ratio familiaris nobis eſt.

Καὶ οὐκ ἀνάρμοστοι. non imparati, & noui.

Πρὸς τὴν: abundat articulus.

Οἱ δ' ἐπειδάν. à contrariis.

Παρὰ τὸ καθεστηκός: præter ſolitum. L. V. ſolito frequentiores.

Χερσαῖοι. rerum maritimarum imperiti.

Καθεζόμενους: propter maris motum, hoc ita dictum, quia non permittit telum dirigere & collineare.

Πῶς οὖν σφαλοῦσι: qui fieri poterit, vt nauium curſum non impediant, & magnam perturbationem, confuſionemque inter ſe excitent?

Ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν: aliud argumentum. Numerus nauium (ſi forte eum expaueſcitis) non eſt eis profuturus: nam propter loci anguſtias non poterunt circumuenire nos: ipſæ erunt opportunæ oppugnationi, & incommodis. Nam ne multitudo quidem nauium eis proderit.

Οὐκ ἴσαις: nō pari numero nauiū eſt pugnaturus.

Ἀργότεραι ἔσονται. erunt tardiores. i. non poterunt ita celeriter exequi ea, quæ opus erit. Rei autem militaris ratio, & res maritimæ maximè poſtulant, vt ad nutum, & ad tempus omnes res adminiſtrentur.

Ἐς τὸ βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν ἡμῖν παρεσκεύασται. opportuniſſimæ autem erunt machinamentis, quæ ad eas affligendas comparauimus. vel, Opprimi autem poterunt facillimè iis machinamentis, quę à nobis ad eas opprimendas comparata ſunt.

Τὸ δ' ἀληθέστατον: demonſtrat nunc hoſtes adeò eſſe perturbatos, adeò de ſuis rebus deſperare, vt non de victoria, ſed de fuga, & de eruptione cogitent, ſi modò valeant erumpere: vel certè de receptu in aliquod mediterraneum oppidum, reliquum igitur eſſe, vt ipſi ſe comparent aduerſus talem hoſtem trepidantem, & de ſuis rebus deſperantem opprimendum, hoc argumentum eſt firmiſſimum: itaque poſtremo loco reſeruatum, vt animis militum adhæreſceret.

Τὸ δ' ἀληθέστατον. attentio: quod veriſſimum, certiſſimumq; eſt, attendite.

ἐξ ὧν. veriſſimum ob ea, quæ exiſtimamus nos apertè audiſſe.

Ὑπερβαλλόντων γὰρ: nam hoſtes fracti malorum magnitudine, & præſentibus difficultatibus ſuperati, ad deſperationem redacti ſunt.

Οὐ παρασκευῆς πίστει: ἀντὶ τοῦ οὐ πιστεύοντες μᾶλλον τῇ παρασκευῇ, non quòd fidant ſuis copiis, & apparatibus potius, quàm fortunæ temeritati, quam volunt periclitari quoquomodo poſſunt.

Ἀποκινδυνεύσει τύχης: ἀντὶ τοῦ ἀποκινδυνεύοντες τῇ τύχῃ. ἢ βιασάμενοι: vel per vim elebantur.

Ὡς τῶν παρόντων. Vtpote qui peiore conditione 540. A

nunquam sint futuri, quàm nunc sunt. vtpote qui in deteriore rerum statu nunquã sint futuri, quàm nunc sunt.

Πρὸς οὖν ἀπαξίαν. ἐπίλογοι. Aduersus igitur tales hostes perterritos, ac perturbatos, & de suis rebus desperatis, erectis animis, atq; adeò iratis contendamus, & pugnam irati conferamus. τὸ δίκαιον, τὸ ὑβριν. Vim vi repellere licet. Dulcis est vltio, ὅμηρος Ιλιάδ. 203. Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο Ανδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται. Sequitur enumeratio, & amplificatio malorum, quæ erant illaturi Atheniensibus, si vicissent.

B Τὰ ἄλγιστα προσέθεσαν. Acerbissimis suppliciis affecissent.

Παισὶ δὲ καὶ γυναιξί. Liberos, & vxores summa turpitudine affecissent. Ιλιάδ. I.

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,

Τέκνα δ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας. Quem locũ expressit Sallustius in oratione Cæsar.

Επίκλησιν αἰσχίστην. Seruitutẽ ita appellat, cognomentum turpissimum: non ignominiam, vt Valla.

Μαλακισθῆναι. Non est molliter, & ignauiter pugnandũ. à mulieribus prægnantib. ducta metaph.

Μὴ δὲ τὸ ἀκινδύνως. Obiter refutat nonnullos, qui censebant tutius, atque vtilius esse, permittere Atheniensibus abitum, & profectionem. hoc refutat infitiatione.

Ακινδύνως. Nulla pericula subeuntes.

Τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἐὰν κρατήσωσιν. L. V. Nam sine periculo nostro abibunt etiamsi vicerint. F. P. Nam parta etiã victoria hoc ipsum sunt facturi. argumẽtum à contrariis. Si rebus secundis, & parta victoria idem facturi sunt, id est, abituri sunt: & hoc illis quæstuosum, & vtile futurum est, ergo rebus aduersis, cùm obsessi teneantur, damnosum, & inutile futurum est non abire.

Τὸ δὲ: τὸ ἑξῆς καλὸς ὁ ἀγών: τὸ δὲ τοὺς δὲ κολασθῆναι, καὶ παραδοῦναι, &c. Illud autem si eos oppressos vlti fuerimus, nobis gloriam, patriæ libertatem est allaturum.

C Καὶ κινδύνων οὗτοι. Loco communi summa cum grauitate concludit extremam concionem. ea pericula sunt expetenda, & plurimi facienda, quibus si res succedat, maximos fructus, & vberrimos percipis: si non succedat, parũ damni accipis. Quæ si offendas, minimũ damni: si rem feliciter geras, maximas vtilitates afferunt.

D Ὁ δὲ Νικίας. Maxima solicitudine fuisse Niciã docet Thucydides propter periculi magnitudinem. Itaque discurrentem adisse Trierarchos, eosq; cohortatum fuisse, appellantem suo quenq; nomine, & decus, ac splendorem parentum, & familiæ cõmemorantem, admonentemq; patrię, & commodorũ, voluptatumq;, quibus in ea perfruebantur.

Εκπεπληγμένος. Perculsus, & quasi stupore meritis affectus.

541. A Καὶ νομίζας. Et existimãs neq; re, neque apparatu, neq; verbis, & oratione satis prospectum esse.

Ενδεᾶ εἶναι ἔργῳ. Omnia desiderare, & requirere aliquid.

Πατρόθεν. Ne splendorem paternum, & fortia facta obscuraret.

Καὶ φυλάς. Erant enim aliæ aliis nobiliores.

Τῆς ἐλευθερωτάτης. Nihil enim libertate dulcius.

Καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀνεπιτάκτου. Et in qua vnicuique arbitratu suo vitam licebat instituere citra præscriptum, & imperium alterius. ἐπιμονή.

Εξουσίας ἐς τὴν δίαιταν. Vitæ licentia, quæ natura solet esse gratissima vnicuiq; nostrum. Nemo enim est, qui sub alterius imperio se esse velit: & qui ex alterius præscripto vitam malit instituere, quàm arbitratu suo viuere.

Αλλά τι λέγων. Et alia quedam memorans, quę tali tempore reseruantur non ad effutiendum, & ludẽdum, sed grauissima, & aptissima ad animos cõmouendos. μέθοδος σεμνότητος. ὅθεν, τὸ ἑξῆς, φυλαξάμενοι.

Τῷ τοιούτῳ. Eo articulo temporis. B

B Καὶ ὑπὲρ ἁπάντων παραπλήσια προφερόμενα. ὅθεν δηλονότι. De vxoribus, de liberis, de aris, & focis.

Επιβοῶνται. Acclamant. i. alta voce pronuntiant.

Οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον. Non quantum satis esset potius, quàm quantum angustiis temporis concessum, se cohortatum ratus, digressus ex concione, duxit, &c.

Καὶ παρέταξεν ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐδύνατο. Et instruxit aciem quàm latissimè potuit, vt sociis naualibus animos adderet.

C Ὅπως ὅτι μεγίστη ὠφέλεια. Vt quàm maximo esset adiumento. C

Τὸ ζεῦγμα. Pontem, quem fecerant Syracusani iunctis triremibus transuersis. L. V. fauces.

Καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν. Hic pono comma, & ad fauces relictas, quã eruptio fieri poterat, id est, quas nondum præcluserant Syracusani, volentes eò foras erumpere. Βιάσασθαι, per vim erumpere.

Προεξαγαγόμενοι δὲ: τὸν πεζὸν δηλονότι, καὶ τὸ ναυτικόν. Docet Syracusanos, & socios venisse primos, & occupasse pari ferè numero nauium cùm fauces, tum D cæteras partes portus, vt vndique Athenienses aggrederentur: & peditatum illis adfuisse.

Παραπλησίαις. Particula σχεδὸν, vel aliquid huiusmodi desiderari videtur. quod cùm ex præcedentibus, tum ex sequentibus patet, vbi Gylippus dicit in sua concione, ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν ἐκ ὠφελοῦνται. vel, παραπλησίαις, καὶ πρότερον, id est, ταύταις, ὅσας καὶ πρότερον εἶχον. Alioqui Thucy. sibi ipse contrarius E esset. nunquam enim supra dixit Syracusanos habuisse parem nauium numerum, præsertim post Demosthenis aduentum. Præterea & ipse Nicias suos superiore nauium numero confirmauit.

Κατὰ τὸν ἔκπλουν. Ad fauces, quã poterant erumpere, præsidium habebant, vt scilicet eruptionem prohiberent. Excubias agebant. 542. A

Καὶ κατὰ τὸν ἄλλον. Et in reliquo portu circumcirca suam classem disposuerant.

Πολλὴ μὲν γὰρ ἑκατέροις προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτικῶν. Ma-F gnum enim studium, & animi ardorem adhibebant nautæ vtriusq; classis ad faciendum impetum in aduersarios, vbi hoc facere iussi fuissent. Προθυμία. L. V. ferocia. ὁπότε κελευσθείη. quando vociferans exhortatio existebat. Sed hæc parum commodè videntur conuersa.

Αγωνισμός. Certamen, contentio, ἀγών.

Εθεράπευον. Curabant. i. diligentiã adhibebant.

Μὴ λείπεσθαι τὰ ἀπὸ τοῦ καταστρώματος τῆς ἄλλης τέχνης: h. e. curabant ne suũ officium, suaq; opera desideretur.

Μὴ λείπεσθαι τῆς ἄλλης τέχνης. Ne inferiores essent C G nautis, & gubernatoribus, quos vocat ἄλλην τέχνην, hoc est, alios τεχνίτας, καθ' ἐναλλαγήν.

Εν ᾧ προσετέτακτο. In eo munere, cui præpositus fuerat.

Πρῶτος φαίνεσθαι, id est, præstare cæteris.

Συμπεσόντων δέ. Comitantia prœliũ diligenter describit.

scribit. Prœlium commissum est in loco angusto: itaque iam docet ob eas angustias accidisse vt paucæ excursiones fierent, sed concursus frequentiores, vt sors tulisset.

Διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις. Quia non dabatur facultas vel retrocedēdi, vel perrumpendi, & erumpendi.

D Καὶ ὅσον μὲν χρόνον προσφέροιτο ναῦς. Excurrit etiā Thucydides, & describit singulatim quid ageretur interea dum naues concurrerent, ante conflictum, & post conflictum.

Προσφέροιτο. Inuadebat.

543. A Ξυνετύγχανέ τε. Rem sub aspectum ponit. Accidit multis in locis, vt alię naues, in alias hostium impegerint, aliæ verò hostium in ipsas. τὰ μὲν, vt partim hi in alios, &c.

Δύο τε περὶ μίαν. Et duæ, aut plures vni adhęrescerent.

Καὶ τοῖς κυβερνήταις. Accidit etiam vt gubernatores circunsisteret cura hos vitandi, illas inuadendi.

Μὴ καθ' ἓν ἕκαστον. Non singulatim, sed varias in partes.

Καὶ ἀποστέρησιν τῆς ἀκοῆς. Et auditum præceptorum adimebat.

B Πολλὴ γὰρ δή. Multa enim hinc inde audiebat adhortatio. παρακέλευσις, ἡ ἀκοὴ ἐγίγνετο, αὐτὴ τῆς ἀκοῆς παρακελεύσεως ἐγίγνετο.

Βιάζεσθαι τὸν ἔκπλουν. Vt vi eruptionem facerent.

Καὶ οἱ στρατηγοί. ὑποτύπωσις factorum, & dictorum singulorum ordinum.

C Οὐδ' ὀλίγου: ἢ πόνου ἢ χρόνου.

Ὅ, τε ἐκ τῆς γῆς στρατός. Alter locus amplificationis. Non solùm qui in nauibus pugnabant, summa cōtentione vtebantur, sed exercitus vtriq;, & copias pedestres, quæ aderant, queq; animis fauebant, dū ab illis ancipiti marte pugnatur, animis vehementer laborabant, & quodāmodo ipsi quoq; pugnabant: Syracusani pro amplificanda gloria, Athenienses quia grauiores casus extimescebant.

Ἰσορρόπου. A libra, ἡ μεταφορά.

D Εἶχε πολὺν τὸν ἀγῶνα τῆς γνώμης. Sustinebat magnū animi certamen: & erat attentus admodum expectans rei euentum. hoc enim significat illud ξύστασιν τῆς γνώμης.

Φιλονεικῶν ὁ αὐτόθεν. συνεκδοχή, id est, οἱ συνεχέσιοι φιλονεικοῦντες.

544. A Μὴ τῶν παρόντων ἔτι χείρω πράξωσι. Ne res eorum grauius affligerentur, quàm tunc. Ne deteriores fierent, & asperiore fortuna commutarentur: ne in deteriorem fortunam delaberentur.

Πάντων γὰρ δὴ ἀνακειμένων. Nam cùm omnem spem omnesque suas fortunas in nauibus posuissent, timebant vehementer prœlij exitum, itaque prœlium ex terra spectare cogebantur, quanquam impari conditione.

Ἀνώμαλον. Quoniā qui spectabant suos vincētes, lætabantur: qui cernebant vinci, tristabantur.

Δι' ὀλίγου γάρ: τὸ δυνατόν. Nam cùm spectaculum esset è propinquo, & alij aliò oculos intenderent, qui victores suos cernebant, hi lætabantur, &c.

Καὶ ἐς πάντων ἅμα. Et aliis aliò spectantibus: sed per contrarium sensum rem declarat.

Πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν. Ad implorandam deorum fidem se conuertebant, ne se salute fraudarent, id est, vt ex periculis eriperent.

E Καὶ ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως. Et ex iis, quæ fieri cernebant, frangebantur multò magis animis,

A quàm qui in ipso prœlio versabantur.

Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι. Alij etiam vbi aliquam in partem oculos cōuertissent, in qua ancipiti marte pugnabatur, etiam corpore, vt animis magno cum metu nutantes (quia in tanta confusione suos internoscere non poterant) in maxima animi anxietate versabantur.

Ἀντίπαλον. Pugnantem, quæ manum iam conseruerat, & acriter pugnabat.

Τὸ ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης. Permixtum & confusum certamen, continuū certaminis, id est, continuum certamen.

B Ἀκρίτως. Ita vt internosci, & dignosci non possent, qui scilicet essent sui, qui hostes.

Καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ξυναπονεύοντες. Vel nutabant corpore, id est, modò huc, modò illuc mouebantur, ac ferebantur, vt loci mutatione facta cognoscerent, quæ antea non poterant: vel studium & affectum significat eorum qui gestu corporis fauebant suis. Exempli gratia declinabant corpore si

C vidissent nauem hostium impetum facientem in suas, quæ non declinabant incursum eius. Itaque ipsi, qui fauebant animo, etiam gestu corporis demonstrabant declinationem, quam factam oportuerat, & quam in primis cupiebant. Contrà si videbant potuisse fieri impetum in aliquam nauem hostium, & eam occasionem prætermissam, hæc etiam gestu, & impetu corporis significabant factum oportuisse.

Αἰεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον. Semper enim in eiusmodi discri-

D mine versabantur: vt parum abesset quin aut euaderent, aut interirēt. παρ' ὀλίγον διέφευγον, id est, ἀπώλλυντο. παρ' ὀλίγον ἀπώλλυντο, id est, διέφευγον.

Ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι. Concludit omnino in exercitu Atheniensium, quandiu marte ancipiti pugnatum est, fuisse eiulatum, & clamorem.

C Ὀλοφυρμὸς βοή: ὅμηρος. Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε, καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, ὀλλύντων τε, καὶ ὀλλυμένων. Ἰλιάδ. δ. 45.

Ξενοφῶν ἑλλην. lib. 4. καὶ συμβάλλοντες τὰς ἀσπίδας, ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον. Congeries.

E Ὀλοφυρμός. — Βοή.
Νικῶντες. — κρατούμενοι.

Ἄλλα ὅσα ἔμφασις. Quæ maiorē affert suspicionē, quàm si res esset expressa: quæ plus in suspicione relinquit, quàm positum est in oratione.

Πρίν γε δή. Quoad, donec, οἱ συνεχέσιοι ἔτρεψαν.

Λαμπρῶς. Non dubiè, non ambiguè. ἰσόρροπον, non amplius ancipiti marte.

F Διακελευσμῷ. Cohortatione τῶν κελευστῶν. Agite socij nauales, nauem pellite, assequamur hostem fugientem, &c. Hæc (puto) vocat διακελευσμόν.

Κατενεχθέντες. Cum collectiuo ὁ στρατὸς est iungendum. D

Ἐξέπεσον. In castra euolarunt.

545. A Ὅ, τε πεζός. Pedestres copiæ aliæ nauibus ferebāt subsidium: aliæ parabant defendere castra, & munitiones: alij de fuga, & salute sua cogitabant. hi erant plerique.

G Οὐκέτι διαφόρως. Non ambiguè amplius, id est, ita vt alij aliud facerent, vt antea, cùm nō omnes πρὸς τὸ αὐτὸ ἐσκόπουν.

Δυσχεραίνοντες. Indignè ac grauiter ferentes.

Παρεβοήθουν. Veniunt subsidio nauibus.

Τὸ λοιπόν. Nam reliquas munitiones deseruerant.

Περὶ σφᾶς αὐτοὺς. Se ipsos circunspiciebant, id est, de se ipsis cogitabant, & quã sibi salutem parabãt. A

Παραπλήσιά τι. Comparat hanc Atheniensium cladem cladi Lacedæmoniorum, quam ad Pylum acceperunt.

B Ἀνέλπιστον ἦν. Saluos se fore desperabant.

Γενομένοις δ' ἐπὶ λόγοις. Post prœlium acerrimè commissum, Syracusani, & socij victores citra controuersiam trophæum erexerunt. Athenienses verò fracti, & debilitati magnitudine malorũ præsentium, ne de sepeliendis quidem suis occisis cogitabant, sed de receptu deliberabant. B

C Δημοσθένης δέ. Demosthenes verò sentiebat rem iterum, & eruptionem tentandam esse prœlio: intelligebat enim se adhuc superiores esse numero nauium. Itaque accessit ad Niciam, & cum eo rem communicauit, atque adeo ad suam sententiam illum adduxit: Sed recusantibus sociis naualibus naues conscendere, de receptu itinere pedestri cogitare cœperunt.

Γνώμην ἐποιεῖτο lib. primo. 15. 38. καὶ γνώμην ποιοῦμαι εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ. Libro 3. περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμην ἐποιοῦντο, &c. C

Χρήσιμαι. πλώϊμοι. Aptæ, idoneę ad belli munera, vtiles quibus ad prœlium vti possent.

D Διὰ τὸ καταπεπλῆχθαι τῇ ἥσσῃ. Quia perterriti erant aduerso prœlio, & desperabant de victoria.

546. A Ἀποικοδομῆσαι. Obstruere.

Προφθάσαντας φυλάσσειν. Occupatas defendere, ac tueri.

Οἱ δὲ ξυνεγίγνωσκον μέν. Illi verò erant eadẽ sententia, qua ille, & probabant, quæ ab eo proponebantur, sed desperabant hoc posse persuadere populo, qui parta insigni victoria, quieti sese dederat, præsertim cùm esset dies festus. D

Καὶ ἐδόκει ταῦτα δηλονότι. Et agenda esse hæc existimabant.

Τοὺς δὲ ἀνθρώπους οὐ δοκεῖν. Sed addebant se nõ putare homines lętos, & ex victoria recens parta quiescẽtes, die præsertim festo, cùm indulgetur genio facturos imperata,

Ἐτύγχανε γὰρ αὐτοῖς θυσία οὖσα. Erat enim casu tum dies festus Herculis. Θυσία ἀντὶ τοῦ ἑορτή. E

Ἡράκλεια. Vt παναθήναια, Κρόνια.

Ἐν τῷ παρόντι: ὅτι ἄσμενοι, &c. καὶ ὅτι ἑορτή.

B Ὡς δὲ τοῖς ἄρχουσι. Stratagema Hermocratis explicat iã Thucydides. Mittit Hermocrates nonnullos è sodalib. suis ad castra Atheniensiũ cùm aduesperasceret: qui eousq; prouecti, vnde exaudiri possent, euocatis nõnullis, iubent (quasi essent amici, & fauerent Atheniensib.) vt Niciæ significent, ne castra ea nocte moueat: Syracusanos enim obsedisse vias, & itinera, &c. eo nuntio decepti Athenienses nihil mouerũt, sed interea Syracusani egressi vrbe vias obsederunt, & itinera obstruxerunt. F

Μηχανᾶται. Struit, commentus est.

Καθ' ἡσυχίαν. Nemine prohibente.

Προφθάσαι διελθόντες. Transirent loca maximè ardua priusquàm ipsi ex vrbe egrederentur.

C Τὰ χαλεπώτατα. asperrima, difficillima queq; loca.

Διάγγελοι. Nuntij de rebus vrbanis. G

D Ἐπέσχον τὴν νύκτα. Supersederũt ea nocte, nullã subesse fraudẽ rati. Latenter carpit crudelitatem Ath.

Καὶ ἐπειδὴ οὐδ' ὥς. Alterum erratum Atheniensium indicat. Nõ solũ illo die supersederũt profectione, sed etiam sequenti die, atq; ita datum est spatiũ Syracusanis, vt exirent ex vrbe, viasq; obstruerent.

Et cùm ne sic quidẽ statim profecti essent, placuit manere diem etiam sequentem.

Καὶ ὡς ἐμφανῶς. Etiam sic (quasi dicat) turpiter, & fœdè decepti.

Ὅπως συσκευάσαιντο. Quò milites pro præsenti facultate conuasarent quàm commodissimè fieri poterat.

547. A Περὶ τὸ σῶμα. Ad curandum corpus: ad corporis victum, & vestitum.

B Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει. Postea quàm existimarunt se satis instruxisse exercitum, castra mouerunt.

Τρίτη ἡμέρα. Carpit latenter Athenienses, q. d. cùm tamen statim post prœlium aduersum essent mouenda.

Δεινὸν οὖν. Erat igitur acerba res.

Ὅτι ταῖς τε ναῦς. Loci misericordiæ à rerum, & fortunæ commutatione.

C Ἐν τῇ ἀπολείψει τοῦ στρατοπέδου. Dum castra deserunt.

Ἐς λύπην μετὰ φόβου καθίστατο. Mœrori, & timori se dabat.

Καὶ οἱ ζῶντες. Viui porrò, qui erant vulnerati, & ægroti, & propterea sequi non poterant, plus doloris, & molestiæ afferebant.

Πρός γὰρ ἀντιβολίας. Nam ad preces, & lacrymas cõuersi, cogebant cæteros dubitare quid factu opus esset, vtrũ discedendum, an verò manendum. Itaq; paulò pòst, ἡ ἀποχώρησις τοιαύτη, μὴ ῥᾳδίως ἀφορμᾶσθαι.

D Ἐπιθειασμῶν. Obtestationibus, obsecrationib.

548. A Κατάμεμψις. Incusatio, & in se ipsos indignatio, v. g. nostra ignauia factũ est, nostra socordia, &c. vel, negligentia nostra factum est, qui non discessimus quum licebat.

B Καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία. Locus amplificationis. Solatium est miseris socios habere. & tamen ea res nullum solatium, nullam leuationem afferebat.

Αἰκία. Contumelia, ignominia.

Μέγιστον γὰρ δὴ τὸ διάφορον. Maxima enim rerum cõmutatio accidit.

C Εὐχῆς. Votis faustis.

Παιάνων. Lætis carminibus.

Ἐπιφημίσμασιν. Vocibus, ominationibus.

Μεγάλη μεταβολή. ἀπὸ οἵας λαμπρότητος, &c.

Ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Confirmabat, & consolabatur pro pręsenti rerum statu. χαλεπὰ ἐκ τῶν δυνατῶν. res Atheniensium erant afflictæ, & desperatæ. Itaque eam cohortationem, consolationemq; adhibet, quæ videbatur requiri in tali rerum statu. ait enim non omnino esse desperandum de salute: inuentos enim nonnullos olim, qui vel ex grauioribus periculis erepti fuerint, &c. Hic est sensus germanus.

Ἐκ τῶν παρόντων. Paulò pòst.

549. A NICIÆ CONCIO.

Ἔτι καὶ ἐκ τῶν παρόντων. ἀκεφάλως. Ingreditur in causam, nam angustiæ temporis non permittebant, vt procemio vteretur.

Propositio. Speranda est nobis adhuc salus vel afflictis rebus nostris. Ratio. Inuenti enim sunt nonnulli, qui rebus longè asperioribus vsi, tamen sunt seruati. Altera ratio: non est de vestra virtute desperãdum, si modò non abiiciatis omnino animum propter præsentem rerũ statum. Docet deinde non esse despondendum animum: proponit suum exemplum, qui & præter ætatem, & contra valetudinem corporis, cõtra pristinam fortunam, qua priuatim, atq; publicè florentissima vsus fuerat, præter denique sua merita in eodem tamen discrimi-

discrimine salutis, ac cæteri, vel ignauissimi, versa- A retur. Quo in loco diutius moratur, ac demõstrat se castissimè, ac religiosissimè deos coluisse: vt efficiat eos propitios tandem sibi, totique exercitui idcirco futuros. Docet præterea rerum commutationem aliquam fore: fortunam enim non semper in eodem fore statu, cùm sit inconstantissima. Demonstrat præterea non esse cur diffidant suis copiis. esse enim magnum numerum militum grauiter armatorum: & agmen bene ac scitè instructum. Adimit etiam illam dubitationem, qua ve- B rebantur se ab vrbibus in itinere receptum non iri. Fac nullam (quasi diceret) nos recipere: vos eritis vrbs: sed tamen recipiemur. Nulla enim poterit nobis resistere: multò minus disturbare si sedes alicubi ponamus. De itinere, vt fiat quàm tutissimè, & conseruatis ordinibus, cauendum ipsis esse. Celeritatem omnino adhibendam esse dicit, fructum eius rei proponit. Proponit etiam spem auxiliorum, quæ ventura sunt obuiam. Concludit denique virtute opus esse: qua, si periculum immi- C nens euaserint, futurum, vt singuli domum reuersi res maximè sibi expetitas aspiciant: respublica ferè collapsa excitetur, & in pristinum statum restituatur.

Ετι καὶ. Vel in præsenti rerum statu sperandum ô Athenienses. ἐμφατικῶς. quasi diceret, Non est desperandum nobis quamuis afflicta fortuna, & rebus asperrimis iam vtamur.

Ηδη τινὲς: ἀσυνδέτως μετὰ λαμπρότητος, καὶ πεποιθήσεως.

Δεινοτέρων: asperioribus, desperatioribus. D

Ταῖς ξυμφοραῖς. Propter superiores casus: id est, ob aduersa prœlia.

Κακοπαθίαις. Ærumnas ita vocat.

Κἀγώ τοι. Exemplo suo mouet: erat in eo summa authoritas, ætas veneranda, pietas in deos, merita in rempublicam, vitæ superioris secundissimus cursus: & tamen in eodem discrimine versabatur ipse quoque, in quo cæteri, in quibus aut nulla e- E iusmodi laus, aut certè non omnes istæ elucebant: adde quòd in ea ætate morbo etiam tentabatur, vt vix munus imperatorium posset obire. Itaque si ego non recuso, sed fero æquo animo præsentem fortunam: quasi diceret, Et spe sustentor, cur alij hoc iniquo animo ferent?

Ρώμῃ προφέρων. Corporis viribus valentior.

Αλλ' ὁρᾶτε δή. Consecutio erat, sed longè infirfirmiore corpore, quàm quisquam vestrûm. Assumit iudicium ipsorummet, & miseranti gestu o- F stentat se ipsum, & corporis sui habitum: vos ipsi (inquit) oculis cernitis, vt morbo sim affectus. Mutata figura, & consecutio verborum.

Οὔτ' εὐτυχίᾳ. Neque felicitate, & prospero rerum successu habitus cuiquam secundus cùm in priuata vita, tum in administratione reipublicæ, tamen in eodem periculo iam versor, in quo vel infimæ conditionis homines. ἐπιείκεια.

Τῆς νόσου νεφρίτιδος. Dolore renum.

Εὐτυχίᾳ. Erat diues, immò ditissimus.

Ες τὰ ἄλλα. In administratione reipublicæ. G

B Τοῖς φαυλοτάτοις. Abiectissimæ, & infimæ conditionis. Αἰωροῦμαι. Pendeo.

Καί τοι πολλὰ μέν. Queritur nullo suo merito id accidere: nam se & erga deos cultum, & pietatem semper præstitisse, & erga homines officiosum, & beneficum, ac liberalem fuisse dicit. Summam iustitiam declarat.

Δεδιῄτημαι. Curaui, administraui.

Νόμιμα. Ex instituto patrio. Isocrates, Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως.

Ανεπίφθονα. Quæ debent inuidia carere, nec verti vitio, μείωσις ἐπιεικεστάτη, id est, illustria, &c.

Ανθ' ὧν. Quare de rerum euentu bene spero.

Ομως. Quanuis afflicta nostra fortuna videatur.

Η μὲν ἐλπὶς θαρσεία: προσωποποιΐα.

Θαρσεία. Erecta, & excelsa.

Αἱ δὲ ξυμφοραί. Quãquam calamitates, & aduersa prœlia nos terrent non pro nostro merito.

Τάχα δ' ἄν. Sed fortasse finem facient.

Ικανὰ γὰρ ἐνθύμημα. A fortunæ inconstantia: Satis feliciter cum hoste actum est, & si cui deorum inuisi bellum hoc suscepimus, satis iam pœnarum dedimus.

Ηλθον γάρ που. Purgatio, extenuat factum, & cupiditatem Atheniensium, & exemplis rem probat.

Καὶ ἀνθρώπεια. Et cùm humanitus peccassent, pœnas, sed tolerabiles dederunt.

Καὶ ἡμᾶς. Conclusio.

Καὶ ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτούς. ἐνθύμημα. A copiarum nu- C mero, & genere, ἅμα, frequentes.

Οἷοι, καὶ ὅσοι. θαυμαστικῶς, ἔμφασις, & numero ingentes, & qualitate firmissimæ.

Λογίζεσθε δέ. Occurrit ad illud: nulla ciuitas nos recipiet, neque iuuabit commeatu, vel si quem locum munitũ occupemus, statim oppugnabimur.

Τὴν δὲ πορείαν, ἄλλη λύσις τῷ ἀντιπίπτοντι. Aut in itinere nos oppriment. λύσις. Si pristina virtute vtamini non est verendum.

Εὔτακτοι: μετωνυμία. Conseruatis ordinibus.

Μὴ ἄλλο τι ἡγησάμενοι. Nihil aliud existimantes, nisi locum, quem ceperitis, vel in quo, vel pro quo pugnandum fuerit, eum & patriam, & vrbem vnicuique fore.

Σπουδή: αἰτία τῷ σπουδαστέον πορεύεσθαι, ἡ σπάνις τῆς ὁδοῦ. 550. A Admonet eos sui officij, si salui esse velint, properandum erit vobis in itinere propter commeatus inopiam, poterat dicere vitãdi etiam hostis causa, sed hoc suppressit, ne eos terreret.

Καὶ ἣν ἀντιλαβώμεθά τε. Confirmat eos proposito fructu laborũ, & festinationis adhibitæ in itinere.

Προπέμπετε δέ. Confirmat denuò spe auxiliorum, & commeatus obuiam venturi.

Τὸ δὲ ξύμπαν: ἐπίλογοι. Proponit iterum necessitatẽ: docet necessariò salutẽ virtute esse quęrendã: proponit fructus, & commoda consecutura, vt omnes nempe charissima, & optatissima quæque domum reuersi aspiciant, & rempublicam collapsam erigant, & in pristinum statum restituant.

Ο μὲν Νικίας. His Nicias cohortabatur exercitum B obequitans, & cogebat, atque ordinabat, si qua in parte disiunctum, ac dispersum animaduertebat.

Εντὸς εἶχον. Intra se receperant. C

Απέδον. Campestrem. ὡς ἄλοχος, ἡ ὁμόλεχος. D

Εκώλυον. Iter prohibebant, carpebant agmen. 551. A

Από τῶν ἱππέων. Propter equites.

Εβιάσαντο ἐλθεῖν. In collem per vim irrumpere B sunt conati.

Αποτετειχισμένον. Munitione obstructũ, septum, præclusum.

Οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπίδων. id est, conferta acie, longitudinem notat aciei.

Στενὸν γὰρ ἦν. Ita vt in latitudinem non esset opus aciem porrigere.

Προσβαλόντες. Cœpta oppugnatione.

Επάντης. Qui erat accliuis: ac proinde infestus.

Διηκνοῦντο. Telis permeabant: id est, ad hostes pertingebant, eosque assequebantur. natura enim comparatum est, vt grauia tendant deorsum: & maiore impetu ferantur ex alto deorsum versus, quàm si contrà iaciantur sursum versus.

Ετυχον δέ. Casu etiam tonitrua, & imbres coorti sunt.

C Αποτειχιοῦντας. Qui muro intercluderent eos à tergo, quà venerant.

D Ηυλίσαντο. Consederunt, pernoctarunt.

Υπεχώρουν. Se subducebant, pedem referebant.

Καὶ μάλιστα τοῖς ὑστάτοις. Postremos, vel, postremū agmen præcipuè carpentes, vt ea parte paulatim in fugam versa, reliquum exercitum perturbarēt, ac perterrefacerent.

Τοιούτῳ τρόπῳ. Modò incursionem facientes, modò se recipientes.

552.A Τῆς δὲ νυκτός. Narrat stratagema Demosthenis, & Niciæ, quod tamen non lætum habuit exitum. Imperarunt vt multos ignes totis castris milites accenderent: quo videlicet significarent hosti se ea nocte in eo loco permansuros: interea diuerso itinere à primo castra mouerunt.

Κακῶς εἶχε. Laborabat.

Εν πολλαῖς προσβολαῖς. Sæpius ab hoste appetiti.

D Εν αἰτίᾳ εἶχον. Insimulabāt, accusabant, culpabāt.

Εκόντα ἀφεῖναι. Quod sciēs, prudensq; dimisisset.

553.A Ως προσέμιξαν. Assecuti.

Καὶ ξυνῆγον ἐς ταυτό. L.V. Et in idem loci vrgent. F.P. & in exiguum locum contrahebant.

Απεῖχεν ἐν τῷ πρόσθεν. Vlterius progressus distabat.

Θᾶσσόν τε γάρ. Ocius enim ducebat agmen Nicias.

Σωτηρίαν. Salutare.

B Τοσαῦτα μαχομένοις. Tantum pugnantes, quantum necessitate cogerentur.

Εως ἐνδιατρίβων. Donec cunctatus, & mora facta circunuenitur ab hoste.

Ανειληθέντες. Conclusi, exitum funestum Demosthenis, & eius copiarum hîc demonstrat.

C Εβαλλοντο. Telis, & missilibus petebantur.

Περισταδόν. ποιητικόν.

Καὶ ἅμα φειδώ τε τις ἐγίγνετο. Et simul non nihil parcebant sibi, explorata iam victoria, nequid damni ipsi acciperent.

554.C Επαιώνισαν. Ad arma conclamarunt.

D Κατέθεντο πάλιν: τὰ ὅπλα δηλονότι. Et iter suppresserunt.

Πλὴν τριακοσίων μάλιστα. Qui & ipsi paulò pòst capti fuerunt ab equitatu misso ad eos insequendos.

Διὰ τῶν φυλάκων βιασάμενοι. Per media præsidia perrumpentes.

Εχώρουν. Contenderunt.

Αμα μὲν βιαζόμενοι. Quamuis vrgerentur simul assiduis incursionibus, simul labore, ac lassitudine, bibendique desiderio.

555.A Καὶ οἱ πολέμιοι ἐπικείμενοι. Hostes vrgentes, transitum morabantur, & impediebant.

Επέπιπτόν τε ἀλλήλοις. Alij super alios cadebant: & alij alios conculcabant.

Εμπαλασσόμενοι. Σουίδας. ἐμπλασσόμενοι, ἐπεμβαίνοντες, συρρηγνύμενοι, προσκρούοντες, προσπελάζοντες. se ipsi mutuò complectentes secundo flumine ferebantur.

Ες τὰ ἐπὶ θάτερά τε. L.V. Hos ex vtraque fluminis parte Syracusani superstantes &c. F.P. In vlteriorem etiam fluminis ripam transgressi Syracusani

A (erat autem præceps) & dispositi è loco superiore Athenienses telis conficiebant.

Ασμένοις. Lubentes, auidè. locus misericordiæ. tanta erat sitis, tanta bibendi auiditas, vt mortis periculum imminens negligerent.

Κοίλῳ. In cauo fluminis alueo: ita, vt cauitas adiuuaret perturbationem.

Διέφθαρτο. Permixta sanguine, & polluta. B

Περιμάχητον. Vel multi de ea inter se digladiabātur, vtri scilicet potiùs, vel flumen ingrederentur, B & aquam talem biberēt. vel, pretiosa, grata, & accepta erat, quāuis cœno & sanguine polluta esset.

Τέλος δέ. Ad extremum, cùm aceruí cadauerum in flumine cernerentur, &c.

Τὸ διακλαπέν. Surrepti, suppressi. D

Λιθοτομίας. Lapicidinas. 556.A

Ασφαλεστάτην. Tutissimam existimantes eam custodiam. τήρησιν, αἰτὶ τῆς εἱρκτῆς.

Τὸ ἀγώνισμα. Certamen, vel præmium. actorum B propriè est in scena 96. Νομίζοντες, (ὅπερ ἦν) &c. καλὸν C σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι. & 96. εἰκότως ὠνόμασαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶ).

Ξυνέβαινε δέ. Rem non prætereundam silentio narrat obiter Thucydides: est enim notatu digna. Nam quamuis ambo isti duces essent hostium, tamen alter eorum erat infensissimus Lacedæmoniis, nempe Demosthenes, alter erat amicissimus. Demosthenes erat inuisus maximè propter cladem, qua eos affecerat ad insulam Sphacteriam, & propter Pylum captā, & excursiones inde factas, D atque direptiones agri Laconici. Nicias erat amicus, quia fuerat author pacis acerrimus, & suaserat Atheniensi populo, vt captiuos Spartanos restituerent.

Προὐθυμήθη. Magno studio, & animi propensione contendit.

Αλλὰ τῶν συρακουσίων τινές. Iam explicat causas, qui- C bus adducti Syracusani, & socij etiam Niciam supplicio capitis affecerint. Nonnulli ex Syracusanis (inquit) qui habuerant cum eo colloquia, veriti ne E quæstione habita de ea re, detegerentur, & pœnas proditionis darent, eum propterea de medio sublatum voluerunt: Corinthij verò, & alij, veriti ne solicitatis pecunia custodibus (erat enim diues) fugeret, & noui belli author existeret.

Ηκιστα δὴ ἄξιος: ἐπιφώνημα. Breue encomium pie- D tatis erga deos.

Διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν. Propter deorum cultum, quo vti consueuerat. propter suā in deos pietatem.

F Εν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ. Rem probat à loci natura, ab anni tempore, à priuatione rerum necessariarum ad arcendos æstus, & frigora: à victus genere, & ab aliis locis, quibus πάθος augetur.

Τὸ πνῖγος. Æstus.

Ελύπει. grauabant, grauiter afficiebant.

Κοίλῳ χωρίῳ. In loco cauo, & depresso: in eiusmodi enim locis conclusus calor solis ingentem æstum efficit.

Διὰ τὸ ἀστέγαστον: ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ στέγην οὐκ ἔχειν. Quia sub G dio semper erant, & nullo tecto tegebantur.

Καὶ αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι. Contra verò frigora nocturna ingruentia nimia mutatione morbos afferebant.

Τοὐναντίον. Diuersæ à diurnis æstibus.

Πάντα τε ποιούντων αὐτῶν. στενότης. Adiuuante præ- 557.A sertim odore tetro, tum ex multitudine cadauerū, tum ex

tum ex tantæ multitudinis excrementis, quæ ne- A cessario eodem in loco subsidebant.

557.A Πάντα ποιούντων. Quælibet facientibus: id est, vesicam, & aluum ibi exonerantibus. σμυδῶς.

Ξυννενημένων: ναῦ, νήσω τὸ στορεύω.

Κοτύλου ὕδατος. Genus mensuræ liquidorum, & aridorum. Locus autem admonet exiguam fuisse mensuram.

Ἄλλα τε ὅσα. Aliis etiam incommodis conflictati sunt.

Ἐπιγενέσθαι αὐτοῖς. Eos inuaserunt.

B Οὕτω διῃτήθησαν. Sic vitam egerunt.

Ἀκριβεία μὲ χαλεπὸν ἐξειπεῖν. διαπόρησις.

Ξυνέβη τε. Locus amplificationis. denique (quasi diceret) hæc clades Græcorum accidit maxima omnium, quæ hoc bello contigerunt, atque adeò omnium aliarũ, quas Græcis accidisse memoria accepimus.

C Καὶ οὐδὲν ὀλίγον. Et nulla ex parte leuiter afflicti: αἰτὶ τῶ, omnibus ex partibus grauissimè afflicti.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

LIBRI OCTAVI ARGVMENTVM.

558.A ΕΣ δὲ τὰς ἀθήνας. Octauus, & postremus iste liber continet res multas, & varias, sed in Græcia gestas, trãslato bello ex Sicilia. Demonstrat primùm summam desperationem Atheniensium accepto nuntio de clade suarum copiarum: indignationem in eos, qui bellum istud suaserant, & in vates, qui suis vaticiniis victoriam obnuntiantes, ad istam expeditionem eos impulerant. Ostendit apparatum eorundem aduersus hostes, quos summis copiis pedestribus, maritimisque aduersus se venturos expectabant. Declarat motum Græcorum omnium contra Athenienses: apparatus etiam Lacedæmoniorum, maximamque spem de bello conficiendo. Habet quæ Agis rex Lacedæmoniorum per eam hyemem gesserit: Euboensium legationem ad eum de defectione: item Lesbiorum, qui & ipsi ab Atheniensibus desciscere volebant. Chios etiam, & Erythræos idem molitos esse demonstrat: & Lacedæmona venisse solicitatum Lacedæmonios, vt se reciperent. Persequitur deinde varias res gestas à Lacedæmoniis, & Atheniensibus æstate insecuta. Studia Lacedæmoniorum in adimendis sociis, & amicis Atheniensium: contentionem contra Atheniensium in eis retinendis. Defectionem Chiorum, Erythræorum, Clazomeniorum, & apparatus Atheniensium aduersus eos. Narrat quæ Alcibiades gesserit pro Lacedæmoniis. Fœdus ictum inter Lacedæmonios, regem Persarum, & Tissaphernem, quas vrbes Chij ad defectionem solicitauerint, motum popularem Samiorum aduersus nobilitatem, & statum popularem in ea ciuitate constitutum. Habet denique multas res, & diuersas, varia fortuna inter Athenienses & Lacedæmonios ad Hellespontum gestas. Habet motum, & seditionem Athenarum, & rerum commutationem ex republica in paucorum dominatum, & vice versa ex dominatu paucorum in statum popularem, & restitutionem Alcibiadis ab exilio. Hæc sunt in vniuersum capita rerum, quæ hoc libro continentur.

Πασσυδεὶ. ἢ πανσυδεὶ, πανσυδίη, ἢ πασσυδίη. Ὅμηρος. παμπληθεὶ, ἢ πάσῃ ὁρμῇ.

Τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσιν. Authoribus, & suasoribus eius expeditionis. ῥήτορες οἱ τῷ δήμῳ ξυμβουλεύοντες, οἱ ἐν δήμῳ ἀγορεύοντες, qui studiosiùs, & ardentiùs suaserant.

Θειάσαντες. Afflatu diuino correpti, vel religione impellentes. B

Ἐλύπει. Premebant, mœrore, & molestia afficiebant.

Ἅμα μὲ γάρ. Probatio ab enumeratione partium, & priuatim, & publicè amiserant pedestres, maritimasque copias.

Ἐνδιδόναι. Succumbere. 559.A

Καὶ τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι: Et socios præsidiis firmare, ac stabilire, tueri.

Τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν. Et res vrbanas aliqua ex parte corrigere, & sumptus minuere. C

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Narrat motum totius Græciæ aduersus Athenienses, tam sociorum, quàm eorum, qui non erant socij. B

Ἐπηρμένοι ἦσαν. Erectis animis.

Καὶ παρὰ δύναμιν. αὐτῶν ἀφίστασθαι. Sic ego distinguo, supra vires: id est, quamuis impares essent ad resistendum. G

Ὀργῶντες. Impetu, & libidine animi de re iudicabant, rationi nullum locum relinquebant.

D Ὡς τό γ' ἐπιὸν θέρος οἷοί τ' ἔσονται. Futuram sibi facultatem, vt breui Athenienses superarent. Hic est germanus sensus.

Ἡ δὲ τῶν λακεδαιμονίων πόλις. Porrò Lacedæmoniorum ciuitas bene sperabat de successu rerum, & bello finiendo tum ob ea, quæ ante demonstrata sunt, id est, motum totius Græciæ, &c. tum quia Siculorum copiæ ineunte statim vere expectabantur. D

Πᾶσι τούτοις. Quia Græcia tota erat in motu con- E tra Athenienses, quia socij Lacedæmoniorum erant longè alacriores, quàm antea, quia vectigales Atheniensium ardebant studio defectionis.

Τοῦ ναυτικοῦ προσγεγενημένου. Classis accessione: classe aucta.

Πανταχόθεν. Itaque omnibus rebus confirmati bellum capessere cogitabant postpositis cæteris curis.

Ναυτικῷ δὲ. Classe verò interdum longè se præstare gloriabantur, præsertim cùm eam gloriam rerum nauticarum à maioribus suis accepissent: à Phæacibus (inquam) qui Corcyram olim tenuerant, & eo studio floruerant: quo etiam studiosius dabant operam ei rei.

Πάντων οὖν τούτων. Quare Corinthij rerum istarum omnium iustas habentes querelas, mittunt lubentes auxilia Epidamniis.

Τάφους. Monumenta, quæ essent sibi, & illis communia: vel certè suis maioribus.

Επὶ τῇ ἴσῃ, καὶ ὁμοίᾳ. Pari iure, atque conditione futurus cum cæteris ciuibus.

Εἰ δὲ τις. Ad illud occurrebant. poterat quis dicere, accipio conditionem: volo ire, non recuso: sed iam sum impeditus: distineor negotiis familiaribus: hæc simul atque expediere, proficiscar: ad hæc igitur occurrebant magistratus: qui recusat iam abire, is maneat numeratis quinquaginta drachmis Corinthiis.

Μετὰ Λακεδαιμονίων. Vt eos testes haberent æquitatis suæ: nec non, vt Corinthios mouerent authoritate tantarum ciuitatum.

Ωσὴ μετόν. Quòd nullum haberent ius in eam coloniam.

Εἰ δέ τι αὐτοποιοῦνται. Quòd si eam sibi vendicare pergerent, volebant disceptare iudicio.

Οποτέρων δὲ. Et vtris adiudicata foret colonia, eos potiri.

Οὐκ εἴων. Dissuadebant.

Εἰ δὲ μή. Alioqui se quoq; coactum iri nouas quęrere amicitias, quas recusarent, nisi ipsi necessitatem imponerent.

Ετέρους. Alterutros eorum, qui nunc præstant potentia. innuunt autem Lacedæmonios, & Athenienses.

Μᾶλλον. μειζόνων, id est, καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ ἤδη μᾶλλον ὄντες.

Απαλλάξωσιν. id est, Si obsidione liberauerint Epidamnios.

Ετοιμοι δὲ εἶναι. Paratos etiam se esse, vt vtrique loco maneant, fœdusque faciant tantisper dum iudicium de re fiat.

Ακάτῳ. L. V. legit ἀκατίῳ. Itaque vertit nauigio actuario.

Απροῦντα. Qui vetaret, qui moneret ne &c.

Ωστε πλωΐμους εἶναι. Vt nauigationi aptæ forent: alioqui fatiscentes siccitate, & rimarum plenæ aquam acciperent.

Ανταναγόμενοι. Educta obuiam classe, & instructa acie.

τῆς κατ᾽ ἐκεῖνα τὰ χωρία. Oram Illyricam, & Acarnaniæ, Ætoliæ, sinusque Crissæi intelligit, &c.

Εφθειρον. Atterebant, vexabant, infestabant.

Περιιόντι. Ineunte, aduentante: ergo hæc gesta fuerunt vere.

Οργῇ φέροντες. ἀντὶ τοῦ χαλεπῶς φέροντες.

Καὶ ἐσκευάζοντο τὸ κράτιστον νεῶν στόλον. Et firmissimam classem apparabant.

Μισθῷ πείθοντες. Mercede solicitantes.

Εφοβοῦντο. Extimescebant, tum propter apparatus magnitudinem, tum quia nullas habebant amicitias, & societates.

Τὴν μὲν οὖν γενομένην. Quamuis verò in prœlio superiore soli Corinthios bellum inferentes repulerimus, tamen quoniam nunc maiore apparatu sunt nos aggressuri, ipsi verò nostras vires impares esse intelligimus, quas eis opponamus, & maximum periculum imminet, cogimur tum vestram, tum aliorum opem implorare.

Καταμόνας. i. μόνοι, Απωσάμεθα, ἀπήλσας.

Περιγενέσθαι. Iam euadere periculum: itaq; sequitur explicatio, aliâs superare.

Καὶ ξυγγνώμη. Conclusio deprecationis, ἀντὶ τοῦ ξυγγνωστόν.

Κακίας. γνικόν, Pro fastu, & superbia nunc accipitur.

Απραγμοσύνη) (πολυπραγμοσύνη. Quod vitium describit eruditissimè Plutarchus in opusculo περὶ πολυπραγμοσύνης, quieti, otio, vitæ tranquillitati.

Τολμῶμεν. Habet pōdus hoc verbum: quasi facinus aliquod admisissent: eos enim audere dicimus, qui patrato aliquo facinore, tamen non dubitant palàm prodire, & ab iis, de quib. malè meriti sunt, aliquid petere: habet itaque hoc verbum latentem peccati Corcyræorum confessionem, & pertinet ad deprecationem.

Ξυντυχία τῆς χρείας. Societas, coitio cum petentibus auxilia. Εναλλαγή, ἀντὶ τοῦ ἡ χρεία τῆς ξυντυχίας. ξυντυχίαν autem appellat societatem, quia est congressus quidam, & coitio.

Περὶ τῶν μεγίστων. De libertate, de salute, de aris, & focis.

Μαρτυρεῖν. Æterno apud nos testimonio.

Ναυτικόν. Huc vsq; dignitatem: iam proponunt vtilitatem, habemus classem firmissimam, vna vestra excepta.

Καὶ σκέψασθε. Δημοσθένης prima Olynth. I. Νυνὶ γὰρ ὁ πάντες ἐθρυλλεῖτε ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φίλιππον, γέγονεν αὐτόματον. Adūbrauit Demosth. hunc locum.

Σπανιωτέρα. τιμιωτέρα. τὸ σπανιώτερον γὰρ μεῖζον ἀγαθόν, καὶ τὰ σπάνια τίμια. Arist. primo Rhet.

Εἰ ἦν. Si ea potētia, quam vobis adiunctam maluissetis, quàm ingentem vim pecuniæ, magnaque beneficia, ea (inquam) nunc adest sponte sua se vo-

bis offerens, atque tradens, vel quam ingenti vi pecuniæ, & magnis beneficiis antepoſuiſſetis, vel pro qua magnos ſumptus feciſſetis, & magnum beneficium vos accepiſſe putaſſetis, ſi veſtris adiungeretur opibus, mutata eſt verò figura.

Πρὸ πολλῶν χρημάτων. Demoſth. prima Olynth. ἀντὶ πολλῶν ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθ. χρημάτων ὑμᾶς ἐλέσθαι νομίζω εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει.

Τὸν δὲ πόλεμον. Quòd ſi quis bellum, in quo vobis vtiles erimus, non imminere exiſtimat, is profectò fallitur opinione.

Τιμώτερον δέ γ' αὖ ἔργον. Docent par pari eſſe illis referendum. hoc pertinet ad æquitatem.

Ην δὲ λέγωσιν. Quòd ſi dixerint iniquum eſſe ſuos colonos à vobis recipi, intelligãt coloniam quamlibet colere, & honore proſequi ſuam Metropolim, ſi beneficiis ab ea afficiatur: violatam verò deſciſcere, atque alienari. hoc eſt, intelligant non ita eſſe iniquum.

Μαθήτωσαν. Latenter carpũt imperitiam eorum.

Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι. Explicant quo in genere lædantur. loco ſeruorum nos habent, at cæteræ coloniæ non poſſunt ferre iſtius conditionis iniquitatem.

Ως δ' ἠδίκουν. Exemplo fidem faciunt.

Μηδὲ μὲν ξυμμαχεῖ. Cum nullis habet ſocietatem.

Εξεῖναι. Ei licere ius eſſe ad vtras partes lubeat accedere.

Καὶ δεινόν. Et ſanè iniquum eſt, iſtis licere claſſem inſtruere non ſolùm ex fœderatis ciuitatibus, ſed etiam ex reliqua Græcia, & ex iis potiſſimùm ciuitatibus, quę in ditione, poteſtateq́; veſtra ſunt, nos verò arceri à veſtra ſocietate: aut aliorum auxiliis, & loco criminis poni, ſi nos à vobis in ſocietatem recipimur.

Μάλιστα δὲ ἢ δίκαιον ſubaudi, ἢ βοηθεῖν, δεῖ ſcilicet.

Τὰ ξυμφέροντα. Commoda, vtilitates: Multas verò commoditates (quemadmodum initio noſtræ dictionis monuimus) vobis proponimus, & illud, quod eſt maximum, eoſdem eſſe veſtros hoſtes, & minimè dubios, eoſque potentes, &c.

Οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι. Eò ſpectat hæc oratio, vt alienet animos Ath. à Corinthiis, & inuidiam illis conflet.

Αλλ' ἱκανοί. Itaque debent eſſe vobis formidabiles.

Καὶ ναυτικῆς. Et iacturam non eſſe parem ſocietatis nauticæ, atque terreſtris ſi vtraque offeratur.

Αλλοτρίωσις. Iactura.

Οχυρώτατος. Munitiſſimus, firmiſſimus.

Πεισθέμενοι. Nobis aſſenſus.

Μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦται. Cum maximis momentis.i. vtilitatibus adiungitur, καὶ πολεμοῦται μετὰ μεγίστων non καιρῶν, ſed iactura. ἢ καιρῶν, ἀντὶ ἀκαιρῶν.

Τῆς τε γὰρ Ιταλίας. Sita eſt enim opportunè ad traiiciendum in Italiam, atque in Siciliam, ita, vt facilè claſſem ſiqua illinc mittatur in Peloponneſum, eam arcere poſſit, & ſiqua iſtinc eò mittatur, eam iuuare, & tranſmittere valeat.

Καὶ ἐς τ' ἄλλα. Quin etiam aliis in reb. habet commoditates egregias.

Προέσθαι. δεῖν ſupple.

Καλὸν δ' ἦν. Quòd ſi etiam iniuria bellum intuliſſemus, oportuerat eos cedere noſtræ libidini, nos abſtinere manus à violanda eorum modeſtia, vel illis quidem erat futurum glorioſum ſi noſtræ ceſſiſſent libidini, nobis verò fœdum, & infame ſi eorum modeſtiam violaſſemus.

Υβρει δὲ, καὶ ἐξουσίᾳ. Concludunt ſe laceſſitos inſigni iniuria bellum eis intuliſſe: nam (inquiunt) inflati opibus adeò petulantes facti ſunt, vt cùm alia multa in nos deliquerint, tum poſtremò Epidamnum per vim ereptam nobis, retineant.

Πολλά τε ἄλλα. Εμφασιν habet oratio.

Καὶ φασὶ δή. Et tamen dictitant ſe prius voluiſſe iudicio diſceptare, nos verò recuſaſſe.

Υν γε. Refutatio: quod ius non eſt exiſtimandum ab eo ſeruari, qui eſt ſuperior, & ex tuto prouocat ad diſceptationem, ſed ab eo, qui pari conditione deſcendit in certamen cum aduerſario.

Τὸν προύχοντα. Qui ſuperior, & meliore conditione eſt.

Λέγειν τι. Extenuatio, pro δίκῃ κρίνεσθαι.

Αλλὰ τὸν ἐς ἴσον. Sed eum, qui reuocat in integrum totam cauſam, quam vocat dicta, & facta.

Καθιστάναι ἐς ἴσον τὰ ἔργα, καὶ τοὺς λόγους. Æquare facta verbis, cuius facta reſpondent, & ſunt paria, atq; ſimilia verbis: iam verò verba Corcyræorũ præ ſe ferebant æquitatem quandã: facta erãt iniquiſſima.

Οὗτοι δέ. Probat facta Corcyr. plena iniquitatis fuiſſe.

Παρέσχοντο. Oſtenderunt.

Καὶ δεῦρο ἥκουσιν. μετὰ βαρύτητος. Et tamen huc veniunt, & hoc audent q.d. vt vos innocentes in ſcelerum non belli ſuorum ſocietatem trahant. μόνον, ἀντὶ τοῦ μόνοι.

Οὐ ξυμμαχεῖν. Breuis verò definitio.

Ασφαλέστατοι. A periculis remotiſſimi, tutiſſimi.

Καὶ τῶν ἁμαρτημάτων. Et quo tempore vos innocentes, & alieniſſimi ab eorum facinoribus, culpæ tamen ſocij futuri eſtis.

Τὸ ἴσον τῆς αἰτίας. Parem culpam.

Πάλαι δέ. Oportuerat eos inita olim ſocietate, fortunam belli, & rerum euentus experiri. ſuſtinenda erit nobis culpa omnium facinorum? non: ſed ſaltem eorum, quæ in nos admiſerunt.

Εγκλημάτων δὲ μόνων. δεῖ, ſubaudi.

Qui autem ſocij criminum nõ fuerint, ij euentorum etiam ſocij eſſe non debent, vel, Qui autem à criminibus remoti fuerint, iis euentorum caſus minimè ſunt ſubeundi. ἐπιμονή. Summa eſt, innocentiam carere culpa oportere.

Αμετόχους τῶν ἐγκλημάτων. ἀντὶ τοῦ οὐ μετεσχηκότας.

Τῶν μετὰ τὰς πράξεις. Τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε.

Ως μὲν οὖν αὐτοί Epilogus ſuperiorum vt tranſeat ad eam partem, qua probat periculoſam fore Athenienſibus iſtam ſocietatem: docui nos inſigni iniuria laceſſitos à Corcyræis, bellum illis intuliſſe: docui eos per vim, & auaritiam Epidamnum nobis eripuiſſe: iam docebo eos non eſſe recipiendos in ſocietatem, tum quia fœdere cautum hoc eſt, tum quia bellum pro pace vobis afferent.

Ως μὲν οὖν. Quòd itaque nos inſtructi iure, & æquitate huc ad vos venerimus; iſti verò violenti, & auari ſint, planum iam factum eſt.

Κεφάλαιον τοῦ δικαίου. ἀντὶ τοῦ τὸ δίκαιον. Quod à Rhetoribus τελικὸν κεφάλαιον vocatur, vt τὸ καλὸν, τὸ συμφέρον, & alia.

L. V. eo quo oportet æquitatis ingreſſu. Annot. cum firmiſſimis æquitatis argumẽtis, vtrumq; male. τῶν προσηκόντων. Decenti, conuenienti, εὐπρεπῶν.

Εἰ γὰρ εἴρηται. Nam ſi eſt in fœdere, cuilibet ciuitatum fœderi non adſcriptarum licere ad vtras velit partes ſe adiungere, id non idcirco eſt, vt in

vt in fraudem alterius partis, & in eius perniciem hoc fiat, sed de iis tantum dicitur, quæ præsidio egentes ab alterutris partibus non deficiunt, & quæ receptæ non sunt recipientibus pro pace bellum allaturæ, id, quod vobis euenturum est iam, nisi nos audiatis.

Τοῖς δεξαμένοις. Ista conditione, & propterea addit εἰ σωφρονοῦσιν. L V. paraphrastem agit. Comminatio.

Καὶ τὸν νόμον μὴ καθιστάναι. Nec legem constituere, vt qui ab alteris defecerint, ab alteris recipiantur. νόμον, exemplum.

Οὐ δὲ γὰρ ὑμεῖς. Nam ne nos quidem olim, cùm Samij à vobis defecissent, & alij Pelopōnesij recipiendos eos esse cēsuissent, illis assensi sumus, & sentētiam contra vos tulimus, sed apertè resistentes diximus suos quenque socios vlcisci oportere.

Δίχα ἐψηφισμένων: In duas partes sententiis distraherentur .i. alii recipiendos, alii non recipiendos esse censerent.

Ἀντόνῦνα, ἀντὶ τοῦ ἕκαστον. Vt vnusquisque quilibet.

Κατὰ τοὺς ἑλλήνων νόμους. Quæ fœdera religiosè cōseruari iubēt. quæ vetant ne alter alteri faciat iniuriam, & vim inferat, qui bene meritus coguntreferre gratiam.

Νεῶν γὰρ μακρῶν. Nam cum opus haberetis olim longis nauibus aduersus Æginetas, viginti accepistis à Corinthiis: itaque istud beneficium, & illud superius de Samiis fecit, vt Æginetas superaretis, Samios puniretis.

Ὑπὲρ τὰ μηδικά. Ante bellum Medicum. Iobus Veratius hæc ita, cū bello Æginetico ex Medici factione conflato. Sed parum commodè Thucididis mentem, & verba est interpretatus.

Τὸ δὲ ἡμᾶς, ἐξήγησις. Quòd nostri causa Peloponnesij Samiis auxilia nulla miserint. Παρέσχεν. Attulit vobis victoriam de Æginetis, facultatem animaduertendi in Samios, facultatem vindicandi Samios.

Ἀπαίδῶν ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν. L.V. quo homines studio vincendi hostis, in quem eunt, cætera curare omittunt. F. P. quo homines omnia negligunt propter victoriam, vel propter vincendi studium.

Φίλον τε ἡγ. Rem probant, nam pro amico habēt eum qui nauat sibi operam, etiamsi antea fuerit inimicus, & contra pro inimico eum, qui aduersatur, etiamsi fuerit amicus antea.

Ὧν ἐνθυμηθέντες. Epilogi, repetunt argumenta superiora, petunt, vt sibi referatur gratia: admonent æquitatis, & vtilitatis: & hæc duo potissimum inculcant: admonent etiam tollendas, vel certè minuendas esse pristinas simultates recentibus beneficiis, & in solidam, perpetuamq; gratiam redeundum.

Ὧν ἐνθυμηθέντες. Quorū memores: quę vobiscum reputantes vos qui natu maiores estis, qui autem minores, à maioribus natu cognoscentes, referte nobis gratiam.

Νεώτερος τε καινοπρεπῶς, ἀντὶ τοῦ οἱ δὲ νεώτεροι. Ὧν ἐνθυμηθέντες οἱ πρεσβύτεροι, οἱ δὲ νεώτεροι παρὰ πρεσβυτέρων, ἀξιοῦτε &c. Hæc est legitima constructio.

Ἀμύνεσθαι τινὰ τοῖς ὁμοίοις. Referre parem gratiam alicui, tam de bona, quàm de mala gratia potest dici.

Καὶ μὴ νομίσῃ. Neq; existimetis causam nostram æquam, non autem vtilem esse, si bellum oriatur.

Τὸ δὲ γὰρ ξυμφέρον. Nam vtilitas posita est in æquitate, & innocentia: q.d. ea demum est vera, & solida vtilitas, quæ est cum honestate coniuncta, Cic. offic.

Ἀδικεῖν, αὐτὶ τοῦ ξυμμαχεῖν.

Καὶ τὸ μέλλον τοῦ πολέμου. Et belli imminentis periculum, quo terrent vos Corcyræi, & hortantur ad vim nobis fœderatis faciendam, incertum adhuc est, nec suscipiendæ vobis sunt certæ, ac minimè dubiæ inimicitiæ aduersus nos ob incertam eiusmodi suspicionem. diluit illud Corcyræorum, ὅταν εἰς τὸν μέλλοντα.

Τῆς δὲ ὑπαρχούσης. Quin sapientiæ fuerit pristina odia Megarensium causa suscepta, minuere, vel etiam abolere, potius, quàm nouas inimicitias suscipere.

Ἡ γὰρ τελευταία χάρις. τὸ δυνατόν, postremum enim beneficium opportune collatum etiamsi paruum sit, tamen maius, & grauius crimen diluere potest.

Μὴ δὲ ὅτι. Neque verò eò alliciamini, quod classem ingentem vobis offerunt, hoc ad illud referendum, τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια.

Ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας. Quàm si præsentibus commodis elati, maiora quædam, sed non sine periculo obtineamus.

Τῷ αὐτίκα φανερῷ, τῇ αὐτίκα δυνάμει. Præsenti, & repentina specie incitati.

Διὰ κινδύνων,) (ἐχυρώτερα.

Ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες. Postulāt, vt sibi referatur gratia. Denique quia in eadem incidimus, ob quæ olim Lacedæmonios monuimus, permitterent in suos cuiq; socios animaduertere, vt idem iam obtineamus, à vobis postulamus. Hoc argumentum reseruauit Legatus postremo loco, quia magnum habet pondus. Hoc fecit, vt hæreret memoriæ Atheniensium, & temporum, atque negotij similitudo eos admoneret, vt parem sibi iam referrent gratiam.

Καὶ μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ. Petimusque, vt quando nostris suffragiis adiuti, subleuatique fuistis, ne vestra sententia nos oppugnetis.

Τοῦτο γὰρ ἐκεῖνον πρὸς τὸ, φίλιν δὲ γὰρ. Hæc referenda.

Καὶ Κερκυραίους, ἀξιοῦμεν βίᾳ ἡμῶν. Inuitis nobis.

Μήτε ἀμύνητε. Neque feratis opem eis, qui nos violant.

Καὶ τάδε ποιοῦντες. Hæc si feceritis, tum ex officio, & dignitate vestra egeritis, tum vestris rebus optimè consulueritis.

Μετέγνωσαν. Mutato consilio constituerunt.

Εἰ γὰρ ὅτι Κόρινθον. Consilia declarat.

Τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. Vt vicissim vtrique alteri alteris mitterent auxilia, sic &c. ξυγκρούειν. Collidere, atterere.

Καθιστῶνται ἐς πόλεμον. Bellum capesserent.

Ἐπειδὴ αὐτοῖς παρεσκεύαστο, Ἀπροσώπως. Instructa iam classe.

Ἔπλεον. Cursum dirigunt.

Ἀντιπαρετάσσοντο. Aduersam aciem instruebant.

Τὸ δεξιόν. Honoris gratia. τὸ ἄλλο, ἀντὶ τοῦ τὸ ἕτερον, ἢ τὸ εὐώνυμον, καὶ τὸ μέσον. Sequitur enim τρία τέλη ποιήσαντες ita vt essent quatuor agmina, & τὸ ἄλλο accipiendum sit pro tribus Corcyręorum.

Ὧν ἦρχε. Quorum singulis singuli duces præerant.

Ὡς ἕκαστοι, ἢ πλεονάζει τὸ ὡς. Vel vt singuli scilicet. iussi sunt consistere in acie, ἐτάχθησαν δηλονότι.

Ταῖς ἄριστα πλεούσαις. Quæ celeritate, mobilitateq;

præſtabant.

Ξυμμίξαντες δὲ. Sublatis ſignis conflixerunt.

Ἀπειρότερον. Imperitius adhuc inſtructi vetuſto more. eleuat autem genus pugnæ illius ſeculi, vt extollat rationem pugnandi, & diſciplinam militarem ſuorum temporum.

Καρτερά. Acris, aſpera.

Προσφερής. ποιητικὸν αὐτὶ τ ὁμοίε λαμβάνεται.

Ἐπειδὴ γὰρ προσβάλλοιεν. Nam vbi nauibus incitatis inter ſe conflixiſſent, non facilè diuelli poterant præ multitudine, & turba nauium.

Καὶ μᾶλλόν τι πιστεύοντες. ὁ δηλοῦν, δηλονότι, quia confidebant militibus, qui erant in tabulatis ad obtinendam victoriam.

Θυμῷ καὶ ῥώμῃ. Animis, & robore.

Θόρυβος. θροῦς, καὶ βοή.

Ταραχώδης. Turbulentũ, & permixtum prœliũ.

Μάλιστα δὲ τὸ δεξιόν. Progreſſus prœlij deſcribit Thucyd. vt paulatim exitum eius doceat: qui premerentur hinc inde, & qua in parte demonſtrat: Dextrum (inquit) Corinthiorum cornu, in quo erant naues Megarenſium maximè premebatur: Corcyræi enim in fugam eos verterant, & ad continentem vſq; perſecuti fuerant &c.

Πολὺ ἐνίκων. Longè ſuperiores erant.

Ἀπερισκέπτως. Sine præſcriptione, id eſt, apertè, minus diſſimulanter.

Γίνεσθαι τὴν ἔπιλυν λαμπρῶς. Fieri fugam apertè, & non dubiè.

Ἔργου εἴχετο. Capeſſit prœlium: manum ad opus admouere, opus aggredi.

Ἐπιχειρῆσαι ἀλλήλοις. Manus inter ſe confererent.

Τῆς δὲ τροπῆς γινομένης. Explicat euẽtus prœlij, verſis in fugã (inquit) hoſtibus. Corinthij conuertunt ſe ad trucidendos homines potius, quàm ad viuos capiẽdos: Latenter carpit immanitatem Corinthiorum, & acerbitatem odiorum, quib. flagrabant in Colonos Corcyræos, q. d. debuerant illi quidem contenti eſſe parta victoria, & gloria illa perfrui, atq; triumphũ agere de victis aduerſariis, & tamen non contenti ad cædem ſe conuerterunt: itaq; addit paulo poſt pœnas debitas ſecutas eſſe eos: nam inter trucidandos hoſtes paſſim fuſos, & nantes in mari, trucidabant etiam per imprudentiam ſuos, qui fuerant in dextro cornu ſuperati à Corcyræis.

Τὰ σκάφη. Alueos nauium, quos ſolebãt agere in triũpho, & reſeruare in memoriã partæ victoriæ.

Καταδύσειαν. Depreſſiſſent. Διεκπλέοντες. Tranſcurrentes.

Τούς τε αὐτῶν φίλους. Locus miſericordiæ à detrimento accepto per imprudentiam.

Ναυμαχία γὰρ αὕτη. Ratio τῶν πολλῶν. &c.

Ἐπειδὴ δὲ κατεδίωξαν. Alium prœlij euentum narrat. Corinthij (inquit) perſecuti ſunt Corcyræos ad ipſam vſq; terram: ea re geſta redierunt ad ſuarum nauium fragmenta, tabulasque colligendas & ad ſuorum cadauera ſuſcipienda.

Ἐπέπλεον. Infeſta claſſe tendũt aduerſus Corcyræos.

Πειρῶσιν. αὐτὶ τὸ πειρῶνται.

Ἤδη δὲ ἦν ὀψέ. Iamque erat ſerum diei: καὶ ὀψὲ τῆς ἡμέρας. Temporis deſcriptio.

Ὡς ἐπίπλουν. Ad concurſum, conflictum.

Ἀμύνειν. ἀμύνεσθαι, Propulſare vim, & iniuriam.

Ἀττικὰς εἶναι. Eſſe Atticas.

Ξυνεσκόταζεν. ὁ θεὸς δηλονότι, ὡς τὸ ὕει, βρέχει, &c.

Ἐπλεύσε. Exitum habuit.

Προσκομίσασθαι. Vectæ.

Ἄρχειν ναυμαχίας. αὐτὶ τοῦ ἄρχεσθαι. Prœlio laceſcere.

Αἰχμαλώτων τε πέρι φυλακῆς. σκοποῦντες, Aut aliud tale ſubaudi.

Τοῦ οἴκαδε πλοῦ. De reditu autẽ erant magis ſoliciti.

Διεσκόπουν. αὐτὶ τοῦ ἐφρόντιζον. Vel deliberabant qua ſe reciperent, vt domum redirent.

Ἐς χεῖρας ἦλθον. Ad manus venerant.

Ἔδοξεν οὖν. Placuit animos, & mentem eorum explorare.

Πολέμου ἄρχοντες. Bello laceſſentes, αὐτὶ τοῦ ἀρχόμενοι. ſic ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων.

Τιμωρουμένοις. Vlciſcentibus, iniurias noſtras perſequentibus. iure ſe tacitè tuentur, & probant ſuam cauſam. vim vi repellere licet, iure igitur arma ſuſcepimus.

Ἐμποδὼν ἵστασθε. Impedimento eſtis, reſiſtitis.

Ὅπλα ἀνταιρόμενοι. Arma aduerſa intentãtes, tollentes.

Εἰ δ' ὑμῖν γνώμη ἐστίν. Quòd ſi vobis eſt animus, ſi conſtitutum illud habetis, ſi ſtat ea ſententia.

Ἡμᾶς πρώτους. Nos primos comprehendite, & loco hoſtium tractate.

Τῶν δὲ κερκυραίων. Corcyræi, qui ex claſſe audire poterant, ſublato clamore eos comprehendendos eſſe ſtatim, atq; interficiendos vociferabantur.

Διεσκέδασεν. Diſtulerat paſſim. γινόμενος, ortus.

Δήσαντες ἐφύλασσον. Vinctos aſſeruabant.

Προσποιήσειαν αὐτοῖς. Eorum ditioni adiungerent.

Δυνάμει προὔχοντες. Potentiſſimi.

Περιγίγνεται. ἀμφιβολογία. L.V. Sic igitur Corcyra bello defuncta eſt aduerſus Corinthios: Annot. bello ſuperat Corinthios. F. P. ἴσως euaſit, & ſuperſtes remanſit in bello Corinthiaco.

Δ' ἔρδα. Περδίκκου τῆς. αὐτὶ ψιλὸς ἀδελφικοῦ καὶ φιλίππου.

Ἔπρασσεν. Miſſis qui de ea re agerent, ſolicitabat Lacedæmonios.

Αὐτοῖς. τοῖς ἀθηναίοις. Vt bellum oriretur inter eos, & Peloponneſios. (ſceret.

Προσεποιεῖτο. Sibi conciliabat, vt Potidæa deſci-

Προσέφερε δὲ λόγους. Solicitabat etiam.

Χαλκιδέσιν. Colonis Euboenſium: erant etiam in Sicilia, Italia, & aliis locis.

Οὐδὲν εὕρον ἐπιτήδειον. Nihil pacati, & amici reperiebant, id eſt, flectere eos non poterant, vt poſtulatis ſuis annuerent.

Μυγδονία. Portio erat Macedoniæ.

Χωρὶς δὲ. Prætereavero.

Παυσανίου. Fratre Perdæ.

Παρέπλεον. Oram maritimam legebant.

Κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες. Et ſenſim progreſſi, ac modicis itineribus, vt referatur ad pedeſtres copias, quæ breuiore itinere poterant citius ad Potidæam peruenire: lentius itaq; iter faciebant, vt vno, eodemq; tempore claſſis eodẽ perueniret, quæ commeatum, & apparatus bellicos vehebat: itaq; erat futura maximo vſui. non poterat autem tam cito peruenire, quia nauigatio erat longior propter continentis circuitum. (ſtes.

Κατὰ νώτου βοηθοῦντας. A tergo circumuenirent ho-

Ὅπως εἴργωσιν. Vt prohiberent, arcerent.

Ἔτρεψαντο. L.V. auerterunt. F.P. in fugã vertunt.

Καὶ ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγε. L. V. & vſque ad muros fugatus. F. P. & ad muros confugit.

Ἐπαναχωρῶν δὲ ὁ ἀριστεύς. Cùm autem à perſequendo hoſte rediret Ariſteus, reperit reliquum exercitum fuſum, & fugatum: itaque primum dubi-

dubitare vtram in partem tendens, Olynthum, an Potidæam, fortunam periclitaretur: deinde placuit confertissima suorum acie Potidæam cursu petere, & in eam perrumpere.

Διακινδυνεύσῃ. Fortunam periclitaretur.

Καὶ παρῆλθε διὰ τῆς θαλάσσης παρὰ τὴν χηλὴν βαλλόμενός τε, καὶ χαλεπῶς, ὅπῃ δή τι ἐζῆς. Et ingressus est in vrbē parte ea, qua mare alluebat, & lapidū ingentiū moles iacta erat, ægrè tamen, petitusq; telis, &c.

Καταφανές. L.V. (vt puto) habebat in codice, vnde vertebat, καταφανής. Itaq; cōuertit sita edito in loco: potest etiā referri ad τὸ χωρίον. sed longè melius & potuit pugna prospici, præsertim sublatis signis.

Καὶ ἔτι. αὐτὶ τοῦ καὶ ἐγγύς. Sed habet τὸ περὶ ὀμμάτων.

Βραχὺ μέν τι: paululum illi quidem progressi sunt, vt ferrent auxilium, & Macedonum turmæ contra se instruxerant, vt illis se opponerent. L.V. tanquam inhibituri.

Ολίγῳ ἐλάσσους. Paulo minus trecenti, id est, trecenti circiter,

Ἱκανοὶ εἶναι. Se posse.

Γιγνομένοις δίχα. Diductos inuaderent, γίγνεσθαι δίχα αὐτὶ τοῦ εἰς δύο μέρη διαιρεῖσθαι, in duas partes diuidi.

Αντίσχῃ. Quo diutius suppeteret res frumentaria. L.V. vt cæteri, qui mãsissent, facilius obsidionem perferrent, & famem tolerarent. (batur.

Αλλ' ἔτι ἀνακωχὴ ἦν. Sed ab armis adhuc abstinebatur.

Ἰσχυρῶς ἐπικείσονται. Acriter, & enixè vrgebunt.

Καὶ μόνοι. Cæteri persuasum habent, principiis facilè posse obstari: vos soli dissentitis: atque ita plus laboris, & negotij vobis relinquitur: nam duplicata, & amplificata hostium potentia, plus deinde negotij vobis exhibet ad eam euertēdam: deterrent itaq; magnitudine laborum proposita.

Καὶ μηδεὶς ὑμῶν. Liberius, atque adeò asperius accusauit supra Corinthius Lacedæmonios: & quoniam hæc oratio poterat offendere voluntatem, & eorum animos alienare, nunc affert remedium, & adhibet correctionem quandam, vt vulnus factum curet, & leniat molestiam. Petit itaque ne ab hostili animo hanc orationem proficisci putent, id est, ne putent hoc accusationem, sed expostulationem esse, quæ ab amicis in amicos proficiscatur.

Καὶ ἐπινοῆσαι μηδέν. Nihil noui excogitare.

Καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί. Et grauissima quæque subeuntes pericula, præter opinionem hominum.

Ἐν τοῖς δεινοῖς. Inter asperrima quæq;.

Τῆς δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι. Viribus vestris inferiora gerere, πρὸς τὸ παρὰ δύναμιν τολμηταί hoc referendum.

Τῆς τε γνώμης, πρὸς τὸ καὶ παρὰ γνώμην.

Τῶν τε δεινῶν, πρὸς τὸ καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς.

Καὶ τὰ ἑτοῖμα. Etiam res certas amissuros, vel etiam rebus certis detrimentum allaturos.

Αἰτιώτατος. In primis author. præcipuus author.

Προθυμίαν τολμηροτάτην. Animi studium ardentissimum.

Ηξιώσαμεν. Decreuimus, censuimus, ἀξίωμα, magnitudo animi.

Αρχῆς τε ἧς ἔχομεν. διαχεῖσθαι τινὶ ἐπιφθόνως τινός. Inuidere aliquid alicui.

Πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον. Non est autem cuiquam inuidendum: αὐτὶ τοῦ οὐδενὶ φθονητέον. non est vertendum vitio, debet carere inuidia.

Ανεῖμεν. Deponimus. Νικηθέντες, coacti.

A Οὐδ' αὖ πρῶτοι. Neque nos primi huius exempli authores fuimus.

Τοῦ ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατοῦ. Naturæ iure perpetuo cōstitutum est, vt imbecillior potentiori pareat,

Αξιοί τε ἅμα. Simul etiā quia nos dignos hoc imperio existimabamus, vestro etiam iudicio, si sincerè iudicetis.

Τῷ δικαίῳ λόγῳ. Ius, & æquitatem prætenditis, περὶ τῆς ἐλευθερίας scilicet.

Ον οὐδείς πω. Quam nemo solet proponere, atq;

B spectare, cum aliqua rerum suarum amplificandarum offertur occasio.

Τοῦ ἐνδεοῦς, τοῦ ὀλίγου.

Γνώμῃ. Si cogantur cedere opinioni, & sententiæ nostræ.

Ελασσωθῶσιν. Iacturam fecerint.

Αποθέμενοι τὸν νόμον. Deposito nostro instituto: vt scilicet æquo iure cum illis disceptemus.

Εκείνως δὲ. Si vi cū eis ageremus, ne ipsi quidē negarēt imbecilliores parere oportere potētioribus.

C Εἰ μὴ διὰ τὴν ὄκνησιν μέλλησιν. Nisi impedisset sua cunctatione.

Ἐν τοιαύτῃ μὲν ὀργῇ. Itaq; exercitus erat iratus ei ob eiusmodi moram.

Ο δὲ προσδεχόμενος. Purgat Archidamum aduersus vulgi existimationem. nolebat (si fieri posset) exacerbare animos Athen. sperabat eos de pertinacia remissuros.

Ακεραίαν. Intacto, integro, non vastato.

Περιιδεῖν, pati. ἀνεῖχεν, sustinebat se, id est, serius

D inuadebat agrum Atticum.

Εκείνῃ τῇ ἐσβολῇ. Id est, illo anno, quo irruptionem fecit.

Διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους, ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν. Nomenq; habet Democratia, propterea, quòd eam gerimus non ad paucorum, sed ad publicam vtilitatē: πλείονας, vt excluderet ὀχλοκρατίαν, οἰκεῖν αὐτὶ τοῦ διοικεῖν, & refertur ad πολιτείαν.

Μέτεστι δὲ. Omnes autem iussu legum in priuatis controuersiis fruuntur iuris æquabilitate, μέτεστι

E ἴσον τι. αἰτιώτερον.

Κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν. Pro dignitate, vt quisque est spectatus, & in aliqua re probatus, ita præfertur aliis in administranda republica, ex virtute magis, quàm ex censu.

Οὐκ ἀπὸ μέρους. Nō quia ex parte quadam ciuium sit, id est, ex nobilitate.

Οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν. Neq; etiā propter paupertatem quis, modò prodesse possit, arcetur à republica, quòd obscuro loco sit natus, vel quòd nullam

F habeat authoritatem.

Αφανεία ἀξιώματος. Nulla authoritas.

Ελευθέρως. Solutè, liberè.

Οὐ δι' ὀργῆς τὸν πέλας. Non indignè ferentes, si quis otietur, & cesset ab opere animi gratia.

Οὐδ' ἀζημίους μέν. Neq; contumelia quēquam afficientes. est enim quædā περίφρασις τῆς ὕβρεως. Neq; palàm imponentes tristes cōtumelias, quanquam damno carentes. Hoc est, nullius aut commoda, & voluptates interpellantes, aut famam, & existi-

G mationem lædentes.

Αγραφοι νόμοι. Quas non opinio genuit, sed quædā innata vis inseruit, vt religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas.

Οσοι κεῖνται, οἱ ἔγγραφοι.

Τὸ λυπηρόν, τὸ καθ' ἡμέραν λυπηρόν.

Καὶ τοι εἰ ῥαθυμίᾳ. Quare si otio potius, quàm assi-

duo negotio, & virtute insita, non legum coactu velimus pericula subire, sequitur, vt ærumnis & acerbitatibus, antequam veniant, non defatigemur, neq; conficiamur, & cùm venerint, non minus strenui, & audaces simus, quàm qui perpetuò se macerent laboribus.

Τοῖς μέλλουσιν ἀλγεινοῖς. Id est, laboribus. μέλλουσιν, suscipiendis loco, & tempore, cùm res ita postulat.

Διαφερόντως γὰρ δή. Illud etiam præ cæteris habemus, quòd maximè audemus, & quæ audemus, optimè perpendimus, q. d. alij aut non considerant, quæ audent, aut non audent, quæ considerant, nos non ita, &c.

Ἐκλογίζεσθαι. Repete μάλιστα.

Κράτιστοι δ᾽ ἄν. Fortissimi autem ij habendi sunt, qui dura, & mollia, secunda, & aduersa, commoda, & incommoda cùm optimè dignoscãt, tamen non dubitant adire pericula, & bellicis terroribus se obiicere.

Καὶ τὰ ἐς ἀρετήν. In beneficentia etiam diuersi sumus ab aliis.

Βεβαιότερος δέ. Commodum consequens. Constantior, & diuturnior est amicitia benè merendo parta, quàm quæ accipiendis beneficiis quæritur.

Ὥστε ὀφειλομένην. Vt tueatur suum beneficium in eo, cui dedit, & qui aliquando relaturus est gratiam grato, & beneuolo animo, δι᾽ εὐνοίας, cum beneuolentia.

Εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν. Persuasus se non daturum beneficium, sed debitam rem persoluturum.

Καὶ μόνοι. Soli facimus beneficia non magis proposito, atque sperato fructu aliquo, quàm freti libertate, qua nihil nobis vnquam defuturum credimus.

Τὸ πιστὸν τῆς ἐλευθερίας. Certa, constansq; libertas.

Ἀδεῶς. Vel sine metu, vel quòd nulla re careamus, dum libertate fruimur, quæ nobis est, q. d. instar cornu copiæ.

Καὶ ὡς οὐ λόγων. Ac ne quis putet hæc, quę à me dicuntur, inanem quandam potius esse iactantiam, non veritatem solidam, præsentes reipublicæ opes, quæ istis moribus, istisq; institutis partæ sunt, facilè indicant.

Μετὰ μεγάλων δὲ σημείων. Declarata verò nostra potentia non obscuris signis, sed clarissimis testimoniis, ingentem excitabimus admirationem, & nostræ ætati, & posteris.

Ἀμάρτυρον. ἄνευ μαρτύρων.

Καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι. Ea verò nostræ potẽtiæ testimonia, atq; indicia sumus relicturi, vt neq; Homeri, neq; alterius poetæ præconium simus desideraturi, q. d. cæteræ ciuitates, quæ nullas, aut non magnas res gesserunt, solent venari poetarũ facultatẽ, quæ ornet, & exaggeret res suas: nos non ita: quia rerũ à nobis gestarũ magnitudo erit testis locupletissimus, & indefessus nostræ potẽtiæ pręco.

Γενέσθαι ἐσβατόν. Fieri peruias, permeabiles.

Κακῶν. Cladis illatæ, ἀγαθῶν, auxilij lati.

Διὸ δὴ καί. Itaque produxi orationem de republica vt docerem non eadem esse proposita præmia nobis, ac cæteris, qui non habent talem rempublicam, simulq; ut demonstrarem eorum laudes, quos mihi iam proposui ornandos.

Εὐλογίαν. ἔπαινον.

Καὶ οὐκ ἂν πολλοῖς. Id est, pauci inter Græcos parem atq; isti laudẽ sunt promeriti ob res pclarè gestas.

Δοκεῖ δέ μοι. Equidem existimo hunc istorum obitum viri virtutem indicare perpetuò, certissimoq; testimonio.

Καὶ γὰρ τοῖς τ᾽ ἄλλα χείροσιν. Locus communis. probat quod dixit, mortem sepultorum facere fidem eos fuisse viros fortes. nam (inquit) etiam si aliis virtutibus in vitæ cursu destituti fuerunt, tamen cùm pro patria pugnantes fortiter ceciderint, & patriæ debitam pietatem reddiderint, nõ possunt nõ esse, & haberi viri fortes. Hic erat debitus sensus, sed mutata est persona, ne vocaretur in dubium virtus defunctorum: nam non dixit de his, sed de quibuslibet aliis, qui vitam non honestè vixerunt, & tamen mortui honestè sunt.

Τοῖς τ᾽ ἄλλα χείροσι. Qui aliis in rebus ignaui fuerunt,) (ἀνδράσι.

Ἐμαλακίσθη. Mollior fuit, id est, detrectauit prœlium.

Ἀναβολὴν ἐποιήσατο. ἀνεβάλλετο, ἢ ἀπεποίει latens.

Προθυμότεραν λαβόντες. περιλημψάντες. Anteponentes, pluris facientes, amplexati magis. innuit τὴν κατὰ προαίρεσιν θάνατον.

Αὐτῶν. τὴν πλοῦτον, καὶ τὴν φυγὴν τῆς πενίας.

Ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανές. Sperantes id, quod incertum erat, se consecuturos. cætera, quæ cernebantur, in virtute sua ponentes.

Τὸ ἀφανές. Incertum prœlij euentum.

Ἐλπίδι) (ἔργῳ. ὁρωμένου) (ἀφανές.

Ἤδη ὁρωμένου. τὴν τιμωρίαν τοὺς ἐχθρούς. παθεῖν. Extenuatio, αὐτὶ τὸ, θανεῖν. οὐ ποιήσομαι περὶ πλείονος τὸ ζῆν τῆς ἐλευθερίας. ἐν τῷ ὅρκῳ τῶν ἐν πλαταιαῖς ἀγωνισαμένων. Diodor. Sic. lib. 11.

Ἡ σώζεσθαι τοὺς ἐνδόντες. αὐτὶ τὸ τοὺς ἐνδοῦναι.

Δι᾽ ἐλαχίστου καιροῦ τύχης. Breuissima fortunæ inclinatione, summa potius cum gloria, quàm cum timore de vita decesserunt, id est, momento temporis fortuna ita volente, interierunt: duo efficit Pericles ista oratione: alterũ illud est: innuit culpa fortunæ eos cecidisse non quòd virtus defuerit: alterum illud est: eleuat, & extenuat mortẽ, quasi propter breuitatem temporis nullum doloris sensum eis attulerit: hoc ipsum commodum attingit Horat. Satyra prima, *militia est potior: quid enim? concurritur: Horæ momento aut cita mors venit, aut victoria læta:* de iis agit, qui sua sorte, atque conditione non sunt contenti.

Ἢ τοῦ δέους. Potius cum summa gloria, quàm cum summo metu, id est, quàm cũ summa infamia propter metum, vt sit μετωνυμικῶς causa pro euento.

Καὶ οἵδε μέν. Atq; isti, quales oportuerat, tales in patriam extitere.

Εὔχεσθαι. Votis optare, & precibus contendere.

Ὅσα ἀγαθά. Alludit ad illud Homeri Ἰλιάδος ζ. ἄνδρας μὲν κτείνουσιν, &c.

Γιγνώσκοντες τὰ δέοντα. Quid deberent patriæ.

Ἐπισημότατον. Maximè insignem. Honorificentissimam, adepti etiam sunt monumentum maximè insigne, non in quo siti sunt, angustissimum, & exiguis cancellis circumscriptum, sed orbem terrarum vniuersum.

Κεῖνται. Siti sunt.

Ἀλλ᾽ ἐν ᾧ. Quamlibet partem orbis terrarum intelligit.

Ἀείμνηστος. Sẽper memorãda, & celebranda relinquitur, in quo eorũ laudes perpetuò celebrabũtur.

Ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν. Quia dixit orbem terrarum fore monumentum defunctorum. hoc autem videri durius poterat, & assensu difficilius, ne videatur illis plus iusto tribuisse, affert rationẽ: quia (inquit)

quit) viri illustres fuerũt, & virtutis eorum splendor, q. d. sicuti solis radij quoquo versus diffusi sunt: sed translata est oratio ad locum communem de viris illustribus. Virorum enim illustrium quælibet tellus monumentum est, neque Cipporum, aut marmorum domesticorum incisio virtutem eorum testatur, sed in aliena terra etiam memoria non scripta animi potius, quàm rerum gestarum manet apud quenque perpetuò.

Η τῷ ἔργῳ. Quia non habet facta multa, quæ laudet.

Μὴ ποιεῖσθε. Ne recusate.

Δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἄν. Debent minus parcere.

Κινδυνεύεται. In discrimine versatur.

Καὶ κοινῆς ἐλπίδος. Id est, Iuuandæ reipublicæ qui pericula refugiũt, viuunt illi quidẽ, sed trahunt vitam inglorij, conflictantur incommodis, ab omnibus scilicet destituti, deinde affert alteram collationis partem.

Ουκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον. Non magis deflebo, quàm cõsolabor, nõ magis miserabor, quàm consolabor.

Εν πολυτρόποις γάρ. Neq; enim ignorant vitam hominum variis fortunæ casibus obnoxiam: illos autem felices iudicandos, qui honestissimam mortem, & vitæ finem beatum adipiscuntur, vt isti adepti sunt.

Τὸ δ' εὐτυχὲς ξυνεμετρήθη ἐν ἐκείνοις. ἀντὶ τοῦ ἐκεῖνοι δὲ ξυνεμετρήθησαν εὐτυχῶς.

Τῆς εὐπρεπεστάτης. τελευτῆς, καὶ λύπης supple ex iis, quæ sequuntur: sed breuitati studet.

Καὶ ἐν οἷς ἐνευδαιμονῆσαι ὁ βίος. Et quorum vita, & mors æquè beata, fortunataque fuit.

Χαλεπὸν μὲν οὖν. Scio autem arduum quiddam esse persuadere vobis, vt à mœrore, lachrymisque temperetis, qui sæpius alios parentes florentes liberis cernetis, atque ita materiam doloris refricandi habebitis, μὴ ὀλοφύρεσθαι, δηλονότι ἐκείνους.

Εν ἄλλων εὐτυχίαις: ἐν τῇ τῶν ἄλλων εὐτυχίᾳ. Secundis rebus aliorum, qui scilicet florebunt prole, qua & vos olim exultabatis. i. Læti eratis, & florebatis.

Καὶ λύπη. Et certè mœrendum est non iis, qui carent filiis, sed iis, qui cum haberent, eos amiserunt. ἀναιρῶν(?) ἀνακόλουθον.

Καρτερεῖν δὲ χρή. Tolerandum tamen est, spe futuræ prolis alterius, iis præsertim, qui vigent adhuc ætate, vt de liberis procreandis non desperent.

Τέκνωσιν ποιεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ παιδοποιεῖσθαι. Qui per ætatem adhuc possunt liberos suscipere.

Ιδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ὄντων. Nam futura soboles & priuatim afferet obliuionem defunctorum, & publicè bifariam; nempe vrbis frequentia, & præsidij firmitudine.

Καὶ τῇ πόλει. ἔσονται λήθη τῶν &c.

Εκ τε τοῦ ξυνοίσειν. Tum quia profutura est ad frequẽtiam vrbis, ne deserta videatur, tum quia proderit ad præsidium.

Οσοι δ' ἂν παρηβήκατε. Quotquot verò iam prouecta ætate estis, vitam actam, quæ fuit longior, & in qua floruistis, loco lucri ducite, quæ reliqua est, eam breuem fore existimate: dolorem denique vestrum leuate filiorum gloria.

Παρηβήκατε. παρηκμάκατε. Honesto verbo decrepitam ætatem vocat.

Τὸ γὰρ φιλότιμον. Hoc est bonum solidum, & perpetuum,

Καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας. Neque in ætate affecta. i. in senectute, quæstus honori, & gloriæ anteponitur, facit fidem signo probabili, à breuitate vitæ futuræ.

Τὸ ἀχρεῖον τῆς ἡλικίας. Infirmitas ætatis.

Ως φασί τινες. Vulgi erat opinio, vt nostris etiam temporibus est, quæ vsu comprobatur, senes esse auaros, & vtilitatem anteponere honestati. Arist. secundo Rhet. καὶ ἀνελεύθεροι. καὶ πρὸς τὸ συμφέρον ζῶσιν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ καλὸν μᾶλλον, ἢ δεῖ, διὰ τὸ φίλαυτοι εἶναι, &c. καὶ δουλεύουσι τῷ κέρδει.

Τὸν ἀγῶνα. Laborem intelligit in imitandis parentibus, & fratribus.

Καὶ μόλις ἄν. Itaque vix aliquanto inferiores, nedum pares illis iudicabimini.

Οὐχ ὁμοῖοι. Quod q. d. nõ poteritis assequi in vita.

Φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι. Nam qui viuunt, inuident aduersariis, & æmulis.

Ανανταγωνίστῳ: Non æmula, non aduersaria.

Αρετῆς πέρι, ἢ ψόγου. Latenter carpit mulieres Spartanas, quæ non continebant se domi, sed passim vagabantur, & virorum more ad ripas Eurotæ corpora exercebant: Hoc damnat latenter Pericles. Arist. etiam secundo Polit. improbat Spartanam mulierum licentiam, ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν, καὶ τρυφερῶς: itaque ait τοὺς Λακεδαιμονίους σχεδὸν κατὰ τὸ ἥμισυ οὐκ εὐδαιμονεῖν. Comici eas carpebãt passim, & φαινομηρίδας appellabant.

Εν χηρείᾳ ἔσονται: χῆραι ἔσονται.

Βραχείᾳ παραινέσει. Breui commonitione: breui, quia non erat necessaria eius iudicio. Commonitione, quia monet eas quid factu opus sit.

Τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης. Nam satis ingentem gloriam adipiscemini, si à pristina vestra natura non descіueritis, si non degeneraueritis, & si id egeritis, vt quàm minimũ rumoris siue in bonam, siue in malam partem de vobis inter mares feratur.

Υπαρχούσαν φύσιν. Appellat solitam, & pristinam pudicitiam. rei cuiusque perfectio, & absolutio, natura dicebatur.

Εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ. Exposui ego quoque oratione, legi obtemperans, quæ in rem præsentem facere existimabam.

Απολοφυράμενοι. Deploratis iis, qui ad vestrum quenque pertinent.

Καὶ διελθόντος αὐτοῦ. Exacta hyeme, cum abiisset hyems, primus istius belli annus absolutus est.

Ηγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος. Diligenter notat tempora variis attributis, vt distinguat istas Peloponnesiorum irruptiones ab aliis, quas aliàs iidem fecerant in agrum Atticum.

Καὶ ὄντων αὐτῶν. Et cum non multos iam dies essent in agro Attico, i. non multo post eorum aduentum, pestilentia cœpit primum inuadere Athenienses.

Οὔτε ἄλλη ἀνθρωπεία τέχνη. Vt carmina magica, &c.

Οσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν. Supplicationes etiam factæ ad eorum templa, vt scilicet iram auerterẽt, ac varia oracula petita, & missi qui cõsulerent oracula, & cognoscerẽt morbi causas, vt deos videlicet placarẽt. hæc (inquã) omnia nihil proderant.

Ανωφελῆ. Inania, nullius vsus.

Αυτῶν. Remedia humana, & diuina intelligit.

Υπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι. Magnitudine morbi victi.

Ηρξατο δέ. Explicat iam τὰ ἄπα(?) κατὰ προκατάρκτικά. docet ex Æthiopia eam venisse: in Ægyptum deinde, atque Africam, postea in plerasq; partes imperij regis Persarum grassatam fuisse, postremo in Græciam, atque Athenas ingruisse.

Κατέβη) (ὑπὲρ Αἰγύπτου.

Εν τῷ Πειραιεῖ. κατὰ τὸ εἰκός. Eò enim primùm appellabant, qui vndiq; Athenas veniebant.

Υψατο. tentauit.

Ωστε ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν. Ita, vt rumor ab illis hominibus disseminatus fuerit, Peloponnesios venena deiecisse in puteos. Κρῆναι γάρ. Ergo postea facti.

Λεγέτω μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ. Diod. Sic. lib. 12. 316. scrutatur causas, & agit philosophum: at noster Thucyd. vitat hoc quasi vitium, & historici non proprium munus. Diodorus tamen refert pestilentiam ad magnitudinem imbrium, & aquarum, quę stagna fecerant, vnde vapores tetri in altum sublati aerem inficiebant, refert etiam ad victus rationem, & copiam fructuum: postremò ad ventos Etesias, qui nulli ea æstate flassent.

Λεγέτω μὲν οὖν. Pronuntiet autem de ea, vt quisq; sentit, siue peritus, siue imperitus: & afferat causas, & originem eius. Ego verò exponam vim eius, & sæuitiem, &c. q. d. liberum relinquo omnibus, & peritis, & imperitis, vt causas tam sæuæ pestilentiæ quærant, & eas proferant: ego tantùm exponam, &c.

Αφ' ὅτου εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτό. Quam habuerit originem: siue aeris corruptionem, q. d. siue victus rationem, siue æstum.

Ικανὰς εἶναι. Potuisse vim habere tãtæ mutationis.

Καὶ τὰς αἰτίας τοσαύτης μεταβολῆς, ἅς τινας νομίζει ἱκανὰς εἶναι δύναμιν σχεῖν ἐς τὸ μεταστῆσαι. Hæc est verborũ series.

Τὸ μὲν γὰρ ἔτος. Nam annus ille (vt omnium consensu constabat) erat omnium saluberrimus. Et immunis aliorum morborum.

Εκ πάντων. Exceptionem habet ἢ οὐκ, ἢ εἰς comparationem.

Ασθενείας. Iam αὐτὴ τῆς νόσου.

Εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, συγχώρησις. Sed vt concedam aliquos alio morbo laborasse, is tamen in hũc conuertebatur, προέκαμνέ τι νόσημα δηλονότι. κάμνειν νόσημα, vt νοσεῖν νόσον.

Πάντα τὰ νοσήματα δηλονότι.

Τοὺς δ' ἄλλους. Qui nullo morbo laborabant rectè valentes ex improuiso feruores capitis acres, oculorum rubores, & inflãmationes corripiebãt.

Απ' οὐδεμιᾶς προφάσεως. Incerta, atque incognita causa. Solent accidere interdũ huiusmodi inflammationes, & feruores iis, qui ad solis æstum diutius commorantur, iis etiam, qui intemperantius vinum meracius potarunt: sed hi q. d. Thucyd. nihil tale commiserant.

Φλόγωσις. Ouid. libro septimo hunc locum imitatus est: poteritis locum illum inspicere totum: ego nonnulla tantùm afferam, quæ ad illustrandam istam descriptionem facere existimo 88. 28. inducit Ouid. Æacum narrantẽ pestilentiam, quæ grassata fuerat Æginæ.

Viscera torrentur primo, flammæq; latentis
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni, &c.

Virgilius etiam in tertio Georgic. hunc locum adumbrauit, quanquam ille pecudum describit pestilentiam 42. *Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est Tempestas*, &c.

Επεγίγνετο. Consequebatur.

Επήειται. ἐπεγίγνοντο.

Λύγξ τε τοῖς πλείοσιν. Et singultus inanis plerosque inuadebat, conuulsionem afferens vehementem.

Κινῆ. Quia eiusmodi affectus oritur in stomacho (vt docet Galenus) vel ex nimia inanitione, vel ex nimia repletione.

Ενδιδοῦσα. Indens, afferens.

Μετὰ ταῦτα. Id est, statim.

Εκαίετο. Torrebantur.

Επιβολὰς τῶν ἱματίων. αὐτὴ τῶν ἱμάτια ἐπιβεβλημένα.

Η γυμνόν. τὸ σῶμα δηλονότι εἶναι.

Ηδιστά τε. Et ὥστε ἥδιστα ῥίπτειν, &c.

Καὶ πολλοὶ τοῦτο. Et multi hoc fecerunt, quibus nempe custos deerat, vt se in puteos deiicerent.

Απαύστῳ. ἐπιφώνημα. Insedabili siti obsessi, cruciati.

Καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει. Lucr.

Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

Τὸ πλέον ποτόν. Largior potus, & copiosior.

Αντεῖχε τῇ ταλαιπωρίᾳ. Resistebat cruciatui.

Εχοντές τι δυνάμεως ἔτι. Retinentes adhuc aliquid virium, quamuis scilicet morbi magnitudo admodum ingens esset.

Ωστε οἱ πλεῖστοι. ἔχοντές τι δυνάμεως. τὸ ζῆς.

Ελκώσεως ἰσχυρᾶς. Vlceribus tetris, & nigra proluuie alui.

Εγγιγνομένοις. Innatis.

Καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων. Et si quis ex maximis illis malis, vel cruciatibus euasisset, eum tamen extremæ corporis partes captæ testabantur hoc morbo laborasse.

Γενόμενον γάρ. Nam cùm genus istud morbi atrocius multò fuerit, quàm quod exprimi oratione possit, cum aliis reb. pressit ægrotos grauius, quàm vt humana natura tolerari possit, tum eo indicauit se nouam, & inusitatam lucem esse, quòd alites, & feræ, quæ solent petere cadauera, & iis vesci, tamen aut abstinebant ab iis cadaueribus, aut si attigissent, statim & ipsæ interibant.

Τεκμήριον δέ. Facit fidem ab auibus, & vulturibus, quæ nusquam apparebant. οὔτε ἄλλως: neque aliàs vspiam, neq; circa huiusmodi cadauera.

Διὰ τὸ ξυνδιαιτᾶσθαι. Propter consuetudinẽ, quam habebant cum hominibus, ita, vt non facilè q. d. ab eis diuellerentur, & aliquò se reciperent.

Τὸ μὲν οὖν νόσημα. Morbus igitur (vt omittam multa alia genera atrocitatum, quæ singulis, aliis grauius, aliis leuius accidebant) omnino talis fuit.

Ατόπως. Atrocitatis insolitæ, inusitatæque calamitatis.

Ως ἑκάστῳ, αὐτὴ τὰ ἃ ἐτύγχανε γιγνόμενα ἑκάστῳ, διαφερόντως tamen ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον.

Καὶ ἄλλο. νόσημα.

Εν τε οὐδέν. Nullumq; remedium repertum est, quod adhibitum prodesset.

Αὔταρκες. Firmum, par, instructum suo robore.

Καὶ οἱ οἰκεῖοι. Habet ἔμφασιν ὁ καί.

Εξέκαμνον τὰς ὀλοφύρσεις, ἢ πρὸς τὰς ὀλοφύρσεις ἐξέκαμνον, πρὸς τοὺς θρήνους ἀπηγόρευον, vt schol. ἢ κάμνοντες ἐξέβαλον. Fatiscebant, labori succumbebant.

Πλουτ. ὁ σίδηρος ἐξέκαμε πληγαῖς. Ferrũ assiduo ictu obtusum est.

Δὶς γὰρ τὸν αὐτόν. Reddit rationem cur confiderent, qui semel morbum euasissent: morbus (inquit) non corripiebat eundem bis ad interitum. nõ negat corripi potuisse morbo iterum eos, qui semel laborassent, sed negat eos iterum correptos ad interitum laborasse.

Καὶ ἐμακαρίζοντό τε. Itaque beati existimabantur, & appellabantur ab aliis, & ipsi pleni spei, & fiduciæ exultabant.

Ηλπι-

Περιχαρεῖ. τῇ μεγάλῃ χαρᾷ. Substantiuum est iam. Ἐπίεσε δ' αὐτούς. Cæs. libro secundo Belli Ciuil. 286.13. de Massiliensibus obsessis loquitur, graui etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusione, & mutatione victus. &c.

Καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἀπελθόντας. Locus amplificationis, non solùm vrbanos, sed etiam magis rusticos, qui in vrbem confluxerant, & affert rationem.

Τά, τε ἱερά. Locus amplificationis, non solùm loca profana erant repleta cadauerum aceruis, sed etiam loca sacra, & eorum templa.

Αὐτοῦ ἐναποθνησκόντων. Affectus: latenter accusat Deos suos, qui nullam opem tulerint morientibus quasi in sinu, & complexu suo, in tēplis nimirum, & simul docet religionem violatam.

Ὑπερβιαζομένου γάρ. Affert rationem cur homines vel in templis morerentur. magnitudine (inquit) & sæuitia morbi victi, mente quodammodo alienati sunt, ita vt obliti honesti, & officij, atque religionis non parcerent rebus profanis, aut sacris.

Ὑπερβιαζομένου. Cogente supra modum.

Οὐκ ἔχοντες ὅ, τι γένωνται. Maximam dubitationem, & desperationem significat hæc formula loquendi, nescio quid agam, quò me vertam.

Νόμοι τε πάντες. Et omnia instituta, & ritus sepeliendi conturbati sunt.

Σπάνει τῶν ἐπιτηδείων. Penuria rerum ad hoc necessariarum, vsitatè ἐπιτήδεια significat commeatum, & res ad victum necessarias: iam aut monumenta ad mortuos sepeliendos necessaria, aut rogos significat, quæ sequuntur, hoc indicant.

Ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας. Nam alij occupatis rogis alienis, mortuum suum imponebant, eósque succēdebant, alij dum corpus alterius cremabatur, suum, & quem ipsi ferebant mortuum imponentes, ita abibant.

Ἐπὶ πλέον ἀνομίας, ἀντὶ τοῦ πλείονος ἀνομίας. Fuit origo maioris improbitatis.

Καὶ ἐς τ' ἄλλα. παρὰ τὰς ταφάς.

Ῥᾷον γάρ. Facilius enim quilibet audebat ea palàm patrare, quæ aliâs pudore impeditus occultabat. τὸ ἑξῆς, ῥᾷον γὰρ ἐτόλμα τις ποιεῖν ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο, ὥστε μὴ ποιεῖν καθ' ἡδονήν.

Ἀγχίστροφον. momentaneā. ἐχόντων, obtinentium.

Καὶ πρὸς τὸ τερπνόν, καθ' ἡδονὴν. i. Dantes operam voluptatibus,

Ἐφήμερα. Caduca, fragilia, vnius diei.

Τὸ προσταλαιπωρεῖν. Ad toleranda dura, & incommoda, ad subeundos labores.

Ἄδηλον νομίζων. Incertum existimans an esset interiturus priùs quàm dignitatem istam adipisceretur.

Ἀπεῖργεν. Aut à voluptatibus, aut à quæstibus nefariis.

Τὸ μὲν κρίνοντες. Nihil interesse iudicantes inter cultum, & non cultum Deorum, quia videbant æquè interire eos, qui Deos castissimè colebant, atque eos, qui non colebant.

Τῶν δὲ ἁμαρτημάτων. Nemo autem sperabat se tātisper superstitem futurum, dum instituto iudicio facinorum suorum pœnas daret.

Πολὺ δὲ μείζω. νομίζοντες, ἢ κρίνοντες δηλονότι.

Τοιούτῳ μὲν πάθει. ἐπίλογος. In huiusmodi morbum Athenienses inciderunt, eoque grauiter premebantur.

Μνήμη δὲ ἐγένετο. Memorabatur etiam oraculum datum Lacedæmoniis, ab iis, qui hoc nouerant.

Κατὰ κράτος. Acriter, omni conatu, totis viribus, non lentè.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ χρηστηρίου. At quod attinet ad oraculum, euenta ipsa respondere ei coniiciebant.

Οὐκ ἐσῆλθεν ὅ, τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν. Non inuasit, non læsit, quod memoratu, & relatu dignum sit.

Ἐπενείματο. Grassata est, depasta est.

Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι. Redit ad historiæ seriem Thucydides. Narrauerat supra paulo post aduentum Peloponnesiorum cœpisse sæuire pestilentiam: eius deinde vim, & euenta digressus descripsit: iam repetit rerum gestarum ordinem: docet Peloponnesios cæsis locis campestribus, & planitie vastata, ad loca montana se conuertisse, ac primum eam partem vastasse, quæ spectabat Peloponnesum, deinde eam, quæ vergit ad Eubœam.

Πάραλον. Sic vocatam, quia erat mari proxima, erat etiam nauis publica, erat etiam in Thessalia πόλις τῶν μηλιέων.

Περικλῆς δέ. Perseuerabat Pericles in pristina sententia, &(quantum fieri poterat) continebat Athenienses in vrbe, neque patiebatur eos exire, & manum cum hoste conserere: interea verò dum hostes in locis erant campestribus, ipse, qui tum etiam dux erat, classem instruebat: qua instructa profectus est cum 100 nauibus bellum Peloponneso illaturus. Hæc narrat iam Thucyd.

Ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν: ἀντὶ τοῦ 100. naues, quibus hostes inuaderet.

Ἐπίμαχα. πρὸς τὸ σημαινόμενον. ἐπίμαχοι ἦσαν.

Ἱππέας. 300. Vt excursiones faceret.

Ἡ στρατιά. Pro classe, vice versa interdum ὁ στόλος pro exercitu apud Xenoph. ponitur.

Προσβαλόντες. Adorti vrbem, instituta eius oppugnatione, in spem venerunt eius expugnandæ.

Ὀρθουμένην. Stantem, erectam, florentem.

Ἡ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν. Quàm si priuatim floreat, ipsa afflicta iaceat.

Καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνήρ. Nam cuius priuatim res secundæ sunt, is euersa republica necesse est vt ipse quoque vnà cum republica intereat: cuius verò priuatim res aduersæ sunt, is stante, & florente republica facilè conseruatur.

Καὶ μή. nota παρενθέσεως non videtur mihi hic necessaria.

Ταῖς κατ' οἶκον. Debuerat esse οἱ ταῖς &c. Sed in oratione irata, & perturbata non seruatur consecutio.

Καὶ τοι ἐμοί. Atq; mihi tali viro irati estis, qui nulli secundus sum cùm prudentia, tum eloquētia, tum integritate, caritateque ergà rempublicam. φιλόπολις, studiosus reipublicæ.

Οὐκ ἂν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι. Qui verò vtramque istam virtutem & prudentiæ, & eloquentiæ habeat, oderit autem rempublicam, is non æquè dederit consilia amica.

Χρήμασι δὲ νικωμένου. Cui autem hoc etiam affuerit, integritas desit, cæteræ virtutes hac vna labe facilè diuendantur.

Ὥστ' ἐμοί. Itaque non meritò culpæ affinis existimandus essem, etiam si istæ virtutes vestro iudicio non eminere, & excellere, sed mediocres esse viderentur.

Οὐκ ἂν εἰκότως. Nullo meo merito iam culpam sustineam quasi vos in pericula coniecerim, & author istarum calamitatum fuerim: sed extenuat euenta verbo τοῦ ἀδικεῖν.

Πολλὴ ἄνοια. Nulla esset omnino danda venia si bellũ paci antepostuissent: damnãdi prorsus essent.

Ο φυγών. Vos potius quàm ego, reprehendendi estis.

Μὴ ὀρθὸν. Non rectam, non salutarem.

Χρεὼν καὶ ξυμφοραῖς. Necesse est resistere grauissimis calamitatibus, nec succumbere ad quoslibet casus. Cur ita? ne pristinam dignitatem obscuretis, labefacteris.

Εν ἴσῳ γὰρ. Perinde sint reprehendendi pristinæ dignitatis desertores, atque ij, qui temere alienam, & sibi minimè conuenientem appetunt.

Δικαιοῦσιν αἰτιᾶσθαι: δικαίως αἰτίας ὑπολαμβάνουσιν οἵτινες, ἢ δίκαιον οἴονται.

Ελλείπει: deserit, ἀπὸ τῶν δρομέων ἡ μεταφορά.

Απαλγήσαντας δὲ τὰ ἴδια: χρεὼν δηλονότι. Deplorata verò re priuata reipublicæ succurrendum est.

Εν τοῖς πρὶν λόγοις. In superioribus meis actionibus ἰδήλωσα δηλονότι.

Παρὰ τὸ εἰκὸς. Præter modum, plusquàm par est.

Εγὼ δὲ ἀποφαίνω, σημαίνω. Ego autem pronuntio duarum orbis terrarum partium, terræ (inquam) & maris, quarum vsus certior est, alteram totam esse in vestra ditione, ac potestate, neque esse quẽquam, qui vos tanto classis apparatu ingruentes impediat.

Ωστε. Itaque constat istam potentiam non esse conferendam cum commodo vel ædificiorum, vel agri, quæ amisistis, & quæ quasi maxima quædam commoda amissa deploratis.

Κατὰ τὴν χρείαν τῶν οἰκιῶν. Cum vsu, & commodo ædificiorum, & agri, quorum iacturam grauem existimatis.

Ων μεγάλων. quibus quasi magnis quibusdam rebus vos priuatos putatis.

Ην ἀντιλαμβανόμενοι. Si succurrentes eam nobis conseruauerimus.

Αλλων δὲ ὑπακούσασιν: ἀντὶ τοῦ ἄλλοις. Quod si in aliorum potestatem, ditionemque venerimus, nos etiam reliqxas fortunas reipublicæ esse amissuros.

Τῶν δὲ πατέρων. Neque degenerandum est à nostris maioribus, qui & res partas, conseruarunt, & conseruatas nobis tradiderunt.

Κατ' ἀμφότερα. Vtraque in re: in tuenda scilicet libertate & conseruando parto imperio.

Μετὰ πόνων κατέσχον. Res partas laboribus retinuerunt, & conseruatas nobis tradiderunt. ὑμῖν, ἴσως ἡμῖν.

Μὴ φρονήματι. Agnominatio, non solùm animo magno, & excelso, sed etiam contemptu.

Αὔχημα μὲν γὰρ. Rerum enim successus etiam ignauis attollunt animos ita, vt glorientur, qui verò se hostibus præstare persuasum habent, ij etiam eos contemnunt facile.

Καὶ τὴν τόλμαν. Itaque prudentia coniuncta cum audacia, fortuna pari, & animi magnitudine, sunt tutiores, & munitiores, ad illud occurrere videtur: qui alios contemnunt, facilè ipsi incurrunt in pericula: λύσις, per inficiationem, non ita: quia muniti pluribus virtutibus vitant pericula.

Παρέχεται ἐχυρωτέραν. Præstat munitam. τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ θετικοῦ.

Απὸ τῆς ὁμοίας τύχης: ὁμοίας. Vel hosti, vel cæteris virtutibus.

Ης ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχὺς. Cuius vis spectatur in rebus dubiis.

Πιστεύει. Fidit, nititur.

Γνώμῃ δέ. Sed fidit consilio, cuius prouidentia ex præsentibus copiis exploratior est.

Καὶ κινδύνου συναθροισμός. Si nihil hic deest, ἀποσιώπησις est, καὶ περίπλοκη.

Καὶ τόδε, τὸ ἐκστῆναι δηλονότι τῆς ἀρχῆς. Siquis etiam hoc iactat, & vitæ tranquillitate nititur, vel εἴ τις καὶ τόδε δηλονότι allegat, affert, εἴ τις inquam ἀνδραγαθίζεται τῇ ἀπραγμοσύνῃ, vel εἴ τις καὶ τόδε ἀνδραγαθίζεται ἀπραγμοσύνῃ, ἀντὶ τοῦ ἀνδραγαθιζόμενος τῇ ἀπραγμοσύνῃ λέγει. Si posteriore modo accipiamus, rectius fortasse legendum οὐ δεδιώς.

Αδικον. Violentum est, & iniquum.

Ετέρους τε. Amplificatio.

Καὶ εἴπου. Et si fortè liberi per se teneant ciuitatẽ i. & se ipsos, sensus est, genus istud hominum est adeò perniciosum, vt suis consiliis facilè sit euersurum & suam, & alienam rempublicam.

Επὶ σφῶν αὐτῶν, χωρίς. Seorsum.

Αυτόνομοι. Suo viuentes iure. q. d. nam si arbitrio alterius regantur, non ita, quam ob rem? quia qui rerum potietur, eos non audiet, nec obtemperabit eorum consiliis.

Τὸ γὰρ ἄπραγμον. Etenim quies, & tranquillitas nisi coniuncta sit cum agendi studio nullum habet vsum in ciuitate principe, sed in subiecta, quæ bona fide tolerat seruitutem.

Τὸ ἄπραγμον, ἡ ἀπραγμοσύνη. Res pro personis.

Μὴ τεταγμένον. Nisi iuncta sit, à re militari metaphora.

Δραστήριον. Agendi studium, propensio, & alacritas animi ad negotia.

Εν ἀρχούσῃ πόλει. Ciuitati imperanti) (ὑπηκόῳ.

Ασφαλῶς. Non dubiè, bona fide.

Παράγεσθε. Abducamini.

Επεὶ γίγνεται. Altera causa, cur nõ irati ei debeãt esse de pestilentia, & detrimentis inde inuectis: transfert crimen: non mea culpa hoc ita factum.

Ελπίδος κρεῖσσον. Quia præter alias rationes annus ille habebatur saluberrimus.

Καὶ δι' αὐτὴν. Et eius gratia ex parte intelligo me in maiora vestrum odia incurrisse.

Οτ' ἂν παράλογον. Nisi etiam cum aliquis rerum successus vobis obtigerit, eum mihi sitis tributuri: sed hoc non facietis, ergo ne hoc quidem faciatis.

Ταῦτα γὰρ ἐν ἤθει. Hæc enim & antea fuerunt vsitata nostræ ciuitati, & nũc minimè à vobis aboleantur.

Γνῶτε δέ. Scitote verò eam propterea maximum nomen vbique consecutam, quòd rebus asperis non cedat.

Ο δὲ δρᾶν τι βουλόμενος. Agendi studiosus, virtus in actione posita est. καὶ αὐτὸς, & alios hortabitur, & ipse imitabitur.

Τὸ δὲ μισεῖσθαι. Cæterum inuisos, & graueis esse in præsentia, non molestè ferendum est. Hoc enim accidit omnibus accidit.

Οστις δ' ἐπὶ μεγίστοις. Quicunque verò rerum mamaximarum gratia subit inuidiam, is rectè sibi consulit.

Τῷ ἤδη προθύμῳ. Præsenti animorum alacritate vtrumque quærite: & neque cum Lacedæmoniis de compositione agite, neque significationem date vos premi incommodis præsentibus.

Ως οἵτινες. Ab honesto. Nam qui in calamitatibus anguntur minimum, resistunt plurimum, hi omnium sunt præstantissimi publicè, & priuatim, vel Nam quæ respublicæ, quiquc priuati, &c.

Τοιαῦτα

Τοιαῦτα ὁ περικλῆς. Redit ad seriem historiæ Thuc. hac oratione P. dabat operam, vt iram, & inuidiam populi à se auerteret, & eum perterritum confirmaret.

Καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν. Et metu præsentium malorum liberare, abducere animum à præsentibus malis conabatur.

Τοῖς λόγοις ἀνεπείθοντο. Eius oratione flectebantur.

Τοῖς παθήμασιν. Incommodis priuatis.

Καλὰ κτήματα. Præclara, & egregia prędia, villasque magnificè ædificatas amiserant.

Οὐ μέντοι πρότερόν γε. Neque prius omnes iram, quam in eum conceperant, posuerunt, quàm pecunia eum mulctarunt.

Ἀμβλύτεροι. Qui callum iam dolori suo obduxerant.

Ἀσφαλῶς. Tutò, bona fide.

Ἐπεβίω. Post bellum ortum: alioqui sequeretur illud absurdum, quòd tandiu posthac vixerit, & tamen quasi κωφὸν πρόσωπον fuerit, ita nihil aut dixerit, aut egerit: hoc autem si fecisset, aliqua eius mentio à Thucydide facta fuisset.

Ἡ πρόνοια. Eius prouidentia in bello magis cognita est.

Κινδυνεύοντας τῇ πόλει. Periculis se obiectantes publico incommodo, & iactura.

Ἐς τοὐναντίον. Longè aliter, contra.

Τῇ πόλει ἐς τὸν πόλεμον βλάβη καθίστατο. Reipublicæ detrimentum in hoc bello afferebant.

Δυνατὸς ὤν. Pollens authoritate, atque consilio, & integritate.

Ἐλευθέρως. Liberè, & ingenuè, non q. d. vt alij, qui instar mancipiorum seruiebant plebi, eique assentabantur: itaque addit, καὶ οὐκ ἤγετο μᾶλλον.

Κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι. Ad metum redigebat: incusso metu reprimebat.

Καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως. Et vice versa temere formidantes, & perculsos, erigebat. ἀντικαθίστη: reuocabat ad fiduciam, restituebat eis animos.

Ἐγίγνετό τε. Itaque verbo erat status popularis, re ipsa vnius viri principis imperium: vel summa rerum verbo penes populum, re ipsa penes vnum Periclem erat.

Οἱ δὲ ὕστερον: σύγκρισις. Qui eum secuti sunt, non ita, sed seruiebant, & assentabantur populo.

Καὶ ὀρεγόμενοι. Et primum quisque locum affectantes.

Ἐτράποντο καθ' ἡδονάς. ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ λέγειν ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν τοῦ δήμου, καὶ ἐνδιδόναι τὰ πράγματα τοῦ δήμου.

Ὃς οὐ τοσοῦτον γνώμης. Quæ non ita peccato, & culpa eorum suscepta est, quos contra bellum gerebatur. i. hostium, quàm ipsorummet Atheniensium, qui &c. οἳ. ad Leontinos refert. Ἀμβλύτερα ἐποίουν. debilitabant.

Καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν. κατὰ τὰ περὶ τὴν πόλιν) (τὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ.

Ἐταράχθησαν. Perturbati fuerunt inter se, ortis scilicet mutuis odiis, & dissensionibus.

Σφαλέντες δέ. Re autem malè gesta in Sicilia, vel accepta ingenti clade, amissis exercitu, & classe.

Καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν. Neque prius succubuerunt, imperio cesserunt quàm cladem acceperunt sua culpa quàm euersi sunt domestica, & mutua culpa.

Ἐνδιδόναι. ἐξίστασθαι τῆς ἀρχῆς.

Περιπεσόντες ἐν σφίσι. Inter se colluctantes, collisi, metaphora sumpta ab illis, qui lapsi sunt ita, vt alij supra alios cadant.

Τοσοῦτον τῷ περικλεῖ ἐπερίσσευσεν. ἀντὶ τοῦ τοσοῦτον ἐπερίσσευσεν ὁ περικλῆς. Adeò cæteris præstantior visus est Pericles, ὃ ἐπειδὴ ἀπέθανεν, ἐπὶ πλέον ἔτι ἐγνώσθη ἡ πρόνοια αὐτοῦ. Adeò Pericles superauit cæteros prudētia, & prouidentia.

Ἀχαιῶν τῶν ἐκ πελοποννήσου. Erant enim etiam in Thessalia, οἱ φθιῶται, qui Ἀχαιοὶ Homero sunt, erat etiam gens ad mare Euxinum.

Ἐπέπλεον δέ. Vehebantur ea classe mille Spartani grauius armati, horum tantùm facit mentionem propter virtutis præstantiam.

Οὐ ξυνεχώρουν. Non faciebant deditionem.

Ἀριστεύς. Hic est ille, qui plurimum negotij exhibuit Atheniensibus ad Potidæam, & in Thracia.

Ἰδίᾳ. Non publicè missus, sed sponte sua veniēs: Argiui enim erant amici vtrisque.

Καὶ παύσαι βοηθεῖν. Et finem facere iuuandi eos suis auxiliis.

Δι' ἐκείνου. Illo adiuuante.

Ἀναστήσαντες: E suis sedibus excitassent.

Ἐστράτευσαν. Bellum intulerunt.

Ἔχθρα δέ. Causæ autem inimicitiarum cum Argiuis istæ fuerunt.

Ἀμφίλοχος. στράβων libro septimo, Ἀλκμαίωνα, non Amphilochum fuisse scribit.

Οὐκ ἀρεσκόμενος. Cum ei rerum status, qui erat Argis, non satisfaceret, non placeret, nō esset gratus.

Καὶ τοὺς δυνατωτάτους. Et potentissimos quosque illius regionis habebat incolas.

Ὑπὸ ξυμφορῶν δέ. Sed multis post seculis pressi calamitatibus, Ambraciotas finitimos in ciuitatis societatem accersiuerunt.

Καὶ ἑλληνίσθησαν. Et linguam græcā tum primum didicerunt ex eis, qui ciuitatis consortes facti sunt.

Ἐκβάλλουσιν. Vrbe pellunt, ἴσχουσι. Retinent vrbem.

Οἱ δὲ ἀμπρακιῶται. Redit ad propositum: causas inimicitiarum exposuit, digressione vsus, iam redit eò, vnde digressus fuerat. Ἐν τῷ πολέμῳ: τῷδε δηλονότι.

Τὴν δὲ τὴν στρατείαν ποιοῦνται. Istam expeditionem suscipiunt.

Προσεδέξαντο. Conditionem acceperūt, tum quia intelligebant exercitum in loco frigido magna perferre incommoda, tum quia sciebant rempublicam maximos sumptus in eā obsidionē fecisse.

Οὐ δίκαια ποιεῖτε. Neque rectè, neque ex dignitate vestra, maiorumque vestrorum agitis, qui agrū Platæensem inuaditis.

Μετὰ ἑλλήνων. Supprimunt nomen Atheniensium & Thebanorum, ne offenderent Lacedæmonios, si Thebanos amicos, & socios eorū proditionis crimine notassent, Athenienseis hosteis Græciæ liberatores appellassent.

Θύσας ἱερά. Victimis immolatis in foro Platæensi.

Καὶ ξυγκαλέσας. q. d. coram omnibus sociis.

Ἔχοντας. ὥστε ἔχοντας οἰκεῖν.

Στρατεῦσαί τε. Supple cauit, aut aliud eiusmodi, ne quis iniustè, ac seruitutis imponendæ gratia, bellum inferret.

Εἰ δὲ μὴ ἀμύνειν. Alioqui eos, qui aderāt, vim pro-

pulsare oportere.

Τὰ δὲ μὴ ἡμῖν. Transit ad alteram collationis partem: illi libertatem dederunt: vos eam eripere conamini.

Μάρτυρας δὲ. ἀντὶ τοῦ δή. Quare contestati deos, & eos, qui fœderi illi præfuerũt, & vestros, nostrosq; præsides, vobis prædicimus, ne &c.

Τοὺς ὑμετέρους. Qui conscii sunt eius fœderis.

Μὴ ἀδικεῖν. Ne lædatis. μήτε παραβαίνειν. neue violetis.

Δίκαια λέγετε) (οὐ δίκαια ποιεῖτε. Est perinde ac si dixisset, imò vos facitis iniuriam, & tamen nobiscum expostulatis, vt latenter arguat eos & improbitatis, & impudentiæ, sed εἰρωνικῶς loquitur.

Ποιῆτε ὅμοια. ἀντὶ τοῦ δίκαια πράττητε.

Καθάπερ γὰρ. Plena oratio fuisset, sed iniquè agitis: ratio, quia libertatem traditam, & concessam non conseruatis, &c.

Μεταχόντες. Eadem pericula subierunt.

Ὑμῶν τε ξυνώμοσαν. Eiusdẽ fœderis socij facti sunt, confœderati sunt.

Παρασκευὴ ποιῆδε, καὶ πόλεμος. ἐν διὰ δυοῖν.

Ἢ μάλιστα μέν. Offert cõditiones: aut ad nos transite, aut arma deponite, & neutros iuuate.

Καὶ τάδε. Quamuis q. d. de iure nostro decedamus.

Ὡς ἔνορκοι ὄντες. Propterea quòd cautum esset de vtrisque recipiendis.

Πόλιν. καὶ οἰκίας. Totum, & pars. cõtinens, & contentum.

Α προκαλεῖται. Conditiones oblatas.

Πάλιν ἦλθον. βραχυλογία.

Ἐπισκήπτουσι. Mandant, obtestantur.

Χῶμα ἔχουσι. Agnominatio, vt λῆρον ληρεῖν.

Ταχίστην αἵρεσιν. ἀντὶ τοῦ ὡς τάχιστα αἱρεθήσεσθαι αὐτοῖς.

Κιθαιρῶνος. In hoc monte præcipuè colebatur Bacchus.

Διῃρημένοι. Partiti opus inter se ad requiem. ὥστε τοὺς μέν. ἐξήγησις τοῦ κατ' ἀναπαύλας.

Ξυνεφεστῶτες. Operi præpositi, vrgebant milites ad opus.

Καθαιροῦντες. Detrahentes, demolientes.

Οὐ σχολαίτερον. Non segnius. ἰσοδύναμεῖ ἡ ἄρνησις τῇ καταφάσει. Ἤρετο τὸ ὕψος. Res pro personis.

Ἐπινοοῦσιν. Excogitant, comminiscuntur.

Ἡ προσέπιπτε. Qua agger excitabatur, sed habet τὸ περὶ ὁμμάτων, καὶ ἐνάργειαν. Ingruebat.

Ἐσέβαλλον. Demiserunt, immiserunt in aggerem.

Ἐς τὸ διῃρημένον. Eam muri partem versus, quæ erat aperta.

Ὅπως μὴ διαχεόμενον. Ne diffusus agger, ne diffluens, sicut humus subduceretur, in vrbem importaretur.

Δεδιότες δέ. Sed veriti facultatem sibi resistendi etiam sic defore.

Ἐπαύσαντο ἐργαζόμενοι. Maius illud opus facere destiterunt, sed ab vtroque eius latere, qua erat iunctum muro humiliori, murum lunata forma vrbem versus ducere cœperunt.

Ἀμφιβόλῳ. ἀντὶ τοῦ κινδύνῳ. Ἀμφιβολογία. In ancipiti.

Βρόχους περιβάλλοντες. Cæsar libro septimo Belli Gal. in obsidione Auarici. Nam & laqueis falces auertebant, quas cùm distinuerant, tormentis introrsus reducebant, & aggerem cuniculis subtrahebant.

Ἀπὸ τῆς τομῆς. A capite, ab extrema earum parte.

A Ἐπικεκλιμένων. Prominentibus.

Ἀπεκαύλιζε. Refringebat rostrum machinæ.

Τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. Rostrum prominens. Τὸν ἔμβολον τὸ προέχοντα.

Καὶ τῷ χώματι. Et aduersus aggerẽ murus ligneus erigebatur.

Τεφθεῖσα. collisa. ὑπ' ἀνέμων. vi ventorum.

Πρὸς αὐτήν. ὕλη. Est collectiuum, valet idem atq; arbores. itaque πρὸς αὐτὴν valet idem atque πρὸς ἀλλήλας.

B Ἀνῆκεν. Edidit, emisit. Ἐν τοῖς γὰρ πολλοῦ χωρίου. Nam intra spatium amplum vrbis, & murorum se contraxerant, & ad muros accedere nequibant. τὸ χωρίον. oppidum, id est, partem exteriorem oppidi.

Ἐπιστρατεία τῶν πλαταιέων. ἀντὶ τοῦ, τῇ τῶν πελοποννησίων ἐπιστρατεία πρὸς τοὺς πλαταιεῖς. Sed passiuè positus est iam casus patrius, simul atque Platæenses bello petiti sunt à Peloponnesiis.

Ὑπὸ τινῶν ἔνδοθεν πρασσόντων. Opera nonnullorum ciuium, qui ad eam rem solicitabant.

C Ἧς. στρατιᾶς. Quibuscum ex vrbe progressis Athenienses ineunt prœlium sub ipsam vrbem.

Εἶχον δέ τινας. Docet cuias esset leuis armatura Chalcidensium.

Ἀρτι δὲ τῆς μάχης. Post prœlium modò initum.

Ἐπιβοηθοῦσιν. Ferunt subsidium.

Θαρσήσαντες. Confirmati, sumptis animis.

Καὶ ἀναχωροῦσιν. οἱ ἀθηναῖοι.

Παρὰ τοῖς σκευοφόροις. Vt eis essent præsidio.

Ἐπεραιώθησαν λαθόντες. Clàm Phormione trãsfre-

D tarunt. ἔλαθον περαιωθέντες.

Ἀρχικοῦ. Ex qua reges creabantur.

Ἐπίτροπος ὤν. Tutelam gerens.

Κώμην. Pagum Limneam.

Τ' ἄλλα. χωρία δηλονότι.

Οὔτε ξυνεβοήθουν. Neque sibi inuicem ferebant auxilium &c. carpit latenter Cnemum ducem Laced. qui etiam sic, distractis scilicet viribus Acarnanum, rem gessit infeliciter.

Κελεύοντες ἀμύνειν. Petentes auxilium.

E Προλοχίζουσι περὶ τὴν πόλιν ἐνέδρας. ἀντὶ τοῦ, ἐνεδρεύουσι περὶ τὴν πόλιν, tendunt ante insidias in locis vrbi proximis.

Ἐς φόβον καταστάντων. Timore perculsis.

Διαφθείρονται. Cæduntur.

Καταληφθέντες. ἀντὶ τοῦ, ἵνα καταλάβωσιν.

Ἐνέκειντο. Ingruebant, effusa fuga ferebantur, fugientes irruebant, incumbebant. Ἐγκεῖσθαι de hoste potius dicitur: sed iam Thucydides vult subindicare barbaros fugientes ita cursu incitatos irruisse in

F amicorum castra, vt instar hostium ferri viderentur.

Ξυναγαγόντες. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Τὰ στρατόπεδα. τὰ ἑλληνικά. Contractis, iunctis castris.

Ἐς χεῖρας. Quia Stratij nondum volebant prœlium committere. ratio: quia nondum venerant auxilia, &c.

Ἀπωθεν δὲ σφενδονώντων. Sed ex locis remotis iaculabantur, & fundis hostem infestabant. L. V. sed e-

G minus fundis cum periculo lacessebant. F. P. Sed fundis eminus lacessebant, & ad inopiam consilij compellebant.

Οὐ γὰρ ἦν. Ratio cur ἐσφενδόνων ἄποθεν. Neque enim audebant propius accedere sine manu grauius armata.

Ἄνευ ὅπλων. Sine agmine armatorum.

Κατὰ

Καὶ ὡς τάχος. Ergo profectio fugæ similis.

Ξυμπαραγιγνομένων. Adiunctis.

Μὴ ξυμβοηθῶσιν. Ne ferrent auxilium. οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἀκαρνᾶνες αὐτῶ. ἀντὶ τῶ, τοῖς αὐτῶ.

Ανελόμενοι. L. V. vertit occisis. erit igitur ἀντὶ τοῦ ἀνελόντες, vt sit generis ἐνάλλαγή, medium pro actiuo: si non sit enallage, erit sensus susceptis, suscepta maxima parte hominũ, qui erant in nauibus, & translata in suas naueis, vt eos haberent vinctos, & captiuos, vnde pecuniam exigerent: potest etiam elici alius sensus: cùm suscepissent plerosque homines de suis, qui inter prœliandum ceciderant in mare.

Παρέπλευσαν δέ. Præteruecti etiam Peloponnesij Cyllenem peruenerunt.

Ξυμβούλους. Viros, quorum consilio Cnemus vteretur.

Καὶ μὴ ὑπ' ὀλίγων νεῶν. Et ne à paucis nauibus prohiberetur vsu maris iubebant, vt prœlium nauale commodiùs instituerent, nec paterentur se vsu maris prohiberi à tam exiguo numero nauium.

Βελτίω. ἀντὶ τοῦ ἥκιστ, secundum: nam superius fuerat aduersum.

Αλλως τε καὶ πρῶτον. Confirmatio, quia tum primum prœlium nauale experti fuerant.

Οὐκ αὐτοὶ ἀληθέντες. Carpit obiter Lacedæmonios, qui non intelligerent causam, cur victi fuissent, causa erat, longus, & diuturnus vsus Atheniensium, imperitia Lacedæmoniorum. ἐκ πολλοῦ) (δι' ὀλίγου.

Ξὺν ὀργῇ οὖν. Quare cum indignatione, id est, indignati ducibus miserunt.

Οἱ δὲ ἀφικόμενοι. Hîc ego distinguo.

Τὰς προϋπαρχούσας. Superiores.

Ως καθ' ἡμέραν ἑκάστην. Quòd de die in diem instaret prœlium.

Ελπίδος οὔσης. κατ' εὐφημισμόν.

Απλοίας. Difficultate nauigandi.

Διέχετον. Si ad ῥία referamus, dissentiet Strabo à Thucydide. ille enim non septem, sed quinq; stadiis distare inter se hæc promontoria scribit: si ad Peloponnesios, & Phormionem, nullum erit dissidium.

Ανθώρμουν. Obtinebant stationes oppositas.

Τῆς γνώμης τὸ μὴ νικηθέν. Ea pars animi, quæ victa vi non est.

Κατὰ κράτος) (τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης, τῇ ἀπειρίᾳ.

Αντιλογίαν τινά. Aliquam facultatem disputandi, & purgandi sui.

Ταῖς τύχαις. Rebus fortuitis.

Υμῶν δὲ οὐδ' ἡ ἀπειρία. Vos autem non tam estis inferiores imperitia, quàm superiores audacia, & fortitudine.

Τῶν δὲ ἡ ἐπιστήμη. A contrariis. isti autem nisi coniunctam haberent fortitudinem cum disciplina rerum nauticarum, in periculis perterriti obliuiscentur sui artificij.

Οὐδὲν ὠφελεῖ. Nihil prodest.

Τὸ δεδιέναι. ἀντὶ τοῦ τὸν φόβον.

Τὸ ἀπαρασκευοι τότε τυχεῖν. Debuerat dicere diligẽtiam adhibendam, iam dicit pristinã negligẽtiam, qua factum est, vt superati fueritis: vt innuat ea remota, & loco eius adhibita diligentia, futurum, vt victoriam referant.

Τὰ δὲ πολλά. Plerunq; verò victoria eos sequitur, qui & numero superiores sunt, & disciplina, diligentiaque instructiores.

Ωστε οὐδὲ καθ' ἕν. Itaq; nulla ex parte reperimus, id est, intelligimus nos superatum iri, nos infeliciter rem gesturos esse.

Τὴν ἐπιχείρησιν. Commoditatẽ aggrediendi hostis, & pugnæ ineundæ nos adornabimus, parabimus, nec præbebimus occasionem cuiquam, vt sit ignauus.

Κολασθήσεται. Pro merito plectetur, debitas luet pœnas: viri verò fortes dignis virtute præmiis ornabuntur.

Αθυμοῦντας. Animum despondere, fractos, & debilitatos animo.

Τοῦ θαρσεῖν. ἕνεκα τοῦ θαρσεῖν.

Τὸ πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου: Hoc est, maiorem numerum nauium, non parem nostris.

Ωμάλιστα πιστεύοντες. τῇ ἐν τῷ πεζῷ ἐμπειρίᾳ δηλονότι.

Σφίσι. In suum vsum.

Εκ τοῦ δικαίου. ἀντὶ τοῦ εἰκότως, ἢ δικαίως, τὸ δὲ, ἡ ἐμπειρία.

Hæc peritia, hæc facultas.

Ησσηθέντες παρὰ πολύ. Minimè dubio marte superati.

Μὴ δὴ αὐτῶν. Quare ne formidetis eorum audaciam: quæ q. d. nulla futura est.

Πολὺ δὲ ὑμεῖς. Immò vos maiorem illis incutite terrorem.

Παρέχειν φόβον. Prębere metum, inferre, incutere metum.

Πιστότερον. L. V. vt credibile est. F. P. & verisimilius. ἀντὶ τοῦ μᾶλλον εἰκότως, διὰ τὴν ἧσσαν τὴν προγεγενημένην, καὶ τὸ προενενικηκέναι.

Αντίπαλοι μὲν γὰρ οἱ πλείους. Nam aduersarij, qui numero superant, vt isti faciunt, opibus magis, quàm consilio freti hostem inuadunt: qui verò multis rebus inferiores sunt, & ad pugnam nulla necessitate coguntur, ij audent propter ingentem animi virtutem.

Τὸ βέβαιον τῆς διανοίας. Animi constantia, virtus.

Α λογιζόμενοι οὗτοι. Efficit hosteis consternatos esse animis, propterea reputantes sua incommoda, & aduersariorum commoda.

Πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα. Quanquam multi iam exercitus maiores à minoribus profligati sunt, vt Barbarorum à Miltiade in campis Marathoniis.

Ατολμία. δειλία.

Εκὼν εἶναι. Quia faciet, sed ἄκων.

Οὐδὲ πλεύσομαι. Neque in eum penetrabo, ingrediar.

Αναστροφαί. Facultates repetendæ irruptionis.

Δέχεσθε. Accipite. *Accipe nunc Danaûm insidias*, &c.

Αλλως τε καί. Præsertim cùm hostes non longè absint, cùm hostium stationes proximę sint, atque ita procursus sit futurus breuior.

Πλείστου ἡγεῖσθε. Plurimi facite disciplinam, & silẽtium. κόσμον, in seruandis ordinibus. σιγήν, vt imperata audiatis, & faciatis.

Επειδὴ αὐτοῖς οἱ Ἀθ. Quoniam Athen. in sinũ & angustias non ingrediebantur, nec tendebant in eos.

Αὐτοῖς. In ipsorum commodũ, vel ἐπίπλεον αὐτοῖς, contra eos ferebantur.

Επὶ τεσσάρων. Instructa classe in ordines, quorum singuli quaternas naues habebant.

Δεξιῷ κέρα ἡγούμενοι. Dextro cornu procedente, sicut in statione steterant.

Επὶ δ' αὐτῷ τῷ δεξιῷ κέρᾳ. Constituunt post cornu dextrum.

Επιβοηθῶν. Auxilium ferens ea iter faceret, non

effugeret, non præteriret cornu dextrum: sed intercluderetur. οἱ ἀθηναῖοι. μετέβασις περιφορικὴ.

Τὸν ἐπίπλουν σφῶν: αὐτὶ τοῦ σφᾶς ἐπιπλέοντας.

Κατὰ σπουδὴν. Festinabundus, ἐμβιβάσας. Impositis in naues militibus.

Παρεβοήθει. Aderat secutus oram maritimam, vt esset auxilio.

Ἐπὶ κέρως. Singulis nauibus in seriem instructis.

Αἵπερ ἡγοῦντο. Quæ præcedebant.

Κενάς. Quia qui erant in illis enatauerant.

Ξὺν τοῖς ὅπλοις. Studium Messeniorũ erga Athen. subindicat, dum demonstrat eos non dubitasse in apertissima pericula se obiicere: primum contra hostes victores, deinde mare ingredi armatos, naueis conscendere, &c.

Ταύτῃ μὲν οὖν. Transitio. Hac parte, hoc loco Peloponnesij victores classem Athen. afflixerunt; at 20 illæ naues celeres, quæ erant post dextrum cornu collocatæ, persecutæ xi Atheniensium naueis, quæ euaserant, quæque in portum Naupacti sese receperant, non ita rem feliciter gesserunt. Hæc est summa: sed explicat quomodo res gesta fuerit.

Καὶ φθάνουσιν αὐτοὺς περικαταφυγοῦσαι. τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἑξῆς. Præuerterant hostem, & in portum se receperant.

Ἢν ἐς τὴν γῆν. Si in terram contra se hostes tenderent.

Ἔτυχε δὲ ὁλκάς. Fortè nauis oneraria aliquantum procul à portu stabat ad anchoras: ad quam Attica nauis cùm prior peruenisset, circumacta incurrit in persequentem Leucadiam, eamque deprimit.

Τοῖς μὲν οὖν πελοποννησίοις. Itaq; Peloponnesiis terror iniectus re inopinata, minimeque sperata.

Καὶ ἅμα ἀτάκτως. Ad hæc incõpositi (vt in victoria plerunq; vsu venire solet) persequentes, alij demissis remis cursum inhibuerant, alij locorum imperitia in breuia impegerant.

Πρὸς τὴν ἐξ ὀλίγου ἀντεξόρμησιν: Hoc est, aduersus Athenienses ex propinquo irrupturos.

Καὶ ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος. Et signo dato ἀπὸ τοῦ κελευστοῦ.

Ἐμβοήσαντες. Sublato clamore, qui acuit animos.

Ὀλίγον χρόνον. Paulisper.

Ἐσφαξεν ἑαυτόν. Gladio se transfegit.

Διδαξάντων τῶν μεγαρέων. Edocti à Megarensibus.

Ἄκληστος. Nullis catenis clausus.

Διὰ τὸ ἐπικρατεῖν. τοὺς ἀθηναίους δηλονότι.

Ἐδόκει δὲ λαβόντα. Quo modo res gesta fuerit, demonstrat: præceperunt vt singuli remiges remum ferrent, vt puluinum & scalmum, atque ita ex sinu Crissæo in mare Ægæum transirent. Eò cùm peruenissent, naueis Megar. deducerent, eas conscenderent, & ita rem gererent.

Τροπωτήρ. τροπός, lorum, quo remi scalmis alligantur. ὅμηρος Ιλιάδος λ. Ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν. σκαλμὸς deinde est lignum teres, cui remus funiculo isto alligatur, ὁ καὶ τροπωτήρ.

Καὶ νεῶν τειῶν φυλακή. Et præsidium trium nauium.

Φυλακὰς τοῦ πειραιῶς καθίστασαν. Præsidia in portu disposuerunt.

Καταδραμόντες. Magna ex parte populati excursionibus.

Ὁ, τι γὰρ περδίκκας. Explicat Thucyd. quæ fuerint promissa illa duo, quorum paulò antè mentionem fecit, & quorum causa bellum hoc susceptum dixit: alterum erat (inquit) quod Perdiccas fecerat: nam Perdiccas promiserat Sitalcę, si se reconciliaret Atheniensibus, à quibus bello premebatur, & Philippum fratrem hostem factum non restitueret regnandi gratia, fore, vt ei nescio quæ præstaret, quæ tamen postea non præstabat. Itaque bellum susceptum, vt eum cogeret prestare promissa: alterum erat quod ipse Sitalces promiserat Atheniensibus se finem impositurum bello Chalcidensi.

Κατ' ἀρχάς. Nam postea leuatus fuit eo onere.

Οὐκ ἐπετέλει. Non præstabat, non excludebat.

Καταλύσειν. Finem impositurum bello Chalcidensi.

Τὴν ἔφοδον ἐποιεῖτο. Bellum inferebat, αὐτὶ τοῦ ἐστράτευεν.

Φιλίππου υἱόν. Ergo pater mortuus erat.

Ὁρμώμενος. Profectus, digressus, vel exorsus.

Ἀνίστησιν. Euocat ex eorum sedibus.

Ὑπερβάντι αἷμον. Si Æmum superaueris.

Μέρη. ἐθνῶν δηλονότι. χωρία.

Ἐκ τοῦ σκομίου ὄρους. Io. Boc. in Hæmo monte nasci dicit, & Macedoniam diuidere à Thracia.

Ἐχόμενον τῆς ῥοδόπης. Iunctus Rhodopæ.

Στρογγύλη) (νηὸς εἴσης ὅμηρος.

Τὰ ξυντομώτατα. Ad minimum, cursu compendiosissimo.

Ὁδῷ δὲ τὰ ξυντομώτατα. Pedestri autẽ itinere quàm compendiosissimo fieri posset.

Εὔζωνος. Expeditus. Τελεῖ, Peruenit, conficit iter.

Ταύτῃ γάρ. Hac enim longissimè à mari aberat.

Οὐ τὰ μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις. Receptam illam quidem aliis quoque Thracibus.

Καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ. Et reliqua rerum copia.

Ταύτῃ δέ. Huic verò nullæ possunt esse pares neque in Europa, neque in Asia, vna inquam gens si cum vna conferatur.

Οὐ μὴν οὐδ' ἐς τὴν ἄλλην εὐβουλίαν. Præterea inferior est ista natio cæteris nationibus grauitate, & prudentia.

Περὶ τῶν παρόντων ἐς τὸν βίον. In rebus ad vitam necessariis.

Τὸ ἀρχαῖον ὄντες ἐξ ἄργους. Olim ex vrbe Argis oriundi.

Ἐκτήσαντο. Compararunt, quæsierunt, adepti sunt.

Ἀναστήσαντες. Quo modo? pulsis incolis vi.

Στενήν τινα. τῆς δὲ παιονίας ἐκτήσαντο στενήν τινα χώραν δηλονότι.

Νέμονται. Colunt, tenent.

Ὧν οἱ μὲν πολλοί. Sic scribendum, non vt in Ald. codice. οἱ μὲν, οἱ μακεδόνες οὗτοι, οἱ κάτω δηλονότι, καὶ θαλάσσιοι.

Ἐσεκομίσθησαν. Se receperunt.

Καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. Currus intelligit, machinas, & alia id genus, & reliquo instrumento.

Οἱ δῆλοι βασιλεῖς ὀκτώ. περδίκκας, ἀργαῖος, φίλιππος, ἀέροπος; Ἀλκέτης, ἀμύντας, ἀλέξανδρος, περδίκκας, qui octauus erat à Perdicca. Herodotus libro octauo.

Ἐς τὴν φιλίππου. Cuius filium Amyntam secum adducebat Sitalces, vt in regnum restitueret.

Περικλειόμενοι. Circumuenti autem multitudine in discrimẽ se coniiciebant propter hostium multitudinem longè numerosiorem.

Ἡσυχίαν ἦγον. Lacessere hostem desierunt.

Λόγους ἐποιεῖτο. Cœpit agere de compositione.

Καθ-

Καθημένυ. Dum castra statiua habet, vel dum otiatur, & moras nectit. Δημοσθένης secunda Olynth. Αλλ' οἴμαι καθῆμεθα, οὐδὲν ποιοῦντες.

Καὶ μέγιστον μεθ' ἑαυτὸν δυνάμενος. Et potentia, & authoritate erat secundus.

Ἐπ' αὐτῇ. Præter sororem melius, vt esset vnum beneficium sororem ei dare in vxorem: alterum, pecuniam. atque ita pecunia non erat futura loco dotis, sed loco mercedis.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν σιτάλκου. Atque Sitalcæ expeditio hunc habuit exitum.

Ὁ γὰρ Ἀχελῷος. Summa est: quia castra haberi ad vrbem non poterant. quam ob rem? duas affert causas. anni tempus hybernum, & vim frigorum, quæ vix tolerari potest à militibus: & copiam aquarum, quæ stagnis vrbem cingit. vnde istæ aquæ? fluuius Achelous eas inuehit: hinc igitur orditur.

Περιλιμνάζων. Paludibus circundans.

Ἐν χειμῶνι. Vel propter vim frigorum, vel quia hyeme crescebat flumen.

Κεῖνται δὲ καὶ τῶν νήσων. Sitæ sunt etiam pleræq; insulæ Echinades è regione vrbis non procul ab ostio Acheloi. atq; ita sitæ, vt adiuuent eam alluuionem: hæc est facultas, qua confirmat vrbem Æniadas circundari paludibus, & stagnis: nam demonstrat Echinadas plerasque ita oppositas esse ostio fluminis, vt cùm ei non pateat cursus liberior in altum, dum remoratur aquas, & limum congerit, augeat alluuionem, & aerem reddat pestilentiorem.

Προσχοῖ. Aggerit, inuehit limum.

Ἐλπὶς δὲ καὶ πάσας. Idem omnibus euenturum affirmat Thucyd. progressu temporis.

Τό, τε γὰρ ῥεῦμα. Nam flumen est altum, & rapidum, & turbidum, vel sabulosum.

Αἱ, τε νῆσοι. Partim à vi, & natura fluminis, partim à numero, & situ insularum hoc probat.

Πυκναί. Hæc est causa cur σύνδεσμοι γίγνονται ἀλλήλαις, id est, cur aliæ cum aliis iungantur, & copulentur, quia πυκναί.

Σύνδεσμοι τῆς προσχώσεως ἀλλήλαις γίγνονται: Id est, faciunt, vt limo inuecto inter se copulentur, & iungantur.

Παραλλάξ. Gradatim, non directo ordine sitæ, longa, & transuersa serie.

Οὐδ' ἔχουσαι εὐθείας διόδους. Neq; habent directos aquarum exitus in altum, id est, neq; præbent aquis liberum exitum in altum, sed impediunt, & remorantur eum. explicat illud παραλλάξ.

Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι. Hic excurrit paulisper Thucydides, & delectandi gratia tangit fabulam Alcmæonis.

Ὅτι δή, λέγεται supple, ἢ ὅτι δὴ ἠλᾶτο. Hoc facit aptissimè. paulò ante fecit mentionem Echinadū, quas ex insulis continentem factas dixit ex limo aggesto per Acheloum flumen: ea verò terra quæ ex limo aggesto extiterat, antea non erat. hoc itaq; vaticinatum Apollinem Alcmæoni furiis agitato ait, vt eam terram incolendam peteret, quę antea non extabat.

Οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων. Terroribus illis liberatum non iri.

Ὡς τῆς γε ἄλλης. Quia cætera tellus piaculo cōmisso polluta erat.

Ἐγκαθεζόμενοι. Castra ponentes, vel castra habentes.

Κακουργεῖν. Cæderet, vastaret, popularetur loca suburbana.

Προσβολαί. αὐτὶ τοῦ οἱ ἀθηναῖοι προσέβαλλον.

Ἀναγκασθέντες δὲ. λύσις τῆς ἀντιπιπτούσης. Cur igitur nō exportarunt rei gerendę opportunitatem: hoc est, tantisper dum aut Lacedæmonij eos reciperent in fidem, aut ipsi suis opibus tueri se ipsos possent? λύσις. detecta fuit eorum coniuratio.

Πρότερον ἢ διενοοῦντο. Maturius, quàm secum constituerant.

Ἰδίᾳ. ἰδιῶται) (ἄρχοντες.

Μηνυταὶ γίγνονται. μηνύουσιν.

Διαλύειν τὴν ξυνοίκησιν. Dimittere eas copias, quas in vrbem commigrare cogebant.

Ἐξαπιναίως. Nouatum, & poeticum, ab ἐξαπίνης.

Ἐς εὔβοιαν. Breuis est traiectus.

Καὶ πεζῇ. Diligentiam hominis indicat.

Τεταρταῖος. αὐτὶ τῆς τετάρτῃ ἡμέρᾳ. τὸν ἐπίπλουν. Aduentum hostium.

Ἀπαράσκευοι δὲ. Ac primùm Mitylenæi, quanquam imparati, tamen resistere cœperunt, sed victi nauali prœlio de compositione agere cœperunt.

Ἔκπλουν ἐποιήσαντο. Eduxerunt classem.

Ταλαιπώρως. Aspera vsi nauigatione.

Ἐπράσσοντο. Solicitabant.

Καὶ περιορμισάμενοι τὸ πρὸς νότον τῆς πόλεως. Et classe partem australem vrbis circundantes.

Τὸ μὲν καθεστώς. Procœmium huius concionis habet purgationem Mitylenæorum κατὰ προσλῆψιν. q. d. etsi non ignoramus vos malè sentire de nobis, qui defectionem fecimus, tamen non dubitauimus vos adire, & petere, vt in societatem, fidemque vestram nos recipiatis, quia speramus nos probaturos multis nos iustisque de causis adductos hoc fecisse.

Οἱ δεξάμενοι. Efficit latenter illud, se esse recipiendos.

Καθ' ὅσον μὲν ὠφελοῦνται. F. P. quatenus eorum interest. L. V. dum illis vtiles sunt.

Χείρους ἡγοῦνται. αὐτὶ τοῦ oderunt, vt proditores) (ἐν ἡδονῇ ἔχουσιν.

Καὶ οὐκ ἀδίκως. ἐπίκρισις. Atque hæc opinio non est reprehendenda, meritò.

Εἰ τύχοιεν. Distributio totius purgationis, quæ est partim in aduersariis, partim in ipsismet sita.

Ὁ ἡμῖν. Quæ conditiones, sed ἐνικῶς figuratè.

Ἐν γὰρ τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης. Illud suscepit probandum Legatus Mityl. Mitylenæos neque perfidiæ, neque proditionis crimine esse damnandos: proposuit tria potissimum argumenta, quibus demonstrat se iure ab Atheniensibus defecisse: primùm, quia non erat par voluntas. deinde, quia potentia erāt inferiores: postremò, quia illi dederunt rebellandi materiam: cœperat paulò antè fidem facere, voluntatem non esse parem: dixerat nisi sit par voluntas, & morum, institutorumq; similitudo, nullas amicitias neq; publicè, neque priuatim conseruari posse. huius rei probationem affert iam à loco contrariorum: nam (inquit) animorum, voluntatumq; dissimilitudo facit, vt actiones etiam, & facta vtrorumque sint dissimilia.

Ἀπολιπόντων. ἀπολείπειν τι, aliud. aliud ἀπολείπειν ἔκ τινος. ἀπολείπειν ἔκ τινος est discedere ab aliqua re: itaq; oppositum eius sequitur παραμένειν.

Ὅσῳ δυνατώτεροι. αὐτὶ τοῦ ὅσῳ ἡ δύναμις αὐτῶν ηὔξετο, καὶ ἐγίγνετο μείζων.

Η ὁδὸν αὐτοῖς ἐς τὴν ἀρχήν. Quàm quatenus ad quærendum imperium, res obtineri posse facilius existimabant honesta quadam præscriptione, & arte potius, atque consilio, quàm vi, & armis.

Εὐπρεπεῖα λόγου. Aduersus criminatores hęc dicuntur. Græcos in seruitutē redigitis. λύσις, hoc non facimus: nam Lesbij, Chij, & alij socij non sequerentur, neque adiuuarent nos, nisi causa nostra esset optima, & illis probatissima, & nisi ij, quos contra nobiscum arma ferūt, essent digni, quibus bellum inferatur.

Μαρτυρίῳ. Nostro scilicet, & Chiorum testimonio.

Κατεχόμενοι. Retenti. Ἱκανάς, quæ pondus, & vim habent.

Πρὸς ἀσφάλειάν τινα τρέψαι, hoc est εἰς ἀπόστασιν. sed honestis verbis rem turpem exprimit.

Διπλῆν ἀπόστασιν. ἀπόστασιν appellat iam abstinentiā à maleficio, & à subigendis Græcis, vocat etiā τὴν δειμώτητα, ἀπόστασιν, vitationē periculi sibi imminentis ab Atheniensibus, qui erant aliquando eos subacturi: alioqui rebellio est defectio ab imperio alterius vel oppugnādi eius causa, vel transeūdi gratia ad hostem, vel etiam libertatis parandæ gratia.

Ἀπὸ τε τῶν ἑλλήνων. ἀπόστασιν ἀφίστασθαι ἀπό τινος. Abstinere ab aliquo, deficere, defectionem facere.

Η καὶ μᾶλλον. Quò magis oportet vos receptis in societatem nobis, quàm celerrimè succurrere.

Ἵνα φαίνησθε. Vt cōstet vos succurrere quibus succurrendum est, & simul hostes lædere.

societatem nobis. quam celerrimè succurrere.

Καιρὸς δέ. Ad quod adest opportunitas, qualis nunquam antea.

Τετάχαται. Instructæ, constitutæ sunt.

Περιουσίαν νεῶν. Copiam nauium.

Βραδέως ξυνελέγοντο. Lentè conueniebant.

Καὶ ἐν καρπῷ. Et erant occupati in comportandis frugibus, messis tempore.

Καὶ νῆες τοσαῦται. Et tantus numerus nauium, maximus (inquam) instructus est.

Ἀλλά τι ἠργυρολόγει. χωρία δηλονότι. Cūm ex aliis locis pecunias exigebat, classe circumuectus.

Καὶ τῆς καρίας. τὸ ἑξῆς, καὶ ἀναβὰς ἐκινδύνευσε διὰ τοῦ μαιανδρου πεδίου τῆς καρίας. ὑπερβατὸν, vel ἡ γενικὴ partem significat.

Ἐπιβολαὶ πλίνθων. Structura lateritia.

Τὰς ἐπιβολάς. L. V. coagmenta. F. P. commissuras, id est, numerum laterum commissorum, & coagmentatorum.

Καὶ πολλάκις. Facultas à tempore, & à loci distantia.

Τὴν μὲν οὖν ξυμμέτρησιν. Altitudinem igitur scalarū ita adepti sunt, ex crassitudine laterum eam coniectantes.

Τῇ οἰκοδομήσει. Structura.

Ὡς τε πάροδον. Vt transitus nō daretur propè turrim, sed per eas medias transirent.

Χειμὼν νοτερός. Tempestas humida, id est, tempus pluuium.

Περιεφρουροῦντο. Cingebantur ab hostibus.

Κλίμακας ἐποιήσαντο. Simile quiddam legitur apud Liu. libro quinto Dec. iij. 373. vbi Liuius narrat, quo modo captæ fuerint à Marcello Syracusæ. Agebatur inter Syracusanos, & Romanos de redimendo Damasippo Lacedęmonio: locū colloquio opportunū deligunt portum Trogilorum propter turrim (inquit) quam Γαλεάγραν vocabāt, quò cùm sæpius (inquit) commearent, vnus ex Romanis murum contemplatus, numerando lapides, æstimandoque ipse secum, qui in fronte paterēt, simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permensus, humilioremq; aliquāto pristina opinione sua, & cæterorum omnium ratus esse, & vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert.

Λαθόντες τοὺς φύλακας. Clàm excubiis hostium nō sentientibus, ita, vt non senserint hostium exercitum.

Ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μέν. ἀπολογία. Quatenus erant tenebræ, prospicere non potuerunt, quatenus erat ventus, non senserunt strepitum.

Ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν πηλόν. firmitudinis gratia aducrsus lutum, vt possent consistere in luto.

Προσέμισγον. Succedunt igitur pinnis, qua erat interuallum inter duas turres.

Ὅτι ἐρῆμοι εἰσί. Quia dixit supra, τὰς οὖν νύκτας ὁπότε χειμὼν εἴη, &c. hoc obseruauerant Platæenses.

Ἐν ἀπόρῳ ἦσαν. Non poterant coniicere.

Καὶ οἱ τριακόσιοι. Delegerant Pelop. 300 ex omni numero, quibus priuatim hoc munus dederant, vt si quis tumultus ortus esset, hi soli discurrerent, & eò ferrent auxiliū, vbi periculi aliquid ostenderetur. Hos igitur obiter Thucyd. iam docet suo functos officio, sed deceptos fuisse tumultu hostium, qui ex diuersa parte munitionum tumultum excitauerant non ex ea, qua sui muros hostium superauerant.

Μηδένα δι' αὐτῶν ἐπιβοηθεῖν. Quo nemo per eas penetrans aduersus se veniret.

Καὶ κλίμακας προσθέντες. Docet Platæenses admouisse scalas turribus, & ex muro ad summas turres ascendisse: & partim inde, partim ex inferiore parte turrium telis hosteis propulsasse.

Ἐν τῷ ἀφανεῖ ὄντες. Qui erant in obscuro.

Ἀπηλιώτου. Subsolano.

Καὶ ἡ νύξ: Id est, & cùm eiusmodi vento niues ex nocte deciderent.

Ὑπονιφομένη. Niuibus conspergeretur, niuibus conspersa.

Πολὺ ἐπεποιήκει. Adauxerat.

Ὑπερέχοντες. Cæs. lib. primo Belli Ciuilis 259. Pedites verò tantummodo humeris, ac summo pectore extarent.

Ἐγένετο δὲ καὶ ἡ διάφευξις. Accidit etiam facultas effugiendi propter tempestatis magnitudinem: oblata est eis facultas euadendi per ingentem istam tempestatem.

Ἐχώρουν τὴν ὁδόν. Viam tenuerunt.

Τετράφθαι ταύτην. Huc se cōuertisse. ratio, τὴν ἐς τοὺς πολεμίους, quia ducebat ad hosteis.

Καὶ ἅμα. Altera ratio, simul etiā cernebant hosteis Cithæronem versus tendere.

Καὶ ἐπὶ μὲν ἓξ ἢ ἑπτὰ σταδίους. Docet quàm procul fuerint Platæenses Thebas versus. ad sex, septemue stadia (inquit) quærat quis, cur non vlterius? solutio est facilis, ne in hostes Thebanos inciderent: fieri enim facilè poterat, vt Thebani admoniti significatione ignium aliqua mitterent subsidia Peloponnesiis, in quæ, si ire istac perrexissent, poterant incidere.

Καὶ λαβόμενοι τῶν ὀρῶν. Et montes nacti. λαμβάνεσθαι τῶν ὀρῶν. Capessere montes.

Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τελευτῶντος. Eadē hyeme abeunte.

Διαλαθών. Occultè, fallens.

Τύπον

Τύτων ἕνεκα. Vt hæc significaret. A

Καὶ ἅμα τῶ ἄλλων. Simul etiam vt cætera curaret, quæ videlicet curanda videbantur, id est, vt consilio, & opera eos iuuaret, quantū in se esset, & quacunque in re opus esset.

Ἐθάρσουν. Confirmati sunt, sumpserunt animos.

Καὶ πρὸς τὺς ἀθηναίυς. Iamque aures dare Atheniensibus desierunt, minùs aduertebant animum ad Athenienses, qui agebant de deditione, id est, de compositione agere cum Atheniensibus destiterunt. B

Ἡγεῖτο ὁ κλεομένης. Cur non ille erat rex? λύσις. quia frater maior natu successerat.

Κατὰ ξυλλόγους τε γιγνόμενοι. Manu facta iubebant, vt potentes rem frumentariam suppressam expromerent, viritimq; diuiderét, alioqui se vrbem tradituros Ath. vel habitis conciliis inter se.

Οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν. Qui reipublicę prȩerant, qui res administrabant.

Ἀπογνωσθήσονται. Excluderentur compositione.

Ποιοῦνται κοινῇ ὁμολογίαν. Paciscūtur vnà cum, &c. C id est, faciunt deditionem istis conditionibus.

Ἐλθοῦσι: πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Οἱ δὲ πράξαντες. Qui solicitauerant Lacedæmonios, vt se in societatem, & amicitiam reciperent, qui potissimùm rebellionis authores fuerant.

Οὐκ ἠνέσχοντο. μεῖναι δηλονότι. σχόλια. F.P. nō tulerunt istas conditiones, id est, his non confidebant satis.

Καταπίθεται. Custodiendos tradit. ἡ μεταφορὰ ab iis, qui pecuniam, vel aliud eiusmodi deponunt, & fidei alterius committunt. D

Καὶ ἅμα ἢν ἐφορμῶσιν αὐτὺς. γρ. σφίσιν αὐτοῖς. alij referunt τὸ ἐφορμῶσιν ad Lacedæmonios, vt sit sensus, & simul sperandum esse res illas recuperari posse, si stationes habeant Lacedæmonij oppositas ita, vt cogantur hostes alere copias perpetuò pedestres, & maritimas: nam, quasi dicat, non poterunt diutius ferre grauissimos istos sumptus. alij referunt totam clausulam ad Athenienses, vt sit sensus: si cogantur Athenienses oppugnare vos, & habere stationes oppositas: id, quod sine grauissimis E sumptibus facere non poterunt, vterq; sensus mihi probatur.

Οὐδὲ ταῦτα ἐνεδέχετο. Ne istam quidem sententiam probabat: ne ista quidem admittebat.

Οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένυς. Qui neque arma tulerant.

Εἰ δὲ μὴ παύσεται. Nisi finem faceret, futurum, vt nullos sibi adiungeret socios, quos haberet.

Ἐλπίδα εἶχον. Timebant.

Ὁρμῷν. L.V. In anchoris esset. F.P. In portu, vel F statione.

Ἔτυχον πλέουσαι. Cursum casu tenebant.

Αὐτάγγελοι δὲ αὐτὴν ἰδοῦσαι. Sed cùm ipsæmet vidissent, &c. αὐτάγγελοι, ἀντὶ τῦ αὐταὶ, respicit hoc verbum ad illa superiora. ἦλθε μὲν ἡ ἀπὸ τῆς ἐρυθραίας ἀγγελία.

Τῆς ἄνω πόλεως. Quoniam vrbs, quæ erat à mari remotior, fuerat occupata ab Itamane, & barbaris accersitis propter domesticam seditionem, ἄνω πόλεως. L.V. arcem. Annot. superiorem vrbem. Sed neuter Thucydidis mentem videtur assequutus. G Nam τὴν ἄνω πόλιν vocat τὴν ἀπὸ, εἴτε πόῤῥω θαλάσσης οὖσαν. Intelligit autem veterem Colophonē, quæ à mari erat remotior, & quam barbari propter domesticas discordias ab altera factione accersiti ceperant, vnde Colophonij profugerant, & Notium se receperant, ibiq; sedes fixerant. Æ. P.

Ὡς τε ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ. ἀντὶ τῦ εἰ μὴ ξυμβῆσονται. Nisi inter eos conuenerit. ἀδέσμω. sine vinculis.

Κατῴκισαν τὸ νόμον. Constituerunt eam ciuitatem ex institutis, atque legibus suis.

Ἐστιν ἃ παρεχόμενοι. Licet conditiones offerret cūm alias, tum, &c.

Προσξυνελάβοντο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς. Nō minimum adiumenti ex eo motu nactæ fuerunt, vt dum illis ferunt auxiliū, in Ioniam penetrare ausæ fuerint, hoc est, non solùm, quòd ipsi sine causa rebellauerint, sed etiā quòd dederint materiam toti Ioniæ, vt idem faceret. quo modo? accersita classe Peloponnesiorum.

Ἀπὸ βραχείας διανοίας. Paruo, & leui consilio.

Ἠσθοντο. Animaduerterunt.

Ὠμὸν τὸ βύλευμα, καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. Sæuum, & immane decretum se fecisse.

Ἡ ὖ. διαφορητικὸς ὁ ἤ, καὶ ἀναιρετικὸς κατὰ τὸ χαλῶ, ὖ διαζευκτικός.

Παρεσκεύασαν. Apparatunt, id est, suaserunt.

Τὺς ἐν τέλει. τὺς στρατηγύς. Nam eorum erat cogere concionem. σχόλια, ἴσως τὺς πρυτάνεις.

Καὶ ἐς τὰ ἄλλα. Ne dum in causa Mytilenæorum.

Βιαιότατος. Ad eloquentiam referēdum iam, quæ ab inuitis extorqueat quæ vult: aliâs ad vires corporis κυρίως.

Ἐνδῶτε οἴκτῳ. ἐνδόντες ἁμάρτητε: ἐνδιδόναι οἴκτῳ. Cedere misericordia, flecti. ἡ μεταφορὰ ab iis, qui funem adducunt, & intendunt, ac laxant.

Μαλακισθῆναι. Cedere per ignauiam, concedere, tribuere.

Προσεπιβυλεύοντας. Quia inuiti parent imperio, ideò insidiantur.

Οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε. οὐκ ἐξ ὧν ἀκροῶνται ὑμῶν. Non obtinetis imperium, quia illi parent.

Βλαπτόμενοι αὐτοί. ἀντὶ τῦ βλαπτομένων ὑμῶν αὐτῶν ἂν χαρίζησθε. Damnum, & detrimentum accipientibus vobis, si gratificemini illis.

Ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν. Sed quia opibus estis superiores, potius, quàm eorum erga vos beneuolentia.

Μὴ δὲ γνωσόμεθα. Neq; intelligemus eam rēpublicā præstare, quæ institutis vtitur deterioribus, sed tamen firmis, & constantibus, & ratis. Habet διόρθωσιν ἡ σύνληψις, & extenuationem τῆς ἐπιτιμήσεως. δεξιότης, σκαιότης. ἀμαθία.

Πρὸς τὺς ξυνετωτέρυς. Si conferantur cum prudentioribus.

Τῶν τε ἀεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι. Et obtinere semper sententiam in publicis consultationib.

Ὠφελιμώτερον. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Κριταὶ δὲ ὄντες. Cùm autem sint æstimatores rerū ex æquo potius, quàm aduersarij, & altercatores, Rempub. plerunq; feliciter gerunt.

Κριταὶ ἀπὸ τῦ ἴσυ. Rerum æstimatores æqua conditione.

Καὶ ἡμᾶς. Aduersarios designat latenter, qui erāt dicturi sententiam contra se: & vocat in inuidiā, & suspicionem eloquētiæ, & astutiæ; contrà cōmendat se, quasi simplicem, & indisertum.

Ἐγὼ μὲν οὖν. Periclē imitatur, 25, 16, καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτὸς εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι, ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε. Hic locus habet collationē Cleonis cum populo Ath. & gloriationem quandam, suarumq; laudum prædicationem. Ego, q.d. priuatus non muto sententiam, vos mutatis, vt autem prouocet Atheniēses ad pudorem, & erubescentiam, sic loquitur.

Καὶ θαυμάζω μέν. Atq; eos miror, qui de Mityle-

næis iterum referendum censuerunt, & moram interponunt.

O ἐπὶ. Definitio facti: id, quod est lōgè commodius illis, qui fecerunt iniuriam, quàm nobis.

Ἀμύνεσθαι δὲ τῷ παθεῖν. τὸ ἀμύνεσθαι δὲ ἀντίπαλον ὂν τῷ παθεῖν, ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, ἀντιλαμβάνει μάλιστα τὴν τιμωρίαν, id est, Vltio autem, quæ est aduersaria vi, & iniuriæ illatæ, si statim consequatur, maximas pœnas repetit. μάλιστα ἀντὶ τοῦ μεγίστην.

Θαυμάζω δὲ καὶ: ἐπανάληψις ἐπὶ διαβολῇ.

Τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς, οὐ τοῖς, &c. Nostros autē casus non esse detrimentosos sociis, nō redundare in sociorū calamitatem. casus vocat incōmoda, & pericula imminentia propter rebellionem.

Καὶ δῆλον ὅτι. Eleuat eos, qui erāt dicturi aduersus se sententiam pro Mitylenæis, & detrahit authoritatem: is nanque aut dicendi facultate fretus contendet demonstrare non decretum esse, quod maximè decretum est, aut lucro inductus, speciosa, & exculta oratione vobis imponere conabitur: vocat eos in suspicionem vel eloquentiæ, & artificij, vel sordium. προκατάληψις.

Ἡ δὲ πόλις. At Respub. in huiuscemodi concertationibus præmia aliis relinquit, ipsa subit pericula.

Αἴτιοι δ' ὑμεῖς. Cuius rei culpa est penes vos, qui perperam instituitis huiusmodi certamina, id est, qui permittitis huiusmodi impostoribus, vt concione pro theatro abutantur.

Ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων. prima Philip. οὐ γὰρ μὴ ἀκούειν μόνον ὑμᾶς τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ παρόντας ὁρᾶν δεῖ.

Οὐ τὸ δρασθέν. Mutata figura, οὐ τὰ δρασθέντα ὄψει λαβόντες πιστότερα, ἢ τὰ ἀκουσθέντα. Non quæ vidistis, habetis certiora, sed quæ audistis, præpostere videlicet: nā videndi sensus est certissimus, & acerrimus.

Δεδοκιμασμένου. Isocr. πρὸς Δημόνικον. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς δυστυχίαις διαγινώσκομεν. Μὴ ἐθέλειν. μὴ ἄριστοι ἐθέλειν. οὐκ ἄριστοι ξυνεῖναι ἐθέλειν.

Καὶ μάλιστα μέν. Et cupitis potissimum omnes dicendi facultate præstare. sin id assequi nō potestis, eos, qui ista laude excellunt, oppugnatis, vel iis, qui ista laude excellunt, resistitis.

Προεπαινέσαι. πρὸ particula habet pōdus. q.d. eos laudatis, antequàm acuti quid dicant, quod indicat temeritatē populi, qui re non cognita, neq; audita, ferret iudicium, & laudaret, quæ nesciret an mererentur laudem, hoc faciunt ambitiosi, & qui volūt ostentare speciem ingenij, & acuminis, vt pro diis quibusdam sese venditent, quasi prospiciant futura, & corda hominum scrutentur.

Ἀποφαίνω. Pronuntio. μετὰ σεμνότητος.

Μετὰ τειχῶν. Hoc separatim censeo legendum: vt sit sententia alia. q.d. καὶ πόλιν μετὰ τειχῶν.

Ἐν ᾧ. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Docet non fuisse metuendum illis. ἐν ᾧ, δηλονότι χωρίῳ, ἤγουν ἐν ἣ νήσῳ.

Τοιαῦτα εἰργάσαντο. Talia patrarunt, ἐμφατικῶς.

Καθ' αὑτούς.) (μόνοι μετὰ τῶν πολεμίων.

Παράδειγμα δὲ αὐτοῖς. Neque documento fuerunt eis calamitates aliorum, nempe eorum, qui facta defectione à nobis superati, & in seruitutem redacti sunt.

Οὔτε ἡ παροῦσα. Neque præsens fortuna eos à periculis reuocauit.

Γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον θρασεῖς. Sperato temere rerum successu, vel, facti autem audaces ad ea, quæ susceperant, ad futura.

Ἐλπίσαντες. Speratis maioribus rebus, quàm quas præstare poterant. Sperarunt se superaturos, & subacturos nostrum imperium: hoc vix præstare poterant.

Ἐλάσσω τῆς βουλήσεως. Voluissent illi quidem grauissimis, atq; atrocissimis suppliciis nos afficere: iis denique, quæ propter eorum magnitudinem non poterant sperari. Locus est inuidiæ à voluntate, & libidine Mitylenæorum.

Κατὰ λόγον) (ἀπροσδόκητος, παρὰ δόξαν. Pleræq; autem felicitates, quæ secundum rationem eueniūt, quæ rationi conuenientes sunt. Rationi cōuenit, si quis sibi non parcat, sed assiduos labores perferat, dies, noctesq; in opere versetur, is facultates augeat, & diues ex paupere fiat: non conuenit rationi, si dum animi gratia deambulat, in thesaurum incidat, & diues ex insperato fiat.

Μὴ δὲ τοῖς ὀλίγοις. Neq; paucis culpa tribuatur.

Καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις. Petit, vt etiam in plebem animaduertatur, neq; paucis tantùm culpa tribuatur, plebs verò absoluatur.

Οὐδὲν ὑγιὲς ἔχοντας δίκαιον. ὑγιὲς infra, nihil sancti, atque sinceri cogitare.

Γίγνεσθαι ξυνέδροι. Concilium habere.

Ὀλίγοις. In rerum nouarum suspicionem eos vocabat, quasi vellent solicitare illos paucos, vt statum reipublicæ mutarent, & ex republica dominatum paucorum constituerent, quo statu ipsi regebantur.

Ἐν πλήθει. Quia reclamatum eis fuisset, & tumultus excitatus esset à plebis insolentia.

Εἴτε καὶ. Etiamsi placuisset postulata concedere.

Μή. Supple veriti ne apud socios malè audirent.

Εἰπόντες, καὶ οὐ τυχόντες. Si dixissent, neque impetrassent. εἰπόντες: si concionem habuissent, vel, si de iure suo publicè disceptassent, & tamen id obtinere nequiuissent.

Ποιήσαντας ἀπροσκαλοῦντο. τὴν εἰρήνην.

Διελύοντο. Id est, induciæ statim esse desierunt, induciarum tempus statim abiit, quasi induciæ vincula quædam sint, quibus constringantur ij, qui fecerunt inter se fœdus.

Αἱ περὶ πύλον. Vt innuat bellum continuatum in aliis partibus. Ξυνέκειτο, conuenerat.

Ἐγκλήματα ἔχοντες. ἀντὶ τοῦ ἐγκαλοῦντες. Crimini dantes.

Ἐπιδρομὴν. Quòd incursionem fecissent in munitiones.

Οὐκ ἀξιόλογα. Leuia, non magni momenti. latenter carpit Athenienses.

Ἰσχυριζόμενοι. Ea parte conuentorum nixi, vel se tuentes, in qua erat, si quantumlibet violatæ fuissent pactiones, id est, si vis vel minima illata fuisset, inducias ruptas fore, ἰσχυρίζεσθαι τινί: firmo aliquo argumento se tueri.

Ἀντιλέγοντες. Hoc est partim se purgabant de crimine obiecto, partim accusabant Athenienses de nauibus retentis.

Ἐπικαλέσαντες. ἀντὶ τοῦ ἐγκαλέσαντες. Σοφοκλῆς ἐν οἰδίπ. τύρ. κεῖ μὲν φοβεῖται τοὐπίκλημα, ἀντὶ τοῦ τὸ ἔγκλημα.

Ἀπελθόντες. Digressi: iratum animum significat.

Καὶ τὰ περὶ πύλον. Et bellum ad Pylum ab vtrisque totis opibus administrabatur. ἀντὶ τοῦ ἀμφότεροι ἐπολέμουν.

Ἀθηναῖοι μὲν. Explicat conatus vtrorumque.

Ἑβδομήκοντα. Hinc apparet, (vt etiam ante diximus) locum illum esse mendosum. ἐν τούτῳ δ' αἱ ἐκ τῆς ζακύνθου νῆες τῶν ἀθ. παραγίγνονται μ', & pro μ', ν' esse reponendum: alioqui ratio numeri, & summa ista non constaret.

Πελοποννήσιοι δέ. πρὸς τὸ ἀθῆ αἱ οἱ μέν.

Σκοποῦντες. σκοπεῖν τι. Considerare aliquid, iam obseruare.

Σῶσαι. Vt liberarent, periculo eximerent.

Παραπέσοι, Accideret, ἡ μεταφορὰ à lucris insperatis, vt cùm annulus, aut crumena numorum plena decidit, & alius adstans eam humi iacentem reperit.

Ἐν τούτῳ δέ. Vidimus in principio libri huius Messanam captam à Syracusanis, & Locrensibus, & classem, ac præsidium in ea collocatum: iam itaque Thucydides ordinem temporum secutus redit ad eos transitione facta.

Τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο. Aduersus scilicet Leontinos, & Rheginos, vide 42.

Ὀλίγαις ναυσί. 20 erant, vide libro tertio 42.

Εἰ γὰρ κρατήσειαν. Consilia.

Ἐφορμοῦντες. Obsidentes: aliud est ἐφορμεῖν, aliud ἐφορμᾶν.

χειρώσασθαι. ἀντὶ τοῦ ἐκπολιορκήσειν.

Καὶ ἤδη σφῶν. Atque ita opes, & potentiam eorum confirmatum iri.

Σφῶν. τῶν Συρακουσίων.

Ξυνέργης γάρ. Nam cùm Rhegium esset proximum Italiæ promontorium, proxima etiam esset Messana in Sicilia, futurum existimabant, vt Atheniensibus nullus ad insulam pateret accessus, ipsi freto Siculo potirentur. vel, cùm Rhegium esset proximum Messanę propter freti angustias, futurum, vt occupatis eius freti faucibus facilè excluderent Athenienses.

Ἧπερ βραχύτατον. Qua minimum distat Sicilia ab Italia.

Ἡ χάρυβδις. Οδυσ. Libro 12. μ. παρὰ τὸ εἰς χάος ῥᾷον ὑποδύειν τὰ σκάφη.

Τοῦτο. πρὸς τὸ σημαινόμενον, τὸ χωρίον.

Ἡ ὀδυσσεύς. μυθικὴ ἔννοια, καὶ γλυκεῖα.

Διὰ στενότητα δέ. Philosophum agit iam Thucyd. & φυσιολογῶν, affert rationem, cur fretum istud asperum sit, & periculosum: hoc ait fieri concursu duorum ingentium marium, Tyrrheni, & Siculi. Τὸ ἑξῆς. ἡ θάλασσα δὲ καὶ ἐκ μεγάλων πελαγῶν ἐσπίπτουσα ἐς αὐτὴ, καὶ ῥοώδης οὖσα διὰ στενότητα εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη.

Ῥοώδης. Æstuosum, ῥοώδεις πυρετοὶ à medicis febres ardentes vocantur.

Ἐν τούτῳ οὖν τῷ μεταξύ. In isto igitur tam angusto spatio, in istis faucibus.

Ὀψὲ τῆς ἡμέρας. Sub serum diei, ὀψὲ absolutè accipitur post solis occasum: sed interdũ γενικῶς post multum tempus, ὀψὲ ἦλθες: ὀψὲ τῆς ἡμέρας, ἀντὶ τοῦ post maiorem diei partem exactam, vt nunc: itaque sequitur noctem diremisse prœlium.

Περὶ πλοίου. Vnde veniret, quo iret, non exprimit Thucyd. quia & ipse pro comperto non habebat: sed illud nos coniicere possumus: nauigium istud ingressum in fretum fuisse: Locrenses autem voluisse illud capere: Athenienses suspicatos suum esse, tulisse auxilium, atque ita classes conflixisse: possumus etiam hoc ipsum dicere de Atheniensibus, qui nauigium istud Siculorum intercipere voluissent: cui dum succurrunt aduersarij, conflictus factus est. hic sensus mihi magis arridet. quandoquidem Thucyd. addit ἠναγκάσθησαν de Syracusanis, & Loc. nam ita demum coacti sunt (vt mihi quidem fit verisimile) dum suis succurrunt, ne ab hostibus opprimerentur.

Ἀποκολυμβᾶν. Natando euadere, exire in aridum.

Καὶ παραπλεόντων ἀπὸ κάλω. Cùm præterueherentur remulco tracti: signum timoris.

Ἀποσιμωσάντων. In altum prouectis ex litore, & ora caua.

Ἐπέραν. Hoc ad Athenienses referendum, qui quasi rependerent nauim pro naui: itaque sequitur οὐκ ἔλασσον ἔχοντες.

Οὐκ ἔλασσον ἔχοντες. Pari, non deteriore ferè conditione, minus enim valet iam negatio, quàm affirmatio.

Ὅμορον οὖσαν. Facultas.

Τειχήρεις ποιήσαντες. Pulsis, & conclusis intra muros.

Θαρσήσαντες. Confirmati, sumptis animis, & inter se cohortati. adesse enim Leontinos socios, cæterosque Græcos ferentes auxilium.

Ὡς κεκακωμένην. Quasi attritam bello, propter cladem scilicet quam superioribus diebus acceperant ad Naxum. ὅθεν κακώσεις, actio forensis.

Ἐπειρῶντο. Iam conabantur, connitebantur. aliâs alia.

Πρὸς τὴν πόλιν. ἐπειρῶντο δηλονότι.

Οἱ Λοκροί. Postea quàm fuerunt superati primo prœlio.

Κατεδίωξαν. Insecuti concluserunt. ἀντὶ τοῦ καταδιώξαντες κατέκλεισαν.

Τεταραγμένοις ἐπιγενόμενοι. Facultas. aggressi eos perturbatos, & ordines non seruantes.

Διαμώμενοι. Aperientes, ἄμη, sarculum, sarrientes.

Οἷον εἰκός. Salsam scilicet, μέθοδος σημνότητος.

Στενοχωρία τε ἐγίγνετο. Erant præterea loci angustiæ, id est, laborabant loci angustiis: castra eorum erant perangusta.

Ἐν ὀλίγῳ. In exiguo enim & angusto spatio erant posita castra.

Καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον. Ita, vt nauium, quæ non erant in portu, aliæ ad litus cibum sumerent, aliæ in anchoris starent.

Ὁ χρόνος. Mora, quæ accidebat præter opinionem.

Ἐρήμη. Vt nihil ad se sustentandos in ea reperire possent.

Βρῶμα. Cibarium, edulium, esculentum.

Οἷον ἄν. Quod ad obsidionem foret vsui, vel quòd obsessis prodesset.

Ἀπαίροντες. Soluentes ex qualibet peloponnesi parte, & antequàm dies illuxisset ad eam insulæ partem appellentes, quæ spectabat Pelagus.

Ἔτι νυκτός. Adhuc noctu. i. antequàm nox abiret.

Μάλιστα δὲ ἐτήρουν. Obseruabant autem potissimùm ventum, quo deferrentur. i. ventum ex alto flantem: ita enim & ipsi faciliùs deferebantur, & hostes etiam si vidissent, & voluissent eos capere, non potuissent.

Τοῖς δὲ ἀφειδής. Illis verò cursus ad litora non parcus esse consueuerat, id est, illi verò ad litora deferebantur minimè parcêtes nauigiis, κατάπλους, προσόρμισις: id est, οἱ δὲ εἰώθεσαν καταπλεῖν οὐ φειδόμενοι τῶν πλοίων.

Κατάρσεις. Loca idonea ad appellendum.

Κολυμβηταὶ ὕφυδροι. Alligabat funiculum longiorem vtribus ad litus expositis: cuius alteram extremitatem sibi ipsis alligabant: deinde natantes ad insulam perueniebant: vbi exeuntes trahebant ad se vtrem funiculo: si inter natandum ab hostibus conspecti fuissent, demersi delitescebant.

Ὕφυδροι. Ἀπὸ τῆς διαφορᾶς.

Λίνου σπέρμα. De lino, vide Diosc. libro secundo. cap. 94. facit aduersus tussim, calefacit, emollit, & auget. Gal. in libris de facultatibus alimentorum: semen lini tostum numerat inter alimenta.

Κεκομμένον. Contusum.

Ἀδύνατον ἐσομένην. Id est, se non habituros facultatem, &c. ἀντὶ τοῦ οὐ δυνήσεσθαι κομίζειν.

Ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ. Ita, vt milites nullo modo possent victum inde conquirere: Ἱκανά, τὰ ἐπιτήδεια, satis commeatus.

Τόν τε ἔφορμον οὐκ ἐσόμενον. Neque stationem fore suis in locis importuosis.

Ἀλλ᾽ ἢ σφῶν ἀνέντων. Sed aut remissa custodia, hostes euasuros, aut obseruata tempestate iis nauigiis, quæ commeatum importabant, erupturos putabant. δίλημμα. aut nos intermittemus custodiam, aut non intermittemus. si intermittamus, euadent, seruabuntur: si non intermittamus, etiam sic poterunt euadere facta eruptione: itaque intelligebant omneis conatus suos, omneis labores fore irritos. hoc alebat, atque augebat eorum molestiam.

Γνοὺς αὐτῶν τὴν ἐς αὐτὸν ὑποψίαν. Id est, intelligens eos suspicari se fuisse impedimento ne pacis conditiones acciperentur, ἀντὶ τοῦ ὅτι ὑπώπτευον αὐτὸν κωλῦσαι τὴν ξύμβασιν.

Ἐξαγγέλλοντας. Quasi res arcanas.

Ἡρέθη. Designatus est.

Καὶ γνοὺς ὅτι. Intelligebat Cleon fore necesse, vt aut confirmaret allatos nuntios, aut si vellet refellere, mendacij ipse argueretur. Itaque comminiscitur vafrum artificium, suadet populo, vt mittant Niciam cum nouis copiis, qui rem transigeret: hoc suadebat, vt duo quædam simul assequeretur: vnum vt ipse se eximeret periculo, alterum vt Niciam inimicum in discrimen salutis, & existimationis coniiceret.

Πλεῖν δὲ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. Sed mittere classem ad viros expugnandos.

Ἀποσημαίνειν ἐς τινα. Innuere aliquem, tacitè, & subobscurè designare.

Καὶ ἐς Νικίαν τὸν Νικηράτου. Niciam igitur innuebat.

Εἰ ἄνδρες εἶεν. Hoc reprehendebat, τὴν ἀνανδρίαν.

Εἰ ἦρχε. Si gereret præturam. Κουφολογία.

Ὁ δὲ Νικίας. Nicias cedebat ei suo iure, & suadebat, vt fungeretur munere suo.

Ὑποθορυβησάντων. Quia sensit populum indignari, & irasci ei, quòd non præstaret, quæ diceret se posse: hoc erat permittere, vt munere alterius fungeretur. ὑποθορυβεῖν ἐς τινα, est tumultu significare aliquid contra aliquem.

Λαβόντα δύναμιν. Habitis delectibus arbitratu suo.

Ἣν τινα βούλεται. Peregrinas copias, & vrbanas.

Παραδωσείοντα. Vt γράφω, ψω, γραψείω, ὄπω, ψω, ὀψείω. Cupidum tradendi munus.

Λόγῳ μόνον. Verbo tenus.

Καὶ οὐκ ἔφη αὐτός. Iure ciuili se tuebatur: qui gerunt magistratus, ij debent remp. administrare, non priuati esse.

Δεδιὼς ἤδη. Paulo pòst simulabit se non timere.

Καὶ οὐκ ἂν οἰόμενος. Qui recusabant munus publicum oblatum, certa mulcta afficiebantur.

Αὖθις δὲ ὁ Νικίας. Vt eū vrgeret, & par pari referret.

Ὄχλος. Turbam popularem, & plebem sic vocat. ἀπὸ τοῦ ὀχεῖν, ἢ τοῦ κλάζειν, τοῦ χωρίζειν.

Ἐπι-

Επιβόων. Idem est, atque ἐπικελεύοντο, sed illud habet amplius, quòd cum clamore, & tumultu Cleonem recusantem vrgebant.

Υφίσαται τὸν πλοῦν. Suscipit expeditionem, sic ὑφίστασθαι κίνδυνον, ἀγῶνα, &c.

Ούτε φοβηθῆναι. Et tamen supra δεδιὼς ἤδη.

Εκ μὲ τῆς πόλεως εὔνοια. Venabatur latenter gratiam populi: populus enim abhorrebat ab incommodis militiæ.

Οἱ ἦσαν ἐκ τε ἄλλων. Aut abundat τε, aut addendum καὶ ante τοξότας.

Ταῦτα. ταύτην τὴν δύναμιν, sed πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Κουφολογία. Leuitas verò factum à Thucydide.

Απαλλαγήσεσθαι Κλέωνος. Se liberatum iri Cleonis importunitate.

Σφαλεῖσιν. ἀντὶ τοῦ σφαλέντων. Frustratos opinione.

Διαπραξάμενος. Peractis rebus omnibus ad eam expeditionem pertinentibus .i. vt dux ad eam expeditionem crearetur, & Niciæ sufficeretur, vt plebiscitum ea de re fieret, vt pecunia ex ærario expromeretur, &c.

Ψηφισαμένων. Ψηφίζεσθαι πλοῦν. Decernere expeditionem.

Προσελόμενος. Adiungens sibi collegam, vt audacem, & δραστήριον.

Τὴν αἰτίαν ἐποιεῖτο. ἀνῆπτε, ἐμπρησθεῖσα. Passa incendium.

Οἱ γὰρ στρατιῶται. Digressio: milites enim pressi locorum angustiis.

Απείρους. Inuia, & syluosa, ἀτριβὴς, inaccessa, aspera.

Πολλῷ γὰρ ἂν στρατοπέδῳ. αὐτοὺς γὰρ προσβάλλοντας πολλῷ στρατοπέδῳ ἐξ ἀφανοῦς χωρίου, βλάπτειν ἄν. Intelligebat hosteis facilè impetum facturos in exercitum vel numerosiorem, & multa detrimenta illaturos: cur ita? ἐξ ἀφανοῦς χωρίου. quia ex locis abditis erant facturi irruptionem. πολλῷ: facultas, q. d. non erat defutura materia.

Σφίσι μὲν γὰρ. Confirmatio. ipsi non erant animaduersuri hostium errata: hosteis contra.

Δῆλα. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Futurum enim intelligebat, vt hostes facilè sua errata, & apparatum dispicerent, ipsi non ita cernerent hostium apparatum, & errata.

Αμαρτίας. Intelligit trepidationem, ordines dissolutos, agminis infirmitatem, & alia id genus, quę obseruata magnum afferunt momentum ad victoriam.

Δασύ. ὑλῶδες.

Τοὺς ἐλάσσους. Per se fuisset infirmum: sed firmum fit partim antecedenti verbo δασύ, partim consequenti ἐμπείρους. Κρείσσους superiores.

Πολὺ ὄν. Qui erat numerosus.

Λανθάνειν ἂν διαφθειρόμενον. Clàm profligatum iri.

Ουκ οὔσης τῆς προόψεως. ἀντὶ τοῦ οὐ δυναμένων προορᾶν, erepta facultate prospiciendi, qua alij aliis succurrerent.

Διὰ προφυλακῆς. Adhibita tamen custodia .i. positis speculatoribus, qui prospicerent, & obseruarent aduentum hostium.

Πνεύματος ἐπιγενομένου. Vento coorto.

Κατιδὼν μᾶλλον. Facilius conspicatus.

Τότε. ἐνόμιζεν δηλονότι.

Σπουδὴν ποιεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ σπουδάζειν, seriò agere, ἢ μᾶλλον ἀντὶ τοῦ μείζω, plus adhibere studij.

Μεταπέμπων. ἀντὶ τοῦ μεταπεμπόμενος.

Ευαποβατωτέραν. ἀντὶ τοῦ Intelligens se facilius, & minore cum periculo expositurum copias.

Κλέων δὲ. Redit ad rem propositam. δὲ pro δή.

Καὶ ἅμα γενόμενοι Congressi inter se, communicatis inter se consiliis de bello administrando, ἀντὶ τοῦ συνελθόντες.

Τηρήσοντας. τηρηθησόντας.

Περὶ τοῦ πλείονος. De rebus maioris momenti. χόλια περὶ σπονδῶν.

Επέσχον. Supersederunt.

Ο δὲ ἐκ τε θαλάσσης. Quod prærupt ũ in mare, atq; à terra minimè expugnabile erat. L. V. quod terra, marique minimè oppugnari poterat, id est, quod erat munitissimum. F. P.

Ερυμα. Arx, munitio, præter naturam loci ea pars insulæ erat etiam munita artificio.

Τοὺς πρώτους φύλακας. Primam custodiam, custodes, qui erant in prima statione. λαθόντες, clàm egressi, πρωθύστερον.

Εις ἔφορμον. Ad habendam stationem.

Αμα δὲ ἕω γιγνομένη. Simul atque dies illuxit.

Διέστησαν. Hi Demosthene instruente ita sunt dispositi.

Εἰ δὲ τοῖς πλαγίοις. Si in eos, qui ad alterum latus erant, petiissent, ab iis, qui imminebant ex altero latere, ferirentur.

Κατὰ νώτου τε. Hostes denique à tergo imminentes erant semper habituri quocunq; se vertissent.

Ψιλοί. Habet pondus: leuiter enim armati facilius & insequi possunt hostem fugientem, & ingruentem fugere.

Καὶ οἱ ἀπορώτατοι. Vel ij, qui maximè inermes erāt, vel, qui maximè imperiti rei militaris, & propterea dubij erant, quid agerent.

Οἷς μὴ δὲ ἐπελθεῖν. In quos ne procurrere quidem licebat, vel, quos ne insequi quidem licebat.

Φεύγοντές τε γάρ. Nam siue fugerent, ac cederent, siue insequerentur, & instarent, superiores erant. τὸ φεύγοντές τε γὰρ, καὶ ἐπικείμενοι ἐκράτουν.

Τοιαύτῃ μὲν γνώμῃ. Hoc quidem consilio Demosthenes, & antea cogitabat exponere copias, & tunc in re gerenda eodem est vsus. L. V. & in regressu prius, sed malè.

Οπερ ἦν πλεῖστον. Ea manus militum, quæ erat maxima.

Ξυνετάξαντο. Aciem instruxerunt.

Στρατὸν ἐπιόντα. Hoc erat signum, quo coniiciebant cæsum esse præsidium.

Επῄεσαν. Ire tendunt in grauem armaturam Athen.

Εξ ἐναντίας. Hi enim à fronte collocati fuerant.

Τοὺς δὲ ψιλούς. Leuem autem armaturam fugabant quacunque impetu facto eos potissimùm infestabat.

Καὶ οἱ ὑποστρέφοντες. Illi verò iterum conuersi, hostem propulsabant, vel insequebantur. Simile huius est illud apud Cæs. libro primo B. Ciuil. de Petreio, & Afranio, qui castra mouerant, & Cæsare, qui equitatum præmiserat, vt agmen aduersariorum carperet, & malè haberet. prima luce (inquit) ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant coniuncta, cernebatur equitatus nostri prœlio nouissimos illorum premi vehementer, ac nonnunquam subsistere extremum agmen, atque interrumpi: aliàs inferri signa, & vniuersarum cohortium impetu nostros propelli, deinde rursus conuersos insequi.

A'νθρωποι. L. V. vt pote homines expediti, & facilè fugam occupantes per loca aspera, & ob pristinam solitudinem salebrosa. F. P. ἄνθρωποι. Fortunæ nomẽ est iam, cuius explicatio sequitur, κούφως ἐσκευασμένοι.

Κούφως ἐσκευασμένοι. τῶν ψιλῶν περίφρασις.

Προλαμβάνοντες. Qui facilè fugam capessebant antequàm hostis eos assequeretur.

Χαλεπότητι. Difficultate.

Χρόνον μέν οὖν τινα. Pergit explicare progressus prœlij, aliquantisper inter eos pugnatum est hunc in modum, leui scilicet certamine, & eminus.

O'ξέως. Celeriter, celerius.

Επεκθεῖν. Procurrere contra ex ea parte, qua impetum fecissent.

Βραδύτεροι ἤδη ὄντες τῷ ἀμύνεσθαι. Tardiores iam factos assiduo labore propulsandi hostis. i. defatigatos procurrendo, & hoste propulsando. L. V. quoniam lacessebantur, sed malè.

Καὶ αὐτοί. Ipsa autem magis confirmata spectaculo paucitatis hostium, quam ipsi numero longè superabant.

Ως ἕκαστος. αὐτὶ τοῦ ἕκαστος εἶχε πρόχειρα.

Αξία τῆς προσδοκίας. Tam grauia, quàm sperauerant.

Εκπληξις ἐνέπεσεν. Pauor inuasit.

Εχώρει ἄνω. Ferebatur in sublime.

Απορον τι ἦν ἰδεῖν. Omnisque prospectus ereptus est partim puluere, partim sagittis, partim lapidibus ab ingenti multitudine iactis.

Τό, τε ἔργον. L. V. Ibi res indigna Lacedæmoniis visa est. F. P. tum prœlium cœpit esse asperius Lacedæmoniis.

Οὔτε γὰρ οἱ πῖλοι. Nam neque armatura ferre poterat amplius sagittas, non valebat amplius aduersus sagittarum ictus, non poterat resistere. Πῖλοι, σόλια εἰσὶ τὰ ἐξ ἐρέων ποιητὰ ἐνδύματα, ὥσπερ θωράκιά τινα ὑπὸ τὰ στήθη, ἃ ἐνδυόμεθα. οἱ δέ, τὰ ἐπικείμενα ταῖς περικεφαλαίαις.

Δοράτιά τε ἐναποκέκλαστο. Ita vt impedimẽto essent.

Βαλλομένων. πλαγιασμὸς ἀπόλυτος. Dum telis petuntur.

Εἶχόν τε οὐδέν. Nesciebãt quid agerent, vel sua pristina virtute vti nesciebant. sequitur ratio.

Σφίσιν αὐτοῖς χρήσασθαι. Supra, οὐδὲ τῇ σφετέρᾳ ἐμπειρίᾳ χρήσασθαι.

Α'ποκεκλημένοι. Α'ποκλείεσθαι τῆς προσόδου, ἀποκλείεσθαι τῶν σιτίων. Δημοσθένης κατ' Κόνωνος αἰκίας.

Τῇ ὄψει. πλεονασμός.

Ουκ ἐσακούοντες. Consecutio postulabat ἀποκεκλημένοι δέ.

Υπὸ τῆς μείζονος βοῆς. Propter ingentem clamorem hostium.

Μείζονος. Quam erat vox, & clamor Epitadæ, & aliorũ, qui imperabant quæ factu opus videbãtur.

Περιεστῶτος. Impendente.

Καὶ οὐκ ἔχοντες ἐλπίδα καθότι χρὴ σωθῆναι. Id est, σωτηρίας ἐλπίδα.

Διὰ τὸ ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ. Quoniam semper in eodem spatio loci versabantur: ita vt facilè vitare ictus telorum nequirent, & quasi signum essent propositi, quod hostes peterent, & ad quod manum dirigerent, & tela collinearent.

Ενδοῦναι. cessere.

Καὶ τῶν λακεδαιμονίων. Docet in eo receptu Lacedæmonios, qui deprehendebantur, cæsos fuisse.

Οἱ δὲ πολλοί. Pleriq; tamen euaserunt, & cùm ad stationem peruenissent cum eo præsidio se instruxerunt, vt hostem propulsarent.

Παρὰ πᾶν. Per totam munitionẽ, qua oppugnari poterat. nam ad eam partem, quæ spectabat Pylum, & erat prærupta, & natura loci munita videbatur, nullum erat præsidium: id, quod attulit Lacedæmoniis infortunium: nam dux Messeniorum cum nonnulla manu sagittariorum, & leuis armaturæ eos à tergo aggressus inde est ita, vt coacti fuerint deditionem facere.

Επισπώμενοι. Attracti: αὐτὶ τοῦ insecuti eos.

Ουκ εἶχον περίοδον. Non poterãt circumire, ac circunuenire eos, ꝓpter naturã loci, quæ erat munita.

Προσιόντες δὲ ἐξ ἐναντίας. Inuadentes autem à frõte.

Οἱ δὲ μὴ ἐνδοῦναι. Illi, vt locum, & munitionem tuerentur, non cedentes. ἐκ τοῦ ἀφανοῦς. Ita vt hostes falleret, circumductis longiore itinere militibus, ne ab hostibus conspici possent, vt Cæsar libro primo Belli Gal. in fine.

Ρ'ᾷον δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι. Facilius autem tum Lacedæmonij, quàm antea se tutabantur, quia circunueniri non poterant.

Ουκ οὔσης σφῶν τῆς κυκλώσεως. αὐτὶ τοῦ οὐ δυνάμενοι κυκλωθῆναι. ἢ οὐ δυναμένων τῶν πολεμίων κυκλώσασθαι, ἢ ὅτι οὐκ ἦσαν κεκυκλωμένοι.

Απέραντον ἦν. αὐτὶ τοῦ οὐκ ἐγίγνετο πέρας τῆς μάχης. Difficultas prœlij, & longa fatigatio militũ impulit ducem Messeniorũ. &c. peritia etiã fortasse locorum, & animi præsentia, & odium Lacedæmoniorum.

Περιιέναι. ὥστε περιιέναι κατὰ νώτου αὐτοῖς.

Βιάσασθαι. Vi irrupturum. τὴν ἔφοδον, res pro personis.

Εκ τοῦ ἀφανοῦς ὁρμήσας. Digressus longiore itinere, ne ab hostibus conspici posset.

Καὶ μόλις. Incrementum, vix est magis, quàm χαλεπῶς.

Εξέπληξε. Metu consternauit casu repentino, & inopinato.

Επέρρωσεν. Erexit, confirmauit.

Καὶ οἱ λακεδ. Itaque Laced. coacti sunt referre pedem, & cedere hostibus. Sed affert plures causas.

Ως μικρὸν μεγάλῳ. Vt parua magnis conferam. Correctio.

Αμφίβολοι. Hinc, atque inde telis petiti.

Εκράτουν ἤδη. Potiti iam erant accessu, aditu.

Τῶν πρότερον ἀρχόντων. Occurrit ad illud: atqui Epitadas præerat. λύσις, obierat iam ille: qui ei suffectus est, iacebat inter cæsos semimortuus.

Τῶν πρότερον. πρόληψις.

Αρχειν κατ' νόμον. Legitimum imperium obtinere, vel, ἐφῃρημένος κατ' νόμον.

Εἴτι πάσχοιεν. Siquid eis humanitus accidisset.

Γίνεσθαι ἐπ' ἐρωτήσεως. Constitui in percontatione id est, percontari.

Μηδὲν αἰσχρὸν ποιοῦντας. Nullum dedecus admittentes, salua dignitate.

Ως ἐσπλουν. Ad profectionem, ad reditum.

Απέθανον δὲ ἐν τῇ νήσῳ. Notat obiter numerũ Thucyd. eorum, qui captiui Athenas deducti sunt: atq; vt constaret ratio istius numeri, repetit eam summam Lacedæmoniorum, qui in insulam traiecerant, & cuius antea fecit mentionem.

Οκτὼ ἀποδέοντες. Ergo 128 cæsi fuerant.

Στάδια) (ἀκροβολισμός.

Χρόνος δέ. notat tempus istius rei gestæ. i. quandiu durauerint res istæ ad Pylum gestæ, 72. dies, dẽme 20. qui sumpti sunt, vt de compositione ageretur

ageretur per legatos Athenas missos, remanent A 52 dies.

Σιτοδοτεῖν. Metiri militibus frumentum, Cæs. libro primo, 10. vbi se diutius duci intellexit Cæsar, & diem instare, quo die frumentum militib. metiri oporteret.

Εσιτοδοτοῦντο. Frumentum, vel alimenta necessaria accipiebant.

Καὶ τὸ κλέωνος. Id est, & Cleo præstitit promissa, quamuis insanus videretur.

Η ὑπόσχεσις ἀπέβη. Res pro persona, quasi non ipse eius rei author fuerit, & sua virtute, atq; consilio præstiterit promissa, sed fortunæ beneficio hoc ita ei acciderit. B

Ανάγκη. Siti, frigoribus, caloribus, &c. eleuatio victoriæ illius.

Παραδοῦναι. ἂν supple, ἀντὶ τὸ παραδώσειν.

Δι' ἀχθηδόνα. Vt eum pungeret vt ei illuderet.

Οἱ τεθνεῶτες αὐτῶν. Vt eum carperet siue affirmasset, siue negasset: si negasset, illud ipse obtinebat, Lacedæmonios non ita esse viros fortes, vt hominum opinio erat, & vt ipsi sibi arrogabant: sin affirmasset, erat paratus, vt exprobraret ignauiam. Cur igitur vos non imitati estis eorum virtutem, sed instar mulierum arma abiecistis, deditionem fecistis, & iam captiui in vinculis asseruamini? C

Πολλοῦ ἂν ἄξιον εἶ). Summa responsi erat: æquè viros fortes fuisse omneis, sed illos incidisse in tela, atque ita confectos interiisse, se non incidisse, atque ita euasisse: deditionem autem fecisse, quia nulla spes salutis ostendebatur. D

Δήλωσιν ποιούμενος. ἀποδηλῶν.

Καὶ φοβούμενοι. Et veriti ne grauior rerum nouarum molitio oriretur, id est, ne ciues etiam inciperent transire ad hostes.

Αλλὰ καὶ τὸ. Quamuis verò simulare cuperent, & suum dolorem occultare, tamen non poterant.

Σολύγειος λόφος. σολύγεια, κώμη κορίνθου, στεφάν.

Πανδημεί. L. V. sine delectu. F. P. frequentibus copiis.

Προπυθόμενοι δὲ κορ. Acceperant nuntium Corinthij de aduentu classis, & hostium: itaque frequentes ad Isthmum venerant, vt eos egressu prohiberent, sed Athenienses noctu clandestinè appulerunt. E

Εκ πλείονος ἐβοήθησαν. Potius quàm προπυθόμενοι.

Εξω ἰσθμοῦ. μεγαρεῖς, λοκροί, βοιωτοί, φοκεῖς ἀμφισσεῶται, λευκάδιοι, ἀνακτόριοι.

Καὶ βάττος μέν. Narrat Battum alterum Corinth. ducem venisse cum præsidio ad Solygiam pagum, vt eum tueretur: alterum conflixisse cum Athen. & varia fortuna pugnasse: tandem ipsum cecidisse: Athenienses victoriam obtinuisse. λαβὼν λόχον, cum cohorte. F

Εν χερσί. Comminus res gerebatur,) (ἀκροβολισμός.

Παλὸν δὲ ἀπὸ τῶν νεῶν. Variam huius prælij fortunam describit.

Εσκύλευον. σκῦλον τὸ δέρμα, ὅθεν ἡ ἀσπίς.

Εκάθηντο. Stabant.

Ονείῳ. Numero multitudinis Straboni τὰ ὄνεια ὄρη, libro octauo, & nono erat ῥάχις τις τῆς μεγαείδος μηκυνομένη ἀπὸ τῶν σκιρωνίδων πετρῶν, ἐπὶ τὴν βοιωτίαν, καὶ τὸν κιθαιρῶνα. G

Τὸ γεγενημένον. Aduersum suorum prœlium.

Ιδόντες δὲ οἱ ἀθ. Explicat receptum Ath. sed causas receptus primo loco narrat.

Τὰ σκυλεύματα, τὰ σκύλα.

Επικηρυκευσάμενοι. Misso caduceatore, Thucyd. verbum.

Υποσπόνδους. Hoc erat fateri se victos, & tamen victores discesserant. quid igitur? λύσις, caritas Niciæ in suos ciues hoc ita fecit, πλούτ. ἐν Νικίᾳ.

Ες κρομμυῶνα. Id, quod suspicabantur Corinthij.

Οἱ προστάται. Principes, primores.

Ουκ ἀποκτείνωσιν. Atque ita denuo negotium eis facesserent, id, quod timebant vehementer.

Μηχανῶνται. Struunt, verbum dolosum, ab architectis machinarum bellicarum sumptum.

Τινάς. Seruit probabilitati.

Ολίγους. ὑποπέμψαντες, φίλοις. Hæc attributa omnia faciunt rem probabilem: pauci enim erant minus suspecti, quàm multi: qui videbantur amici potius, quàm aperti inimici: clandestinè missi, quàm si apertè fuissent missi: sed βραχύτης.

Καὶ διδάξαντες. ἀξιοπιστία.

Πλοῖον δὲ. Quasi misericordia ciuium suorum tangerentur, fide tamen agebant punica.

Μέλλειν γὰρ δή. Causa valde probabilis.

Τοὺς τεχνησαμένους. Qui fraudem, & dolum commenti fuerant.

Οἴκημα. Carcerem Atticis.

Διῆγον. Traducebant per medios binos ordines armatorum, qui hinc inde erant instructi.

Παιομένους. Cæsim, punctimque vulneratos.

Τοιούτῳ μὲν τρόπῳ. ἐπίλογος.

Πολλὴ γενομένη, καὶ ὠμή. Vt libro superiore.

Επελεύτησεν ἐς τοῦτο. Hũc habuit exitũ in isto bello.

Οσα γε. αὐτὶ τὸ ὅσον. Quantum attinet ad istud bellum: innuit alias quoque seditiones olim accidisse Corcyræis, sed se istam tantùm descripsisse, quæ ad hoc bellum pertinet, ἢ ἐκείνων, ὅσα.

Οἱ δὲ ἀθηναῖοι. Transit ad Ath. & classem missam in Siciliam: eos memorat Corcyra digressos in Siciliam venisse: atq; ibi cum sociis bellum administrasse.

Αργυρολόγων: ἀργυρολόγοι νῆες. Quæ à sociis exigebant, cogebantq; pecuniam ad vsus belli, ἀργυρολόγοι etiam quæstores destinati pecuniæ legendæ, latinè coactores.

Μεταγραψάμενοι. Conuersas iam. aliâs μεταγράφειν, describere, mutare, reponere, &c.

Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος. Narrat Chios eadem hyeme muros nouos fuisse demolitos iussu Ath. ea tamen conditione, ne quid in ciuitate innouarent.

Ποιησάμενοι μέν τι. Adhibita tamẽ firma cautione quantum fieri poterat, ne Athenienses quicquam de pristino statu ciuitatis innouarent, vel de se statuerent, hic est germanus sensus. at L. V. hæc ita, etsi fidem fecerant, & quoad poterant satisdabant, se nihil aduersus illos noui cogitaturos.

Βουλεύειν. Non erat Chiorum, qui erant subiecti, sed Atheniensium, qui Chiis imperabant.

Εσειστ. Ex ordine verborum, quæ carent supposito. ἀντὶ τὸ σεισμὸς ἐγένετο.

Καὶ μισθωσάμενοι ἐπικουρικόν. & manu militum Peloponnesiorum mercede conducta.

Νεμομένων. Possidentibus.

Εὐπορία. Facultas, opportunitas ædificandarum nauium.

Τῶν περιοίκων. Vicini, accolæ circumcirca.

Καὶ πολλὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο. Curabãt diligenter.

Προσβολή. L. V. receptus. F. P. portus, locus, ad quem appellebant. Cur non appellebant ad oram maritimam Laconicæ? λύσις διὰ τὰς ξενηλασίας.

Καὶ λῃσαὶ ἅμα. Duas opportunitates habebat potissimum insula Cythera: altera erat, nauium, quæ ex Ægypto, atque Aphrica veniebant, & ad eam insulam appellebant: altera erat, quia erat quasi propugnaculum Laconices, ita, vt Piratæ minus auderent oram eius maritimam infestare. Hæ opportunitates maximum vsum afferebant Lacedæmoniis propter loci vicinitatem.

Ἡ πρὸ μόνον. Qua tantùm infestari poterant.

Πᾶσα γὰρ ἡ νῆσος τῶν κυθήρων. Tota enim consurgit, vel porrigitur ad mare Creticum, & Siculum.

Πλὴν θανάτου. Saluo capite: vt scilicet de fortunis, & corporibus eorum statuerent arbitratu suo, vitæ, & saluti parcerent. exceptio.

Ἦσαν δὲ τινες καὶ. Habita fuerant colloquia etiam ante inter Niciam & Cytherios. ἀξιοπιστία. vt narratio esset probabilior. Vix enim videri poterat probabile eos, qui in arcē se recepissent, & disciplinam Spartanam tenuissent, aut inopia commeatus coactos, aut ignauia impulsos tam citò deditionem fecisse.

Ανέστησαν γὰρ. σημαίνωσαι. Hic locus est mihi admodū suspectus de mendo: nam si retineamus istam lectionē, erit sensus Ath. expulisse suis sedibus Cytherios: hoc erat durū admodum, & calamitosum: quæ igitur erat ista æquitas conditionum, de qua paulo ante ἐπιτηδειότερον, &c. Deinde non mouerūt omneis Cytherios Athenienses, (vt videbimus infra) sed nonnullos, & illos perpaucos. Itaque Thucyd. non constaret sibi ipse: loci enim isti sunt inter se contrarij. quid igitur? puto aliquid deesse, particulam negantem, aut aliud simile: non habeo codicis cuiusquam authoritatem, quam sequar, sed tamen coniecturis, & ratione ductus volui lectores monitos.

Λακεδαιμονίους. Hæc est vna inter cæteras coniecturas. nam quamuis accipi possit etiam alio sensu, tamen seruit commodissimè nostræ interpretationi.

Οὖ. αἰτὶ τοῦ ἐν ἐκείνοις, οἷς.

Ἐν φυλακῇ πολλῇ ἦσαν. Cauebant sibi diligenter.

Γεγενημένου μέν. Quoniam acceperant modò cladem illam ingentem, & insperatam.

Καὶ πανταχόθεν σφᾶς. Et vndique circundati erant hostibus imminentibus, & à quibus vix cauere sibi poterant.

Ξυνιστῶτες. Certantes, ab anteced. Ξυνίστασθαι τινὶ πρός τινα.

Παρὰ τὴν ὑπάρχουσαν. Contra pristinam, & vsitatam sibi rationem, vel formam apparatus .i. contra formam, vel contra rationem disciplinæ militaris, qua vti consueuerant, vt non ex equo scilicet, neque aduersus copias nauticas, sed pugna stataria rem gererēt, & aduersus copias pedestres.

Οἷς τὸ μὴ ἐπιχειρούμενον. Annot. qui semper in eo, quod non aggrederentur, sua expectatione se priuari existimabant. F. P. qui si quid non aggrederentur. vel, nisi quid noui semper molirentur, sua spe se frustrari interpretabantur. vel quicquid intentatum relinquerent, id deesse spei, quam de rebus gerendis conceperant, putabant. Ἐν δημηγορίᾳ Κορινθίων.

Μόνοι γὰρ ἔχουσί τε ὁμοίως. καὶ ἐλπίζουσιν ἃ ἂν ἐπινοήσωσι, διὰ τὸ ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσιν.

Τοῖς δὲ ἀθηναίοις. Conclusio: itaque ob eas causas præsidia disposita non audebant confligere cum copiis Ath. quacunque exscensionem fecissent.

A Τὰ μὲν πολλά. χωρία δηλονότι, ἢ φρούρια.

Ὡς γίγνοιτο. ἐπειδὴ γίγνοιτο.

Ἠμύνατο. Restitit, hostem propulsauit.

Ἐφόβησεν. Fugauit, terruit.

Ἐπιδρομῇ. L. V. repente aggressi. F. P. facto in eam impetu.

Νεμόμενοι δέ. Digressiuncula.

Πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην. Tamē cum eis sentiebant, & eorum partibus fauebant. ἡ μεταφορὰ à sententiis, quæ ferebantur per discessionem.

B Ἀξιόμαχοι. Numero pares, & propterea ἀξιόμαχοι.

Προσπλεόντων. Priusquam appulissent, aduentantibus, αἰτὶ τοῦ πρὸ τοῦ καταχεῖν, ἢ προσπλεῦσαι.

Τὴν ἄνω πόλιν. Ergo murus, quem ædificabant, erat futurus κάτω πόλις.

Καταθέσθαι. L. V. transcribere. F. P. collocare.

Ἀσφαλείας ἕνεκα. L. V. tutelę gratia. Annot. securitatis gratia. F. P. vt res in tuto essent, ad vitandum periculum. Cautionis gratia, vt sibi cauerent, ne res nouas molirentur.

C Διαφερομένων. Dissentientium, & petentium ea, quibus se quisque fraudatum existimabat.

Αὐτούς. Hic distinguo.

Πρὸ τοῦ αὐτίκα. Potius quàm aliquam iacturam præsentem facere.

Αὐτὰ δὲ ταῦτα. αἰτὶ τοῦ αὐτῶν δὲ τούτων μὴ παραλομένων ἑκατέροις ἐν καιρῷ.

Αἱ παραινέσεις. Tum verò monitores sunt audiēdi.

Ὃ καὶ ἡμῖν. Id quod nobis in præsentia plurimi erit faciendum, si monitores audiamus. περιπλοκή, D conclusio coniuncta cum petitione.

Ἡμῖν. μέθοδος ἐπιεικείας.

Πειθομένοις. Quibus? τοῖς παραινοῦσιν. i. mihi.

Πλείστου. Erit plurimi æstimandum.

Εὖ θέσθαι. αἰτὶ τοῦ διαθέσθαι. Distrahere à mercatoribus ἡ μεταφορά. Iam verò accipitur pro οἰκονομῆσαι, id est, administrare.

Δι' ἀντιλογιῶν. Disceptando.

Καὶ ἣν ἄρα. Et si non successerit, vt vnusquisque nostrum suum ius obtineat, atque ita hinc discedat, iterum ad arma redibimus.

E Ἴσον ἔχοντα. Suum ius obtinenti.

Ἔσται. Futurum pro præterito.

Ἀλλ' εἰ δυνησόμεθα. Sed si facultatem sumus habituri conseruandæ Siciliæ in posterum, quæ Atheniensium insidiis appetitur.

Ὡς ἐγὼ κρίνω. σιμνότης.

Καὶ διαλλακταί. A conseq. ipsi Athenienses sunt sequestri.

Παράδοξον. δεινότης. Præter opinionem est, quòd F hostes cogerent aduersarios ad reconciliationem.

Λύσις, quia imminent nobis, & insidiantur nostræ libertati. Hæc dura necessitas ab illis imposita nos cogit.

Ἀναγκαιοτέρους. Magis necessarios, id est, efficaciores, &c.

Περὶ τῶν δέ. διαλλακταὶ περὶ τῶνδε. De istis controuersiis mutuis.

Οἱ δύναμιν ἔχοντες. Terret Siculos à magnitudine potentiæ Ath. & ab eorum artificiis, & dolis.

G Εὐπρεπῶς. Præscriptione speciosa.

Ἐς τὸ ξυμφέρον. Ad suum emolumentum.

Οἱ καὶ τοὺς μὴ ἐπικαλουμένους. Auget suspicionem à maiori.

Προκοπτόντων. προκοπὴν, καὶ ἐπίδοσιν ποιούντων ἡμῶν τῆς ἀρχῆς ἐκείνων. Nos aditum illis patefacimus ad imperium istud obtinendum.

Καὶ τοι

Καὶ τοι χρὴ ἐκάστους. Atqui si accersendi sunt nobis socij, accersendi sunt, si sapimus, propagandi, amplificandique imperij gratia, potius quàm minuendi.

Τὰ μὴ προσήκοντα πράγματα. ἀρχὴν ἀλλοτρίαν.

Τὰ ἴδια βλάπτοντας. τὰ οἰκεῖα. ἴδια) (μὴ προσήκοντα. Quàm vt res nostras atteramus, minuamus, lædamus.

Καὶ τοὺς κινδύνους προσλαμβάνειν. Et pericula nobis adiungere. Definit quodãmodo quid sit istud accersere societates externas.

Νομίσαι τι. χρὴ δηλονότι. Et existimandum est seditionem maximè euertere Respublicas & Siciliam.

Κατὰ πόλεις δὲ διέσταμεν. Singulæ ciuitates dissensione, ac discordia laboramus.

Α χρὴ γνόντας. Quibus animaduersis, & priuatim, & publicè in gratiam redeundum est, & vnà omnibus contendendum de salute Siciliæ totius.

Παρεστάναι δέ. χρὴ δηλονότι. Nec in mentem venire cuipiam oportet, Dorienses esse hostes Atheniensium, Chalcidenses esse amicos.

Τῇ ἰάδι ξυγγενείᾳ. Propter cognationem Ionicam id est, quia sunt Iones, & cognati.

Τοῖς ἔθνεσιν ὅτι δίχα πέφυκεν. Hic est adhibenda virgula post πέφυκεν, ἔχθει τοῦ ἑτέρου μέρους δηλονότι.

Αλλὰ τῶν ἐν τῇ σικελίᾳ. Sed publicas fortunas Siciliæ appetentes.

Αὐτοὶ τὸ δίκαιον. αὐτὶ τοῦ αὐτοὶ βοηθοῦσιν πρόθυμος.

Παρέχοντο τὸ δίκαιον τῆς ξυνθήκης. Ius fœderis præstiterunt.

Καὶ τοὺς μὲν Ἀθηναίους. Castigat iam Siculos, qui cùm animaduertant quò spectent consilia Atheniensium, tamen iis occurrere, & hostem propulsare non audeant. Tractat hunc locum per collationem. Confert ingenia Atheniensium cum ingeniis Siculorum. Athenienses venia dignos esse ait, qui quærant imperium. Natura enim ita comparatum esse, vt homines alijs præesse velint, seruitutem horreant. Siculos ipsos grauiter accusandos, qui iugum seruitutis non recusent: sed sua sponte colla quodammodo subiiciant.

Πολλὴ ξυγγνώμη. αὐτὶ τοῦ πάνυ ξυγγνωστέον τοῖς ἀθηναίοις πλεονεκτοῦσι ταῦτα, καὶ προνοουμένοις. πλεονεκτεῖν τι, affectare, appetere.

Καὶ οὐ μέμφομαι. ἐπιμονή.

Υπακούειν. Qui ad parendum imperiis sunt propensiores.

Φυλάσσεσθαι δὲ τὸ ἐπιόν. Cauere autem ab iis, qui arma inferunt.

Ο σπὶ δέ. Nos autem ἁμαρτάνομεν, ὅσοι. &c. μέθοδος ἐπιεικείας.

Ορθῶς προσκοποῦμεν. Non rectè .i. nostræ saluti non prospicimus.

Μηδὲ τῶν τοῦς. Neque illud cæteris rebus anteponimus, vt vnà omnes publicũ periculum propulsemus.

Τάχιστα δ' ἄν. Hoc tamen metu celerrimè liberabimur. ἀπαλλαγὴν γίνεσθαί τινος. liberari aliqua re. ἀπαλλαχθησόμεθα. remedium & medicinã huic morbo adhibet, concordiam.

Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν. Propulsemus, dimittamus hostes, neque portubus, ac mœnibus nostris eos recipiamus, ita fiet vt cùm non habeant vbi consistant, domum redeant. Ratio. Non enim ex suis finibus profecti nos inuadunt: sed ex Leontinorum scilicet, & sociorum finibus.

Καὶ οὕτως οὐ πόλεμος. Atque ita non bellum bello propulsabimus, sed pace, id est, nostra concordia sine vllo negotio hostem expellet.

Οἱ τ' ἐπίκλητοι. Et Athenienſ. qui euocati sunt, & qui infesto animo, quanquam honesta præscriptione huc venerũt, iure optimo infecta re abibunt.

Καὶ τὸ μὲν πρὸς ἀθην. Atque commodum, quod ad Athenienses attinet, tantum esse comperitur, si rectè consulamus. Pacem autem, quam omnes optimam esse confitentur, cur non faciamus?

Αγαθὸν τὸ πρὸς τοὺς ἀθ. Intelligit vitationẽ insidiarũ, quas Atheniẽses tendebãt libertati, & fortunis Siciliæ. Et vox illa τοῦ ἀγαθοῦ est referenda ad Siculos. Illis enim erat profuturum si vitassent istiusmodi insidias, non autem Atheniensibus.

Καὶ τὸ μὲν πρὸς τοὺς ἀθ. Atque id, quod ad Athenienses attinet .i. ad vitandas eorum insidias.


Τοσοῦτον. αὔξησις. εὖ, ὀρθῶς.

Τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην. Pacem verò, quam constat apud omnes summum esse bonum, cur etiam nos non amplectamur?

Καί. Particula ista pondus habet. Latet in ea æmulatio. q. d. cæteræ gentes, nationes, ciuitates isto bono perfruuntur, cur etiam nos earum exemplo non perfruemur?

Η δοκεῖτε. Impellit eos à perfruitione rerũ bonarum, quas pax affert, & alit, & à vitatione rerum malarum, si quæ adsunt, & premunt. Si bona, & commoda adsunt, ea pax conseruat, & auget: sin mala, & incommoda, ea verò abigit, & propulsat. bellum contra. Ergo σύγκρισις.

Τὸ μέν. τὰ ἐναντία, id est, τὰ κακά, χιασμός.



Παῦσαι ἄν. Finituram, finem imposituram.

Καὶ τὰς τιμάς. Et pacem habere dignitates, atque honores certiores, quàm bellum? ἀκινδυνοτέρας, certiores.

Αλλα τε ὅσα. Et alia quæ longa oratione quis posset persequi, voluptates scilicet.

Ωσπερ περὶ τοῦ πολεμεῖν. Quemadmodum de bello longa scilicet oratione potest disseri: sed in contrariam partem.

Α χρὴ σκεψαμένους. Quibus perpensis, & consideratis non est cur meam sententiam negligatis: sed potius vnusquisque vestrum admonitus suæ saluti consulat.

Απ' αὐτῶν. Quasi ab aliqua specula.

Σφαλλέσθω. Dicendum erat, incertos fortunæ casus subeat. Sed ad magis mouendum rem certam pro incerta posuit autor.

Γνοὺς ὅτι. Incommoda proponuntur, quæ pertinaciam consequuntur.

Μετιέναι τιμωρίᾳ τινά. Repetere pœnas ab eo, qui fecit iniuriam.

Καὶ ἕτεροι. Alij verò concepta spe se amplificaturos res suas aliorum opibus.

Τοῖς δ' ἀντὶ τοῦ. His verò acciderit vt sua etiam amiserint, nedum aliena occuparint. vel, pro rerum suarum ex alienis opibus amplificatione, suarum etiam iacturam fecerint. κατὰ παρέλθησιν hæc dicuntur.

Κρατεῖ τοῦ μέλλοντος. In sua potestate rerum exitum habet.

Τοῦ ἀφανοῦς. Exitus, & ſucceſſus, qui neſcitur A qualis futurus ſit.

Καὶ τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης. ἐκείνων δηλονότι, ὧν ἕκαστος ἡγεῖ. Et exiſtimantes nos per conſilij, atque opinionis infirmitatem ſatis impeditos fuiſſe iſtis difficultatibus, quin ea, quæ ſperabamus, obtineremus. res pro perſonis. τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης εἰρχθῆναι. ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς τοὺς ἐλλιπεῖς γνώμης. Sed μέθοδος ἐπιεικείας, κὶ περιπλοκή.

Τὸ ξύμπαν τι δὴ γνῶμεν. In ſumma verò cognoſcamus. Si mihi aſſentiamini, futurum vt vnuſquisq; noſtrum libertatem retineat.

Ἀφ᾽ ἧς αὐτοκράτορες ὄντες. Qua retenta, cùm noſtri B iuris, atque arbitrij erimus, & bene meritis gratiam referemus, & inimicos vlciſcemur.

Ην δὲ ἀπιστήσαντες. Sin mihi non aſſentiamini: ſed aliorum autoritatem ſequamini, non ſolum non vlciſcemur inimicos: ſed etiam fortaſſe hoſtium amici, noſtrorum inimici erimus.

Οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα. Supple agemus. Sed eſt ἀποσιώπησις.

Εἰ τύχοιμεν. Si res ita tulerit. ἀντὶ τοῦ ἴσως, τάχα.

Κατ᾽ ἀνάγκην. δι᾽ ἀνάγκην.

Προειδόμενους αὐτοῦ. Proſpicientes nobis ipſis. vel, αὐτοῦ, τῶν πραγμάτων.

Ξυγχωρεῖν. ξυμβῆναι.

Μηδὲ μωρίᾳ φιλονεικῶν. In epilogos ingreſſus Hermocrates cẽſet pacem faciendam, finem pertinaciæ imponendum, non ita mutuis diſcordiis contendendum, vt dum quis ſuas iniurias vult vlciſci maiora detrimenta, & incommoda ſibi comparet.

Τῆς τε οἰκείας γνώμης. Mutata eſt ratio. ἀντὶ τοῦ τῆς τε D τύχης. &c. ὁμοίως, καὶ τῆς οἰκείας γνώμης.

Περιρρύτου. Quæ mari vndique alluitur. i. νήσου, quæ ſcilicet non tam facilè poteſt ab externis oppugnari, modò ſimus concordes, & vnanimes. vel, quæ nos admonet vt externorum commercia vitemus. χολ.

Καὶ ὀνόματι ἑν. Quamuis alij noſtrum Dorienſes, alij Chalcidenſes ſimus, eáque re differre inter nos videamur, tamen eodem omnes nomine vocamur, nempe Siculi. mouet à communione nomi- E nis, quæ magnam vim habet.

Οἱ πολεμήσομέν τε. Occurrit obiter ad illud: non poterit conuenire inter nos, &c. concedo fieri hoc poſſe: Sed dimittamus iam hoſtem. niſi deinde conuenire poterit, bellum renouabimus.

Καὶ ξυγχωρησόμεθα. Et rurſus compoſitionem faciemus per mutua colloquia.

Καθ᾽ ἡμᾶς αὐτούς. Hæc ego cum ſequentibus coniungo.

Ἀθρόοι. Frequentes, concordes, vel omnes ſimul.

Διαλλακτάς. Pacis ſequeſtros, pacificatores.

Ξυνηνέχθησαν γνώμῃ. Conſenſerunt.

Ἀλλὰ καὶ τὰ δυνατά. ἀντὶ τοῦ καὶ τὰ ἀπορώτερα ἐν ἴσῳ, κὶ τὰ δυνατά. æquè τὰ ἀδύνατα, ac τὰ δυνατά.

Ὑποτιθεῖσα. Suggerens.

Ἰσχὺν τῆς ἐλπίδος. Firmam ſpem.

Δίς. Vel ineunte vere, vt corrumperent pabulum, & æſtate, vt corrumperent fruges. vel, æſtate, & autumno, vt impedirent vindemiam, & fructus percipiendos.

Γνόντες δ᾽ οἱ τοῦ δήμου προστάται. Sed cùm animaduertiſſent populi principes, ac rectores populum preſſum & afflictum iam malis ſuperioribus non fore parem, vt aduerſæ factioni reſiſteret, metu adacti, ueniunt in colloquium cum ducibus Ath. & de vrbis deditione cum ipſis agunt.

Προσχωρήσειν. Facturi deditionem.

Οἱ οὖν Ἀθηναῖοι. Narrat Athenienſeis rebus omnibus ad id neceſſariis comparatis, veniſſe clàm proxime Megara, & inſidias poſuiſſe.

Ἐπειδὴ παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις. Poſtea quàm hinc inde res omnes neceſſariæ comparatæ fuerant, quid erat comparandum Athenienſibus? milites, arma, ſcalæ, ferramenta, & alia id genus ad oppugnandos, atque adeò expugnandos, vel certè occupandos muros hoſtium. quid Megarenſibus? vt Athenienſeis adiuuarent, ſe ſeipſos confirmarent: de ratione rei gerendæ ſecum conſtituerent, de loco, de tempore, de modo, &c. hæc ſunt quæ ait hinc inde comparata.

Τῶν ἔργων. Milites, arma, &c. intelligit.

Λόγων. Colloquia intelligit habita de modo, de loco, de tempore, quæ breuitati ſeruiens omittit.

Ὑπὸ νύκτα. Sub noctem, nocturno tempore. ἀξιοπιστία.

Περίπολοι. οἱ τὰς φυλακὰς περιπολοῦντες. Vt obſer- C uent, & inſpiciant, qui ſuum officium faciant, qui minus.

Ἐς τὸ ἐνυάλιον. Ad martis. ὁ, περὶ τὸ σημαινόμενον.

Οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι. id eſt, proditores.

Ἀκάτιον ἀμφηρικόν. Impetrauerant à Magiſtratibus Megarenſes, vt ſibi liceret mœnibus vrbis exportare nauigiolum, & ante lucem reportare. cauſa erat, vt noctu latrocinarentur, & popularentur agrum Atticum: cur hoc non interdiu? ne à præſidio Athen. quod erat ad Minoam inſulam proximam conſpicerentur: dum igitur iſtud nauigiolum plauſtro vectum reportatur, apertis portis irruperunt Ath.

Ἀμφηρικόν. Quod binis remis agebatur, ergo minimum.

Τεθεραπευκότες. Impetrata. ἀπὸ τῶν ἐμψύχων, ἡ μεταφορά. θεραπεύειν. demereri, conciliare ſibi.

Ὅπως τοῖς ἐκ τῆς μινώας, &c. i. ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι οἱ ἐν τῇ μινώᾳ ἧττον φυλάσσοιντο. i. vt eos fallerent.

Ὡς τῷ ἀκατίῳ. πλεονάζει ἡ ὡς.

Ἐγίγνετο γάρ. Dato enim ſigno hoc adminiſtrabatur.

Βεβαίως. Periculi immunes.

Προσπεπτωκότων. Irrumpentibus, ingruentibus.

Καὶ τῶν προδιδόντων μεγαρέων. L. V. & quum illic pugnarent Meg. proditores, &c. F. P. præſertim oppugnati à Megarenſibus proditoribus: ſuſpicabantur enim ſe ab omnibus proditos eſſe.

Ξυνέπεσε γάρ. Additum narrat Thuc. timorem timori, & ſuſpicionem ſuſpicioni, Peloponneſiis, vt F ſe reciperent in arcem. Tubicen (inquit) Ath. ſponte ſua edixit, Megarenſes qui vellent arma cum Athenienſibus iungerent. ea res afferebat ſuſpicionem copiam proditorum eſſe.

Οὐκέτι ἀνέμενον. Nullam moram fecerunt.

Αὐτοὶ δὲ διάδηλοι. Ipſi verò facilè internoſci poterant.

Κατὰ τὸ ξυγκείμενον. Vt inter eos conuenerat.

Κατηγορεύει. Indicat.

Χρῆναι, ἢ ἀνοίγειν τὰς πύλας. ἢ ὅτι χρῆναι ἐπεξιέναι.

G Ἐδήλουν δὲ οὐδέν. Nullam dabant ſignificationem, diſſimulabant ſe ſcire, &c. ne ſcilicet tumultum excitarent, & res adducerent in diſcrimen imminente hoſte.

Τὰ πρασσόμενα. Quæ gerebantur, ſtruebantur.

Καὶ ἅμα. Et ſimul ad portas permanebant, & eas cuſtodiebant.

Γνόντες

Γνόντες δὲ οἱ τῶν Ἀθ. στρατηγοί. Narrat Ath. duces animaduertisse rem detectã: itaq; cœpisse nouum consilium de Nisæa circumuallanda.

Ἐναντίωμά τι ἐγένετο. Impedimenti aliquid accidisse: quin scilicet portæ sibi aperirentur: & intelligentes se vi non posse potiri vrbe.

Ἀρξάμενοι δέ. Describit rationem qua vsi sunt Athen. in circumuallanda Nisæa: summa est: duxerunt murum transuersum inter mœnia, quorum potiti fuerant, Megara versus: mœnia ipsa occupauit exercitus, & fossas ad mare, atque ad Nisæam vsque: & sicubi opus erat, vallo communiuit: opus ferè absoluit spatio bidui. Hoc cùm animaduertissent Peloponnesij, territi deditionem fecerunt.

Διοικοδομήσαντες. Ædificato muro transuerso.

ἡ στρατιὰ διελομένη, τάφρον τε, καὶ τείχη ἀπ' ἐκείνου ἑκατέρωθεν ἐς θάλασσαν τῆς Νισαίας, ἀπεσταύρουν, &c. Χρώμενοι.

Διελομένη. Partitæ inter se .i. dispositæ variis, & opportunis locis murorum, & fossarum.

Καὶ ὕλην. Et aliam materiam.

Ἀπεσταύρουν. Vallo muniebant.

Εἴπη δέοιτό τι. Si qua pars alicubi egebat munitione.

Ἔτυχε γὰρ ἐξελθών. Erat enim in itinere, & noctu ad Tripodiscum contendebat.

Λαθὼν τοὺς Ἀθ. Clàm Atheniensibus: probat à loci distantia.

Βουλόμενος. Cupiens experiri an Nisæam recuperare posset. Λόγῳ. quia hoc prædicabat. λέγων ἐν ἐλπίδι εἶναι, paulò post.

Καὶ ἡ πόλις. Et ciuitas bello domestico pressa, præsertim imminentibus proximè Atheniensibus, periret.

Τὸ μέλλον περιιδεῖν. Rei euentum circumspicere, expectare.

Καὶ οὕτω σφίσιν. Atque ita tum sibi fore tutius victorum partes sequi, si viderentur esse sibi beneuolæ.

Ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος τοῦ κινδύνου. Quia rem suam agi intelligebant.

Καὶ ἤδη ὄντες. Iamque erant ad Platæas cum omnibus copiis

Ἐν τάξει. Instructa acie.

Ἐν γὰρ τῷ πρὸ τοῦ. Affert rationem cur ea res ex improuiso acciderit Atheniensibus: nulla enim auxilia ad illum vsque diem venerant Megarensibus.

Ἐπὶ πολύ. Ad multum diei spatium.

Ἐν ᾧ ἀξιοῦσιν. In quo vtrique se superiores fuisse existimant: ex iis tamen, quæ sequuntur, colligimus Athenienses fuisse superiores.

Προσελάσαντας. Longè meliore sensu (ni fallor) legi potest, & sine particula καὶ: verisimilius enim est Athenienses strenuè pugnasse, & rem feliciter gessisse propè suas munitiones, vnde subsidia sperare poterant, quàm si longius prouecti ad hostium agmen accessissent, vbi non solùm ab equitatu, sed à peditatu etiam poterant infestari.

Τελευτήσαντες βεβαίως. Neutri tamen in toto isto prœlio certum, & minimè dubium pugnæ euentum adepti, dirempti sunt.

Μετὰ δὲ τοῦτο. Narrat Brasidam ea re gesta mouisse castra, & propius Megara, & Nisæam accessisse: & occupato loco idoneo aciem instruxisse, ac dimicandi potestatem fecisse Atheniensibus: Athenienses verò instruxisse illos quidem aciem sub muros, quos tenebant, sed noluisse progredi vlterius, ne locorum iniquitatem subirent. Hoc fecit Brasidas, vt Megarenseis confirmaret, atque adeò facta istiusmodi ostentatione alliceret, vt sibi portas aperirent.

Ἐπιέναι. Quod erant facturi non sine suo periculo: hostes enim occupauerant loca superiora, quæ si ipsi subiissent non sine suo periculo hoc facturi videbantur.

Καλῶς. Opportunè sibi vtrunque casurum existimabant, siue priores ipsi hostem prœlio non lacesserent, siue Athenienses prœlium detrectarent.

Ἐπειδή γε ἐν φανερῷ. Qui apertè declarauerant se esse paratos ad propulsandum hostem.

Τίθεσθαι. αὐτὶ τοῦ προσθέσθαι. Adiungere sibi, vindicare.

Δικαίως. Quia Athenienses arma intulerant: eorum igitur erat oppugnare Peloponnesios, quod ni facerent, fatebantur se quodammodo victos.

Εἰ μὴ γὰρ μὴ ὤφθησαν. Nisi enim venissent in conspectum.

Οὐκ ἂν ἐν τύχῃ γίγνεσθαι σφίσιν. Non dubitaturos fuisse, sed procul dubio amissuros Megara, quasi victos, γίγνεσθαι τι ἐν τύχῃ τινί, poni aliquid in dubio.

Νῦν δέ. Iam verò cùm & in conspectum venerint, & Athenienses prœlium detrectauerint, id, quod facilè futurum sperabant, non dubitabant se potituros esse Megaris.

Ὥσπερ ἡσσηθέντων: ὥσπερ ἡσσηθέντας. Sed mutata figura.

Νῦν δὲ. τὸ ἑξῆς ἀμαχητὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς. Sed causa, & facultas interposita.

Κἂν τυχεῖν. Futurum fortasse, vt Athenienses nollent prœlio contendere: prœlium detrectarent.

Περιγενέσθαι ἂν αὐτοῖς. Conseruatum iri sibi res eas, quarum causa venerant.

Ἡσύχαζον δὲ καὶ αὐτοί. L.V. Siquidem Megarenses vbi Athenienses egressi apud muros longos instructa acie quieuerunt, idem & ipsi fecerũt. F.P. vbi Athenienses muris egressi aciem instruxerunt, & tamen ipsi quoque non lacessiti ab hoste quiescebant.

Μὴ ἀντίπαλον εἶναι. τὸ ἑξῆς, μὴ ἀντίπαλον εἶναι σφίσι τὸν κίνδυνον, ἢ ἄρξασι μάχης πρὸς πλείονας αὐτῶν, λαβεῖν νικήσαντας μέγαρα, ἢ σφαλέντας τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ βλαβῆναι, ἐπειδὴ καὶ τὰ πλείω αὐτοῖς προσεχώρηκει. Hoc est, quia reputabant longè periculosius esse hostẽ lacessere, etiam si parta victoria Megaris potiti fuissent: probat longè periculosius hoc futurum fuisse: numero enim (inquiunt) sumus inferiores: itaq; efficiebant contentos se esse oportere superiore rerum successu, neque esse periclitandam belli fortunã: nam si superati fuissent ab hostibus, dicebant magnam iacturam factum iri lectissimorum militum, hostium verò non ita: hic est sensus istius loci: sed ordo sententiarum est mutatus, & sententiæ ipsæ constipatæ, & obscuræ.

Μὴ ἀντίπαλον. Non esse par periculum si prouocato hoste etiam vicissent, & Megaris potiti fuissent, atque illud, si victi florentissimum exercitum amisissent.

Επειδὴ καὶ τὰ πλείω. Amplificatio à superiore rerum successu, quo significabant se contentos esse oportere.

, Σφαλέντας) (νικήσαντας.

Τοῖς δέ. ξυμπάσης τῆς δυνάμεως, &c. Summa est: aduersarios verò, etiamsi superarentur, non ita magnam cladem accepturos, sed à consequentibus: quid consequitur eos, qui aut boni aliquid, aut certè non multum mali se adepturos sperant? vt audacter rem gerant, &c.

Ξυμπάσης τῆς δυνάμεως. Omnium ciuitatum Peloponnesiarum intelligit.

Εἰκότως. Quia res eorum agitur, Megarenses erant Dorienses.

Χρόνον δὲ ἐπισχόντες. Commorati autem aliquandiu in armis, cùm neutra acies alteram aggrederetur, discessum est.

Οὕτω δή. ἐπανάληψις. Atque ita Megarenses amici exulum aperiunt portas, &c.

Καὶ δεξάμενοι. Euentum rei explicat, docet receptum in vrbem Brasidam: factionem popularem, quæ nouas res molita fuerat, metu perculsam fuisse: cæteros cum Brasida in colloquium venisse: Brasidam denique atque Athenienseis abiisse.

Διαλυθέντων. Dilapsis.

Ὥρμητο. Cogitabat.

Καὶ πλεῖστον δὴ χρόνον. Rem memoratu dignam obiter notat, istam scilicet rerum mutationem ex republica in dominatum paucorum durasse diutissimè.

Ες τὸν πόντον. In mare Euxinum, quod κατ' ἐξοχὴν ita vocatum, Antandrus est intra propontidem.

Τὴν παρασκευὴν τοῦ χωρίου. Munitionem oppidi. i. muniri oppidum.

Οἱ φεύγοντες. οἱ φυγάδες.

Καταστάντες. Positis sedibus, constituti substiterunt. L. V. exules sese communientes, sed malè.

Ες τὰ ναυτικά. In re nautica.

Ες ταραχὴν καθίστασαν. Perturbabant.

Καὶ τοὺς ἐξιόντας. Et qui vrbe pellebantur, eos recipiebant.

Λάμαχος. Redit ad tertium ducem, quem docuerat paulò ante in pontum nauigasse: narrat eum amisisse classem.

Ορμίσας. In statione collocata classe, cùm stationem subiisset.

Υδατος ἄνωθεν γενομένου. L. V. subita vi torrentium aquarũ supernè deuoluta. F. P. coortis imbribus, & vi torrentis ex improuiso delapsi.

Τῷ γὰρ ἱπποκράτει &c. Hoc est, etenim nonnulli viri Bœotij rerum nouarum studiosi, qui statum popularem cupiebant, egerunt cum eo, & collega de innouando statu Bœotiæ.

Εσηγουμένου. Authore.

Ξυνπλεῖ. Accensetur.

Καὶ εἰ κατορθοῖτο ἡ πεῖρα. Et si succederet conatus.

Ραδίως ἤλπιζον. Facilè sperabant rerum illarum statum mutatum iri, etiam si in præsentia nihil innouaretur.

Εχομένων. Occupatis.

Καὶ λῃστευομένης. Altera causa: & latrociniis agro infestato.

Καὶ οὔσης. Tertia causa, & cùm facilè ex qualibet vrbe, qui vellent, possent breui, & tutò transfugere.

Αλλὰ χρόνῳ. Sed progressu temporis Atheniẽseis res illas adducturos in eum statum, qui sibi esset idoneus. i. in statum popularem.

Ο δὲ ἱπποκράτης. Quid esset interea facturus Hippocrates, demonstrat Thucyd.

Ως προδιδομένας. Quas per proditionem caperet: vel quas proditores erant ei dedituri.

Καὶ ὁ μὲν δημοσθένης. Narrat iam Thucydides quæ gesserit Demosthenes cum Naupactum peruenisset. intulit bellum Agræis: reliquam Arcananiam sibi adiunxit, atq; ita se comparauit, vt Siphas peteret.

Τοῖς τε ἀθηναίοις. Præterea plebs Thessalorum erat propensa studiis erga Athen.

Δυναστεία. Vnius dominatu, qui δυνάστης vocabatur. Erant Aleuadæ, &c.

Οὔτε ἀκόντων δι᾽ ἄξειν. Hoc erat placare iratos aduersariorum animos, & conatus eorum retardare.

Αἰφνίδιόν τε. Excusabant, & purgabant se.

Ελεγε δὲ καὶ αὐτός. Conciuncula obliqua.

Επεὶ καὶ τόδε ἔπραξαν. Nam illud quoque patrarunt.

Τὴν νεότητα. Res pro personis.

Αἰεὶ γὰρ τὰ πολλὰ &c. αὐτί τε αἰεὶ γὰρ οἱ λακεδ. τὰ πολλὰ καθεστήκεισαν περὶ τῆς φυλακῆς μάλιστα τῶν Εἱλώτων. Etenim Lacedæmonij multa instituerant, vt à seruitiis sibi cauerent.

Προεῖπον. Præceperunt illis, vt quicunq; persuasum habebant, se strenuè pugnasse contra hosteis, ij secernerentur, vt libertate donarentur.

Ες τὰ πάντα. Consilio & manu promptum.

Τότε γὰρ παραυτίκα. Nam continuo sua æquitate, ac moderatione multas ciuitates ad defectionem impulit, alias proditione cepit.

Ως τε τοῖς λακεδ. Ita, vt Lacedæmonij facta permutatione reciperent amissa, redderent quæsita, si vellent facere compositionem, id, quod euenit.

Πεῖρα αἰσθομένων. Quoniam alii re fuerant experti: alij fama eius permoti, ita iudicabant.

Ες τοὺς λακεδ. αὐτί τοῦ ἐπιθυμίαν τῶν λακεδαιμονίων.

Επεὶ καὶ τόδε ἔπραξαν. Docuit Thucyd. paulo ante Lacedæmonios metu solicitatos misisse in Thraciam partem seruitiorum cum Brasida: iam confirmat eam rem: nempe metum fuisse in primis causam cur eam seruorum manum cum Brasida mitterent. Confirmatio est à maiori. nam (inquit) adeò sibi timebant, vt duo millia seruorum præterea sustulerint dolo, & artificio.

Πρῶτος γὰρ ἐξελθών. Nam cùm primus ad se exercitum duxisset, & viri boni, prudentis, atque fortis opinionem omnibus inseruisset, firmam reliquit opinionem cæteros Lacedæmonios esse eius similes.

Χρόνῳ. πλεονασμός, μετὰ τὰ ἐκ σικελίας. Libro septimo.

Αγαθός. Genus pro partibus, æquitate, prudentia, fortitudine.

Ελπίδα. καταχρηστικῶς. Opinionem.

Τότε δ᾽ οὖν. Redit ad propositum, & ad seriem historiæ.

Καὶ τῶν ταύτῃ ξυμμάχων. Et socios, qui erant in Thracia diligentius præsidiis tuebantur.

Φυλακὴν πλείονα κατεστήσαντο. Firmiora præsidia apud eos collocarunt.

Ινα προθυμοτέρῳ ἔχοιεν. Vt possent vti eius opera alacrius ad suas res cõstituendas. si Perdiccas irrupisset in fines Arrhibæi cum toto exercitu, eumq; subegisset, curasset sua, neq; se inde commouisset: atque

atque ita causam publicam, & commoda Chalcidensium deseruisset: nisi subegisset Arrhibæum, erat daturus operam publico commodo, sperans nimirum parem sibi gratiam relatum iri ab omnibus, &c. Hic igitur est sensus huius loci.

Διὰ τὸ καρποῦ τὸ δέος. Quia timebant vindemiæ.

Ἐπὶ τὸ πλῆθος. Cùm adisset concionem.

Ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος εἰπεῖν. Erat autem non indisertus, vt Lacedæmonius, quia Lacedæmonij non colebant artes liberales, quibus alitur Eloquentia: Schol. refert ad breuiloquentiam.

Ἀνεῤῥίψαμεν τοσόνδε κίνδυνον. Tãtum periculi subiimus. ἡ μεταφορὰ ab aleatoribus.

Καὶ πρὶν ἔργῳ ἀφικέσθαι. L. V. præter id, quod fecimus. Annot. antequàm ad ipsos re ipsa peruenissemus. F. P. antequàm à vobis reciperemur, & arma iungeremus. Nam poterat Brasidas suspicari facilè eos, qui essent in potestate Atheniensium, non statim portas vrbis fuisse aperturos.

Πᾶν τὸ πρόθυμον. Summum studium, summamq; animorum alacritatem exhibentes.

Ὑμεῖς δέ. Consecutio illud postulabat: vos autem portas mihi occluditis, sed περιπλέκει.

Εἴτ᾽ ἄλλο. Quam societatem, & amicitiam, hoc est, si hostes estis.

Ἢ εἰ ἐναντιώσεσθε. Amplificatio, obsistetis.

Ἀξιόχρεων. Potentem, metaphora à creditoribus, qui sunt soluendo.

Ἀσθενὴς, καὶ ἀδύνατος. Imbecillis, atq; inualidus ad propulsandam vim Athen.

Νησίτῃ στρατῷ. Classe.

Οὔτ᾽ αὐτὸς ἐπὶ δουλείᾳ. Quare neque de me quicquam tale suspicari debetis, quasi seruitutem vobis impositurus veniam.

Διδοὺς πίστεις τὰς μεγίστας. Presertim dante fidem inuiolabilem.

Οὔτε τιμωρός. Neque sum existimandus vindex, infirmus, id est, neque est existimandum me fore infirmum ad propulsandam vim hostium, si qua ingruat.

Προσχωρεῖν τε ὑμᾶς ἀξιῶ. Petoque vt deditionem audacter faciatis.

Καὶ εἴ τις ἰδίᾳ. Et si quis priuatim sibi metuit ab alio, ac veretur ne partibus contrariis me ipse addam, & foueam aduersam factionem, is maximè omnium deposita suspicione confidat: neq; enim venio, vt alam, & foueam factiones.

Οὐδὲ ἀσαφῆ. Rationis confirmatio. nõ existimo me certam vobis libertatem allaturum.

Τὸ πάτριον. Statum popularem, & formam reipublicæ solitam intelligit.

Τὸ πλέον. τὸ πλῆθος, plebem, τὸ ἔλασσον, τοὺς ὀλίγους.

Τοῖς πᾶσι: τῷ πλήθει. δουλώσαιμι, subigam, in seruitutem addicam.

Διαφόρων. Intererat Lacedæmoniorum auertere Acanthios, & alios ab amicitia Athen. itaque κατὰ τὸ εἰκὸς erant permissuri eis, vt suo iure, suisq; legibus vterentur, neque alerent, atque fouerent alterutram factionem.

Ἢ οἷς τὰ ἔργα: ἀντὶ τοῦ ἢ ἐκείνων, ἤ. Neq; dederim vobis certiorem fidem præter iusiurandum, quàm facta ipsa, quæ cum verbis consentire reperietis. q. d. polliceor me libertatem vobis allaturum, eamq; conseruaturum: affero vobis fidem publicam iureiurando religiosissimo confirmatam: si his non estis contenti, efficiam, vt facta fidem faciant orationi meæ.

A Ἀναθρούμενα. Reputata, perpensa.

Δόκησιν ἀναγκαίαν παρέχεται. Certam opinionem afferunt.

Ὡς καὶ ξυμφέρει. Nostra interesse ita, vt dixi. Vel, è re vestra esse. Sensus: Si iurisiurandi religio non mouet vos, moueat res ipsa, quę à me memoratur, quam si vobiscum reputetis, cogemini assentiri, & credere vtilem vobis fore hanc deditionem. Vel, è re vestra esse, Lacedæmoniorũ amicitiam, fidemque sequi.

B Εἰ δ᾽ ἐμοῦ. Quòd si me ista proponente, vel offerente.

Ἀξιώσετε. τὸ ἑξῆς, ἀξιώσετε δὲ διωθεῖσθαι ἐμὲ δηλονότι.

Μὴ κακούμενοι. Sine agri vastatione.

Προσιέναι δέ τι μοι. Stare mecum. τὸ εὔλογον. Æquitatem.

Οἱ δὲ ἕλληνες. τὸ ἀκόλουθον τῶν δὲ ἑλλήνων.

Εἰκότως. Iam decenter.

Μὴ αἰτία. ἀντὶ τοῦ εἰ μή. Nisi publici boni causa.

Παύσαι δὲ μᾶλλον. Non appetimus dominatum: id C potius agimus, vt alios dominantes coerceamus: itaque plerisque Græcis iniuriam fecerimus, si vos qui publicum bonum impeditis, feramus.

Ἄρξαι. Authores libertatis primi existere.

Ἐπαγωγά. Apposita ad persuadendum, ad persuadendum accommodata.

Καὶ φόβῳ. ἀντὶ τοῦ, καὶ διὰ τὸ φοβεῖσθαι.

Καὶ πιστώσαντες αὐτόν. Cùm adegissent eum ad illud iusiurandum, quod magistratus iurauerant.

Παρελύπει. Infestabat, negotium facessebat. Ἐν τῇ D γῇ ὤν. ἀντὶ τοῦ, ὅπω ἱπποκράτης παρὴν ἐν τῇ βοιωτίᾳ, οὐδὲ παρελύπει.

Ὡς δὲ οἱ πράσσοντες ᾔσθοντο τὸ ἁμάρτημα. Vbi qui res nouas moliebantur erratum animaduertissent.

Ἀναστήσας. Excitatis, motis, eductis secum.

Ὕστερος) (ὁ μὲν δημοσθένης πρότερον.

Τάφρον μέν. Describit rationem munitionis: fossam circa templum, & fanum duxerunt: humum egestam pro muro aggerunt, vallos affigebant, palmites ex vineis excisos interserebant, lapides, E lateres, quicquid denique ad manus veniebat, eo vtebantur, vt munitioni iustam adderent altitudinem. Hæc est huius loci summa.

Ἐκ τῆς ὁμόρου. Ex agro Attico.

Τεῖχος ἐνοικοδομησάμενοι. Extructis munitionibus.

Μέλλουσι φθείρειν. Sunt vastaturi.

Ἀσφαλέστερον. Ratio probabilis, qua excusatur factum collegarum, vt artificiosè eorum dignitati parcat.

F Οὐ γὰρ τὸ προμηθές. ἀντὶ τοῦ: neque enim ij, quibus bellum infertur, &c.

Τὸ ἀντίπαλον. Potentia aduersaria, & libertas.

Καὶ γνῶναι. Et quomodo non intelligimus aliâs vicinos de finibus contendere, nos non de finibus, sed de vniuerso imperio amittendo discrimen esse subituros?

Τοῖς ἄλλοις. ἀντὶ τοῦ οἱ πλησιόχωροι τῶν ἄλλων. Aliis gentibus finitimi. Consecutio postulabat hoc. τοῖς μὲν G ἄλλοις γίνονται αἱ μάχαι πρὸς τοὺς πλησιοχώρους περὶ γῆς ὅρων, ἡμῖν δέ, &c.

Τοσούτῳ. ἀντὶ τοῦ τοσούτῳ ἐπικινδυνωτέρους παροίκους ἔχομεν τούτους, ἢ ἕτεροί τινες.

Ἰσχύος θράσει. Potentiæ confidentia.

Πεῖραν. Documentum.

Ὧν χρὴ μνησθέντας. Quorum nos memores adniti

oportet vt maiores natu pristinam virtutem referamus: minores natu clarissima patrum facinora minimè obscuremus.

Τοῖς πρὶν ἔργοις: Id est, nobisipsis, qui illa gessimus.

Τὰς προσηκούσας ἀρετάς. Domesticas virtutes.

Ὁμόσε χωρῆσαι. Manum cum ipsis conserere.

Τοὺς μὴ ἀμυνομένους. Non defendentibus, non propulsantibus. κτᾶσθαι, ἀντὶ τοῦ κτᾶσθαι δυνήσονται, ἢ ἄλλο τι ὅμοιον, sed mutata est verborum figura. Permissio.

Ἀναχρόνοισι. Sine discrimine.

Τοιαῦτα ὁ παρακελεύσας. Docet quis fuerit exitus istius adhortationis, atque suasionis: Persuasit (inquit) rem Bœotiis.

Ἤδη γὰρ καὶ τῆς ἡμέρας. Occasio, non solùm quia flagrabat desiderio, sed etiam quia serum diei erat iam: ne scilicet noctis, & tenebrarum beneficio vsi Athenienses euaderent.

Καὶ ἐπεὶ δὲ προσέμιξεν. Et cùm accessisset propè hostem, subsistens in loco, vnde colle interiecto cerni non poterat, aciem instruxit, & ad prœlium comparauit. Hæc oratio spectat eò, vt demonstret Hippocratem non temerè progressum obuiam hosti quamuis flagraret pugnæ desyderio.

Περὶ τὸ Δήλιον. Vt curaret reliquas munitiones exædificandas, & earum partem anteriorem incrustandam, &c.

Ἐς τάξιν καθίσταντο. Vt in suos quique ordines se reciperent.

Εἴ τι ἐπίοι αὐτοῖς. Si qua manus Delium adoriretur.

Ὑπερφανῆναι. Colle superato in conspectum hostium venerunt, apparuerunt.

Ὁπλῖται. Describit numerum, & genus militum vtriusque aciei, hoc solet facere cùm prœlium memorabile narrat.

Ἀλίαρτοι. ὅμηρος. καὶ ποιήεντ' ἀλίαρτον. Ἀπὸ ἀλιάρτου τοῦ θερσάνδρου.

Ψιλοὶ δέ. Summa est, leuis armatura non aderat exceptis perpaucis: & quę secuta est Hippocratem: quamuis numero longè superior esset, tamen & inermis erat, & tum non aderat.

Καθισταμένων δέ. Diod. Sic. libro duodecimo scribit, vix datum spatium Atheniensibus ad aciem instruendam.

Ἡ παραίνεσις γίγνεται. ἀντὶ τοῦ παρῄνεσε.

Τὸ ἴσον δὲ δύναται. Sed idem me effecturum spero apud vos viros fortes, ac si longa oratione vti liceret.

Ἣν ἔχων πατρίδα. ἀντὶ τοῦ ἣ ἀγάλλεται ἔχων αὐτὴν πατρίδα.

Ὠθισμῷ ἀσπίδων. Vmbonibus, & clypeis inuicem se repulsantes constiterant.

Ὥρμησαν. Cursu contenderunt.

Οἱ δὲ ὡς ἕκαστοί τινα εἶχον ἐλπίδα σωτηρίας. Alij verò aliò, vt salutis spes quibusque ostendebatur.

Ἀποστρέψας. Reuocauit, inquiens, nihil eum impetraturum priusquam ipse domum redisset. Exploratum habebat caduceator Bœotius Atheniensem nihil impetraturum esse de suscipiendis mortuis, nisi ipse de Delio restituendo impetrasset. itaque reuocauit.

Καταστὰς ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. Cùm coram Atheniensibus stetisset.

Οὐ δικαίως δράσειαν. Nefariè eos fecisse, qui iura Græcorum violarint.

Πᾶσι γὰρ εἶναι καθεστηκός. Omnium enim esse institutum, vt bello illato in fines alienos, tamen à fanis, & locis sacris, quæ sunt in eis, abstineant.

Τρόποις θεραπευόμενα. Eo ritu culta quo possunt præter receptum moribus.

Ἦν. ἀνάγκην. Quam necessitatem non ipsos per insolentiam adiunxisse: id est, cuius necessitatis non ipsi authores extitissent. Translatio criminis.

Κατειργόμενον. ἢ ἀντὶ τοῦ κατειργομένῳ, ἢ ἀνακόλουθον.

Καὶ γὰρ τῶν ἀκουσίων. Delictis enim non voluntariis refugium esse aras deorum: si delictis non voluntariis ignoscunt, multò magis ignoscent necessariis.

Καὶ οὐκ ἐπὶ τοῖς τολμήσασι. A re ad personam transit.

Νομίζοντες. Consilia Bœotiorum aperit. Ager Oropius erat Atheniensium: in eo commissum est prœlium: in eo erant mortui: & tamen Athenienses non poterant eos suscipere, ac sepelire inuitis Bœotiis, qui propterea præsidium reliquerant.

Οὐδ' αὖ ἐσπένδοντο. Ac ne fidem quidem dabant, vt scilicet tutò, & impunè suscipere eos liceret. cur ita? quia Athenienses eam partem Bœotiæ sibi vendicabant. Illud igitur existimabant esse speciosum, & honestam habere præscriptionem, si dixissent, vt suis finibus excederent, & sua absportarent.

Ἀπέθανε δὲ καὶ Σιτάλκης. Narrat obiter rem memorabilem, quæ accidit sub eadem tempora, quibus Delium oppugnatum, & expugnatum fuit, cladem scilicet acceptam, & interitum Sitalcæ regis Odrysarum, qui Triballis bellum intulerat, & prœlio superatus occubuerat.

Τὸ δὲ χωρίον. Descriptio. χωρογραφία.

Πέμψαντες. ἐπειδὴ ἔστασαν δηλονότι κατοικίσαι.

Ὡρμῶντο δέ. Digressiuncula. belli sedem fecerat Eionem.

Περὶ δείλην. Ad solis occasum.

Χειμὼν δὲ ἦν. Erat autem turbidum cœlum. Χειμὼν, anni tempus, tempestatem significat, & τὸ ἐναντίον τῇ αἰθρίᾳ.

Ἢ καὶ μᾶλλον. Quo etiam lubentius iter susceperat.

Βουλόμενος λαθεῖν. Vt falleret.

Ξυνέπρασσον ταῦτα. Erant proditionis huius socij.

Πειθόμενοι. A Perdicca solicitati.

Ἐλθὼς τι προσοικοῦντες. Facultatem ostendit, & occasionem.

Ἐνδεδήσεται. ἀντὶ τοῦ προσδεδήσεται. Sed honestiore verbo rem turpem velat.

Βραχέα. Modicum.

Δοκεῖν ἂν ἑλεῖν. Opinione omnium fuisse capturum.

Ἔστι δὲ ἡ νῆσος. Digressiuncula, qua originem istius insulæ, & distantiam eius ab Amphipoli demonstrat.

Πλοῦν. Iter maritimum. nauis cursum dimidiæ ferè diei.

Ἐν τῇ περὶ ταῦτα Θρᾴκῃ. In ea parte Thraciæ.

Καὶ ἀπ' αὐτοῦ. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Atque inde opibus posse inter primores eorum, qui continentem incolebant.

Τὸ πλῆ-

Τὸ πλῆθος. Quæ fauebat libertati, & partibus Atheniens.

Καὶ τὴν ξύμβασιν. Atque ita conditiones æquas offerebat.

Κήρυγμα. Edicto facto in hæc verba.

Μετέχοντα τῆς ἴσης, καὶ ὁμοίας. Pari eodemque iure.

Οἱ δὲ πολλοί. τὸ πλῆθος.

Ἐμπολιτευόν. ἐμπολιτεύοντος βεβαίως.

Οἰκεῖοι. Propinqui. περὶ τὸν φόβον. Præ metu.

Οὐκ ἐν ὁμοίῳ. Non paria sibi imminere pericula.

Πόλεώς τε ἐν τῷ ἴσῳ οὐ στερισκόμενοι. Qui ciuitate non priuabantur, sed iuris æquabilitatem retinebant.

Ἐξηρτύετο. Componebat, instruebat.

Αὐτοῦ. τοῦ πιθανοῦ.

Ξυγκαθίστη ταῦτα. Adiuuabat eum in his rebus constituendis.

Ἐχομένης δὲ τῆς Ἀμφιπόλεως. Capta iam Amphipoli Athenienses cœpisse trepidare, docet iam Thucydides, ne scilicet res illas Thraciæ prorsus amitterent.

Καθίστασθαι ἐς δέος, ἐς πόλεμον. Initium eius rei significat, de qua agitur.

Πομπῇ αὐτὶ τοῦ πέμπουσα ξύλα ναυπηγήσιμα. Mittebat enim materiam ad naues ædificandas, & pendebat vectigalia.

Ἦν πάροδος. Patebat aditus, erat accessus τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Διασάλων διαγόντων. Quod vix, quasi dicat, erāt facturi.

Ἄνωθεν. Ex locis mediterraneis.

Οὔσης ἐπὶ πολύ. Latius patebat.

Ἐπήρθησαν. Erectæ sunt.

Βουλήσει ἀσαφεῖ. Cæca potius libidine, quam certa prouidentia iudicantes.

Διδόναι. Permittere inconsideratæ spei quòd cupiunt: quod nolunt pertinaciter propulsare.

Ἅμα δὲ τῶν Ἀθηναίων. Redit ad hypothesim Thucydides, & affert alias causas cur socij Atheniensium facilè rebellarent: quia contemnebant Athenienses propter recentem cladem, quam acceperant in Bœotia: quia Brasidas eos verborum lenociniis alliciebat, & extollebat potentiā suam, deprimebat opes Atheniensium: quia deniq; res nouæ placent, & delectant.

Ἐφολκά. ἐπαγωγά.

Διὰ τὸ ἡδονὴν ἔχειν ἐν τῷ αὐτίκα: ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ νεωτερισμόν. Propter rerum nouationem, quæ placet.

Ὡς ἐξ ὀλίγου. Vt in illis temporum angustiis, & anni tempore: quantum temporis angustiæ permittebant, non poterant tam citò dignos apparatus mittere: impediebantur etiam anni tempore, hyeme scilicet.

Ἔμελλον πειρᾶσθαι. Erant belli fortunam periclitaturi.

Κατὰ μικρὰ πολίσματα. In paruis oppidulis. viculis L.V.

Χρόνου ἐγγιγνομένου. Mora interposita.

Ξύνθημα. Signum, tesseræ. ξυνέκειτο supra.

Ἔκπληξιν παρασχόντας. Pauorem incutientes.

Πρὸς λίθων αἰολκήν. Ad tollendos lapides: ad tollenda saxa.

Ἐπὶ τὰ μετέωρα. Ad eminentem partem vrbis se conuertit.

Ἑλεῖν κατ' ἄκρας. Volens eam à summo & constanter occupare, id est, volens eam omnino occupare occupata arce & locis superioribus.

A

Κατ' ἄκρας αὐτὶ τοῦ δι' ὅλου, ἐξ ὁλοκλήρου. nisi κατ' ἄκρας πόλεως αὐτὶ τοῦ κατ' ἀκροπόλεως.

Κατὰ πάντα. πάντῃ, πάντοσε.

Ἐσκεδάννυντο. Discurrebant.

Γιγνομένης τῆς ἁλώσεως. αὐτὶ τοῦ ἁλισκομένης τῆς πόλεως.

Μετὰ τῶν ἐσελθόντων ἦσαν. Coniunxerunt se cum iis qui fuerant ingressi.

Οἱ δ' Ἀθηναῖοι. ἔτυχον γάρ. Forte enim dormiebant. non dixit excubabant; vt carperet eos latenter.

B

Ἀφίξεσθαι γάρ. Docet etiam eos qui à societate Lacedæmoniorum abhorrebant, eosdem fructus esse percepturos, quos ij qui sequuti fuerant eorum partes.

Οὐδὲν χείρους. Haud deteriores propterea, quod illorum amicitiam sequuntur.

Οὐδὲ δοκεῖν ἂν ἧσσον. τὸ ἑξῆς εὔνους. Neque se existimaturū eos minus beneuolos. Sed &c. præsertim cùm periculum fecerint ipsorum Laced.

C

Ἐλύπησε μᾶλλον. Quia frustrati sunt sua spe, atque opinione propulsandi hostis, & retinendæ arcis.

Ἀνακωχῆς. Laxamento malorum, & miseriarum.

Σπονδὰς ἐς τὸν πλείω χρόνον. Pacem diuturniorem.

Ἔχοντας. Transpositum fortasse. ἔχοντας καὶ τὰ ἐν προιζῆναι. &c.

Ἀκολούθους. Complectitur famulos & alios ingenuos, qui amicitiæ gratia solent sequi legatos.

Ὁπόσοις ἂν δοκῇ. Quotcunque placuerit, q. d. siue magnum siue paruum numerum habuerint.

D

Καὶ δικῶν καταλύσεως δηλονότι. De dirimendis controuersiis.

Δίκας τε διδόναι. ἔδοξε δηλονότι.

Εἰ δέ τι ὑμῖν. Quod si nobis aliquid aut æquius aut honestius videtur adeūdos esse Lacedæmoniorum magistratus & docendos.

Οὐδενὸς γὰρ ἀποστήσονται. Nihil enim recusabunt.

Τέλος. Id est, authoritatem.

Ξυγχωροῦσιν. Assentiuntur.

E

Ὡμολόγησαν. Magistratus spoponderunt coram populo, penes quem erat summa potestas.

Ἀντιπάλως δέ. Consequutio postulabat ἀντιπάλως δὲ &c. διασωθείη, νομίζων &c.

Οἱ ἴδνες τῆς παλιννήνης. Est perinde ac si dixisset, imminente certissimo periculo.

Εἰ πείθηται. Vt res ex voto & sententia constituatur. L. V. coniunxit hoc cum sequentibus, sed perperam. Particula εἰ est modestiæ causa posita. αὐτὶ τοῦ ἵνα. Nam de futuro rerum exitu affirmare nemo potest: & qui hoc faciunt, arrogantiæ, & vanitatis crimen subeunt.

F

Οἴσειν. L. V: inferre. F. P. ferre.

Περὶ αὐτοῖν. τῶν Σκιωναίων.

Ἑτοῖμοι ἦσαν στρατεύειν. L. V. in expedito fuerunt. F. P. erant parati animis, id est, volebant statim inferre bellum Scionæis: sed Lacedæmonij moras interposuerunt.

Δίκῃ τε ἑτοῖμοι ἦσαν. Et iudicio volebant de ea disceptare.

G

Ὀργὴν ποιούμενοι. αὐτὶ τοῦ ὀργιζόμενοι. L. P. II. 45. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς Ἀθηναίοις. ὀργισθέντες paulò post.

Ἐδικαίουν. Censebant.

Καὶ τἄλλα ἡσυχάζοντες. Et à cæteris belli partibus abstinentes, ad istam vnam se contulerunt. L. V: cætera omittentes.

Γνώμην ἑτοίμην. Animum propenſum.

Τῶν προδιδόντων σφίσιν. Qui proditionem moliebantur.

Ολίγων ὄντων. Quamuis eſſent pauci.

Καταβιασάμενοι. Superata plebe.

Τὸ καταδηλον περὶ σφίσιν αὐτοῖς. αὐτὶ τὸ σφᾶς αὐτοὺς καταφανεῖς γενέσθαι.

Ολίγῳ ἐς χιλίους. Paulo minus quàm mille, paulo pauciores quàm mille.

Επιχομένους ἥξειν: αὐτὶ τὸ ἔμελλον ἥξειν.

Τὶ πάθη. Id quod euenit.

Διαφερομένων. Diſſentientibus, contendentibus.

Δοκοῦν: αὐτὶ τὸ δοκοῦντος.

Εὐθὺς φοβηθέντες. Subito timore perculſi. τοῖς πανικοῖς. repentini terrores τῷ πανὶ tribuebantur. Liu. pauores Lymphaticos appellat.

Αφανῶς. Incertis cauſis.

Εκπλήγνυσθαι. Pauere, attonitos fieri. αὐτὶ τὸ ἐκπλήσσεσθαι κατὰ τοὺς ἐμβροντήτους.

Οὐδὲ ἔστι πω. αὐτὶ τὸ μονονουχί. καινοπρεπὲς σχῆμα.

Βάρβαροι. Et propterea immanes, & crudeles: ſed hoc attributum vertit in ſuum commodum.

Οἰκείαν. Vobis inſitam, & ideo προσήκει) (ξυμμάχων παρουσίαν.

Καὶ ἀφ᾽ ὧν ἐγὼ εἰκάζω. Et ex iis, quæ ego partim coniectura, partim fama intelligo.

Οἱ γὰρ πολεμίων, ὅσοι πολέμιοι. Quotquot enim hoſtes reuera imbecilles cùm ſint, ſpeciem tamẽ virtutis præ ſe ferunt, hi cùm ad manus ventum eſt, confirmant magis aduerſarios.

Οἷς δὲ βεβαίως. Quibus verò aliqua virtus adeſt, quæ tamen ignoratur, cum iis confligendum eſt audacius: quia, q.d. neſcimus adhuc quantum valeant.

Οὗτοι δὲ τὴν μέλλησιν. Iſti verò ante cõflictum ſunt terribiles.

Η τε διάκενος ἐπανάσεισις. Et inanis illa armorum crepitatio habet nonnullam terroris ſignificationem.

Προσμίξαι δέ. Mutata eſt figura, αὐτὶ τὸ: ſed in conflictu nullum habet vſum apud eos, qui fortiter excipiunt hoſtilem impetum.

Η τε φυγή. Cùm æquè honeſta fuga, atque hoſtium inuaſio illis ſit, virtus dignoſci non poteſt.

Τὸ ἀνδρεῖον, ἡ ἀνδρεία.

Ακινδύνως. Eminus, procul.

Σαφῶς τε. Denique cernitur perſpicuè formido ab eis antè oſtentata re eſſe exigua, viſu & auditu tantùm mouere.

Τὸ προϋπάρχον. Ante conflictum oſtentata, vel extans.

Κατεπείγειν. Vrgere Thucydideum verbum.

Ο ὑπομείναντες. Quam formidinem ingruẽtem, vel hoſtiliter venientem ſi ſuſtinueritis.

Καὶ ὅταν καιρὸς ᾖ. Cùm ſcilicet illi repulſi à vobis infeſtandis abſtinebunt.

Κόσμῳ καὶ τάξει. L.V. cum decore, & ordine. F.P. ſeruata diſciplina militari, ſeruatiſque ordinibus.

Αὖθις ἐπαναγαγόντες. Retro pedem ferentes, pedem referentes.

Ες τὸ ἀσφαλές. In loca tuta.

Επικομποῦσιν. Inani verborum ſtrepitu oſtentant procul virtutem ante conflictum, virtutem ſpecie tenus intentant.

Απειλαῖς. ἡ διάκενος ἐπανάσεισις.

Τὸ εὔψυχον, animi ſtrenuitatem. ὀξέως, præcipites.

Εν τῷ ἀσφαλεῖ. Extra periculum.

Καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς. Fruſtratos docet Barbaros ſua opinione: reiectos enim ab ea manu, quam Braſidas variis locis diſpoſuerat, vt procurreret, & hoſtem imminentem propulſaret, nec non à delectis militibus 300, quos ipſe ſecum habebat: itaque mutato conſilio, partem exercitus reliquiſſe, quæ nouiſſimum Braſidæ agmen carperet: reliquas copias curſu citato contendiſſe, & aſſequutas partem Macedonum fugientium, eos concidiſſe: occupaſſe etiam fauces quaſdam, qua erant Braſidæ copiæ traducendæ, vt eum ibi circunuentum opprimerent. Sed Braſidam, re & diſcrimine animaduerſo miſiſſe manum militum, quæ Barbaros deiiceret de locis ſuperioribus, quę occupauerant, & potitum faucibus, ſaluum, & incolumem tranſiiſſe.

Εκδρομαί, ἐκδρόμους ſuprà, excurſores.

Υφίσταιτο. ſuſtineret, impetum exciperet.

Τῇ τε πρώτῃ ὁρμῇ. Et ad primos eorum impetus reſtiterunt.

Τῇ πρώτῃ. Qui ſolet eſſe vehementior.

Καὶ τὴν ἐσβολήν: Et fauces, quâ patet aditus in fines Arribæi, quæque ſunt anguſtæ inter duos colles, occuparunt.

Προσιόντος αὐτοῦ: cùm itaque aduentantem, vel appropinquantem circunſiſtunt in ipſis anguſtiis, vt interciperent.

Εκκροῦσαι. Deiicere, deturbare.

Την κύκλωσιν σφῶν. αὐτὶ τὸ σφᾶς κυκλωσάμενος αὐτοὶ προσμίξαι.

Προσπεσόντες. Irruentes, inuadentes.

Εν μεθορίοις. Vbi poterant iuuari ab aliqua ſuorum manu.

Ζεύγεσιν. L.V. iuga boum. F.P. plauſtra boum.

Οἷα ἐν νυκτερινῇ. Occurrit ad illud: atqui Macedones abſportauerunt ſuas ſarcinas. imò (inquit) non omnes: nam in eiuſmodi pauore, & fuga præſertim nocturna ſolent aliquot ſarcinæ decidere.

Ως ἀντελάβετο. Vt loca ſuperiora nactus eſt.

Μᾶλλον κατ᾽ ἀσφάλειαν, id eſt, ἀσφαλέστερον.

Υπολύοντες. Soluentes iumenta, quæ abducebãt.

Υποδεῖν, induere calceos) (exuere.

Από τούτου τε πρῶτον. Hinc primum Perdiccas Braſidam hoſtem iudicauit, & à Peloponneſiis alienatus eſt animo. εἶχε μῖσος, concepit odium.

Ου ξυνήθης. Non conſuetum propter Athenienſes, quos oderat.

Τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστάς. Sed non adeptus per eos commoda neceſſaria, &c. appellat autem commoda neceſſaria regnum Arrhibæi, quod ſuo adiungere ſtudebat: ſed Braſidas eum adiuuare recuſauit, vide S S, διαναστάς, αὐτὶ τὸ ἀποστάς.

Τιμωρεῖν. Vindicare, iniurias vlciſci Mendæorum.

Εν φυλακῇ εἶχεν. Præſidio tenebat.

Ωσπερ παρεσκευάζοντο. Eo apparatu, & claſſe, quam inſtruxerant.

Βιάζεσθαι. Deiicere, deturbare, vim afferre.

Επιών. Cùm ſubiiſſet.

Δυσβάτῳ. Acceſſu difficilem, vel aſcenſu difficilem.

Ες ὀλίγον ἀφίκετο. αὐτὶ τὸ ὀλίγου ἐδέησεν. καινοπρεπῶς.

Οὐκ

Οὐκ ἀνέδοσαν. Loco non ceſſerunt.

Οὐδενὸς ἐπεξιόντος. Nemine contrà prodeunte.

Ἔτυχε γὰρ ταύτῃ. Fortè enim ad eam partem vrbis erat armatorum agmen.

Ἐπεξιέναι. Erumpere.

Ἐπισπασθέντος. Cum ab eo manu pertractus, ac perturbatus fuiſſet.

Τὴν ἐπιχείρησιν γενέσθαι αὐτοῖς. Impetum iſtum in eos factum eſſe: inuaſionem, aggreſſionem.

Ἄνδρας. τῶν ἡβώντων ἐξῆγον ἄνδρας αὐτῶν. Correctio τῶν ἡβώντων, qui erant puberes: itaque per ætatem non poterant res adminiſtrare, & ea vti moderatione, quæ videbatur neceſſaria.

Τοὺς ἐπιόντας. Eos qui contra veniebant. Annot. qui in illum inuaſerant.

Καὶ μόλις οἱ στρατηγοί. Vix cohibuerunt milites, quin homines etiam trucidarent.

Κατέσχον. τοὺς στρατιώτας δηλονότι.

Καὶ τοὺς ἀνθρώπους.)(Nedum fortunas, quaſi dicat.

Κελεύοντες. Cauſam dicere iubentes, vel cogentes.

Ἐν σφίσιν αὐτοῖς.)(Non Athenas mittentes, quod ſolebat ſociis grauiſſimum eſſe.

Ἐπικαθίστανται φυλακήν. Præſidium impoſuerunt.

Παρεστηκός. αὐτὸ τὸ παρεστηκότος, ῥᾶον προὐχώρει. Oblata verò iſta occaſione, facilius hoc fecerunt.

Σκῦλα. σκῦλον τὸ δέρμα, ὅθεν τὸ σκυλεύειν. σκυλοδέψης, ὁ τὰ σκῦλα, id eſt, δέρματα δέψων, ἢ μαλάττων. Coriarius.

Διαφθαρέντων μέντοι. Cæſis tamen vtrinque multis, dubio adhuc marte nox prœlium diremit.

Ἀγχωμάλως. Et cùm æquo marte pugnatum eſſet. Fit autem hoc ab ἄγχι. Id eſt, prope & ὁμαλὸς, æqualis.

Ἀφελομένης νυκτὸς τὸ ἔργον. Thucydidea locutio. verba ſonant, cùm nox ipſum opus abſtuliſſet militibus.

Τελευτῶντος. Abeunte. L. Valla exitu.

Προσβῆναι. Priuſquam ad muros accederet.

Διεληλύθεσαν. Exierant.

Καὶ ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ. Eo induciarum tempore: vel ac per illud induciarum tempus.

Ἀνέστησαν ἐκ Δήλου. Delo ſummouerunt.

Ὀρθῶς ποιῆσαι. Rectè luſtraſſe.

Ἐνόμισαν. Innuere videtur Thucyd. falſam opinionem, ac ſuperſtitionem quandam fuiſſe.

Οὕτως, ὡς ἕκαστος. Prout quiſque eo veniebat.

Ἐντὸς ποιῆσαι. Complecti, includere.

Ἐβιάζοντο. Premebantur, repellebantur.

Ἐπισπώμενος. Inſequutus.

Ἀπέχων παρασχόντα. Quamuis acceſſiſſet propius ad vrbem 40 ſtadiis circiter. tacitè commendat & diligentiam, & fortitudinem Braſidæ: ſed à contrario ſenſu.

Ὁρμώμενος ἐκ τῆς Ἠιόνος. Motis caſtris ab Dione, quam belli ſedem delegerat. ὁρμᾶσθαι τῷ στρατῷ paulò pòſt.

Πρέσβεις., Quaſi rex, & quaſi ſummam haberet poteſtatem: poterat res agi & tranſigi per literas, poterat per nuntium, adde etiam per vnicum, iam ea erat in Cleone vanitas, vt plures legatos miſerit.

Κατὰ τὸ ξυμμαχικόν. Ex iure ſocietatis.

Καὶ κατεφαίνετο. Vnde omnia perſpici poterant.

Ὥστε. Conſequentia: non erat clam eductu rus exercitum: nunquam mouiſſet inde caſtra eo neſciente: τὸ ἑξῆς, οὐκ ἂν ἔλαθεν ὁρμώμενος τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν.

Τῇ παρούσῃ στρατιᾷ. Non expectatis auxiliis.

Τὸ πλῆθος. Id eſt, paucitatem. σαρκασμὸν habet hoc.

Παρεσκευάζετο. Apparabat, id eſt, euocabat. Hoc eſt, dabat operam vt ſe confirmaret euocatis auxiliis.

Τὸ δὴ ὁπλιτικὸν ξύμπαν. Summa denique agminis armatorum grauiter erat, &c. τέως, tantiſper.

Ἀχθομένων. Cùm moleſtè ferrent otium illud diuturnum.

Καὶ ἀναλογιζομένων. Et reputantibus, latenter innuit nullam fuiſſe authoritatem in Cleone: itaque contemptui eum fuiſſe militibus: vbi verò πειθαρχία deeſt, actum eſt de illis rebus.

Ἢν ἀναγκάζηται. Si prœlium inire cogeretur.

Κύκλῳ περιστάς. Circundans ipſam ingenti exercitu.

Τὴν θέσιν ὡς ἔχοι. Qualis eſſet ſitus.

Κινουμένου. Mouiſſe caſtra.

Ἐπέξοδον οὐκ ἐποιήσατο. Id eſt, nõ eduxit copias, neque eas palàm inſtruxit iuſto prœlio dimicaturus.

Ἐστράτευε. Stipendia merebant.

Ἀ τὸν πολέμιον: οἷς τὸν πολέμιον.

Τοῦ ὑπομεῖναι. L. V. abeundi. F. P. ſubducendi.

Ἐν τῷ ἀνειμένῳ. Dum animis remiſſis, & languentibus ſunt.

Πρὶν ξυστραφῆναι τὴν δόξαν. Colligant, & componant animum. genus locutionis Thucyd. 1. priuſquam coniiciant noſtra conſilia, & ſuſpicentur quid in animo habeamus.

Προσπεσοῦμαι δρόμῳ. Curſu citato in eos irruam.

Ἄνευ ἀνδραποδισμοῦ, ἢ θανατώσεως. Id eſt, οὐκ ἀνδραποδισάμενοι ἢ κτείναντες.

Ἐμοῦ τε δείξω. Et meum exemplum ſequamini.

Τοσαῦτα. Quia pauca: quia Spartanus.

Αὐτὸς) (καὶ μετὰ τοῦ Κλεαρίδα.

Ὡς προείρητο. Vt conſtitutum fuerat: vt ipſe primùm erumperet: Clearidas deinde ſequeretur.

Καὶ ταῦτα πράσσοντος. Dum aciem inſtrueret, tria cerni potuerunt ab exercitu Athen. deſcenſus de Cerdylio Braſidæ: immolatio: inſtructio copiarum.

Φανερά. Erat in conſpectu, perſpici poterat.

Διαγωνίσασθαι. Decernere prœlio.

Τὰ γυμνὰ δούς. Militaris locutio. nudato latere, datis tergis.

Ἡμᾶς οὐ μένουσιν. Eſt perinde ac ſi victoriam conclamaſſet: ſed eſt cauſa pro euentu.

Ἐπὶ τὸ σταύρωμα. τεῖχος μακρὸν ſupra 57. munitionem quam ex altero cornu Strymonis ad alterum duxerat Braſidas.

Πολλὰς ὁδοὺς τραπόμενοι. πάθος.

Οὐκ ἂν ὁμοίως σφίσιν. ἀπαλλαγή. Id eſt, honores tributum iri ei non commodè, & ex vſu ipſorum Amphipolitanorum, neque futuros ei gratos, vt ab hoſtibus tributos, non æquè ſibi ex vſu: quia ſi retinuiſſet eius ſigna, & imagines, & cum coluiſſent incidiſſent in ſuſpicionem Lacedæm.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Narrat ſupplementum iſtud Peloponneſiorum inſequuta hyeme domum rediſſe.

Καθαιρήσειν. Se depreſſuros, καθαιρεῖν ἀρχήν, τυραννίδα. ſe debellaturos.

Καὶ ἀεὶ περιουσίας οὔσης. Et quia erat perpetua suspicio, ne reliqua seruitia, quæ ad hostes non transierant, nouas res molirentur. περιουσία ἐπὶ κακοῦ, vt ἐλπίς.

Τοῖς ἔξω πίσυνοι. Transfugis, eorum similibus; à quibus scilicet poterant adiuuari ad res nouas moliendas.

Πρὸς τὰ παρόντα πράγματα δηλοῦται. Pro præsenti rerum statu, qui erat turbulentus.

Ξυνιόντας Congredientes, colloquia habentes.

Περὶ τῆς πλείονος χρόνου: Id est, περὶ εἰρήνης πολυχρονιωτέρας. De pace diuturniore.

Ως δὲ τὴν ἐκείνου κάθοδον. Explicat illud ἐν ἐνθυμίαν &c. Territabant Lacedæmonios obiecta religione, id est, quod eum inauspicatò reuocassent.

Παρανομηθεῖσαν κάθοδον. Scilicet factam contra leges.

Καὶ οὐ προδόντων. Idem valet ac neque vi, neque proditione.

Τῷ αὐτῷ τρόπῳ. Supple ἔφασαν ἔχειν τὴν Νίσαιαν, οὐ βίᾳ ψηφισαμένων. τῶν ἄλλων. (&c.

Τούτοις οὐκ ἤρεσκε. Hi enim improbabant compositionem, abhorrebant à compositione.

Καὶ ὤμοσαν. Hic distinguendum, & incisum notandum.

Δύειν δ' εἶναι. Perinde est ac si dixisset, liberum esse oportere aditum immolandi causa.

Μαντεύεσθαι. Consulere oracula. Πρεσβύτερον, θεωρεῖν. Id est, mittere consultores, procuratores.

Ἀδεῶς. Rectè, tutò.

Τὸ δὲ ἱερόν. Totum est, fanum, νεών, pars.

Εἶναι ἔτη πεντήκοντα, αἱ τι τῆς πεντηκοντούτης.

Κατὰ ταῦτα. Siue sint Sparte, siue sint apud ciuitates socias.

Σκιωναίων δέ. Ex hoc loco suspicari possumus odia Atheniensium in istas ciuitates: nam nisi flagrassent odio aduersus eas, non ita cōtendissent istam exceptionem addi in conditionibus fœderis.

Ὅρκους δὲ ποιήσασθαι. Conditio altera, iurandum esse Atheniensibus apud Lacedæmonios, & socias ciuitates in hæc verba.

Τὸν ἐπιχώριον &c. μέγιστον, quod moribus eorum habetur sanctissimum, & religiosissimum.

Δικαίως, καὶ ἀδόλως. Syncerè, & sine fraude.

Πόλει. τῇ ἀκροπόλει. Sic etiam infra.

Ταύτῃ. In iis locis, vel in iis stabulis.

Αἴτιον. προφασιζόμενος, causatus.

Μετὰ πρέσβεων. Cum legatis Chalcidensium scilicet, & aliorum qui à pace abhorrebant.

Ως δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐσήκουον Omnia hæc eò spectant, vt æquitas, & synceritas Lacedæmoniorū probetur.

Ὁπίῳ. Ad genus auxiliorum referendum est, terra, mariuè, equitatu an peditatu.

Καταλύειν δέ. Bellum ponere consensu vtriusque ciuitatis.

Ην δὲ ἡ δουλεία. Hinc facilè apparet Lacedæmonios longè meliore conditione fecisse istud fœdus: nam omnes conditiones eò spectant, vt eis caueretur: timebant sibi ab Argiuis, & à Seruitiis: itaque ad vtrumq; istum metum remedium repererunt, & hoc fœderibus inseruerunt.

Εὔορκον. Ius & fas esse, θεμιτὸν εἶναι, ἐξεῖναι, sed Thucydideo more καινοπρεπῶς.

Ἀπέχοντο μὴ στρατεῦσαι. A bello inferendo sibi inuicem abstinuerunt & à vastando agro.

Οὐ βέβαιος. ὑπόπτου δηλοῦται.

Αὖθις κατέστησαν. Ad arma redierunt: bellum renouarunt.

Διεκνίδης Ἀθηναῖος. Quærit fidem & authoritatem suæ historiæ more solito partim à seipso, partim à patria. à seipso, quia erat ex primariis Atheniensium familiis, & ex eo ordine ciuium, qui facilè scire poterat quæ gererentur: præterea quia erat locuples, vt posset sumptus facere, & expiscari veritatem: à patria, quia Athenæ humanitatis, & bonarum artium inuentrices, iustitiæ, ac veritatis cultrices existimabantur.

Κατέπαυσαν τὴν ἀρχήν. Imperio exuerunt: imperium eripuerunt.

Ειπὲ ἐς τοῦτο. Anni autem istius belli huc vsque fuerunt in summa. 27.

Ἔξω τε τούτων. Et præter hæc vtrique peccarunt, id est, fœdera violarunt, & fregerūt in bello Mantinensi, & Epidaurio & aliis.

Ὑποπτῶν. Supra οὐ βέβαιον αἰσχύνη.

Κατὰ τοὺς χρόνους. τὰ θέρη καὶ τοὺς χειμῶνας.

Παρενεγκούσας. παρελθούσας, elapsos.

Ξυμβάν, εὑρήσει Euenisse reperiet.

Ἐχυρῶς. Constanter, non dubiè.

Ἐπεβίων τῇ ἡλικίᾳ. πλεονασμός. Vixi integris sensibus, & vegetis perpetuò. ἀλλ' οἷς τι αὐτῆς παρ' ἐμοὶ καὶ παρὰ τὰ ἄλλων ὅσον δυνατὸν ἀκρίβεια περὶ ἑκάστου ἐπεξελθών.

Καὶ ξυνέβη μοι. Facultas: potui & otium habere, & facilius cognoscere: accidit enim mihi, vt cum patria exularem post præturam quam dux gesseram, & præfueram Amphipoli tuendæ, vel post præturam gestam ad Amphipolim &c.

Καὶ γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις. Itaque cum rebus agendis interfuissem apud vtrosque L. V. at F. P. Itaque cùm apud vtrosque fuissem. πράγματα, Imperium.

Μᾶλλον. Facilius.

Καθ' ἡσυχίαν. Nullis impeditus negotiis.

Τὴν οὖν μετὰ τὰ ἔτη. Ergo controuersias, & fœderum perturbationem post bellum decemnale iam enarrabo.

Τοὺς πρὶν ἐχθίστους. Serebant suspiciones.

Ἐπ' ἐξόδῳ τῷ. Fœdera enim inita cum Lacedæmoniis iam exibant.

Πλεῖόν τι εἰδότας. Modestia, id est, consultius, & sapientius egisse.

Ἐν ἄλλοις. αἱ τι τὰ δὲ τὰ ἄλλα, sed καινοπρεπῶς.

Τοῖν πόλεοιν. ἀττικῶς vt τὼ χεῖρε, τὼ τέχνα. supra, ἀμφοῖν τῷ πόλεε.

Γεγράφθαι. Tribui.

Οἱ πολλοί. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ciuitates pleræque, vel plebs.

Πρόσχημα δὲ ποιούμενοι: προφασιζόμενοι.

Διαφερόμενοι γὰρ ἐτύγχανον. L. V. infensi namque Elei Lacedæmoniis erant propter Lepreum. F. P. casu enim controuersabantur inter se Elei, & Lacedæmonij, vel inter se contendebant.

Λυσάντων. καταλυσάντων vsitatius.

Ἔταξαν. Talētum Olympio Ioui persoluendum quotannis imposuerunt, æquitas Eleorum tacitè commendatur.

Διὰ πρόφασιν τὸ πόλεμον. Causati bellum .i. sumtus bellicos.

Ἀνέντες τὴν ἐπιτροπήν. L. V. omissa disceptatione. F. P. omisso arbitrio.

Εἶναι σπουδάς. Quod est maius.

Ἡσυχία δὲ ἔφοδοι παρ' ἀλλήλους. Cessatio à bello fuit, & libera vltro, citroque commeatio.

Εἰς τὰ ὅμοια σπεύδειν. Eodem properare. i. idē velle.

Τὰ

Τὰ εἰρημένα προσκαλέμενοι. Vt secum inirent societatem.

Τοὺς λόγους ἐπαινέσαντες. Probatis eorũ postulatis: annuentes &c.

Τὸ γὰρ αὐτὸ ἐποίουν. Idem enim agebant. idem sibi proposuerant.

Ἐπ' ὠφελείᾳ. Mutui auxilij gratia.

Οὐ προσδέχονται τὸν λόγον. Non admittunt, non probant eorum consilium.

Πεπεῖσθαι. Adductos esse.

Εἰδέναι ταῦτα. Conscios esse istarum rerum.

Ὥστε οὐδὲ πρὸς ἀθηναίους. Ita vt exclusos se intelligerent etiam ab amicitia Atheniensium. nam nisi amici essent, nunquam his rebus assentirentur.

Εἰ μὴ μείνειαν αὐτοῖς. Si fœdus initum cum Lacedæmoniis, dissolueretur, futurum saltem vt inirent societatem cum Atheniensibus.

Ἐκ τῶν διαφορῶν: ἢ διαφόρων: τὸ ἑξῆς: εἰ μὴ μείνειαν αὐτοῖς αἱ πρὸς λακεδαιμονίους σπονδαὶ ἐκ τῶν διαφόρων. Intelligit controuersias de agro Cynurio, de quo infrà.

Προσφιλέσταθοι. Valet.n.plurimũ gratia, & authoritas ad conciliandas amicitias publicè, & priuatim.

Νέμονται. Tenent, possidẽt αὐτὴν τὴν χώραν γῆν.

Μήτε νόσου οὔσης. Exceptio. nam si alterutra ciuitas aut pestilentia, aut alio morbo epidemico tentata fuisset, intelligebant fore, vt longè deteriore conditione cum aduersaria congrederetur.

Μωρία. Abstractum pro concreto. Δημοσθ. ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἐσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν.

Ξυνεχώρησαν. Assensi sunt iis conditionibus, quibus postulabant.

Ξυνεγράψαντο. Syngrapham fecerunt.

Πρὶν τέλος τι αὐτῶν ἔχειν. Priusquam res conficeretur & extrema manus imponeretur.

Δεῖξαι. Conditiones.

Ὀρθόν. Integrum, non dirutum, & humi stratum, sed erectum, & stans.

Ἐξελελοίπεσαν. Omiserant, non præstiterant.

Χαλεπῶς ἀποκρινάμενοι. Dato responso asperiore: se sc. vindicaturos istas fraudes.

Κατὰ τοιαύτην δὴ διαφορὰν. Cum in eiusmodi dissidio essent.

Κατὰ τὴν παλαιὰν προξενίαν. Maiores Alcibiadis erant hospites Lacedæmoniorum Athenis: hospitium istiusmodi auus Alcibiadis renunciauit: ipse tamen Alcib. studebat recuperare.

Ἢν μὴ ὁμολογήσωσιν. Nisi fassi fuerint.

Οὐδὲν ἀληθὲς ἐν νῷ ἔχουσιν. Nihil sinceritatis habent.

Οὐδὲ λέγουσιν. Aliud ore, aliud corde.

Παραγαγόντες. Introductis.

Δυστυχοῦσιν. Aduersa pressis fortuna.

Αἴτιος δοκῶν εἶναι. Hoc ita intelligendum est, quòd author esset & censeret societatem cum Lacedæmoniis esse ineundam, cùm tamen Lacedæmonij fœdus perfringerẽt, eiusq; conditiones violarent.

Οὐδὲν ἐκ τῆς Λακεδαίμ. Nihil à Lacedæmoniis impetratum, neque de renuntianda societate Bœotiorum, neque de Panacto restituendo integro, neque de Amphipoli reddenda.

Ὑπὲρ, pro. Iam defensionem significat.

Ἑκατόν. ὑπὲρ ἑκατόν.

Ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν. Conditio.

Καὶ κατὰ γῆν, καὶ. Vtrumque imperium complectebantur.

Τῇ στρατείᾳ: τῷ στρατῷ.

Τὸ ἴσον τῆς ἡγεμονίας. Par imperium.

Ἐμμενῶ. Sic enim potius, quàm ἐμμένω legendum. perstabo in societate: seruabo societatem iuxta pacta, & conuenta.

Δικαίως. Ex æquo, & bono.

Τέχνῃ. Fallacia, commentóue.

Ἐπιχώριον. Moribus eorum receptum: alij enim aliud iusiurandum sanctius religiosiusq; existimãt.

Ἐξορκούντων. Adigant ad iusiurandum: vt omnia ritè, & ordine administrentur.

Δημιουργοί. Decemuiratus erat apud Achæos, summus magistratus.

Οὐκ ἀπείρηνται. Non fuerant renuntiata.

Τὸ πρῶτον. Erant enim qui secundum, & tertium vincebant. L. V. primam palmam retulit.

Οὐκ ἐσῆλθον. ἐσέρχεσθαι, εἰσιέναι εἰς τὰς σπονδὰς) (ἐξέρχεσθαι τὰς σπονδὰς, τὰς σπονδὰς εἶναι ἐπ' ἐξόδῳ, 68:9.

Τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν: τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν.

Κατὰ τὴν ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως: αὐτὶ τοῦ, ὅτι οὐκ ἐξῆν ἀγωνίζεσθαι. Quia interdictum illis fuerat templo, & ludis.

Εὐθὺς καθισταμένου: εὐθὺς καθισταμένου τοῦ πολέμου. Simul atque condi capta est.

Παρέλαβον. Ergo fidei eorum tradita commendataque fuit.

Ἐπὶ τῷ ῥίῳ τῷ ἀχαϊκῷ. Vt fauces & ostia sinus Corinthiaci teneret, & quodammodo obsideret Corinthios.

Τῆς αἰτίας. Falso crimine.

Τῆς τε κοινῆς. Tum vt otiũ sibi esset à Corinthiis, i.ne Corinthij eos infestare possent, obiecto illis isto quasi propugnaculo. Erat .n. Epidaurus inter Corinthum & Argos, vt essent pacati à Corinthiis.

Καὶ ἐκ τῆς αἰγίνης. ἐδόκει repete.

Ἢ σκύλλαιον περιπλεῖν, αὐτὶ τοῦ ἢ περιπλέοντας τὸ σκύλλαιον βοηθεῖν. Quàm si Scyllæum circumuecti ferrent suppetias.

Ἐπιμφθησαν. πρὸς τὸ οὐδεὶς figuratè effertur: latenter laudat taciturnitatem Lacedæmoniorum.

Ὡς δ' αὐτοῖς. Sed quia sacrificantes pro transitu litare non potuerunt.

Διαβατήρια. Sacrificia, quæ Lacedæmonij faciebant, cum è suis finibus in alienos erant transituri.

Οὐ προὐχώρει. αὐτὶ τοῦ οὐκ ἐκαλλιερεῖτο.

Περιήγγειλαν. Præceperunt, vt in armis essent post mensem insequentem.

Καρνεῖος. Hoc ad μὲν οὖν τὰ est referendum.

Ἱερομηνία. In quo stata sacra apud Dores sunt.

Οὐκ ἔφη τοὺς λόγους. Negauit verba factis respõdere.

Κατὰ θάλασσαν. Cuius imperium erat penes eos.

Παραπλεῦσαι. Transire, præteruehi.

Καὶ εἰ μὴ κἀκεῖνοι. Et nisi illi vicissim Messenios, & seruitia contra Lacedæmonios reuocassent, se existimaturos fœdus violatum. κομιοῦσιν, vt vindicarent sociorum iniurias.

Τῇ λακωνικῇ. Nam erat etiam ἀργολική.

Οὐκ ἐνέμειναν. L. V: peierasse. F. P. violasse fœdus.

Λῄζεσθαι. Vt latrocinarentur.

Καὶ τὰ ἄλλα. πρὸς τὸ σημαινόμενον, χωρία, ἢ πολίσματα, ἢ ἔθνη.

Οὐ καλῶς εἶχον. Laborabant, ὠδῖνον αἱ πόλεις.

Ἐς ὅρους. Quia timebant eorum finibus.

Καὶ κελευσθέν. Consilium Agidos latenter cõmendatur: voluit simul hostes adducere in dubitationem, qua esset irrupturus: simul circumuenire.

Εἶργον. Excludebant vrbe: recludebant.

Καθύπερθεν. Ex locis superioribus.

Ἴππος δὲ αὐτοῖς. Alia difficultas.

Δίκας δοῦναι ἃ δέξασθαι ἐπ' ὁμοίαις. Æquo stare iudicio de controuersiis & criminibus sibi obiectis à Lacedæmoniis.

Ἀθρόον) (διακεκλυμένοις. Paulò pòst διελύθησαν ἐπ' οἴκου ἕκαστοι.

Γαισραλιά. Quia αὐτοῖς τε οἱ εἵλωτες, Vt ſuprà vidimus.

Ἔχοντες. πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Νομίζοντες κ' ἀκεῖνοι. Exiſtimantes illi quoq; culpa ſuorum imperatorum tam pulchram occaſionem ex ſuis manibus elapſam: hoſtes enim teneri intercluſos, vt euadere non poſſent, iam verò imperatores ſuos cum Agide fœdus feciſſe.

Μὴ ἂν σφίσι ποτὲ καλλίους παρασχόν. αἰτίῳ τῷ παρασχόντος. Nunquam commodiorem opportunitatem oblatum iri: vel cùm nunquam poſthac opportunitas talis futura eſſet ſibi.

Κρίνουσιν τὰς δίκας. Habent quæſtionem de cauſis militaribus.

Προσέθεντο. Crearunt præterea.

Ἀγγελία, ἡ ἐξ ἀποστολῆς πρεσβεία. Nuncius priuatim miſſus.

Καὶ οἷον ἐκ ἀφέστηκαν. Additi ſtimuli vt eos impellerent.

Ἐνταῦθα δή. Tum verò Lacedæ. citiſſimè ſi vnquam antea, & ſummis opibus opem tulerunt Tegeatis.

Ἐγίγνετο. ἡ κέλευσις. π. ἡ βοήθεια δι' ὀλίγου. Id eſt, non dabatur ſpatium, quo longitudinem itineris poſſent ſuperare.

Ἐς λίθου βολήν. Ad iactum lapidis: id eſt, loci ſpatium quantum quis lapidem iaculari poteſt, ergo proximè. ergo res mira fuit, quòd nō conflixerint acies, ſed Lacedæmonij qui videbantur prouocare velle hoſtes, tamen cùm ad eos proximè acceſſiſſent, pedem retulerint.

Δηλοῖ. τὸ ἑξῆς, δηλοῖ τὴν παροῦσαν ἄκαιρον προθυμίαν βουλομένην εἶναι ἀνάληψιν τῆς ἀπαγῆς αἰτιάσεως τῆς ἐξ Ἄργους.

Ἐβούλετο δὲ τὸ ἑξῆς. ἐβούλετο δὲ καταβιβάσαι τοὺς ἐκ λόφου, τοὺς Ἀργείους, καὶ τοὺς ξυμμάχους, βοηθοῦντας ἐπὶ τὴν τοῦ ὕδατος ἐκτροπὴν, ἐπειδὰν πύθωνται, καὶ ἐν τῷ ὁμαλῷ τὴν μάχην &c.

Ἐβούλετο. Conſilium ſignificat.

Βοηθοῦντας. Rebus ſuis ſuccurrentes: accurrentes vt prohiberent aquæ curſum.

Ἐπὶ τὴν ἐκτροπήν. A rebus animatis ἡ μεταφορά.

Ἀφεθῆναι. ἡ μεταφορά à captiuis.

Ἐθορυβήθησαν. Perturbati ſunt, meminerant quid accidiſſet Thraſyllo.

Δι' ὀλίγου. Breui diſtantes interuallo, id eſt, propinquos admodum.

Ὑπὸ σπουδῆς. Feſtinanter.

Καθίσταντο. Ad ſua quique ſigna conſiſtebant.

Τὸ δέον. Quod factu opus eſt.

Αἱ παραγγέλσεις. Imperia.

Παρὰ δ' ἅπαν. In latitudinem verò. παρὰ δὲ ἅπαν, τὸ στρατόπεδον δηλονότι. In eius fronte porrecta.

Ἀγχιστίνδας. Amplificatio periculi.

Καθ' ἑκάστους τε: παρεκελεύοντο δηλονότι. Id eſt, alius alium cohortabatur: admonebat diſciplinæ militaris, & inſtituti patrij: admonebat priſtinæ virtutis, quæ teſtata eſſet pluribus.

Ἡγεμονίας. ὁμοίως πολλῆσιν νήσοισιν, καὶ Ἄργει παντὶ ἀνάσσειν.

Ἰσομοιρίας. ἡ διὰ τὰς Γ βασιλείας, ἡ διότι ε μοῖραι πελοποννήσου, λακωνική, ἀρκαδική, ἀργολική, μεσσηνιακή, καὶ ἠλεία.

Καλὸν εἶναι. Pulchrum & decorum eſſe ſibi, nullis ſecundos eſſe virtute. τὸ καλόν. deinde τὸ συμφέρον: in prœlio futuro cum multis ſociis fortiſſimisque viris: Si ſuperauerimus hic Lacedæmonios, firmabimus, atque amplificabimus noſtrum imperium, &c.

Βεβαιοτέραν. Sublatis aduerſariis, qui ſecum de principatu contendebant.

Καὶ μείζω. Vel quæſita aliqua Peloponneſi portione, vel adiuncta ſocietate tali.

Τοιαῦτα παρῃνέθη. Tales cohortationes propoſitæ fuerunt.

Καθ' ἑκάστους τε καί. Id eſt, priuatis & publicis cohortationibus vtebantur: quarum ſumma erat, vt priſtinæ virtutis memores eſſent.

Πλείω: ἡ αἰτία τοῦ μᾶλλον, ἢ πλείω πράγματα. Alludit ad illud Homericum. αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται.

Προσόδοις. In concurſu, conflictu.

Νόμῳ ἐγκαθεστώτων. Qui inſtituto patrio erant interpoſiti ordinibus.

Προσέλθοιεν. Progrederentur:

Ὁμαλῶς. Æquabilitate, id eſt, conſeruatis ordinibus. itaque adhibet explicationem, ἵνα μὴ διασπασθείη: vt acies diſtraheretur, & laxaretur.

Ξυνιόντων δ' ἔτι. Adhuc concurrentibus aciebus. vel interea dum concurrunt acies. in ipſo concurſu acierum. laudat latenter vigilantiam Agidos.

Μᾶλλον ἐξωθεῖται. Acies ampliùs explicantur. latiùs exporrigitur acies.

Καὶ περιέχουσιν. Et ſuo dextro cornu circumueniunt ſiniſtrum oppoſitum hoſtium.

Διὰ τὸ φοβούμενος. Quia ſinguli milites ſibi metuentes, ſtudent protegere ſuum latus apertum, & nudatum armis: protegunt autem clypeo eius qui ad dextram in acie collocatus eſt.

Τὴν πυκνότητα τῆς ξυγκλείσεως. Denſationem & coniunctionem eiuſmodi facillimè protegi poſſe.

Καὶ ἡγεῖται μέν. Atque huiuſce rei caput & princeps eſt ὁ πρωτοστάτης. αἰτίας, rationis, vel rei.

Προθυμούμενος. Studens, laborans.

Δείσας δέ: αἰτία τοῦ δή.

Ἐσήμηνεν. Imperauit.

Ἐπεξαγαγόντας. Subducta aliqua manu.

Μαλακισθῆναι. Per ignauiam hoc admiſiſſe.

Μὴ δὲ τούτους ξυγκλεῖσαι. Neque eam partem agminis, quam reliquerant inanem concluderent.

Κατὰ πάντα. ὑπερβολικῶς. Vt ſeruiat τῷ ἐπιδεικτικῷ.

Οὐχ ἧσσον: μᾶλλον.

Ἐξέωσαν. Repulerunt.

Τοῖς παρατεταγμένοις. Vt innuat fuiſſe etiam alios non inſtructos.

παρερρήγνυντο. Diſtrahebantur, diſrumpebantur.

Καὶ ἐφ' ἑκάτερα. Et extremæ ambæ partes, τὰ μέρη δηλονότι.

Καὶ ἅμα. Nouum incommodum Argiuorum explicat

Εἰ κατηπείγοντο. Preſſi fuiſſent.

Καὶ ξυνέβη τόν. Altera opportunitas.

Χαρῆσαι ἐπὶ τό. Suppetias ferrent ſuis victis.

Οἱ γὰρ λακεδαιμόνιοι. Lacedæmonij etiam diu atq; acriter pugnant, tantiſper dum hoſtem in fugam verterint.

Πλείστου δὴ χρόνου. Vetuſtiſſimo iam tempore.

Ξυνελθοῦσα. A rebus animatis ἡ μεταφορά.

Αὐτῶν δὲ ἡ περὶ αὐτῶν, ἢ τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν. Certum eorum numerum.

Ἀπέπεμψαν. Remiſerunt.

Αἰτίαν. Infamiam. ἐς τι μαλακίαν, tum nomine ignauiæ.

Βεν-

Βραδυτῆτα. ὅτι μέλληταί. Cunctatores, segnes.

Ἀπελύσαντο. Eluerunt.

Τύχη. Fortunæ culpa.

Κακιζόμενοι. L. V. afflicti. F. P. ignaui habiti.

Προσετάχθησαν. L. V. iussi fuerant. F. P. vt illis ea pars operis attributa fuerat.

Λόγους προὔπεμπον. Id est, præmiserunt, qui de cōpositione agerent, sed tribuit rei quod personę tribuendum erat.

Καταλῦσαι. Abolere, tollere.

Πεῖθειν. Ad inducendum populum validiores erant.

Οἱ τοῖς λακεδαιμονίοις πράσσοντες. Qui pro Lacedæmoniis agebant, qui eis fauebant.

Καθότι. πλεονάζει, ὡς τὸ ὡς.

Ἀντιλογίαις. Disputatione.

Ἐξ ἐπιδαύρου ἐκβῶντας. Egressis ex Epidauro, id est, ἐκ τῆς ἡραίας. ἴσως ἐκβαίντας.

Μὴ ἐθέλωσι. Decedant, id est, si recusent deducere præsidium.

Καὶ ἄντα τὶ λακεδ. Vice versa si Lacedęmonij habent puerum aliquem obsidem, eum restituant.

Συμβατὸν σφισιν λῶ. Locus est corruptus, ita vt emendare eum neque sciam, neque ausim. suspicor tamen id sibi velle Thucydidem. Erat controuersia inter Argiuos & Epidaurios de eo quod Deus Apollo fraudaretur victimis, &c. volebant igitur Lacedæmonij vt Epidaurij iurarent se non fraudasse, oblata formula iurisiurandi ab Argiuis: atq; ita tolleretur controuersia. Hæc est mea coniectura.

Ὅπα καὶ, ἢ ὅπακα. Ea ratione quę videbitur rectissima Peloponnesiis.

Οἱ αὐτοὶ ἄνδρες. οἱ ἐπιτήδειοι.

Τοῦτον μὲν τὸν λόγον. τὸν ξυμβατήριον.

Ἐπιμιξία, commerciū. ἐπιμιγνῶντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, supra lib. I.

Ἡ μὲν. εἶναι πεντηκονταετῆ. In annos quinquaginta.

Κατὰ τὰ πάτρια. Patriis institutis, & moribus. ita enim libertas retineri posse existimabatur.

Ἐόντων. ἀττικῶς, vt κλυτὸς ἱπποδάμεια, ἀντὶ τῶ ὄντων.

Αἱ πόλεσι ἴσω ἦν δηλονότι.

Αὐτοπόλιες. θουκυδίδειον ὄνομα, ἀντὶ τῶ ἐλεύθεροι.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς. ἐν τῷ αὐτῷ, supra.

Ἀμφίλογα. ἀντὶ τῶ, ἀμφιλογία, ὅ ἐστιν ἀμφισβήτησις.

Αἴ τι. εἴ τι.

Διακριθῆμεν, χρῆναι supple. Disceptandum esse dicebant. has controuersias iudicio dirimendas esse censebant. vel, hæ controuersiæ iudicio dirimantur.

Αἰ δέ τις τῶ ξυμμάχων πόλις. hoc puto esse glossema.

Τὸ δὲ φρούριον: ἀντὶ τῶ ἡ ἄλλη φρουρά. Paulò ante locū significabat τὸ φρούριον.

Ἀναινεωσάμενοι τὰς σπονδάς. πρὸς τοὺς ἀργείους δηλονότι.

Ξυναμφότερα. ξυναμφότεροι potius legendum, vt opponatur τῷ αὐτοὶ οἱ λακεδαιμόνιοι.

Κατέλυσαν. Sustulerunt, euerterunt.

Καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφεῖσαν. Et eas ciuitates quibus præerant, quæ illis seruiebant, dimiserunt, manumiserunt.

Ἐπιτήδεια. E re Lacedæmoniorum.

Οὐκ ἐπιτηδείως ἔχοντα. L. V. res quæ prius ex sententia non erant. F. P. quæ amica antea non erat, id est, οὐκ ὠκειοῦτο. καθίσταντο, constituerunt.

Ἐκ πλείονος: χρόνου δηλονότι. περὶ πλείονος, & est coniungendum cum μετεπέμποντο.

Ἀγγέλων. Hoc suspicor in albo libri positum fuisse ad vocem τῶ πρέσβεων declarandam.

Ἔγνωσαν ἀδικεῖν. Statuerunt populum vim fecisse.

Διατριβαὶ δὲ καὶ μελλήσεις ἐγίγνοντο. Moræ verò, & cunctationes interponebantur. ἀντὶ τῶ, διέτριβον, καὶ ἔμελλον.

Καὶ νομίζων. Et sperans maxima inde adiumenta.

Τειχίζει. Ducit longos muros in mare, vel ad mare vsque.

Πανδημεί. Frequenti hominum manu.

Ἐψεύστο. Fefellerat. quomodo? ἀπάγων, deserens.

Καὶ τὰ λακεδαιμονίων φρονεῖν. Hi fortasse reuocauerant eos, & proditionem fecerant.

Οἱ δὲ μήλιοι. Digressiuncula.

Ἀδικεῖν. A rebus animatis sumpta metaphora.

Ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος. Hic locus si quisquā alius apud Thucydidem est obscurus.

Ὅπως δὴ μή. βαρύτης.

Εἰσάπαξ. Omnino.

Καθ' ἕκαστον τῶ. Et perpetua oratione ne ipsi quidem vtimini: sed ad singula, quæ non placebunt, continuò iudicantes respondete.

Ὑπολαμβάνοντες κρίνετε. ἐναλλαγή, ἀντὶ τῶ, κρίνοντες ὑπολαμβάνετε. τουτέστιν ἀποκρίνεσθε.

Εἰ μὲν τοίνυν ὑπονοίας. Ordo naturæ hic erat in sententiis disponendis. agamus inter nos de compositione: ratio, quia de salute vestra, totiusque ciuitatis agitur. expolitio: non conuenimus huc, vt suspiciones, quas animo concepimus, aut aliud eiusmodi faciamus: hic erat ordo naturalis & simplex, sed propositiones immutatę sunt, & oratio tractata ἀντιθετικῶς.

Λογιούμενοι. Numeraturi.

Ἢ: μᾶλλον ἤ.

Ἐκ τῶ παρόντων. Propterea, quæ adsunt, quæq; cernitis: bellum, & arma illata per insinuationem intelligit.

Παυοίμεθ' ἄν. Tacebimus, finē dicendi faciemus.

Εἰκὸς μὲν, καὶ ξυγγνώμη. Æquum, & ignoscēdum est, si quorum res in huiusmodi statu sunt cōstitutæ, ij multa & dicant, & suspicentur. veruntamen quia colloquiū istud de salute nostræ Reipub. institutū est, fiat si placet eo modo, quo prouocatis.

Εἰκός. Par est, conuenit.

Ξυγγνώμη, ἀντὶ τῶ ξυγγνωστόν. vt ἀνάγκη pro ἀναγκαῖον.

Τοιῷδε. In tali discrimine. τόπῳ δηλονότι, ab iis, qui in rupe, vel alio loco præcipiti, & periculoso positi sunt, est sumpta metaphora.

Τρέπεσθαι ἐπὶ πολλά: Id est, multa, & varia dicere, ac suspicari.

Ξύνοδος. Congressus.

Ἡμεῖς τοίνυν. Summa: facite deditionem necessariam, nolite disputare, & vestrū ius tueri aduersus potentiores: parete necessitati, & seruite temporibus. nolite (inquā) de iure disputare: nā ne sic quidē causam obtinebitis. Huius rei affert probationes: imperiū, quo potimur, iure partū est: & à vobus, qui parere recusatis, prouocati sumus, & tamē hoc nostrū ius nos missum facimus: itaq; vos etiā nolite vestrum afferre iam, & eo vos tueri.

Οὔτ' αὐτοί. προφάσεις. Neq; ipsi longa oratione, & verbis speciosis persequimur res à nobis pręclarè gestas, & barbaros deuictos, cùm imperiū iure quæsitum est, &c. q. d. imitamini nos.

Μῆκος λόγων. Longam orationem afferemus.

Ἄπιστον. Vobis scilicet qui estis alieno à nobis animo, vel hoc dicit propter ὑπερβολάς, quæ cadunt in genus demonstratiuum.

Οὐδ᾽ ὑμᾶς ἀξιοῦμεν. Et à vobis petimus ne putetis vos persuasuros esse nobis ea, quæ vestri purgandi causa afferetis.

Ἠδικήκατε. Læsistis, violastis.

Τὰ δυνατὰ δέ: ἀξιοῦμεν δὲ ὑμᾶς διαπράσσεσθαι ἐξ ὧν ἑκάτεροι ἀληθῶς φρονοῦμεν. Petimus autem vt ea transigatis, quæ possunt transigi vestra, nostraque opinione. δυνατά: intelligit deditionem. nam ἀδύνατον innuit esse, vt se defendant aduersus Atheniensium potentiam.

Ἐπισταμένους πρὸς εἰδότας: αὐτὸ γὰρ ἐπισταμένων ὑμῶν, ὅτι ἡμῶν. ὅμοια. Quia & vos & nos æquè scimus.

Οὐ δίκαια μέν, &c. Quòd in humana ratione tum de iure disceptatur, cùm inter pares contentio est: cum verò agitur cum potentioribus, illi, quæ possunt imperant, inferiores imperata faciant necesse est, id est, quod homines de suo iure disceptare solent inter pares conditione, aduersus potentiores non ita audent, sed eorum imperata faciunt.

Ἡ μὲν δὴ νομίζομέν γε. Atqui nos præstare existimamus, & vtilius esse (quandoquidem vos præterita æquitate, vtilitatis mentionem facitis) vt ex æquo & bono potius quam summo iure cum minùs potentibus agatis: vos præsertim, quos grauiores acerbioresque pœnæ mansuræ sunt, siquando in aduersam fortunam labamini. ᾗ, ἠθικόν, μὲν δή, ἐναντιωματικός.

Ἀνάγκη γάρ. παρδιόρθωσις.

Παρὰ τὸ δίκαιον. Neglecta æquitate.

Ἀλλὰ τῷ δεῖ. Sed oportet scilicet permittere nobis, qui sumus in periculo constituti, vt æquitate nostram tueamur causam, & omisso summo iure à vobis impetremus quæ cupimus, sed oratio ad locum communem translata est.

Ἀλλὰ καθίστασθαι τὰ εἰκότα. &c. erat consequutio, ἀλλὰ δεῖ δηλονότι.

Εἶναί τινι. Adesse, fauere.

Καί τι καί: καί τινα ὠφεληθῆναί τι, καὶ ἐκ τοῦ τὸ ἀκριβοῦς πείσαντα. Id est, vt aliquem fructum percipiat, si præterito summo iure aliquid persuaserit ex æquo & bono, id est, vtilius vobis fore existimamus si nobis assentiamini, & ex æquo & bono, non summo iure nobiscum agatis.

Τοῦ ἀκριβοῦς. Iam summum ius, ὅθεν ἀκριβοδίκαιον.

Καὶ τοῦτο. τὸ ἀγαθόν. ἴδια) (κοινόν.

Οὐκ ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτήν. Finem non expauescimus, id est, nos verò non ita extimescimus, si superati à potentioribus imperium amittamus, vt horremus inferiores, & vectigales ac stipendiarios, &c. ἀθυμεῖν τι, καινόν.

Ἦν ὁ πανσθῇ. Quod tamen (quasi dicat) est dubium, & incertum, etiamsi depressum fuerit: ominatio ex persona Thucydidis.

Οὐ γὰρ οἱ ἄρχοντες. Neque enim extimescendi sunt qui habent imperium, & præsunt aliis. δεινότης. παράδοξος ἔννοια, οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ συγκριτικῶς.

Ἔστι δὲ οὐ πρὸς λακεδ. Quibuscum iam nobis certamen nullum est.

Οὗτοι. ἢ ἐπανάληψιν ἔχει, ἢ μυκτηρισμόν. εἰσὶ ἐπανάληψιν, ἡ διαστολὴ ἔπειτα ἐν τῷ λακεδ.

Ἀφείσθω. Permittatur.

Ὡς δὲ ἐπ᾽ ὠφελείᾳ. Illud verò planum faciemus nos iam adesse tum propagandi nostri imperij gratia, tum vt agamus de Reipub. vestræ salute.

Βουλόμενοι. Volumus enim præesse vobis ita tamen vt vos non pressuri simus impositis vectigalibus, & cupimus vos è vestra, nostraque re saluos esse.

Σκοποῦσι δ᾽ ὑμῶν. Ita ne verò subditi vestro imperio perpendunt æquitatem, vt eodem loco habeant innocentes, quo nocentes?

Οἱ πολλοί. Magna pars.

Κεχείρωνται. Subacti sunt.

Δικαιώματι. Iure, ratione, qua suum ius tueatur, neutros existimant carere ratione probabili: potentia verò illos superesse, nos metu territos eos non aggredi: itaque liberabitis etiam nos isto metu subiecti iam nostro imperio. τὸ ἀσφαλές, τὴν ἀσφάλειαν, incolumitatem.

Εἰ μὴ περιγένοισθε. F.P. Si subigamini. L. V. nisi vincatis.

Ἐν δ᾽ ἐκείνῳ. ᾧ μὴ πολεμοῦσι δηλονότι. Illud verò nonne rectius, & tutius existimatis, si mortales omnes à vobis ipsis non alienetis? nam si bellum omnibus, qui vestram amicitiam non sequuntur, inferatis, existimabunt omnes nobis deuictis, vos etiam contra se ituros esse: atque ita prouocabitis omnes, vt arma contra vos capiant, & Lacedæmoniis hostibus vestris sese adiungant: quod longè periculosius vobis futurum est.

Τῶν δικαίων λόγων. A iuris disputatione.

Εἰ τυγχάνοι ὑμῖν. Si vobis etiam contingat idem esse commodum.

Τοὺς ὑπάρχοντας. Pristinos hostes, Lacedæmonios sc.

Τῷ ἀλογίστῳ. Inconsulto appetitui: ἐπίνοιας. inconsultum affectum appellat libertatis defensionem aduersus potentiores.

Πρόδηλον. Præsens, certum, apertum.

Ἤ που. Summa argumentationis est: Si vos tantum contenditis imperij retinendi causa, socij vitandæ seruitutis, multò magis erit nobis, qui adhuc sumus liberi, enitendum vt libertatem retineamus.

Ὑμεῖς δὲ τὴν παρακινδύνευσιν ποιεῖσθε. Periculis vos ita obiicitis: pericula intelligit amittendi imperij alienatis hominum animis.

Παυσθῆναι ἀρχῆς. Ne imperio spoliemini.

Μὴ πᾶν ἐπεξελθεῖν. Non omnia experiri & nihil intentatum relinquere, priusquam seruiamus.

Οὐ γὰρ περὶ ἀνδραγαθίας. Neque enim de laude certamen est.

Ἀνδραγαθία: μετωνυμία. Strenuitas, & virtus pro laude.

Μὴ αἰσχύνην ὀφλεῖν. Vt turpes futuri sitis.

Ἀπὸ τοῦ ἴσου. Ex æquo, pari conditione, cum paribus.

Πρὸς τοὺς κρείσσονας πολλῷ) (ἀπὸ τοῦ ἴσου.

Κοινοτέρας. Magis communes: similiores, quam pro diuersa vtrorumq; manu, id est, magis communes inferioribus, quàm superioribus, hoc est, scimus nonnunquam inferiores opibus rem gerere secundiùs, quàm faciant superiores.

Καὶ ἡμῖν. Adde etiam quòd in deditione nulla spes est libertatis retinendæ: in sui defensione aliqua spes ostenditur. ἀπὸ τοῦ πράγματος. in vtramque partem.

Τὸ μὲν εἶξαι. Hîc ego distinguo meliore sensu, vt sit amplificatio à iactura libertatis statim futura.

Μετὰ δὲ τοῦ δρωμένου. Id est, sin resistamus, & vim propulsemus, relinqui adhuc spei aliquid libertatis retinendæ. consecutio postulabat: τὸ δ᾽ αἰτιῆναι: sed mutauit figuram παραπλέξαι.

Ελπὶς δὲ κινδύνῳ. Id eſt, iis ſperandũ eſt qui habent aliquas opes, & aliquid potentiæ: qui verò de ſumma fortunarum periclitantur, & potentia longè inferiores ſunt, ſicuti vos eſtis, iis verò minimè ſperandum eſt. ſpes enim eiuſmodi maxima eis incommoda, & calamitates inuehit.

Per anticipationem monet nè patiantur ſe in eas anguſtias redigi.

Οἷς παρόν. Debuerat eſſe, οἷ παρὸν αὐτοῖς, &c. ſed breuitati ſtudet Thucydides.

Καθίστανται. Conferunt ſe.

Τὴν τύχην. Cuius beneficio, q.d. vos habetis opes iſtas, & potentiam. μετὰ βαρύτητος, querelam habet tacitam aduerſus fortunam.

Τῇ μὲν τύχῃ. Quod ad fortunam attinet.

Ανάγκην ἔχουσαν. ἀντὶ τοῦ ἀναγκασθῆναι. Coactam, adductam, ſi nulla alia re, ſaltem cognatione, & pudore.

Καὶ οὐ παντάπασιν. Iunge cum ſuperioribus πιστεύομεν.

Τῶν μέν. Interpunctio non ſuo loco poſita affert interdum plurimum difficultatis: tolle moleſtam diſtinctionem, & ſenſus erit apertius.

Ηγούμεθα δέξῃ. πλεονασμός. τὸ ἑξῆς τὸ τε θεῖον ἄρχειν σαφῶς διὰ παντὸς οὗ ἂν κρατῇ.

Οὗ ἂν κρατῇ. Quorum eſt potens.

Καὶ ἡμεῖς. Encomium iuris naturæ, quod eſt æternum & perpetuum. Cic. pro Milone.

Δρῶντας ἄν. ἀντὶ τοῦ δρᾶσαι.

Καὶ πρὸς μὲν τὸ θεῖον. Tranſitio. reſpondent iam ad illud, Lacedæmonij nos non deſerent.

Τῆς δὲ λακεδαιμονίων δόξης. ἕνεκα δηλονότι.

Τὸ ἀπειρόκακον. Simplicitatem, imperitiam rerum duriorum. carpit Lacedæmonios, vt φιλαυτοτάτους.

Πρὸς σφᾶς αὐτούς) (πρὸς τοὺς ἄλλους. Erga ſeipſos, non tamen erga alios vtuntur virtute, vel colunt virtutem.

Πολλὰ ἄν τις. ἔμφασις. Libidinem, auaritiam, ſuperbiam, &c.

Προσφέρεσθαι πρόσθεν, ὁ προσφέρεσθαι τινί. Vti aliquo.

Ξυνελών. Quamuis multa quis eis obiicere poſſit, illud tamen in ſumma verè dixerit, eos dignitatem in voluptate, æquitatem in vtilitate ponere.

Καίτοι. Hæc particula collectiua eſt iam, itaque iſtiuſmodi mens, & conſilium non facit pro veſtra inconſulta ſalute.

Αλόγου. μετωνυμία. Tribuit ſaluti temeritatem & inconſultam rationem, id, quod erat tribuendum ipſis Meliis.

Τῷ ξυμφέροντι. τὸ ἑξῆς μὴ βούλεσθαι καταστῆναι ἀπίστους, &c. περὶ: μηλίους. ἀπίστους, infidos.

Ωφελίμους. Amplificando opes eorum, & amicitias.

Οὐκοῦν οἴεσθε. Eſt perinde ac ſi diceret, ſi putatis Lacedæmonios moueri vtilitate, deſinite ſperare eorum auxilia. nam ea demum eſt ſolida vtilitas, quæ eſt coniuncta cum incolumitate: at Lacedæmonij nunquam laturi ſunt vobis auxilia ſine periculo: ergo vitandi periculi, & incolumitatis retinendæ cauſa nulla vobis auxilia ferent.

Αλλὰ καὶ τοῖς κινδύνοις. Imò etiã exiſtimamus eos ſuſcepturos pericula noſtri cauſa, & habituros materiam hoc ita faciẽdi. Putamus enim illos exiſtimaturos nos eſſe erga ſe fideliores, quàm erga alios.

Τὸ δὲ ἐχυρόν. Refutant illud, τὸ πιστότεροι, & βεβαιότεροι. incolumitas eorũ qui bella ſuſcipiunt, non ſpectatur beneuolentia, & fide eorũ pro quibus bella ſuſcipiunt, ſed ſpectatur opibus, & potentia eorũ.

Δυνάμει τῶν ἔργων. Potentia rerum gerendarum, id eſt, ad res gerendas.

Αλῆψις. Prehenſio.

Επῆλθεν. Inuaſit.

Οὐ τρέψεσθε. Non confugietis, id eſt, non alligabitis tuendi veſtri iuris cauſa.

Πρὸς δὲ τοὺς ἥσσους. Hoc additũ vt admoneant Melios ſe fore modeſtos erga eos.

Ην μιᾶς πέρι. Quam in vna anchora cõſtitutam, id eſt, in vnica iſta veſtra deliberatione. eſt enim ἐπεξήγησις illud ἐς μίαν βουλήν.

Μετεχώρησαν ἐκ τῶν λόγων. Diſceſſerũt ex colloquio. λόγων μετωνυμία, contentum pro continente.

Κατὰ σφᾶς αὐτοὺς γενόμενοι: Id eſt, ſoli, egreſſis illis ſequebatur, vt Melij ſoli relinquerentur. à conſequenti antecedens.

Διαλυόμενοι ἤδη ἐκ τῶν λόγων. Cùm è colloquio iam digrederentur.

Σαφέστερα. Certiora.

Πλεῖστον καὶ σφαλήσεσθε. Grauiſſimè labemini.

Καὶ ὅσα πλεῖστα ἠδύναντο χρήμασιν. Et quamplurimũ alium commeatum pecunia comparatum.

Πλεύσαντες. Tranſmiſſo mari.

Απειροι. τὸ μέγεθος. Ignari plerique magnitudinis inſulæ.

Σικελίας γάρ. Sicilia enim poteſt circumiri à naue oneraria ſpatio circiter octo dierum.

Ων εἴρηται ὑπὸ ψεῦδος. Hoc ita dicit, vt vitet quæ de iis fabuloſè ferebantur.

Αρκείτω δέ. Sufficiant quę poëtę de eis ſcripſerũt, & quæ quiſque de ea gente ſentit.

Ομοροι τοῖς σικανοῖς. ἀντὶ τοῦ ἴσχυς τῶν σικανῶν.

Προσξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς. His accolæ acceſſerunt.

Τηρήσαντες τὸν πορθμόν. Id eſt, obſeruato vento vt fretum traiicerent.

Τηρήσαντες. L. V. ratibus obſeruato cùm ventus poſuiſſet freto. F. P. obſeruato vento, &c. vel obſeruato freto, cùm ventus ſecũdus flabat. eſt enim ſpatium viginti ſtadiorum.

Ελθόντες δὲ ἐς τὴν σικελίαν. Digreditur, & referens pedem aliquantulum, demonſtrat cauſam cur Sicani partem occidentalem inſulæ tunc tenuerint. docet ingentes copias externas in Siciliam appuliſſe, & egreſſas in inſulam Sicanos prœlio viciſſe, atq; ita eos in eam partem meridionalem compuliſſe.

Ποιήσαντες. Fuerunt authores.

Καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ὤκησαν ἔχοντες. Et vberrimas ac feraciſſimas quaſque partes illius agri retinentes coluerunt.

Επεὶ διέβησαν. Ratio. nam longè ante Græcos in inſulam tranſmiſerant.

Ωκουν δὲ καὶ φοίνικες. Docet qui præterea barbari tenerent inſulam Siciliam, & vnde venerint.

Εμπορίας ἕνεκεν. Vt negotiarentur cum Siculis.

Αυτοί. ἔμφασιν habet. nam niſi aliqua virtus in eo illuxiſſet nunquam eum ducem coloniæ deducendæ delegiſſent, ſibique præfeciſſent.

Αὐτόθεν. ἐκ τοῦ στρωγίλου, ſcilicet digreſſas.

Υπὸ αὐτῶν. τῶν λεοντίνων. καὶ καθηγησαμένου. Carpit eos tacitè, qui proditorem delegiſſent.

Μεγαρέας. αὐτὴ τὸ ἐπὶ μέγαρα. Μέγαρα, vt & Naxus, erat deleta Strabonis temporibus.

Πρὶν ἢ ἀνάστασιν. ἐπιμβολή. Farcit narrationem, παρεμβολή.

Τὰ χαλκὼν. Sua scilicet, quæ erant Dorica.

Κύμης. Italicam intelligit iam, de qua. Virg. lib. 6, 119. *Et tandem Euboicis Cumarum allabimur oris.*

Ξυγκατανειμάμενοι τὴν γῆν. Partiti sunt inter se agrum.

Ἱκανά. Satis pecuniæ, id est, magnam pecuniæ vim. Sed διὰ ταπεινώσεως.

Ὧν ἀκούοντες. Quæ cum audirent sæpius Athenienses tum ex ipsis Egesteis, tum ex eorum fautoribus atque patronis decreuerunt, &c.

Ἀνεκόμισαν. Absportarunt. L.V. frumenta & aliquot boum paria absportarunt. F. P. frumenta absportarunt imposita plaustris, quæ secum adduxerant.

Ἄγοντας &c. Hoc membrum est omissum à L. V. qui decendiales inducias habebant cum Atheniensibus.

Καθότι. Quomodo, quemadmodum oporteret: quomodo iste nauticus apparatus esset celerrimè conficiendus, & decernēda quæ ducibus ad istam expeditionem necessaria videbantur.

Η μὲ ἐκκλησία ἥδε. Coacta est hæc concio de nostro apparatu, id est, καθότι χρὴ τὴν παρασκευήν, &c. vt supra: qua ratione classis quam celerrimè instruatur, & res ad istam expeditionē ducibus necessariæ subministrentur.

Ἐκπλεῖν. Exire, enauigare, cursum dirigere.

Περὶ αὐτοῦ τούτου. τὸ ἐκπλεῖν δηλονότι.

Εἰ ἄμεινόν ἐστιν. Vtrum expediat classem mittere.

Ἀλλοφύλοις. Quia Egestæi non erant cognati, vt Leontini, & erant barbari.

Καίτοι ἔγωγε. Atqui ego propterea & honorem gero, ac imperium obtinebo. quasi dicat: quamquam non mei commodi causa, sed vestri facio.

Καὶ πρὸς μὲ τοὺς τρόπους. Quanquam intelligo meam orationem non tantum ponderis, & authoritatis apud vos esse habituram.

Καὶ μὴ περὶ τῶν ἑτοίμων. Neque iis quæ certa sunt, & iis, quæ incerta, & dubia videntur periclitari.

Ὡς δὲ οὔτε ἐν καιρῷ. Quòd autem neque tempestiuè festinetis, neque obtineri possint facilè res eæ, ad quas aspiratis, hoc iam docebo.

Ἐπαγαγέσθαι. Attrahere.

Ἔχειν τι βέβαιον. Rata & firma fore: aliquid firmitudinis habitura.

Ἡσυχαζόντων. Si ab armis abstineatis.

Οὕτω. εἰρωνεία.

Καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων. Hic virgula distinguo, vt sit sensus: ita enim quidam ex nostris, atque ex aduersariis rem transegerunt.

Ἐνθένδε: Alcibiadem designat, qui legatis Lacedæmoniorum imposuerat, & Niciæ ipsi.

Καὶ τῶν ἐναντίων. Cleobulum, & Xenarem Ephoros designat, qui belli cupidi, per fraudem & ipsi egerant, vt fœdus frangeretur. L.S.

Ἀξιόχρεῳ δυνάμει. Copiis non contemnendis à creditoribus & debitoribus, ἡ μεταφορά.

Ἐκ τοῦ αἰσχίονος. ἐν μὲν τῷ σφετέρῳ καλῷ, ἐν δὲ τῷ ἐκείνων ἀπρεπεῖ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἀναβάλλεσθαι.

Δίχα. Distractas opes nostras.

Ὧν περὶ νῦν σπεύδομεν. Id quod nos iam vrgemus.

Καὶ πάνυ ἄν. Vel libentissimè.

Οὓς πρὸ πολλῶν. Quorum societatem sibi adiunctam antea maximè cupiebant.

Ὥστε χρή. Itaque nobis perpendenda, considerandaque ista sunt: neque suspensis & incertis nostris rebus pericula subeunda, & noua imperia quærenda priusquam pristinum nostrum constabiliamus.

Κατὰ τὰς ἠπείρους. Asiam, & Europam intelligit, in qua vtraque erant ciuitates sociæ Atheniensium, quæ dubiæ fidei esse videbantur.

Ὀξέως. Præcipitanter.

Ὑφ' ὧν δέ. A quibus autem iam pridem violamur propter rebellionem factam sine causa, eos verò vlcisci cunctamur adhuc.

Ὡς γε νῦν ἔχουσιν: Id est, liberi) (καὶ εἰ ἄρξειαν αὐτῶν. οἱ Συρ.

Νῦν μὲ γάρ. Nunc enim facilè venient, vt gratiam Lacedæmoniorum aucupentur: at in alio rerum statu non est consentaneum eos nobis arma illaturos esse.

Διὰ τὸ αὐτὸ. τρόπου δηλονότι, τῷ αὐτῷ τρόπῳ. Sed figura variata.

Ἡμᾶς δέ. Nisi veniamus eò, erimus formidabiles: sin veniamus aut contemnemur, aut præter contemptum etiam cladem accipiemus.

Δείξαντες τὴν δύναμιν. Ostentatis opibus, quod est, quasi dicat, summa leuitatis, & vanitatis.

Δι' ὀλίγου. Continuò, mox.

Ἔτι καὶ νῦν. Saltem nunc: nunc etiam.

Σφήλαντες ἡμᾶς. Labefactatis nobis.

Τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσονται. Suam ipsorum deleant ignominiam. ἡ μεταφορά ab iis, qui corporis turpitudinem veste contegunt, & occultant.

Ὥστε καὶ χρήμασι. Ita vt & hominum numero, & vectigalibus aucti simus: at his omnibus pro nobis, non pro barbaris, &c. est vtendum. L. V. vt æquum sit nobis augeri numero, & pecuniarum & hominum. non est assequutus sensum germanum.

Καὶ ταῦτα. Hæc autem χρήματα, καὶ σώματα sunt pro nobis impendenda, non &c. φυγάδων, qui Troia profecti sunt.

Τῶνδε. δεικτικῶς, habet contemptum. ἐπικουρίας δεομένων, mendicorum, quasi dicat.

Οἷς τό, τε ψεύσασθαι. Quorum interest mentiri speciosè, suas scilicet opes amplificando, & inflatius prædicando.

Καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ. Consecutio postulabat hoc, & periculis alterius suam rem feliciter gerere, & re benè gesta, verba tantummodo aliis dare, nullam habere gratiam iis, qui optimè de illis meriti sunt, vel accepta clade, socios & amicos secum euertere.

Λόγους μόνον. ad ψεύσασθαι καλῶς est referendum.

Μὴ ἀξίαν. Correctio, & ἀξιοπιστία.

Νεώτερος ἐς τὸ ἄρχειν. Impar adhuc per ætatem imperio.

Θαυμασθῇ. Suspiciatur, colatur, ambitionem eius designat.

Μὴ δὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε. Neque huic permittatis, vt periculis publicis priuatum quærat splendorem.

Τὰ μὲν δημόσια. Rempub. lædere. rem priuatam absumere.

Καὶ τὸ πρᾶγμα. A re: bellum esse arduum, & quod adolescens sustinere, tractaréque facilé non possit.

Δυσέρω-

Δυσέρωτας εἶ).Perditè amare,& afflictari ac vexari amorum suorum absentia.

Γνόντας. Intelligentes appetitu paucissima geri feliciter,plurima prouidentia.

Ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Sed pro patria, quæ maximum omnium superiorum subit iam periculum, ferre contrarias sententias, ac discernere, &c.

Τὰ αὑτῶν νεμομένους. Sua colentes, suas quoque controuersias inter se componere: q. d. qui commoda, & fructus insulæ Siciliæ percipiunt, iidem etiam incommoda ferant,quę oriuntur ex eorum controuersiis.

Παρὰ γλῶ) (διὰ πλάγους.

Ξυμμάχους ποιεῖσθαι, ἐκείνους δηλονότι, οἷς κακῶς μὲν πράξασιν. Et in posterum ne societatem cum illis ineamus (sicuti consueuimus) quibus si bello premantur, auxilia mittamus, si ipsi laboremus, nihil ab eis auxilij impetraturi simus.

Νομίζεις. Existimans nihil periculi inesse huic rei, si iterum rogaris sententias, si fortè illud reformidas. Hinc possimus colligere periculosum fuisse, si qua de re plebiscitum fuisset factum, de ea iterum populum reuocare ad suffragia. Hoc enim videbatur nil aliud esse quàm plebiscitum rescindere, & populi potestatem abolere, irritamque facere. Itaque confirmat senatus principem, & facit ei animum: nullum (inquit) est periculum.non enim clàm, & subdolè, sed palàm & coram vniuersa plebe publicæ vtilitatis causa hoc es facturus. νομίσας,ἀντὶ τοῦ,καὶ νόμιζε.

Τῶν δὲ ἀθηναίων. τὸ ἑξῆς. οἱ μὲν πλεῖστοι παριόντες. Id est, progredientes ad dicendam sententiam.

Στρατεύειν παρῄνουν.Suscipiendam expeditionem censebant.

Ἐνῆγε.lib.2.de Acharnensibus.ἐνῆγεν τὴν ἔξοδον μάλιστα.vrgebat,instigabat.

Τὰ πολιτικά.Non in re priuata.

Διαβόλως.Criminosè.

Καὶ μάλιστα.Potissimum autem,quia imperij erat cupidus.

Δι' αὐτοῦ.τοῦ στρατηγῆσαι,δηλονότι.

Ὠφελήσειν. Se amplificaturum rem priuatam pecunia simul & gloria.

Ὅπερ καὶ καθεῖλεν. ἐπιφώνημα. Id quod postea rempub. Atheniensium potissimum euertit.

Καὶ τῆς διανοίας. τὸ μέγεθος δηλονότι.

Ὧν ἔπρασσεν. ἐν ἐκείνοις ἃ ἔπρασσεν καθ' ἓν ἕκαστον ἐν ὅτῳ γίγνοιτο. ἐν ὅτῳ, quancunque in rem sese dedisset.

Καὶ προσήκει μοι. λαμπρότης.

Ἀνάγκη γάρ. Hinc enim mihi exordiendum est. ἐπιδιόρθωσις.corrigit se, tum quia mutauit ordinem in respondendo, tum quia inflatius de seipso loquitur.

Καθήψατο. Pupugit. καθάπτεσθαι, ita attrectare, vt rem attrectatam offendamus.

Καὶ τἆλλα παρεσκευασάμην.Et cætera apparaui pro eo,ac decebat victoriam.περιπλοκή.victoria fuit insignis; ergo & sumptus, in accipiendis iis, qui me adibant gratulandi causa, & in reditu fuerunt insignes.

Φύσει. quia κατ' ἡσίοδον. καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ φθονεῖ, καὶ τέκτονι τέκτων.

Καὶ αὐτὴ ἰσχὺς φαίνεται. Ipsa quoque specimen potentiæ sunt.

Καὶ αὐτή. ἀντὶ τοῦ, καὶ αὐτά.

Ὅς ἂν.ἐκείνους,ὅς ἄν.

Ἐφ' ἑαυτῷ. Propter seipsum, id est, propter suas virtutes, &c. λαμπρότης. sed methodo modestiæ, & ἀναλλαγῇ προσώπου castigauit insolentiam iactationis. οὐκ ἄδικον,minus valet,quàm δίκαιον.

Ἐπεὶ καὶ ὁ κακῶς πράσσων. Siquidem nemo in æquam partem calamitatis venit, cùm potentes calamitatibus premantur, id est, si potentes premũtur grauiùs calamitatibus, quàm plebeij, æquum est, vt etiam secundis rebus emineant, & extent inter plebeios.

Οὐ προσαγορευόμεθα. ταπείνωσις. Ne salutamur quidem,id est,despicimur,contemnimur.

Τίς αὐτὶ τοῦ, ὑμεῖς ὁ δῆμος. Plebs patiatur se despici à fortunatis,& beatis.

Ἐν τῷ ὁμοίῳ.ὁμοίως.Offendamus,si qua accidat offensio.

Καὶ ὅσοι. ὁ καὶ ἐπεξηγηματικός. Qui aliquo splendore, alicuius rei gerendæ splendore antecellunt.

Ἐν μὲν τῷ κατ' αὐτοὺς βίῳ. Dum viuunt.

Τοῖς ὁμοίοις. Potentibus, qui sunt eiusdem ordinis.

Ξυνόντας. Quibuscum viuunt.

Τῶν δὲ ἔπειτ' ἀνθρώπων. Posteris autem admirationem.

Τισι.Correctio,consequentia pro antecedentibus. λαμπρὸν, καὶ καλὸν σχῆμα.

Ὡς οὐ περὶ ἀλλοτρίων. Non quasi de alienigenis, & spuriis,aut iis,qui vixerint flagitiosè,sed vt de suis, & qui præclaras res gesserint.

Ὧν ἐγὼ ὀρεγόμενος. Quas virtutes dum ego affecto,& sequor,& propterea priuatim celebris sum, an rempub. deterius quoquam ciue administrem iam videte.

Ἡ ἐμὴ νεότης.εἰρωνικῶς. Pro grauitate,quæ præter naturam adesse existimabatur. quia homines ea ætate nondum callent rerum vsum.λόγοις) (ὀργῇ.est perinde, ac si dixisset, dictis, & factis. L. V. atque fidem vindictæ faciendo persuasit, vt neque nunc de hac ætate pertimescant. quid sibi velit, non video.sensus igitur est, & vt re ipsa,vel factis confirmauit, ita vt non sit vobis extimescenda ista ætas mea.

Μετ' αὐτῆς.τῆς νεότητος, καὶ ἀνοίας,consecutio erat,& καλῶς φρονεῖ.

Ὁ, τι δὲ ἕκαστος.τὸ ἑξῆς, ὅ,τι ἕκαστος οἴεται λαβὼν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ οἰκήσειν ἄλλην γῆν, ἢ ἐκ τοῦ πείθειν λέγων, ἢ μὴ κατορθώσας στασιάζων, Id est, quicquid autem vnusquisque sperat se posse ex ærario rapere, si possit dicendo persuadere,si non possit,seditionem concitare,atque ita solum vertere,id comparat.

Ἢ στασιάζων, ἢ μὴ κατορθώσας, ἀντὶ τοῦ μὴ πείσας,στασιάζων ἄλλην γῆν οἰκήσειν.vel ἢ στασιάζων,ἢ μὴ κατορθώσας,οἴεται οἰκήσειν, &c.

Οὔτε λόγου ἀκροᾶσθαι. Neque rectè monentes vnanimi consensu audire.ἐναλλαγὴ,res pro personis.

Οὔτε ἐς τὰ ἔργα. Neq; ad res gerendas concordes, se conuertere.

Κοινῶς. μιᾷ γνώμῃ, συνώνυμα.

Ταχὺ δὲ ἄν. Facilè autem facturas singulas ciuitates deditionem, si quid quod non displiceat proponatur.

Καὶ μὴν οὐδὲ ὁπλῖται. Præterea non tanta manus militum grauiter armatorum neque illis est. Consecutio, neque Græcis, vt sit argumentum à maiori: Si Græci non habent, multò minus Barba-

ri; sed mutata est figura.

Διεφάνησαν. Compertum est.

Ηελθμσω. ὑποτύπωσις.

Εψευσμένη μέγιστον αὐτούς. Quæ plurimum eos fefellit.

Εξ ὧν ἐγώ. Quantum ego fama accipio.

Οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν. Maiores enim nostri, quum hos ipsos hostes, quos hic futuros nobis prædicat Nicias, dum nos suscipimus expeditionem in Siciliam, prætereaque Medos hostes haberent, tamen imperium, quod habent compararunt non aliis rebus, & rationibus, quàm iis, quas nunc habent: opibus scilicet maritimis.

Καὶ νῦν. Nunc etiam Peloponnesij multò minus sperant se posse nos superare: multò minus confidunt suis aduersus nos opibus. cur ita? quia scilicet nos aucti potentia, illi non ita. sed fac eos etiam auctos, tamen poterunt illi quidem terra irrumpere in nostros fines, & nocere, sed mari nihil poterunt.

Εἴ τι καὶ πάνυ. ἐξ ὑποθέσεως, ἢ πλαστὸν σχῆμα. Et si benè firmi sunt.

Αποκνοῖμεν. Recusemus desidia quadam.

Σκηπτόμενοι. Causantes, tergiuersantes. ὅτι δηλονότι ἐκεῖνοι ἡμῖν οὐκ ἐβοήθησαν.

Χρεών. ἀναγκαῖον, vel, oportet.

Επειδὴ ξυνωμόσαμεν. ἀπὸ τοῦ δικαίου.

Οὐ γὰρ ἵνα δεῦρο ἀντιβοηθῶσι. Interpretatur fœdus: non ea conditione initum est fœdus inter nos, & illos, vt quemadmodum nos illis, ita nobis illi mittant auxilia, sed vt infestantes illic nostros hostes, eos remorentur, quin huc contra nos veniant.

Φιλοκρινοῖεν. Delectum habeant.

Καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν. Neque licet nobis arbitratu nostro moderari nostrum imperium, sed necessitati parendum est.

Ταμιεύεσθαι. Statuere, διοικεῖν. ἡ μεταφορὰ à quęstoribus, vel à promis-condis: hi enim pro vectigalibus, quæ reponunt in ærarium, promunt pecuniam ad sumptus faciendos: & promæ-condæ pro rebus esculentis & poculentis, quas in penuario condiderunt, promunt, & distribuunt familiæ.

Ες ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν. Quousque propagandum est nobis nostrum imperium, vt eos imperij terminos, quos volumus definiamus.

Επισκεπτέον. Spectandum. τὸ ἥσυχον, ἡ ἡσυχία.

Υπάρχοντες, præsentem rerum statum.

Καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες. Non contenti otio, & quiete, qua fruimur, sed bellum nouum suscipiamus.

Καὶ ἅμα. τὸ ἑξῆς, ἢ τῆς ἑλλάδος πάσης ἄρξομεν τῷ εἰκότι ἕνεκα τῶν ἐκεῖ, &c.

Τὸ ἀσφαλές. Vt rectè possimus bellum suscipere.

Απραγμοσύνη τῶν λόγων. ἐναλλαγή. ἀντὶ τοῦ ὁ λόγος ὁ ἀπράγμων, id est, quæ proponit nobis otium. tranquillitas orationis.

Καὶ διάστασις τοῖς νέοις. ἀντὶ τοῦ τῶν νέων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων. Inuidiam struit Niciæ, quasi seditionis authori.

Αμα νέοις. Noua ratio concordiæ describendæ: nam ea demum est in ciuitate concordia, cùm quilibet sexus, ætas, ordo ciuium, vnum idemque sentit.

Καὶ νομίζετε. Id est, existimate reipub. potentiam positam esse in ciuium concordia.

Τρίψεσθαι. ἀντὶ τοῦ κατατρίψεσθαι.

Εγγηράσεσθαι. Fore vt consenescat.

Αγωνιζομένην δέ. Certantem, bella administrantem.

Προσλήψεσθαί τι. Futurum, vt vsu & experientia proficiat quæsituram, adiuncturam sibi vsum.

Ξυγγιγνώσκω. Facit fidē tacitè suæ sententiæ. q. d. rectè sentio, vos idem sentitis.

Μὴ ἀπράγμονα. Id est, negotiosam.

Καὶ τῶν ἀνθρώπων. Id est, & eas respub. conseruari maximè, in quibus concordia seruatur, etiamsi leges & instituta earum sint deteriora.

Ωρμημένους. Alacres, & cupidos belli istius suscipiendi.

Ξυνενέγκοιμεν. Opto equidem, vt fœlix, & faustus sit eius euentus: eum habeat successum ista deliberatio, quem volumus, & cupimus.

Επὶ δὲ τῷ παρόντι. Ergo quod optauit, respiciebat futurum.

Οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων. Neque parentes alterius imperio sunt amplæ, & potentes: sunt liberæ. ergo magno est opus apparatu, tum aduersus magnitudinem earum potentiæ, tum ad oppugnandam earum libertatem.

Ως ἐν μιᾷ νήσῳ. Correctio. non sunt tam multæ, vt in continenti, sed vt in vna insula multæ sunt.

Αὐτόθεν δέ. ἐμφατικῶς. quasi dicat, non sunt spetanda nobis aliunde auxilia, cùm eò peruentum fuerit: sed nisi hinc adducamus, malè nobiscum agetur.

Καὶ οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ. Neque eodem modo, eadem conditione estis eò venturi, qua facitis hic, cùm alicui arma infertis.

Εν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις. Facultas. cùm bellum geritur inter ciuitates, quæ parent vestro imperio, facilè potestis euocare hinc inde auxilia; petere cōmeatus, & impetrare: in Sicilia non ita. hic est germanus sensus.

Ξύμμαχοι ἦλθετε. Leniore, & honestiore locutione, rem grauiorem, & turpiorem indicat: quasi Athenienses bella mouerent iure societatis, non auaritia, & ambitione pulsi.

Τῶν χειμερινῶν. Correctio. hyeme enim impeditur magis nauigatio aduersis tempestatibus.

Νομίζετε. Suspicamini. hoc ἀπὸ τοῦ Θουκυδίδου.

Πλεῖον. ἀντὶ τοῦ εἰ μὴ. μὴ μόνον αἱ ἄπαντα λόγον παρασκευὴν) (ἀλλὰ καὶ, &c.

Ην σφάλωνται. Si propositum non teneant) (κατορθοῦν.

Εἰ δὲ πλείω εὐτυχῆσαι. Et adhuc plura feliciter administrare.

Από τῶν εἰκότων. Quantum coniecturis assequi possumus, vel vt videtur rationi consentaneum.

Ο τι ἐλάχιστα παραδοὺς ἐμαυτὸν τῇ τύχῃ. Id est, quamtutissimè & optimè munitus.

Ταῦτα γάρ. ἐπιδιόρθωσις. ἡ λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Quid igitur tu tui causa hos ingentes apparatus suades? non mei tantùm sed etiam reipublicæ causa.

Ο μὲν Νικίας. Hæc Nicias, ratus aut mole apparatus se deterriturum Athenienses, aut saltem si cogeretur gerere imperium, se ita rectè profecturum.

Τῶν πραγμάτων. τῆς παρασκευῆς.

Τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ. Ardorem expeditionis.

Ωρμηντο. Incitati sunt.

Ξυν-

Εὖ τε γὰρ. Nam & sapienter consuluisse visus est.

Καὶ ἀσφάλεια. αὐτὶ τῆς καὶ ἀσφάλειαν. Et præsidiū vel ingens ita fore.

Ὡς ἢ καταστρεψομένοις. Quasi essent potituri rerum illarum, vel certè nullum subituri periculum.

Οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν. αὐτὶ τῆ οὐδὲν ἂν σφαλείσης ἀτυχῶς.

Τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Iis verò qui erant ætate integra, & militari, quod auebant peregrinas regiones spectare, & noscere. ἡλικία κατ' ἐξοχὴν, ætas militaris.

Αἴδιον μισθοφορὰν. Vt Romani agrum diuidebant.

Διὰ τὴν ἄγαν τῶν πλειόνων ἐπιθυμίαν. Propter nimiā pluris habendi cupiditatem. τὴν πλεονεξίαν iam ita vocat καινοπρεπῶς.

Ἡσυχίαν ἦγε. Hiscere nō audebat, non resistebat, tacebat.

Προφασίζεσθαι. Causari, tergiuersari, L.V.

Διαμέλλειν. Cunctari, moras nectere.

Τοῦτο γὰρ ἐκπλεῖ. Res enim mali ominis esse existimabatur belli istius initio, & coniurationis, rerumque nouarum suspicionem afferebat. οἰωνὸς, nomen medium, modò alitem significat, & eam propriè quæ vescitur carnibus; modò augurium, siue triste, siue lætum, εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Ξυνωμοσία &c. Coniuratio ad res nouandas, & statum popularem euertendum.

Καὶ αὐτὰ ὑπολαμβάνοντες. Ea verò crimina accipientes, qui erant inimici acerrimi Alcibiadis, amplificabant, & vociferabantur, hæc patrata fuisse libertatis euertendę causa: Virg. lib. 12. *Accepit vocem lacrymis Lauinia, matris.*

Οἱ μάλιστα. Qui maximè infensi erant Alcibiadi, id est, acerrimi inimici.

Ἐμποδών. Ratio: quòd eos impediret quin principem locum obtinerent in administranda Republica.

Ἐπιλέγοντες τεκμήρια. Afferentes argumenta.

Ἀρχήν. Hinc etiam patet ambitio Alcibiadis.

Αὐτοῦ ἀπόντος. Prouidentia Alcibiadis commendatur.

Καὶ ὅτι σωφρονέστερον. Et sapientius esse non emittere se tanti exercitus imperatorem, si modò esset affinis tanto crimini.

Ὅτι δῆμος. Veriti etiam ne populus languidius ageret, habita eius ratione.

Ξυνεστράτευον. Venerant socij futuri eius belli.

Καὶ μὴ κατασχεῖν τὴν ἀγωγήν. Neque impediendum quin proficisceretur. ἡ ἀναγωγὴ ἐγίγνετο. αὐτὶ τῆ ἀνήγοντο. soluerunt.

Οἱ μὲν ἐπιχώριοι. Partitur turbam.

Καὶ μετ' ἐλπίδος, &c. Inter spem, & metum.

Καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐσῄει τὰ δεινά. Et pericula magis in mentem veniebant in præsentia.

Ἐλάσσων. Numero inferior.

Εὐπρεπὴς τε. Vt sua nauis & decore præstaret & celeritate.

Καὶ ἁμιλληθὲν πρὸς ἀλλήλους, &c. Et qui inter se magno studio certauerant armorum, vestitusque elegantia.

Ὥστε. ἐν ἐκείνῳ ᾧ. Trierarchus in naui. ἵππαρχος, in equitatu. λοχαγὸς ἐν τῷ λόχῳ, &c.

Καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. τὸ ἑξῆς, καὶ εἰκασθῆναι ἐπίδειξιν μᾶλλον τῆς δυνάμεως, καὶ ἐξουσίας ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, ἢ παρασκευὴν ἐπὶ πολεμίους. Existimatam fuisse ostentationem potius opum, & potentiæ.

Τόλμης τε θάμβει. Stupenda audacia.

Ὄψεως λαμπρότητι. Et splendore, atque magnificentia spectaculi.

Καὶ ὅτι μέγιστος. Et quia nauigatio suscepta est lōgissimè ab agri domestici finibus, & spe maximarum rerum adipiscendarum.

Εὐχὰς δὲ. αὐτὶ τῆ δή.

Κοράσαντες. Ιλ. α. 10. Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Νεύμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσι.

Ἐπιβάται. Propugnatores, defensores nauium. παραιβάται, in curru.

Ἐπὶ κέρως. Longo ordine, non exporrecta fronte aciei. nautica locutio. ὁ τρόπος.

Τοιοίδε λόγοι. Tales sententiæ.

Περὶ τῆς ἀληθείας τοῦ ἐπίπλου. αὐτὶ τῆ ἀληθοῦς ἐπίπλου.

Καὶ γιγνώσκω. Et intelligo eos, qui aut narrāt, aut referunt, quæ minus videntur credibilia, non solùm non persuadere, sed etiam stultos existimari, verumtamen non territus propterea abstinebo: quia persuasum habeo me certiora, exploratioraque esse dicturum.

Ὡρμῶνται ἐφ' ὑμᾶς. Bellum vobis inferunt, quod vehementer admiramini.

Πρόφασιν μέν. Honesta præscriptione) (τὸ ἀληθές.

Ἡγούμενοι. Ratio probabilis. si Syracusas, arcem Siciliæ totius obtineamus, facilè etiam obtinebimus reliquas partes.

Ἀφρακτοι. Imparati.

Εἰ δέ τῳ καὶ πιστά. Quòd si fide digna scilicet dixero.

Οὐδ' ὅτι μεγάλῳ στόλῳ. Nec propterea erunt inutiles, & formidabiles, quòd maximo apparatu nos inuadunt. βίαιον.

Ἀλλὰ πρός τε τοὺς ἄλλους Σικελιώτας πολὺ ἄμεινον. Imò satius hoc ita futurū nobis est. sic enim facilius cęteri Siculi nobiscum conspirabunt ad propulsandam hostium potentiam.

Ξυμβήσεται. Modestia.

Πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν. Suscepta expeditione bene procul à suis finibus. παρὰ ἀναλογίαν. αὐτὶ τῆ πάντες.

Ὄνομα. 2. Æn. 68.—*Et nos aliquod nomenque, decusque,*
Gessimus.——

Καὶ περὶ σφίσιν αὐτοῖς. Quamuis culpa sua non ab hoste superati, ac profligati fuerint. ἡ μεταφορὰ ab iis, qui altero pede in alterum impingentes, non in lapidem, aut trabem, labuntur.

Τοῦ Μήδου πολλὰ σφαλέντος. Quia Medi multa errata præter opinionē admiserunt, dum putant, & prædicant se bellum inferre vni tantùm ciuitati.

Παρὰ λόγον. Præter opinionē suam scilicet. L.V. quum Medus, tanquam qui contra Athenas, plerumque iniquitate fortunæ malè pugnasset. F. P. quoniam Medus multa peccauit præter opinionē, dum prædicat se vnam ciuitatem nempe Athenas bello petere.

Τά τε αὐτοῦ. Vrbanas copias intelligit, quæ sunt hoc ipso in loco.

Τοῖς μέν. Pristinos amicos, & socios confirmemus: nouos adiungamus. σικελοὺς intelligit iam eos, qui venerant ex Italia.

Ἐς τὴν ἄλλην Σικελίαν. τοὺς ἐλύμους. Qui occidentale latus Siciliæ tenebant.

Ἢ ξυμμαχίαν ποιώμεθα. Aut socios nobis eos adiungamus, aut illud impetremus, ne hostem iuuēt suis opibus.

Δοκεῖ δέ μοι. Existimo etiam satius esse mittere legatos Carthaginem.

Οὐ γὰρ ἀνέλπιστον. Nam ne illis quidem est dubitandum, id est, nam res eorum quoq; agitur. L. V. non enim fide carebit hoc apud illos. ἐλπὶς in malam partem nunc accipitur.

Τάχ' ἂν ἴσως. Commoratio ἠθική.

Ἐν πόνῳ εἶεν. Fore in periculo, laboraturos.

Ὅθεν. αὐτὶ τοῦ οἷς. εἰσὶ γὰρ τὰ νεῦρα τοῦ πολέμου.

Σικελιῶται γάρ. Summa est, nam si velimus, omnes Siculi; sin minus quamplurimi, conspirare, & diducta instructaque classe, obuiam hosti venire in Apuliam vsque, eum certè terrebimus.

Δῆλον ποιῆσαι. Declarare, demonstrare.

Ἢ τοὺς ἐκείνους πραγωθῆναι. Quàm de transmittendo mari Ionio.

Καὶ ἐς λογισμὸν καταστήσαιμεν. Et cogemus eos hæc considerare. consilia hostium κατὰ τὸ εἰκὸς explicat. cogemus eos considerare nostra commoda, sua incommoda.

Ἐκ φιλίας. Hîc est distinguendum virgula, vt sit sensus: nos bellum gerere procul à nostris finibus, & tamen in vrbe amica, & socia: sequitur enim ὑποδέχεται γὰρ ἡμᾶς τάρας.

Τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς. Incommoda hostium.

Χαλεπὸν δέ. Exponit difficultates eius nauigationis tam longæ.

Διὰ πλοῦ μῆκος. Propter itineris & nauigationis distantiam, spatium. παρασπάσθαι accidens quasi oblata casu & fortuna.

Εἰ δ' αὖ τῷ ταχυναυτοῦντι. Quòd si habito delectu ea parte classis, quæ est celerior, cursum ad nos dirigat, etiam sic facilè eos superabimus remigio defessos, si pugnam non recusemus: sin recusamus, habebimus Tarentum, quo nos tutissimè recipiamus. ἡ πραγματικὴ στάσις hoc postulat, id est, istam diuisionem, aut cum omnibus impedimentis venient hostes, aut relinquent impedimenta post se, ipsi expedito agmine venient: ad vtramq; partem opponit remedium.

Παραπλεῖν. Præteruehi. L. V. abire.

Ἀποκλειομένους. Impeditos.

Καὶ τοὺς προεπιχειροῦντας. Et homines magis horrent eos, qui priores ex improuiso adoriuntur, quàm eos qui significant hostibus aggressuris se paratos esse ad vim propulsandam.

Ἰσοκινδύνους ἡγούμενοι. πρὸς τὸ σημαινόμενον οἱ ἄνθρωποι ἡγούμενοι. Existimantes se pares fore in discrimine, id est, pares esse.

Ἐπιμάχεσθαι. περιθέσθαι δηλονότι.

Καὶ παρασχεῖν. δεῖ supple.

Ἐν τῷ ἔργῳ τῇ ἀλκῇ. In prœlij ardore.

Τὸ δ' ἤδη προκαθιστάναι τὰς παρασκευάς. Illud autem maximi vsus esse, si ante prœlium nos muniamus, & ita comparemus vt rectissimè hostem excipiamus.

Μετὰ φόβου: νομίσαντας ὡς ἐπικινδύνους.

Τῆς δ' ἀξυνεσίας. Imprudentiam miror, quòd non intelligant sua consilia, & dolos patere satis. ὡς μὴ εἰδότων, βαρύτης, εἰρωνεία.

Δεξιότεια, id est, λογίζοιντο.

Τὴν δ' ἡμετέραν πόλιν. ἐπιδιόρθωσις. Quid aio totam Siciliam?

Κούφαις. Expeditis.

Τοσοῦτον πλεῦσαι. Tantum cursus conficere.

Οὓς ἐγὼ οὐ νῦν πρῶτον. Vocat in suspicionem Hermocratem à vita, & moribus.

Οὐ πρὸς τοὺς πολεμίους πλείονας. κοινοπρεπῶς. πλείονας ἐμφυλίους, ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους.

Τυραννίδας δέ. Nimiam potentiam principum ciuitatis criminosè sic vocat verbo inuidioso.

Ὧν ἐγώ. τὸ ἑξῆς, ὧν ἐγὼ παραιτοῦμαι μὴ περιϊδεῖν γενέσθαι ποτὲ ἐφ' ὑμῶν. ἀξιοπιστία. Nostra ætate, q.d. nam quod ad futuras attinet, ego mortalis non potero præstare.

Ἀλλὰ καὶ ὧν. ἀλλὰ ἕνεκα ἐκείνων ἕνεκα, ὧν βούλονται μέν, &c. Id est, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας ἕνεκα.

Εἴπερ καὶ μή. τὸ ἑξῆς περιπέσοιτό τις προφυλαξάμενος. Si modò liceat vitare periculum adhibita cautione, & vigilantia. persona incerta pro certa.

Καὶ δῆτα. ἀληθινός, καὶ ἐνδεδεμένος λόγος. Bilem & impatientiam dicentis indicat, dum ex abrupto, & sine aliqua præmunitione orditur.

Οὐ πρακτικόν. αὐτὶ τοῦ, insanum, & violentum esse, sed καταπληκτικός.

Ἀπαλλαγῆτε. Missos facite.

Αὐτοί. πρὸς τὸ σημαινόμενον, ταῖς ἀγγελίαις. Videbunt verine an falsi sint.

Ὡς ἔργα δυναμένοις. Quasi idem valeant, ac facta: quia voluntas interdum plectitur perinde atq; factum: vt supra, τὸν γὰρ ἐχθρὸν οὐχ' ὧν δρῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρή.

Φυλασσομένη. Sibi cauenti.

Τοῦ κοσμηθῆναι τὸ κοινόν. Si respub. instruatur.

Καὶ τρία μέρη νείμαντες. Et classe in tres partes distributa, trifariam distributa.

Ἐν ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν. In singulis sortiti sunt, id est, singulis partibus sortitò ducem præfecerunt.

Ἀναπλέοντες. L. V. pariter nauigarent. F. P. soluentes, &c. ἀναπλέειν, ἀνάγεσθαι, ἀναφέρεσθαι) (καταπλέειν, κατάγεσθαι, καταφέρεσθαι.

Προστεταγμένοι. Attributi suo quique duci, κατὰ πόλιν, singulis agminibus.

Πρὸς τἆλλα. Ad alios vsus, ad alias res.

Ἐξετάσεις ὅπλων. Recensentes peditatum, equitatumque. ἐπεξέτασιν ποιεῖσθαι supra, ὅπλα) (ἵπποι, αὐτὶ τοῦ τὸ πεζόν, καὶ τὸ ἱππικόν: sed ὅπλα est pars firmior peditatus.

Οὐ τἆλλα μέν. Alias pecunias, quas fuerant polliciti, nullas esse: triginta tantùm talenta apparere.

Μεγάλην τὴν ἔκπληξιν. Ingentem stuporem, & admirationem afferebant Atheniensibus.

Πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. Graue crimen sustinebant apud milites.

Ἀναθαρσοῦντας τῇ γνώμῃ. Confirmatos animis, colligentes se ex pauore. L. V. resumpta per consilium audacia.

Προσδοκία. In malam partem iam, προσδέχονται supra.

Τελευτήσαντος. πλευτᾶν τὸν βίον esset plena locutio. πλευτὴ τοῦ βίου, mors dicitur, καὶ πλευτὴ ἐλικιώδους. quanquam πλευτὴ finem cuiuslibet rei in genere significat. πλευτᾶν τόδε, aliâs αὐτὶ τοῦ conficere, absoluere. ὅμηρος ὀδυσσ. β. ταῦτα δέ τοι μάλα πάντα πλευτήσουσιν ἀχαιοί. πλευτῶν etiam pro tandem. τελευτῶν εἶπεν, ἢ ἔλεξεν, &c.

Πρεσβύτατος. Argumentum πολιτικόν. Quia regna & hæreditates ad maximos natu filios iure veniũt, passim hoc cerni potest nostris etiam temporibus: in Gallia in primis.

Ὡραιότητι ἡλικίας. Forma ætatis. ætatem iam κατ' ἐξοχὴν intelligit adolescentiam.

Κατα-

Καταγορεύει. Defert. ἐξαγορεύειν, quæ etiam sine capitis periculo euulgamus. καταγορεύειν, quæ cum periculo, κυρίως.

Ερωτικῶς. More amatorum.

Περιαλγήσας. Ingenti dolore concepto.

Ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως. Pro authoritate, & opibus quas habebat. erat enim ἀνὴρ τῶν ἀστῶν μέσος.

Εν τρόπῳ δέ τινι. Sed locum & tempus obseruabat, vt eum clàm contumelia afficeret, quasi istud non propterea ageret. Neq; L.V. neque Annot. hunc locum satis commodè verterunt. ἀφανεῖ est coniungendum cum sequentibus verbis ὡς οὐ διὰ τοῦτο. vt sit sensus, qui locus non erat daturus suspicionem, contumeliam illam propterea fieri. hoc ex sequẽtibus patet, vbi contumelia declaratur, qua tyrannus Harmodium affecit.

Διεκόσμησαν. Exornarunt, publicis scilicet & priuatis ædificiis, templis, fontibus, porticibus, &c.

Εν ᾧ οὐ πρότερον. L.V. cùm in ea re iam pridem exercitatus esset. F. P. cùm imperitus esset imperij tractandi: cùm exercitatione, & vsu rerum gerendarum careret, id est, cùm per ætatem nondum rerum vsum teneret.

Τοῦ πάθους τῆ ξυντυχίᾳ. Id est, aduerso isto casu.

Τὴν πρᾶξιν. Res pro persona.

Εἰς τὸ ἔργον. Ad facinus.

Καὶ ὡς εἶδόν τινα. Casum narrat dubium, & occasionẽ cur Harmod. & Aristoch. Hipparchum potius quàm Hippiam tyrannum oppresserint: suspicati sunt rem detectam. cur ita? quia viderunt quendam ex coniuratis cum Tyranno colloqui familiariter.

Ην δὲ πᾶσιν εὐπρόσοδος. λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. quia οἰκείως dixit, ideo subiicit, erat facilis cuilibet ad eum aditus.

Η τυραννίς. ἀντὶ τοῦ, ὁ τύραννος.

Εἴποθεν. Siquid præsidij alicunde sibi paratum cerneret mutato rerum statu, id est, si qua reperiret præsidia, quibus vti posset, si fortè regno pelleretur.

Υπάρχουσαν. Existere, paratum sibi esse.

Αριστεύσαντος τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ. Qui dignitate princeps fuit inter Græcos suorum temporum.

Οὐκ ἤρθη νοῦν. Non elata est animo.

Ες ἀπαιδαλίην. In vim, & contumeliam.

Σίγειον. Oppidum in agro Troiano. & σιγεὰς ἄκρα, promontorium ibidem.

Καὶ ὡς αὐτῶν. L.V. tanquam. F.P. ob hanc rem irasceretur. τὸ ὡς νῦν παρέλκει ἀττικῶς.

Αξιόλογοι. L.V. splendidos viros. F.P. viri clari, & dignitate, authoritateque prædíti.

Ενταῦθα ἀναπείθεται. Docet iam Thucydides vnum ex iis, qui erant in carcere, & qui maximè affinis erat culpæ, adductum fuisse vt impunitate impetrata, & seipsum, & alios indicaret: atque ita paulatim sedatam fuisse illam perturbationẽ Reipublicæ.

Λαβὼν τὸ σαφές. Percepta, cognita veritate, vt ipse putabat.

Επανεῖπον ἀργύριον. Præmia proposuerunt iis, qui eos interfecissent.

Προσδοθῆναι αὖ ἡ πόλις. ἐδόκει supple.

Καὶ τινα μίαν νύκτα κατέδαρθον. Et nocte quadam excubuerunt. καταδαρθεῖν, cubare, dormire. κυρίως, in pellibus. Virg. lib. septimo:

Cum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti,
Pellibus incubuit stratis.

Et paulò pòst de rege Latino:

Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat,
Velleribus.———

Θεραπεύοντες τὸ, τὸ μὴ θορυβεῖν, &c. Id est, cauentes ne exercitus tumultuaretur, & ne hostes nacti occasionem ex eiusmodi tumultu aliquid incommodi, ac detrimenti darent exercitui.

Καὶ πολεμίους. Aliud verbum subaudiendum συλληπτικῶς, non μὴ θορυβεῖν. itaque cauentes ne hostes sumerent animos, aggrederentur castra, atque ita incommodo afficerent.

Εχων. In sua potestate habens.

Επὶ διαβολῇ. Post criminationem. accusator enim valet multum, quia priore loco dicit: multò plus si absente reo struat criminationem arbitratu suo.

Τέως. Tunc, in præsentia.

Τὰ χρήματα. Pro tota classe, vel pro sexaginta nauibus accipiendum. nam quas miserant Athenas cum legatis suis, eæ erant menstruum tantum stipendium.

Πόλισμα. L.V. vicum. oppidum F.P.

Καὶ ἐπειδὴ πλέοντες. Placet repetere ista pauca, quia in his explicandis antè mihi ipse non placui, & illud ἐφαίνετο est durum admodum. reddebat rationem Thucydides, cur Syracusani etiam apparerent se vt irent contra Athenienses. Videbatur enim vix credibile, eos, qui præclarè secum actum iri existimare debuerant, si hostes ingruentes propulsare, & se, atque vrbem defendere potuissent, eos, (inquam) ire obuiam hostibus, atque adeo eos prouocare. Quia igitur parũ verisimile videri poterat, afferebat varias rationes Thucydides, vt hoc faceret probabile. Prima ratio fuit: deposuerant iam metum, & trepidationem illam primam abiecerant, quoniam hostes non accesserant, ita, vt ipsi primò existimabant. Secunda ratio: intercessit tempus, quo paulatim animos collegerunt, & quotidie magis ac magis confirmati sunt: has rationes suprà vidimus: iam adnectit alias: non solùm (inquit) hostes non accesserunt ad vrbem, sed etiam recesserunt potius ad remotiores partes insulæ mare Tyrrhenum, & occidentem versus: præterea Hyblam, quam oppugnauerant, capere non potuerant: ob istas itaque (inquit) causas paulatim eos contemnere cœperunt, & efflagitabant à ducibus, vt se aduersus eos ducerent.

Εφαίνετο. ἐφαίνοντο ἀπὸ puto legendum esse: alioqui admodum dura fuerit figura. τοῦ, πρὸς τὸ σημαινόμενον.

Κατεφρόνησαν. Ratiocinabantur à minori sic: Si Hyblam expugnare non potuerunt, quæ nullo modo nobiscum comparanda est, ergo opes eorum planè contemnendæ sunt, & vix nostrum impetum sustinere poterunt.

Οἷον δὴ ὄχλος φιλεῖ. Pacatis rebus, & tranquillis esse insolentior, cùm absunt pericula, adest fiducia.

Ιππεῖς τε. Legendum est. addit aliud signum insolentiæ plebis: mittebant equites nonnullos ad castra Atheniensium, exploratum quid hostes agerent. Hi cùm alia probra (inquit) in eos ingerebant, tum illud irridentes percontabantur: venissẽntne vt sibi sedes quærerent, an vt Leontinos in suas restituerent.

Ει ξυνοικήσοντες. An incolæ insulæ futuri secum.

Αγιγνώσκοντες. Narrat duces Atheniensium co-

gnita fiducia, & insolentia Syracusanorum, ex ea re cepisse consilium, quo facilè hostes fefellerunt, & portum ingressi vrbem Syracusas subierunt, & nullo impediente castra loco peropportuno muniuerunt. hoc stratagema pluribus explicat. Mittunt virum quendam Catanæum sibi fidum, hostibus non suspectum ad Syracusanos: is docet Athenienses intra vrbem pernoctare, castra eorum, quæ erant extra vrbem, deserta esse: si veniát Syracusani certa & statuta die, Catanæos portas vrbis clausuros, cæsuros ipsos Athenienses, naues incensuros, Syracusanos facilè castris potituros: missum se narrabat à certis ciuibus Catanæis, qui erant noti Syracusanis, & qui fauebant rebus eorum. Habita est fides nuntio. veniunt Syracusani cum summis opibus Catanam. Athenienses interea cognito per exploratores eorum aduentu, soluunt inde sub noctem, & Syracusas aduolant: nullo impediēte portum, & locum castris opportunum capiunt: atq; ita Syracusanis imposuerunt. Hæc est summa, sed explicat consilia ducum, cur clā stratagemate potiùs, quàm aperto marte agendum cum Syracusanis censuerint.

Ὅτι πλεῖστον. Quàm longissimè.

Δυνηθέντες ἄν. ἀντὶ τοῦ δυνηθῶσι ἄν.

Καὶ εἰ. ἀντὶ τοῦ εἴτε.

Τοὺς γὰρ ἂν ψιλούς. τὸ ἑξῆς, τοὺς γὰρ ἱππέων τῶν συμμαχούντων, &c. βλάπτειν ἂν μεγάλα τοὺς ψιλούς, &c.

Εἶναι ἐν διανοίᾳ. ἀντὶ τοῦ διανοεῖσθαι.

Ἀναλαβόντες. Collectis.

Ὑπὸ νύκτα. Ne ab hostibus cernerentur.

Μετὰ τοῦ θαρσεῖν καὶ ἐς τὰ ἄλλα. Adiuuante fiducia, quam conceperant aliis de causis, & deliberatione iam facta.

Ἐς τὰ ἄλλα. Aliis in rebus: in virtute sua, in contemptu hostium, in eo quòd Hyblam expugnare nequiuissent.

Ἤδη σφ. Facultas, & occasio.

Προεῖπον πανδημεί, &c. Id est, præceperunt Syracusanis, vt frequentibus copiis ad eam expeditionem se appararent. Militaris locutio.

Ἐς τὸν κατὰ τὸ ὀλυμπιεῖον. χῶρον, αἰγιαλόν, λιμένα, aut aliud eiusmodi subaudiendum.

Καὶ οἱ ἱππῆς. Interim Syracusani equites, qui primi Catanam peruenerant.

Ἀνήχθη. Soluit.

Ἀποτετραμμένοι. Reuersi, regressi.

Ἐβοήθουν. Suppetias ferebant.

Μακρᾶς οὔσης τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς. Erat enim longum iter illis faciendum. hoc additum ab authore, vt probabile faceret, datam fuisse facultatem Atheniensib. loci capiendi, & castra muniendi.

Καθῖσαν. ἐκάθισαν puto legendum.

Καὶ ἐν ᾧ. Id est, bene munito, & natura, & artificio, ita vt ab equitatu infestari non possent, prœliū inire nisi vellent non cogerentur.

Σταύρωμα ἔπηξαν. L. V. cancellatimque confixis naues prætexuerunt. F. P. quid sibi velit non intelligo. vallo eas muniuerunt. πηγνύειν σταύρωμα, figere vallum, siue palum. οἱ δὲ χάρακας ἔλυσαν, rescindunt.

Διὰ τὸ τὴν ἐπιστήμην. Quia plus audaciæ, quàm scientiæ rei militaris habent.

Ὑπομιμνήσκω. Commonefacio.

Καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, Id est, veriti potius incōmoda & difficultates, quas proposui, quàm hostiū terrorem.

Ἐπηλυθεῖσαν. ἢ ἀπηλυθεῖσαν, ἢ ἐπὶ τὴν πάλιν ἐληλυθεῖσαν.

Ὑστερίζουσιν. Tardiùs illi quidem veniebant, seriùs veniebant.

Καὶ τὴν βούλησιν. Alacritatem etiam inuiti amittebant, intermittebant, non declarabant insitam alacritatem.

Καὶ ἐς τὰς ἐπίουσ. ἀντὶ τοῦ ἔτρεπον. Fugabant, in fugam vertebant.

Οἵας εἰκός. Quales verisimile est, id est, leues. sequitur enim ψιλούς.

Ἔπειτα δέ. Aruspices deinde hostias proferunt, mactandas scilicet.

Τὰ νομιζόμενα. Capra litabant Lacedæmonij, alij alio pecore. ξενοφῶν ἐν λακεδαιμονίων πολιτ. 401. 14. ὅταν γὰρ ὁρώντων ἤδη τῶν πολεμίων χίμαιρα σφαγιάζηται, αὐλεῖν τε πάντας αὐλητὰς νόμος, καὶ μηδένα λακεδαιμονίων ἀστεφάνωτον εἶναι.

Οἱ δὲ ἐχώρουν. Illi tendunt in hostem.

Αὐτόνομοι. Iam qui voluntarij venerant.

Ξυγκτήσασθαι. Vt in quærendo imperio eos adiuuarent.

Ἐφ' ἃ ἦλθον. τὸ οὗ ἕνεκα. τὸ γὰρ τέλος ἀγαθόν. καὶ δ' ἤκεν εὐχωλὴν πριάμῳ, καὶ τρωσὶ λίποιεν. Ιλ. α, 16. καὶ αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. 18.

Ὥρᾳ ἔτους. Propter anni tempus.

Ἀθηναῖοι. ὑπερβολικῶς, vel habita ratione Atheniensium, qui nullum habebant equitatum.

Τὰ ὀστᾶ ξυνέλεξαν. Quia cremauerant rogo impositos.

Ἐς τὸ ἔαρ. ἅμα ἦρι, ἦρος.

Οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε ἡσσῆσθαι. Et tamen non tantum se victos, quantum existimabant.

Μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης. Coniunctam cum fiducia scientiæ rei militaris scilicet.

Ὅπως ξυμμαχία προσγίγνηται. L. V. ad societatem cōtrahendam. F. P. vt auxilia sibi mitterentur.

Βεβαιότερον, Constantius quàm antea.

Ἐκ τοῦ προφανοῦς. Quia iam clandestinè ἔλαττον ἑαυτοὺς τὰ μάλιστα.

Σταυρώματα ποιησάμενοι. Circundatis, & munitis castris vallo.

Κατὰ τὴν. ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν.

Ἐς τε τὸ λοιπόν. Et in posterum ne auxilium ferre recusarent.

Βουλόμενοι προδιαβαλεῖν τοὺς ἀθηναίους. Admonet Thucyd. Homerica imitatione, qualis futura sit oratio Hermocratis.

Δωριεῖς) (ἴωνες. ἐλεύθεροι) (οἱ δουλοῦνται.

Τὴν σικελίαν οἰκοῦντες) (ἐλληνικοῖς, νησιῶται.

Διιστάναι. Dissocient à nobis.

Λόγοις. Eloquentia. L. V. suis rebus, sed malè.

Κακουργεῖν. Incommodo, ac detrimento afficere.

Ἀμφότερα γὰρ τάδε. Vtrumq; enim hoc incommodum accidit potentibus: vtroq; enim hoc incommodo premuntur potentes. L. V. obscurius hæc vertit, inuidiæ enim ac timori imbecilliorum obnoxij sunt potentiores.

Βούλησιν ἐλπίζει, ἀντὶ τοῦ, βούλεται ἐλπίζειν, ἢ βούλεσθαι ἐλπίζει.

Τὸν αὐτόν. Quia Deus habet (quasi dicat) potestatem in fortunam: homo in suam voluntatem.

Ὑπ' ἄλλων. ἀδικοῦνται δηλονότι.

Ἐπεράξαν ἃ ἠβούλοντο. Propositum tenuerunt.

Καὶ μὴ δοκεῖν προθυμίαν ἐκείνην τὴν προθυμίαν. Neq; existimandum est studiū illud studium. L. V. neq; illud circunspectum vobis esse videatur, &c. προμηθίαν, habebat fortasse codex vnde vertebat.

Εἰ γὰρ δι' ὑμᾶς. Nam si propter vos qui recusatis ferre auxilium, qui oppugnabitur, euertetur, qui expu-

expugnabit, vincet, quid aliud estis facturi, quàm A vt eadem absentia nostram salutem euertatis, illorum vim, & improbitatem non coerceatis?

Επιβουλευόμεθα. Insidiis appetimur.

Ταῖς ὑμετέραις γνώμαις. Vestris consiliis, vestra culpa.

Τῷ αὐτῷ ὀνόματι. Quia laus & gloria erit Atheniensium solùm.

Αφικόμεθα. Veneramus huc, vt veterem societatem renouaremus.

Καθαψαμένου. Sed quoniam Syracusanus nos lacessiuit. B

Καὶ πλέοσιν οὖσι. Causæ timoris quia numero superiores sunt: quia vicini, & finitimi.

Εσκεψάμεθα. Iniicimus rationem, qua, &c.

Απηλλάγημεν. Leuati sumus onere imperij, liberati sumus.

Οὐδὲν προσῆκον. Quia nō decebat, nō cōueniebat.

Καταστάντες. Creati.

Οἰκοῦμεν. διοικοῦμεν. Administramus.

Νομίσαντες. Rati nos ita minimè in potestatem C Peloponnesiorum venturos esse, si potentiam haberemus, qua vim eorum propulsaremus.

Καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν. Atq; vt ingenuè, vereq; dicā.

Πλεῖστον ναυτικόν. 180. ἡρόδοτος ἐν ὀγδόῃ.

Τὴν προσήκουσαν. τὴν οἰκείαν. Suam salutem quærere, parare.

Λόγου ἡδονῇ. Oratione grata, id est, audire libenter quę dum metuunt, placent: sed sedato metu, eà sequi quæ salutaria videntur.

Τὴν τε γὰρ ἐκεῖ. Est perinde ac si diceret, necessita- D te cogimur & illos Chalcidenses, &c. premere imperio, & vos sic velle liberos.

Καθιστάμενοι ἀσφαλῶς. Vt res istas cum amicis rectè constituamus.

Καὶ ἐν τούτῳ. Nam propterea, vel eatenus enim summa necessitudine nobiscum coniuncti estis.

Τὰ μὲν γὰρ ἐκεῖ. Nam bello domestico.

Αρκοῦμεν. Sufficimus, pares ad resistendū sumus, per nos ipsi sufficimus ad hostē propulsandū: nos soli sine aliorū auxiliis hostē propulsare possumus. E

Οὐ δικαίως. Obiter eleuat, & refutat illud Hermocratis, καὶ λεοντίνων μὲν, &c αὐτὶ τοῦ ὅν φησιν ἡμᾶς καταδουλοῦσθαι. & tamen prętexere iam libertatem nos velle afferre istis.

Ανδρὶ δὲ τυράννῳ. Quod autem vtile est siue regi, siue reipublicæ, hoc etiā à ratione alienum nō est, rationi consentaneum est: q. d. vtile, ergo etiam honestum.

Οὐδὲ οἰκεῖον. Expolitio, ita, vt non necessarij, qui perfidi, malè fidi. F

Πρὸς ἕκαστα. Pro rebus singulis. Locus communis. ἐπιμονή.

Απιστεῖν δὲ οὐ χρή. Neq, est de nostra fide dubitandū.

Καὶ βούλονται ἐπὶ τῇ ὑμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑποψίῳ. Et volunt vos istis de nobis suspicionibus ad conspirationem secum solicitare, &c.

Οὐδὲ οὖν. Ita sunt coniungendæ, & coagmentandę sententię, paulò antè dixerat Camarinęos euocasse olim copias, & auxilia Atheniensium, vt sibi succurrerent, nec paterentur se euerti à Syracusa- G nis: quod ni facerent, ipsos quoque in discrimen aliquando venturos esse. iam itaq; efficit se venisse vitandi causa istius discriminis: & simul occurrit ad illud, cur tantis opibus & tanto apparatu venistis? λύσις, quia Syracusanorum potentia est magna, & formidabilis.

Διὰ μῆκος πλοῦ. Propter longam nauigationem.

Καὶ ἀπορίᾳ φυλακῆς. Tum difficultate custodiendi vrbes magnas, & quæ egent equitatu, peditatuque non classibus, si eas tueri velis.

Ενοικοῦντες. non dixit παροικοῦντες, sed ἐνοικοῦντες, vt innueret vicinos esse, sed infestos & hostes qui illis immineant.

Εκάστου. καιρὸν ἑκάστου. ἤ αὐτὶ τοῦ καθ' ἕκαστον.

Εδειξαν δέ. Exempla. dederunt documenta cùm alia tum illud in Leontinos, quos euerterunt funditus.

Σωτηρίαν. Per amplificationem appellat societatem. orantes ne nos deseratis, qui certam salutem vobis, & nobis mutua opera afferimus.

Πολλὰ φυλασσόμεθα. A multis cauēdum nobis est, multa cauenda nobis sunt.

Καὶ ὑμεῖς μήτε ὡς δικασταί. Quare vos nolite iam quasi iudices rerum gerendarum, aut censores à bello suscepto deterrere, id quod factu perdifficile iam est.

Αυτὰ. πρὸς τὸ σημαινόμενον, τὴν πολυπραγμοσύνην, & τὸν τρόπον.

Καὶ ᾧ μὴ ὑπάρχομεν. αὐτὶ τοῦ & οὐκ ἄρχομεν.

Καὶ ὁ ἐπιβουλεύων. Et qui saluti alterius insidiatur.

Διὰ τὸ ὑπεῖναι ἐλπίδα. Quia proposita est certa spes alteri impetrandi nostra auxilia, alteri refrænandæ eius libidinis.

Σωφρονεῖν. Temperare ab iniuria, & vi.

Αντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτούς. Pro eo quod semper cauetis eorum insidias, iuncti nobiscum eos appetite bello, & par pari referte. ἐκ παραθέσεως.

Επιτηδείως ποιόντι. Erant affecti istum in modum.

Εὖνοι ἦσαν. Fauebant & erant beneuoli Atheniensibus.

Καθ' ὅσον εἰ. Dubitanter.

Αναγκαῖον. Primùm sunt mihi diluenda mea crimina

Εμῆς διαβολῆς. Passiuè de criminibus, quibus premor.

Τῷ ὑπόπτῳ ὑμῶν. Suspicionibus de me conceptis. E leuiore verbo odia, & hostiles inimicitias appellat. τὸ ὕποπτον, αὐτὶ τοῦ ὑποψία.

Κατὰ τὸ ἔγκλημα, ἀμφιβολογία. Nam aut ad Lacedæmonios, aut ad maiores Alcibiadis referri potesti sed germanus sensus postulat, vt ad auum Alcibiadis referatur. vide supra. obiter igitur ferit purgationem suorum. quamuis crimen non exprimat.

Αναλαμβάνων. Medicorum verbum, instaurans, redintegrans, reficiens.

Πράξαντες. Conciliantes, adiungentes.

Περιέθετε Imposuistis.

Εἴ τις. Incerta persona pro certa, id est, si vos ô Lacedæmonij. sed innuit sic suā causam fuisse adeò bonam, vt plerisq; ferè probata fuerit.

Αναπειθέσθω. Desinat sic sentire, mutet sententiam.

Μετὰ τοῦ ἀληθοῦς. αὐτὶ τοῦ ὀρθῶς. Rectè, & ratione adhibita, non libidine, & ira, atq; inimicitiis. ἐπισκοπεῖ ἐπὶ τῇ κρίσει.

Τοῖς γὰρ τυράννοις. Nam semper tyrannidi infensa fuit nostra familia. παρρησία. Herod. lib. 6.

Πᾶν δέ. Ratio, quia libertatis fuit studiosa. confirmatio. qui enim tyrānis aduersantur, hi statum popularem tuentur.

Τοῖς παροῦσι. πράγμασι δηλονότι.

Ακολασίας) (σωφροσύνης.

Ημεῖς δέ. Nos autem dum Reipublicæ præfui-

mus, id egimus, vt eam conseruaremus in ea forma, qua accepimus, & in qua maxima, liberrimaq; futura erat.

Πέριξ. ποιητικόν.

Πολλὰ παρείς. παράλειψις.

Κεφαλαιώσω. Perstringam.

Καὶ δικαστηρίων. τὸ ἑξῆς, ὧν εὐθὺς ἀποστερήσονται, ὅσα νῦν ἀπὸ δικαστηρίων ὠφελοῦνται.

Τὰ παρ' ὑμῶν πολεμεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ ὑμᾶς πολεμεῖν. Vos bellum gerere omni ope, acriter, strenuè.

Γίγνεσθαι δέ. Admonet ocius, quod sint facturi faciant.

Ἐγκρατῶς. Vehementer, acriter.

Οὐδὲ ὑποπτεύεσθαί μου τὸν λόγον, &c. Neque orationem meam vocari in suspicionem studij, & alacritatis animorum, qua solent vti exules.

Περιορώμενοι. Occasionem obseruantes.

Προστάξαντες. ἀντὶ τοῦ ἐπιτάξαντες. Cùm præfecissent.

Ἐκ τῶν παρόντων. Pro præsenti rerum facultate.

Μάλιστα. ἀντὶ τοῦ μεγίστη.

Ἀφίκετο δέ. Ordinem temporum sequitur. sub eadem tempora peruenit triremis, &c.

Ἀκούσαντες. Præter literas mandata etiam data fuerant.

Τροφήν. τὸ σιτηρέσιον.

Ἐπισιτισάμενοι. Sumptis cibariis necessariis.

A Προσαγαγόμενοι. Cùm in fidem accepissent certis conditionibus.

Ἀπεχώρησαν. Retrocesserunt, redierunt, regressi sunt.

Ἐξήρτηται γάρ. Tres affert difficultates: vna est, quia erant præruptæ: altera, quia altæ: tertia, quia patebant, & poterant conspici ex vrbe.

Ἑπτακοσίους. 600, vertit L. V. in codice vnde vertebat fortasse ita erat ἑξακοσίους. at 700 vertendum.

Ἐν στενῷ ἰσθμῷ. Angusto terræ limite.

B Διακινδυνεύειν. Fortunam belli periclitari.

Ἀποκλεισθεὶς γίγνεσθαι. Excedere. ἀντὶ τοῦ ἀποκλείεσθαι.

Καὶ θύρας. Et foribus, atque asseribus substratis.

Ξυλαπλαστία. Asseres.

Διαβαδίσαντες. Transgressi.

Ποταμόν. τὸν ἄναπον.

Πολέμῳ. Bello, armis seruatum se iri, vel saluos, & superstites futuros desperabant.

Ξυμβατικός. λόγος ξυμβατήριος, lib. 5. ἀντὶ τοῦ περὶ ξυμβάσεως ἢ ἐπαγγελτικόν.

C Κύρωσις ἐγίγνετο. ἀντὶ τοῦ ἐκυροῦτο. Nihil tamen transigebatur.

Εἶχον ὑποψίαν ἐς ἀλλήλους. Domesticam cõceperant suspicionem: inter se alij aliis erant suspecti.

Ἡ δυστυχία. Nam inter cætera, quæ requiruntur in Imperatore, felicitas etiam desideratur, vt Cic. pro lege Manilia docet.

FINIS APPENDICIS IN COMMENT.

CHRONOLOGIA HISTORIÆ THVCYDIDIS, AVTORE D. CHYTRÆO.

Anno mundi 3486 — 9

Anno post finem belli XERXIS

1. Athenienses suas coniuges & liberos ex Salamine & Trœzene reducunt in Atticam: & Themistoclis consilio, vrbem ac muros instaurant, Lacedæmoniis frustrà repugnantibus. Thucydides libro 1. pagina 59. 60.

Anno mundi 3487 — 10

2. Et PIRÆEVM portum eiusdem Themistoclis consilio muniũt, & classem ampliorem ædificant, pagina 62.

PAVSANIAS, dux Spartanus, cum Aristide & Cimone Atheniensibus, Græcas vrbes, in Cypro & Hellesponto, quæ Persicis præsidiis tenebantur liberat. p. 63.

3488 — 11 — *Olym.* 76.

3. Postea BYZANTIVM occupat, vbi captiuos Persas, clàm cæteris sociis, Xerxi remittit, ac literas ad Xerxem scribit, in quibus ipsius filiam, sibi coniugem dari petit: & vicissim se Spartam & reliquam Græciam ipsi subiecturum esse pollicetur. Quúmque insolentior fieret, & sociis acerbè & tyrannicè imperaret, accusatus à sociis Spartã reuocatur, & à crimine proditionis absoluitur. Thucyd. lib. 1. pag. 63. 64. 84. 85.

Anno mundi 3489

Interea Græcæ ciuitates, Aristidis & Cimonis moderatione & humanitate inuitantur, vt relictis Spartanis, se Atheniensibus adiungant: & quotannis ad sumptus belli aduersus Persas conferunt 460 talẽta, seu 27000 coronatos, in Delum insulam. Ac ipse Aristides summa integritate censum de tota Græcia agens, & tributum singulis imponẽs, Iusti cognomen accepit. Thuc. lib. 1. pag. 64. & Plutarchus in vita Aristidis.

3490 — 13 — *Olym.* 77 — 14 — 15

5. Pausanias interea priuato nomine Byzantium redit: vnde vi eiectus ab Athenien. in Troade commoratur, & cum Persis cõsilia communicat. Quare secundò Spartam reuocatur, & in carcerem ab ephoris coniicitur: Sed quum se iuri sisteret, rursum dimissus est, pag. 85. 86. Thucyd.

Anno mundi 3493 — 16

Post fugam Persarum ex Græcia.

8. THEMISTOCLES, ab ingratis ciuibus ex vrbe Attica, anno 10 post prœlium ad Salaminem, eiectus, habitat Argis. Thucyd. pag. 88.

Quo tempore Pausanias communicasse cũ eo consilia de Græcis in Persarum potestatem redigendis putatur.

9. CIMON filius Miltiadæ, dux Atheniensium, vrbẽ Eiona ad Strymonem expugnat, quã BOGES, dux Persicus, præsidio tenebat: cuius mentionem facit Herodotus lib. 7. pag. 264. 265. & Thuc. pag. 65.

3495 — 18

10. Scyron insulam Cimon occupat, & ossa Thesei Athenas refert, Thuc. pag. 65. Plutarchus in vita Cimonis.

19

11. Vrbs Mycenarum solo æquata est ab Argiuis, teste Diodoro.

Anno mundi 3496

Circa hoc tempus Pausanias proditus ab Argilio, cui literas in Persiam perferendas tradiderat, cùm Ephori eum denuò comprehensuri essent, confugit in tẽplum Palladis, in quo fame necatus est: cùm quidem mater ipsius Alcithea, primum lapidem, ad fores templi obstruendas, apposuisset. Thucydides pagina 87. & in Commentario Thucydidis Græco.

Cùm autẽ Lacedæmonij Atheniensibus nunciassent, Themistoclem socium fuisse consiliorum Pausaniæ, ideóq; vt proditorẽ supplicio afficiẽdum esse: Themistocles ex Peloponneso fugit in Corcyram insulam, pag. 88.

Anno mundi 3498 — 20

12. Inde in Epirum, & ad regem Molossorum Admetum, antea sibi inimicum, diuertit: cuius filium manu tenens, supplex Admeto factus est. Sed

21

cùm diutius eum defendere non posset Admetus, Pydnam misit, vt inde in Asiam transiret.

3499

ARTAXERXES LONGIMANVS τὴν βασιλείαν ὅλην ἐπιεικῶς διῴκησε 44 annos. Quòd autem Xerxes 15 annos post prælium Salaminium vixerit, & Artaxerxes hoc anno regnare cœperit, hoc modo ostẽdi potest.

Inter finem belli Xerxis, & initiũ Peloponnesiaci, intersunt 50 anni, teste Thuc. pagina 76. & Diodoro Siculo libro 11. Vixit autem Artaxerxes in imperio 44 annos, vt omnes consentiunt,

14. Athenienses obsederunt Naxum insulam, Themistocle in Asiam, ad Artaxerxem, Persarum regem, fugiẽte, pagina 89. Thucydidis.

Vrbs Syracusana à tyrannis liberata, circiter 60 annos libera floruit.

3500 — *Olym.* 79

15. Circa hæc tempora Cimon, dux Atheniẽsium, ad Eurymedontem Pamphyliæ fluuium Persas eadem die prælio nauali & terrestri profligauit.

Quam victoriam secuta esse celebris illa pax (qua omnibus in Asia ciuitatibus Græcis αὐτονομία & libertas concessa est) scribitur à Plutarcho in vita Cimonis. Legationis Atticæ ad Artaxerxẽ princeps fuit Callias, filius Hipponici: cuius mẽtionem facit Herodotus lib. 7. pag. 274.

Post fugam Persarum ex Græcia.

Anno mundi		
3502	& obiit anno 7 belli Peloponnesicai, vt Thuc. lib. 4 scribit. Ergo necesse est eum anno 37 ante initium belli Peloponnesiaci regnũ inchoasse.	Thasij ab Atheniensibus deficiunt, pagina 66. Terræmotus horribilis in Laconica ob violatos supplices εἵλωτας, in templo Neptuni, pagina 66.83.
3503		18. εἵλωτες, seu serui Lacedęmonij, Ithomen in Messenia occupant. 66.
3504	AEgyptij deficiunt à Persis, Olymp. 80.	19. Thasij tres annos ab Atheniensibus obsessi deditionem faciunt, & omnibus nauibus, & venis metallicis priuantur, Thucyd. pag. 66. & Plutarchus in vita Cimonis.
3505	Esdras scriba ab Artaxerxe in Iudæam dimissus, politiam Iudaicam feliciter instaurat, 1. Esdr. 7. 8. Hinc sexaginta hebdomades Danielis aliqui cõputare incipiunt.	20. Lacedæmonij in bello cum Messeniis & εἵλωσι accersunt auxilia Atheniensiũ: eaque Cimonis potissimum suasu impetrata, statim iterũ dimittunt. Ibid. Id primũ initium fuit dissensionis inter Athenienses & Lacedæmonios, quæ paulatim aucta est, donec bellũ Peloponesiacum inflammaretur. Thuc. ibid.
	Inarus Rex Libyæ, Ægyptum occupat, Thuc. libro 1. pagina 68.71.	Cimon etiam, eius belli occasione, in exiliũ eiectus, quòd Lacedæmoniis nimiũ fauere videretur.
3507		21. Lacedæmonij opem ferunt metropoli Doriensiũ contra Phocenses.
	Achæmenes frater Xerxis, ab Inaro & Atheniensibus in Ægypto cæsus. Herodot. lib. 7. pag. 243. Thuc. 1. p. 71	22. Interclusi autẽ ab Atheniensib. ne in Peloponnesum redire possent, magno prœlio vincunt Athenienses, ad Tanagrã Bœotiæ. Post hoc prœlium, Cimon, Pericle authore, reuocatur in patriam. Plutarchus.

Anno mundi	ARTAXERXIS LONG.	
		Sexagesimo secundo die post prœlium ad Tanagram, Athenięses rursum vincunt Bœotos, & totam Bœotiam occupant.
3508		23. Athenienses 200 nauib. in Cyprum, & inde in Ægyptum nauigarũt, vt Inaro opem ferrent. Abfuerunt autẽ in Ægypto sex annos. Thucydides lib. 1. pag. 68.69.70.71.72.
3510		25. Interea domi Athenienses cum Corinthiis & Æginetis bellum gerunt, & Æginam vectigalem faciunt.
3511	15	26. Tolmides, dux classis Atticæ, Gythium portum Laconicæ, Methonem, Zacynthum & Cephaleniam occupat.
3512		27. Romani Legatos in Græciam & Athenas, tunc florentes, mittunt, vt inclytas Solonis leges describerẽt, & aliarum Græciæ ciuitatum instituta, mores
	14	iutaq; cognoscerent, moderante tunc rempub. Atticam Pericle.

Alcmæon.
|
Megacles. — Ariphron.
|
Hippocrates.

Xãthippus pater Periclis, æmulus & accusator Miltiadis. Herod. li. 6. p. 240. Dux classis Græciæ vicit Persas ad Mycalen, lib. 8. pag. 292. & strangulat Arctayctẽ Sesti præfectum, li. 9. pag. 354.	Agariste neptis Alcmęonis, mater Periclis oratoris.	Megacles. Dinomache mater Alcibiadis.	Alcib. Clinias qui propria trireme ad Artemisiũ pugnauit, lib. 7. pa. 206. postea interfect⁹ ad Choronæam à Bœotiis.	Phænippus. *Callias* μισοτύραννος, cuius mẽtio fit, lib. 6. Hero. p. 236. Hipponicus. Vxor postea nupta Pericli peperit Xanthippum & Paralum.
PERICLES orator, cuius nomen extat in Herodoto lib. 6. pag. 239.	Ariphron frater Periclis.	ALCIBIADES fax belli Siculi. Thuc. lib. 6.	Hipparete vxor Alcibiadis.	*Callias* diues legatus Atheniensium ad Artaxerxem de pace, qua omnib. Gręcis ciuitatib. in Asia libertas & αὐτονομία concessa est, lib. 7. pag. 274. Herod. & Diod. Sic. lib. 12.

Xantippus. Paralus.

Anno mundi	ARTAXERX.	
3514	16	29. Athenienses milites, amissis in Ægypto nauibus, pauci & inopes, per Cyrenen in patriam redeunt. Expeditio Atheniensium in Thessaliam, ad Pharsalum, & Periclis in Acarnaniam frustrà suscipitur.
3516	18	30. Post tres annos induciæ quinquennales inter Athenienses & Peloponnesios factæ sunt. LEGES XII TABVLARVM, fons omnis publici priuatiq; iuris, à decemuiris Romæ perlatæ sunt, anno post eiectos reges 60. 31. Athenienses in Cyprũ 200 nauibus profecti, duce Cimone, qui in obsidione Citij, vrbis Cypri, obiit. Fœdus 30 annorũ inter Lacedæmonios & Argiuos factum, Thuc. p. 353.
	19	32. Bellum sacrum de iurisdictione templi Delphici à Lacedæmoniis gestum.
	20	33. Bœoti exules recuperant patriã, cæso ad Coroneam Tolmide, & Atheniensibus ex tota Bœotia pulsis.
	21	34. Eubœa & Megara ab Atheniẽsibus defecerunt. Lacedæmonij vastant Atticam, duce Plistoanacte.
3520	22	35. Eubœa vniuersa à Pericle Atheniensibus subiicitur.
	23	36. CENSORES primi Romæ constituti.

37.38.

Post bellum Xerxis in Græcia.

Anno mundi	ARTAX.	
3522		37.38. Pax triginta annorum inter A- 39.40. thenienses & Lacedæmonios, 41.42. & cæteros confœderatos, sancita. Thucydides pagina 74.
3528	30	43. Sexto anno, bellum Samium cœpit, in quo tandem Samus, muris & nauibus priuata, in Atheniensium pote-
	31	44. statem venit, Thuc. ibid.
3530	32	45. Bellum inter Corinthios & Corcyræos de Epidamno colonia motum. Corcyræi vincunt Corinthios, ad Actium, pag. 17.21. Sequentem annum quieuerunt.
	34	47. Corcyræi petunt societatem & auxilia ab Atheniensibus, pag. 23. Thuc. Isocrates orator nascitur. METON Astronomus Ἐννεαδεκαετηρίδα edidit.
3533		48. Athenienses auxilia mittunt Corcyræis cōtra Corinthios, qui ad Sybota Corcyræos vincunt, pag. 34.
	36	49. Potidæa, instinctu Corinthiorum deficit ab Atheniensibus, qui eam obsidione cingunt, pag. 38.39. Thucydidis.
3535	37	50. Confœderati conueniunt Lacedemonem, & decernunt bellum contra Athenienses suscipiendum esse: anno 14 fœderis tricennalis, pagina 42. 43. 44.45.46.57.74. libro 1. Thuc. Anno ante natum Christum 427.

BELLI PELOPONN. ANNI.

3536 *Olym.* 88	38	1. Thebani inuadunt Platæam cōiunctam Atticis, sed repellūtur, Thuc. lib. 2. pag. 99. Terræmotus in Delo. Archidamus rex Laced. Atticam populatur, pag. 107.
3537	39	2. PESTILENTIA ATTICA, pagin. 129.130. Hippoc lib. 3. ἐπιδημιῶν. PERICLIS Encomium, pag. 136. 140. Legati Laced. ad Artaxerxem, intercepti, & occisi ab Atheniensibus, Thucyd. pa. 142.143. Herod. lib. 7. pa. 270. Potidęa Atheniensibus dedita, pag. 144.
3538	40	3. Platæam obsidet Archidamus, p. 145.146.147.148.149.150. Phormion dux Atticus vincit classem Corinth. ad Naupact. pag. 154.155. PLATO natus est. Bellum inter Thraces & Perdiccam filium Alexandri, Macedonum regem, pag. 165.
Olym. 89. *Thuc.* p. 175.	41	4. Lesbij ab Atheniensibus deficiunt ad Laced. libro 3. pag. 172.181.
3540		5. Paches dux Atticus recipit Lesbum, pag. 206. occupat Colophonem, præfecto præsidij calumniosè interfecto, pag. 191.192. IVDICIVM de capite & salute Mytilæneorum. 192.193.
	42	Vrbs Platæensium dedita & solo æquata est, lib. 3. p. 219.

BELLI PELOPONN. ANNI

Anno mundi	ARTAX.	
		SEDITIO CORCYRÆA, pag. 220.221.230. Athenienses mittunt auxilia Leontinis in Siciliam contra Syracusanos, pag. 231.
3541	43	6. Terræmotus crebri. pag. 232. Heraclea in Trachiniis colonia Lacedæmoniorum, pag. 235. Delus expiata, pag. 242. Laced. & Ambraciotæ, victi ab Atheniensibus ad Argos Amphilochium, pag. 248.
	44	7. Messene in Sicilia deficit ab Atheniensibus, initio lib. 4.
3542		Pylus munita ab Atheniensib. obsidetur à nauibus Laced. qui ab Atticis cincti obsidione, coguntur ad petēdas conditiones pacis, pag. 260. 262. 270. Nicias vincit Corinthios, pag. 281. Crudelitas Corcyræa, pag. 283. Mors Artaxerxis Persarum regis. pag. 285.
3543	DARII NOTHI.	8. Athenienses capiunt Cytheram insulam, pagina 286. Thuc. Siculi pacem inter se faciunt, pagina 289.290. Nisæa arx Megar. ab Atheniensibus capta, pag. 298.299. Brasidas dux Lac. proficiscitur in Thraciam, pag. 299. 302. 304 occupat Acanthum & Stagirā, pag. 311. & Amphipolin, pa. 322.323. & Toronen, 326. Delij obsidio, pag. 312.317. 319.
	2	9. Inducię vnius anni, inter Athen. & Laced. pagina 329.
3544 *Olym.* 90		Brasidas interea Scionen, Mendam & alias vrbes Atheniensib. eripit, pag. 332.334.
3545	3	10. Cleon Atticus & Brasidas Lacedæm. confligunt ad Amphipolin. Vtroq; autem duce interfecto, vicerunt Laced. pag 350. Pax & fœdus 50 annorum inter Athen. & Laced. factum, quod cæteræ ciuitates Laced. confœderatæ non approbarunt. Id tantum 6 annos, & 10 menses durauit, pag 356.359.
	4	11. Fœdus Argiuorum, Corinthiorum, Mantiniensium, Eleorum &c. pag. 363.364. Bellum inter Mantinienses & Laced. pag 367.
	5	12. Alcibiadis prima mentio fit, lib. 5. pag. 374. Fœdus Argiuorum & Athen. Meliorum insulam capiunt Athenienses, pag. 410.
3552 *Olym.* 92	10	17. CLASSIS ATTICA IN SICILIAM MISSA, duce Alcibiade, Nicia, Lamacho, καὶ συστρατηγοῦ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ποιητοῦ, ὃς πρεσβύτατος ἦν, lib. 6. pag 416.432. Alcibiades ad Lacedæmonios deficiens, hortatur vt bellum instaurent, & Deceleā medio itinere inter Athenas

Anno mundi		
		& Thebas, muniant, pagina 478.
	11	18. Syracusanos obsident Athenienses, pag. 482. 486. Sed paulò post vincuntur lib. 7. pag. 493.
	12	19. Agis rex Laced. munit Deceleam, pag. 500.
3552		Athenienses in Sicilia denuò victi, pagina 503. 527. 528. & horrenda clade profligati sunt, pag. 542. 544. 551. 555 Thucydidis. Et Diodorus Siculus lib. 13.
3555		20. Athenienses vincunt Peloponnesios ad Epidaurum, lib. 8. pag. 564.

Anno mundi		
		Primum fœdus inter regẽ Persarum & Lacedæmonios, lib. 8. pag. 568. 594.
	13	Alcibiades rursum à Laced. ad Athenienses deficit. pag. 584. 609. 612.
3556	14	21. Status 400. Athenis constitutus anno 100. post exactos reges, pag. 601. qui paulò post dissoluitur, pagina 624.
		Clades Atheniensium ad Eretriam accepta, pag. 622.
		Thrasyllus dux Atheniensium vincit classem Laconicam & ducem Mindarũ, inter Sestum & Abydũ, pag. 628.

THVCYDIDIS LIBRORVM ARGVMENTA,
EX EODEM DAVIDE CHYTRÆO.

PRIMVS LIBER, post exordium (quo magnitudinem belli Peloponnesiaci, collatione veteris Græciæ bellorum, amplificat) occasiones & causas belli Peloponnesiaci, orti ex fœdere Corcyreorum & Atheniensium aduersus Corinthios, & obsidione Potidææ, & exclusione Megarensium à portu Attico: deinde historiam quinquaginta annorum, qui inter finem belli Xerxis, quod Herodotus descripsit, & initium belli Peloponnesiaci, intersunt, breuiter commemorat. Postremò, legationem Lacedæmoniorum, quæ Atheniensibus, etiam religionis prętextu, bellum indicit: & memorabiles historias, de duorum Gręciæ liberatorum, Pausaniæ, & Themistoclis, interitu: & huius etiam sapientiæ encomium illustre & admirandum recitat.

SECVNDVS LIBER, trium primorum belli Peloponnesiaci annorum historiam, pestilentiæ Atticæ descriptionem, & Pericleæ autoritatis & eloquentiæ encomium nobile, & deditionem Potidææ, ac victoriam Phormionis continet.

TERTIVS, defectionem Lesbiorum ad Lacedæmonios, & deliberationem Atheniensium de occidendis Lesbiis, postquam à Pachete recepti erant. Item deletionem vrbis Platæensium: crudelissimæ seditionis Corcyreæ descriptionem: insulæ Deli expiationem: & semina belli Siculi, recenset.

QVARTVS, anni septimi, octaui, & noni historiam: obsidionem Pyli: mortem Artaxerxis Longimani: finem seditionis Corcyreæ, pacem Siculam, & Brasidæ ducis Laconici res in Thracia feliciter gestas, complectitur.

QVINTVS, prœlium Brasidæ Lacedæmonij & Cleonis Attici ad Amphipolin, in quo Ambo duces, anno belli decimo, interfecti sunt: & formulam fœderis quinquaginta annorum inter Græcos sanciti recitat, vnà cum historia sex annorum & sex mensium, quibus solis induciæ durarunt.

SEXTVS, Siciliæ descriptionem, & deliberationes de bello Siculo: & Alcibiadis defectionem ad Lacedæmonios comprehendit.

SEPTIMVS, cladem Atheniensium & Niciæ miserabilem in Sicilia.

OCTAVVS, mutationem democratiæ Atheniensis in statum quadringentorum, & Alcibiadis reditum ad classem Atticam, & felix prœlium nauale Thrasybuli ad Abydum describit, & vsque ad vicesimum primum belli Peloponnesiaci annum peruenit. A quo Xenophon incipiens, παραλειπόμενα vsque ad captas à Lysandro Athenas, & sequentium quadraginta annorum bella Græca, ferè vsq; ad Philippi Macedonis initium, attexit.

Adiungent autem studiosi historiæ Thucydideæ, etiam Plutarchi Periclem, Niciam, & Alcibiadem. Et primo potissimùm Thucydidis libro & historiæ quinquaginta annorum à Xerxis fuga vsque ad belli Pelopõnesiaci initium, lucẽ adferent Themistoclis, Aristidis & Cimonis vitæ: in quibus nõ exempla tantummodo consiliorum, & virtutum, & euentuum, multa & illustria integrè exponuntur: verùm etiam plerumque ad regulas seu γνώμας, quæ sunt normæ actionum vitæ, accommodantur. Atque hæc prima & præcipua historiæ Thucydideæ vtilitas est, quòd σύνεσιν πολιτικὴν, seu sapientiam gubernatricem rerump. & communis vitæ, præceptis & exemplis insignibus instruit & confirmat.

CONCIO-

CONCIONVM, SEV ORATIONVM THVCYDIDIS ARGVMENTA, A IOBO VERATIO CONSCRIPTA.

ORATIONIS CORCYRÆORVM, SEV CORCYRENSIVM, ARGVMENTVM.

CONFLATO inter *Corcyræos & Corinthios bello ob defensionem Epidamni, quum eam vrbem ab exulibus vexatam tutarentur Corinthij, ab exulibus autem starent Corcyræi, quod ea se esse vtriusque populi coloniam probaret: essétque atrox editum prœlium, quo magnam cladem Corinthij accepissent, iiq; deinde bellum summis viribus vndequaque contractis repararent: Corcyræi, quum tanti apparatus vim se posse sustinere diffiderent, miserunt qui ab Athenienfibus auxilium peterent, & cum iis societatem, si ab illis posset impetrari, iungerent. Idem Corinthij fecerunt, eodémque se contulerunt. Athenienses, vt, quid sibi facto opus esset, statuere possent, conuocata concione, vtriusque populi legatis dicendi pro concione potestatem fecerunt. Priores dixerunt Corcyræi, quorum est hæc oratio. Hi conantur maximè duo probare: vnum, nihil a se iniquum postulari: alterum, eam societatem non modò nulli detrimento futuram populo Atheniensi, sed etiam summo præsidio, si se cum populo neque imbelli neque inermi coniunxerint. Quinetiam expedire ipsis ut ita faciant. Maxime vero illud caput attingunt, non violari hoc fœdere conditiones pacis cum Lacedæmoniis transactas.* Vide Thucydidis paginam 23.

ORATIONIS CORINTHIORVM ARGVMENTVM.

Respondet hæc oratio superiori. Nam duobus capitibus tractatis à Corcyræis, totidem sua opponunt Corinthij, & respondent ad omnia quæ allata sunt ab aduersariis. Atque vt Corcyræi se causæ æquitate niti, & quod ex vsu Atheniensium esset postulare dixerant, ita hi a se æquitatem stare, & se omnia iusta persequi nituntur ostendere. Ad prioris confirmationem repetunt iniuriarum primordia, belli causas, Corcyræorum petulantiam, ius coloniarum, consilium suum in defendenda Epidamno, vrbe ab ipsis oriunda: tractántque hæc in contrarias partes omnia. Posterius verò probant duobus argumentis. quod patet ex eorum partitione. Nam ea quæ in eam partem afferunt, vt probent licere saluo iure, atque adeo expedire iis societatem suam, diuidunt in δικαιώματα, *&* χάριτος ἀντίδοσιν. *id est, in iura, & relationem gratiæ: vt alterum iure nitatur, alterum æquitate. Ad extremum multa dicunt de honestate, quæ est iis anteferenda, quæ quum turpia sint, tamen aliquam præ se ferunt vtilitatis speciem.* Vide paginam 27.

OARTIONIS PELOPONNENSIVM ARGVMENTVM.

Iuerant auxilio Corcyræis Athenienses aduersus Corinthios, & eorum auxiliares, quos acciuerant ex Peloponneso: in quo videbantur violare fœdus id quod cum Lacedæmoniis & Peloponnesiis illorum sociis pepigerant. Indignè ferebant Corinthij, illarum virium accessione confirmari hostes suos. Miserunt ergo ex sociis, qui denuntiarent iis vt aut bello desisterent, aut se hostes profiterentur, & hostilis specimen animi in suo supplicio ederent. Vide paginam 36.

ORATIONIS ATHENIENSIVM ARGVMENTVM.

Respondent Athenienses Peloponnensibus, se non contra rem Corinthiorum venire, sed præsidio Corcyræ esse missos: itáque sibi in animo esse facere. Vide paginam 36.

ORATIONIS CORINTIORVM ARGVMENTVM.

Corinthij, quum se Atheniensibus impares esse, & multis iam cladibus exhauriri intelligerent, ad Lacedæmonios, communes socios, qui ab eo bello omnino abfuerant propter fœdus Atheniense, confugerunt. Venerunt eòdem sociarum Lacedæmoniis ciuitatum legationes de Atheniensium iniuriis. Ibi pro se quisque ab Atheniensibus se indignis modis accipi questus est. Ad extremum dixerunt Corinthij multo ardentius & copiosius quam alij legati. Hæc eorum est oratio, plena acrimoniæ, partim in insolentiam Atheniensium, partim in tarditatem Lacedæmoniorum. Itaque duo maximè illius sunt capita: vnum, quo grauiter inuehuntur in Athenienses, & ostendunt in quo & quàm atrociter ab iis violentur: alterum, quo nimiam lentitudinem Lacedæmoniorum increpant, quòd ne multis quidem iniuriis appetiti, neque se neque socios vlciscantur. Indignitatem tantæ iniuriæ exaggerant comparatione vtriusque populi, Atheniensis & lacedæmonij. Denique aut sibi alios quærendos socios, aut Lacedæmoniis causam esse suscipiendam denuntiant. Vide paginam 43.

ORATIONIS ATHENIENSIVM
ARGVMENTVM.

Respondent ad criminationes Corinthiorum Athenienses legati. Ac primùm, vt cautum sit suæ ciuitatis dignitati, negant se causam quasi in iusto iudicio dicere: ne hac causæ dictione ream suam ciuitatem constituere videantur. Sed se eò descendere, vt ab omni temeritate consilij, ad quam querelis aduersariorum suorum deduci iam Lacedæmonij videbantur, eos auocent. Tota est oratio in causis exponendis & rationibus, quibus primùm partum, deinde amplificatum est Atheniense imperium. Dicunt de iure, de autoritate, de necessariis causis quas habeant retinendi dominatus. Crimen autem obiectæ impotentis dominationis à se amoliuntur. Quæ illi obiiciant, ea esse præmia suæ virtutis, & iura cum imperio coniuncta. Monent Lacedæmonios ne temere bellum renouent, sed intelligant sibi idem à sociis, qui nunc certatim ad eos confluunt, & imperium deferunt, posse impendere, quod nunc ipsi experiantur, qui summo Græcorum consensu hoc imperij erant adepti. Vide paginam 48.

ORATIONIS ARCHIDAMI
ARGVMENTVM.

Quum esset ab vtrisque peroratum, à legatis sociorum & ab Atheniensibus, res à Lacedæmoniis in contentionem est adducta, bellum Atheniensibus indici placeret necne. Quum ad bellum inclinati essent animi, & in eam sententiam multis ex partibus iretur, Archidamus Spartanus rex sententiam dixit moderationis & grauitatis plenam: qua non placere quidem sibi Atheniensium in socios petulantiam ostendit, verùm belli gerendi nondum sibi maturitatem videri venisse. Neque enim satis esse graues eius suscipiendi causas, gerendi verò facultates idoneas multò minus. Autor igitur est vt legati Athenas ad res repetendas mittantur, quo interim tempore bellum maturiùs comparari possit. Vide paginam 53.

ORATIONIS STHENELAIDÆ
ARGVMENTVM.

In eo consessu Lacedæmoniorum de quo diximus, Sthenelaidas, ephororum vnus, sententiam dixit, quam hac oratione complexus est Thucydides. Respondet breuiter sed acutè & acriter, ad ea quæ fuerant dicta tum à legato Atheniensi, tum ab Archidamo: aduersus illum, de necessitate belli gerendi, quum præsertim ne Athenienses quidem diffiteantur quin pactiones violarint: aduersus hunc, de viribus ciuitatis, & omnibus belli adiumentis, de grauitate, quæ non ad moram belli necessarij, sed ad celeritatem conferenda sit. Specimen Laconicæ breuitatis cum acrimonia coniuncta. Vide paginam 57.

ORATIONIS CORINTHIORVM
ARGVMENTVM.

Conuentus magni habebantur Lacedæmone à ciuitatibus sociis de bello Atheniensibus inferendo, quòd ij conditionibus communis pacis non stetissent. Summus ibi erat consensus bellum decernentium: Corinthij verò, odio in Athenienses incensi, incitatos iam sua sponte socios impulerunt etiam hac sua oratione vehementius. Quum enim intelligerent, si qua esset in bello decernendo & suscipiendo mora, duabus potissimùm de causis eam futuram: vel quòd satis graues tanti belli tamque calamitosi futuri causas non esse iudicarent: vel quod vererentur vt hostium vires & apparatum adæquare ipsi possent: aduersus ea opponũt vniuersæ huius orationis membra duo, belli huius necessitatem, & copiarum firmitatem. Inculcant tamen studiosius æquitatem causæ, quum & hæreditariam libertatem, & maiorum gloriam, patrium decus, & ignominiam subeundæ seruitutis proponunt. Eam esse causam pro qua nullæ non dimicationes vltro sint deposcendæ: eas autem vires quæ illis metum omnem debeant eripere. Grauis sententiis oratio. Vide paginam 77.

ORATIONIS PERICLIS
ARGVMENTVM.

Lacedæmonij, decreto iam domi omnium sociorum suffragiis in Athenienses bello, cuius ipsi duces essent, per speciem tamen tentandæ pacis legationes Athenas mittebant: per eas Atheniensibus duras conditiones imponebant, denuntiabantq́; bellum, nisi obtemperassent. Athenienses non satis certum habebant quid in re tanta statuerent. Obtemperare vni ciuitati adeò imperiosæ, incommodum erat & ignominiosum: repudiatis conditionibus bellum suscipere, erat laboris & difficultatis plenum. Itaq; re delata ad concionem, dictæ sunt variæ sententiæ. Pericles, ciuitatis ea tempestate facilè princeps, & copiosè & grauiter suã dixit: quæ hac oratione est comprehensa. Hic belli gerendi potius est autor, quàm tam iniquæ conditionis subeundæ. Non posse enim honestam esse pacẽ, quæ tantis incommodis redimeretur. Argumenta eius sunt præcipua duo: vnum, à causa belli suscipiendi, quod nõ ipsi allaturi, sed illatum propulsaturi sint, in tanta præsertim hostium iniquitate & audacia: alterum, est ab illius gerendi facultate. In quo nerui reipub. & belli ratio expenduntur, & eadem in hostibus tractantur. Concludit locum illum qui est de opibus reipub. à cohortatione ad eas retinendas: alterum verò illum qui est de necessaria defensione, concludit, quum quid ad mandata legatorum responderi velit, ostendit. Vide pag. 92.

ORATIONIS ARCHIDAMI
ARGVMENTVM.

Comparato bello à Lacedæmoniis & sociis Peloponnensibus aduersus Athenienses (cuius semina antè habuimus) & contractis in vnum copiis, Archidamus, rex Lacedæmoniorum, qui illius belli summã obtineret, conuo-

uauit sociorum proceres, eosq́; quum conuenissent, hac oratione hortatus est, vt pro se quisq́; suas partes in eo bello susciperent, & fortiter tuerentur. Fiduciam, quam ex ingenti sua multitudine concipere poterant, conatur iis extorquere. Nullum esse hostem negligendum, nedum Athieniensem, qui & belli gloria & viribus praestaret. In bello gerendo fortitudinem esse adhibendam & cautionem: remouendam ignauiam. Vide paginam 105.

ORATIONIS PERICLIS ARGVMENTVM.

Quum vetere instituto solerent Athenienses eos qui pro patriae salute occubuissent, publico funere efferre, & pro se quisq́; quem ex iis videretur donis cumulare, & communi rogo omnes cremare, atq́; ad extremum, publicum laudatorem adhibere, qui in media populi corona, funebri oratione eos collaudaret: idq́; tum vsu venisset, vt compluribus ciuibus is honos esset exoluendus, de communi populi sententia laudatio sepultorum ad Periclem, summum in ea repub. virum, delata est. Ibi igitur ille orationem hanc habuit, in qua commendaturus ciues de repub. bene meritos, laudationem repetit altius à maiorum institutis, totiusq́; reipub. statu, genere & moderatione: vti ipse exordio suo declarat. Hic totus est in eo, vt suae reipub. constitutionem & administrationem omnibus aliis, maximè Spartanae, anteponat. Reliquae verò orationis partes eae sunt, quae esse debent funebris orationis (excepta lamentatione, qua dedita opera, non vtitur) laudatio mortuorum, consolatio consanguineorum, ad quos luctus ex eorum morte pertinebat: & cohortatio quam ille ad aetates & genera ciuium accommodat. Laudat sepultorum fortia & animosa facta. Consanguineorum moerorem consolatur, tum commendatione egregiae mortuorum virtutis, tum spe recuperandorum similium. Hortatur autem ad imitationem similis virtutis, quum hi in salute patriae exprompsissent. Vide paginam 121.

ORATIONIS PERICLIS ARGVMENTVM.

Atheniensis populus, qua erat leuitate, vsus Periclis consilio, bellum aduersus Lacedaemonios sociosq́; eorum ciuerat: & primus quidem illius belli annus exitum habuerat satis tolerabilem: sed alter tristissimum, cum vastitate totius penè agri, tum verò dira atq́; inaudita pestilentia quae ita erat passim per Atticam grassata, vt miseranda solitudo esset consequuta. His malis consternatum populum coepit illius consilij poenitere: vt iam pax vel paulo turpior probaretur, & perniciosi consilij autor Pericles lacesseretur, pessimeq́; audiret: maximè hoc nomine, quod eo duce sedebant in vrbe nec acie dimicabant, & in eorum oculis populatio agri Attici fiebat. Pericles, vt à se illam inuidiam auerteret, hanc orationem pro concione habuit. Docet nihil esse quamobrem eos necessarij consilij poeniteat, quod ad eorum defensionem, non ad aliorum vexationem pertineret. Deinde, vel si causas habeant poenitendi grauissimas, tamen non debere illius mali culpam in vnum se conferre: quum in deliberando, alieno quidem consilio essent vsi, sed in decernendo, libertate & autoritate sua. Prius illud confirmat argumentis tum à persona sua, tum ab ipsa re petitis. Nam se eum esse qui & sapienter prouideret, quaeq́; prouidisset, & è repub. esse intelligeret, aperiret. Rem verò eam esse quae apud homines honestos nihil habeat dubitationis. Nemini enim dubium esse quin libertatis defensio sit necessaria. Posterius probat, quum ostendit non debere id sibi esse fraudi quod ipse senserit, omnes autem comprobarint. Vide paginam 136.

ORATIONIS PLATAEENSIVM ARGVMENTVM.

Lacedaemonij infensi Atheniensium potentiae, socias ciuitates ab illis auertere conabantur: in his erant Plataeae. Ad quas obsidendas quum venirent, & iam agrum popularentur, legationem miserũt Plataeenses, quae questa est quod contra foedus & iusiurandum patrum suorum Plataeis infesti essent: quibus, paucis antè annis, patres eorum persanctè cauerant, & sartam tectam ciuitatem liberamq́; esse voluerant. Vide paginam 146.

ORATIONIS ARCHIDAMI ARGVMENTVM.

Archidamus regio iure summam rerum tenebat in ea expeditione aduersus Plataeas. Itaque respondet legatis Plataeensium se patrum suorum beneficia minimè iis eripere velle, sed eam conditionem ferre, vt ne in vllum bellum societatémve se interponerent: aut, si bellum iis placeret, ea arma sequerentur quae pro Graecorum libertate capta essent. Vide paginam 146.

ORATIONIS ARCHIDAMI ARGVMENTVM.

Quum à patribus iusiurandum intercessisset, quo cautum erat Plataeensibus, Archidamus veritus ne impium bellum iis inferret, violato iureiurando, hac testificatione iusti belli piaculum omne effugere voluit. Vide paginam 146.

ORATIONIS LACEDAEMONIORVM DVCVM ARGVMENTVM.

